111—5—: 1865

83
H
16

Imprimatur,

JO. BROWNE Vice-Can.

Dec. 18. 1760.

NOTAE SIVE LECTIONES

AD

TRAGICORUM GRAECORUM VETERUM

AESCHYLI

SOPHOCLIS

EURIPIDIS

QUAE SUPERSUNT DRAMATA

DEPERDITORUMQUE RELLIQUIAS.

AUCTORE BENJAMINO HEATH.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCLXII.

CELEBERRIMAE

ACADEMIAE OXONIENSI

CURAS HASCE SUAS

IN TRAGICORUM GRAECORUM PRINCIPUM

AESCHYLI

SOPHOCLIS

EURIPIDIS

SCRIPTIS EMACULANDIS ATQUE EXPLICANDIS POSITAS

IMPENSIS EJUS AC PATROCINIO

NUNC IN LUCEM PUBLICAM EDITAS

JUVENTUTI FORSAN STUDIOSAE HAUD INUTILES FUTURAS

SUMMO CUM ANIMI DEVOTISSIMI OBSEQUIO

D. D. D.

BENJAMINUS HEATH.

LECTORI SALUTEM.

PRiuſquam harum in *Tragicos Græcos* annotationum lectionem aggrediare, benevole Lector, non commodi tantum mei, ſed & æqui etiam bonique ratio poſtulare videtur, ut opellæ hujus qualiſcunque ſuſcipiendæ occaſionem, meumque in ea pertexenda ſcopum, accuratius edoceri non graveris. Ita ſcilicet de propoſito meo jam certior factus, neque ultra aut inſtituti mei rationem, aut facultatum quibus inſtructus ei perficiendo me accinxerim modulum, expectationem tuam intendens, minus juſtam etiam querelæ cauſam habebis, ſi commentarii in ſcriptorem antiquum abſolutioris ideam, quam tibi forſan animo effinxeris, non ſatis expreſſiſſe deprehendar.

Scias igitur annum jam duodecimum procedere, ex quo primum horas aliquas ſubſecivas, graviorum ſtudiorum intercapedinem captans, *Græcorum Tragicorum* lectioni impenderim. Cum vero mihi vel leviter eos pertractanti haud pauca occurrerent loca ab Interpretibus hactenus parum intellecta, ſæpiſſime etiam ſcriptura vulgata manifeſtiſſime eſſet depravata, quod ex mediocri quam mihi paraveram rei metricæ notitia facilius deprehendebam; operæ pretium eſſe duxi, privatæ tantum oblectationis gratia, neque editionem futuram ne in ſomniis quidem meditans, explicationes atque emendationes noſtras, prout e re nata ſeſe offerebant, ſcriptis mandare. Porro, cum illecebris hiſce magis magiſque irretitus certam aliquam Poetæ uniuſcujuſque editionem ſemper adhibuerim, editionis iſtius quaſi ſupplementum quoddam notulas noſtras reputare, iiſque adeo criticorum quorumcunque obſervationes, prout ultro mihi aliud agenti ſeſe offerebant, interſerere, paulatim aſſuevi, ita tamen ut propriis auctoribus omnia fideliter & nominatim aſcriberentur. Cum Poetas tres tandem pervolutaſſem, ecce annotationes noſtræ in molem ſatis amplam jam excreverant. Minime igitur mirum, ſi, prout hominibus natura inſitum eſt ut cuique ſua quadantenus, interdum etiam plus juſto, placeant ac blandiantur, mihi etiam mea operis haud prorſus contemnendi ſpeciem præ ſe ferre viderentur, atque utilitatem ſaltem aliquam Poetarum horum quenquam impoſterum edituro ex iis accedere poſſe judicarem. Hac ſpe maxime excitatus laborem in me ſuſcipere non detrectabam opus denuo accuratius recenſendi, errores quos ex familiaritate cum his ſcriptoribus penitius contracta indies detegerem corrigendi, & ea denique intermiſcendi quæ aut memoria aut tumultuaria lectio ad rem noſtram ſpectantia ſuppeditaret. Nam Adverſaria quidem congerendi, aut Indices verborum conficiendi, nunquam mihi hactenus aut otium adfuit aut libido.

Cum vero ab eodem ferme tempore publici muneris a Magiſtratu noſtro mihi demandati officiis diſtinerer, & ſtudia quædam ſeveriora, ab his diſquiſitionibus criticis quam maxime aliena, temporis reliqui partem haud exiguam jure ſibi vindicarent, hinc evenit ut recenſio iſta nonniſi raptim, & longiſſimis interpoſitis intervallis, ad umbilicum ſit perducta; cum interdum per ſex, per octo, menſes, immo per anni ſpatium integrum, ne ſcriptorem quidem ullum Græcum inſpexerim, nedum ut annotationes haſce vel cogitatione attingere licuerit; minime igitur mirum videri debet, ſi in diverſis hujus operis partibus diverſam aliquando ſententiam fovere, nec mihi ubique conſtare deprehendar; memoria ſcilicet hîc parum fideliter ſubminiſtrante quæ alibi judicium obſervatione fultum non temere ſanciverat. Sed hoc quidquid eſt delicti æquitas tua benigne condonabit. Ita enim mihi tecum res eſt comparata, Lector; ſi quid tibi Poetas hoſce evolventi curæ noſtræ profuerint, tuum eſto lucrum; neque laudem capto, neque gratias aucupor; in tenui laborem eſſe non ſum neſcius: ſi quid vero peccatum ſit, quod in quamplurimis eveniſſe nullus dubito, eo faciliorem veniam ſpero, quod melius de te merendi non deficit voluntas, ſed & ætas & valetudo ingraveſcentes omnem hæc emendatiora dandi facultatem plane intercipiunt.

Unum adhuc reſtat, Lector, circa quod, ut indulgentia tua mihi perneceſſaria futura eſt, ita eam omni ratione mihi conciliatam quam maxime velim. De lingua loquor, qua in hiſce annotationibus exarandis ſum uſus. Cum primum mihi in animum induxi ſcriptis eas tradere, *Latinam* ſane linguam nulla alia de cauſa adhibui, quam quod morem apud eruditos prorſus invaluiſſe videbam, ut quæcunque viri docti ad Græcum aliquem ſcriptorem commentata ſunt iſta præcipue lingua contexta legantur. Huic igitur mori, meo utcunque periculo, obſequendum ſtatui. Ea enim fuerat & pueritiæ & adoleſcentiæ meæ inſtitutio, ut rudis plane, & nullo vel minimo quidem uſu exercitatus, ad Latine ſcribendum accederem. Hac igitur de re præmonitus minus, ut ſpero, indignabere Lector, cum ſermonem noſtrum non inelegantem modo & parum accuratum deprehendes, ſed non raro etiam ſolœcum, & a proprietate ac puritate loquelæ Latinæ nimium quantum abſcedentem. Habes ſcilicet confitentem reum, venia tamen non omnino indignum, ſi perpendas, me non ex negligentia, aut reverentiæ erga rempublicam literariam defectu, ſed ex mera impotentia, peccatum hoc admiſiſſe; quod penſum corrigendi, aut potius ut ita dicam recoquendi, tantæ molis ſcriptum nimis fuiſſet ingratum ac tædio plenum, quam ut hoc ab amicorum quopiam aut petere aut ſperare auderem; quod denique in hujuſmodi commentariis ad ſtyli accurationem raro vel a ſcriptore vel a lectore attendi ſoleat, quippe, cum levioris fere momenti ſint res de quibus agitur, nugis etiam quodammodo pondus addere velle videretur, quiſquis oratione exquiſitiore eas ornandas ſibi proponeret.

Cum itaque amicorum quorundam, quibus jam olim hæc communicaveram, cohortatio, & judicium nimis forſan propenſum digniſſimorum *Præli Academici Oxonienſis Curatorum*, me uſque adeo perſuaſerant, ut publica luce non omnino indigna exiſtimarem, hujus defectus conſcientia non tantum apud me valuit, ut a propoſito deterreret. Sperabam nimirum culpam ultro agnitam, & ab ipſo auctore palam improbatam, minus forſan ſeveritatis a lectore ingenuo fore experturam; & ſimul cogitabam, tanto magis mihi debituram eſſe

rem-

rempublicam literariam, ſi cum aliquo propriæ etiam famæ diſpendio commoda ejus pro virili promovere non detrectarem; ſiquidem revera famæ diſpendium adferre poſſit in ea eruditionis parte minus exercitatum deprehendi, cujus peritiam nunquam tibi arrogaveris.

Reſtat jam ut editiones iſtæ quibus annotationes noſtræ accommodatæ ſunt, & quarum ut ſupplementum quaſi quoddam habeantur velim, ſigillatim deſignentur.

Quod igitur ad *Euripidem* attinet, operum ejus omnium adhibui editionem *Barneſianam*, Hecubæ, Oreſtis, & Phœniſſarum, editionem *Kingianam*, Hippolyti *Muſgravianam*, Alceſtidis *Morellianam*, Fragmentorum *Grotianam*, in Excerptis ſuis, & *Stobæo*.

Quod ad *Sophoclem*, editionem Græcam *H. Stephani* cum notis *Camerarii*, Græco-Latinam etiam *Johnſoni* & eorum qui ejus veſtigiis inſiſtentes eam abſolverunt; in Fragmentis vero *Grotianam* ſupra memoratam.

Quod ad *Æſchylum*, editionem *Stanleianam* nuper a *Pauwio* propriis additis annotationibus renovatam, & in Fragmentis editionem itidem *Grotianam*. Cæterarum *Æſchyli* editionum, præter *Turnebianam* parvam, nullam oculis uſurpare contigit; cum igitur *Aldinæ*, *Robortellianæ*, *Stephanianæ*, ſcripturas varias in notis noſtris allegavimus, id omne ex fide *Stanleii* & *Pauwii* pendere intelligendum eſt.

E re autem erit lectoris ut de quibuſdam ad editiones ſupra memoratas ſpectantibus plenius ac fuſius edoceatur. Ut itaque a *Sophocle* ordiamur; ſciendum eſt Græculum quendam nomine *Demetrium Triclinium* circiter initium ſeculi decimi quarti floruiſſe. Hic, cum in antiqua Græcorum re metrica inveſtiganda haud parum ſtudii collocaſſet, & peritiam aſſecutus eſſet haud equidem mediocrem, pro iſtius præſertim temporis captu, quo literæ humaniores ſpiſſiſſimis barbariei tenebris tamdiu ſepultæ reviviſcere tandem cœperant, *Sophoclis* Tragœdias recenſendas ſuſcepit, & uniuſcujuſque verſiculi in ſeptem illis fabulis, quæ ſolæ ad ejus ætatem, adeoque ad noſtram, uſque ſalvæ pervenerant, metrum ſigillatim declarare eſt profeſſus. Cum vero exemplaria vetera quibus uſus eſt non raro regulis metricis quas ſibi velut ratas fixaſque ſtabiliverat minus reſponderent, nodum quem diſſolvendo non erat abſque hæſitatione ulla diſcindebat, addendo & delendo pro lubitu, non unam tantum vocem, ſed & verba plura, & interdum verſus etiam integros, omnia denique immutando prout propria ipſi ſuggerebat imaginatio. Bene tamen ſe habet quod ipſe ſe hujus auſi reum propria confeſſione ubique fere prodit; aliter omnes haſce innovationes, ac ſi veterum codicum auctoritate munitæ eſſent, hodie pro certis & indubitatis proculdubio haberemus. Anno demum 1553 *Hadrianus Turnebus*, cum in codicem quendam ad recenſionem *Triclinianam* expreſſum, omneſque ejus innovationes & interpolationes fideliter ſatis repræſentantem, neſcio quo malo fato incidiſſet, ad hunc editionem ipſe ſuam adornavit, & pro optima quæ adhuc prodierat & ſola vera germanaque venditavit. Atque ad hanc quidem editionem *Turnebianam* cæteræ omnes fere deinde ſecutæ editiones ad hunc uſque diem, tanquam ad normam aliquam conformatæ deprehenduntur. At ſi quis eas conferre non gravabitur cum editione illa quam ex melioribus longe & vetuſtioribus exemplaribus jam dederat *Aldus*, adhibitis etiam ipſius *Triclinii* ſcholiis, is ſtatim videbit hunc exemplaria ſua prætextu corrigendi revera corrupiſſe, dum cuncta ad regulas quaſdem metricas, falſas ſæpe & fallaces, exigere ſatagit. Neque enim metrorum aut naturam aut rationes

tiones

tiones penitius perſpexerat, ſed perfunctoriam ſane ac tralatitiam tantum poſſidebat ejus rei notitiam. Quod cum ita ſit, editiones omnes nuperiores, utpote a *Tricliniana* recenſione derivatæ, pro nothis & interpolatis jure ſunt habendæ; neque veram aut germanam unquam habebimus donec ad *Aldinam* recurratur, ex codicum etiam antiquiorum & editionum cæterarum *Turnebianam* præcedentium collatione inſuper emendandam.

Idem propemodum fatum *Euripidis* tres illas Tragœdias, quæ in vulgatis editionibus primam ſortitæ ſunt ſedem, expertas conſtat. Græculus quidam homo, ſive ipſe *Demetrius Triclinius* quod ſane crediderim, ſive quiſquis ſit alius ejuſdem fere ætatis, eaſdemque plane regulas in metris exponendis ſecutus, has quoque fabulas ſibi recenſendas ſuſcepit, & metrorum enarrationem *Triclinianæ* prorſus ſimilem nobis reliquit, ex qua patet hunc etiam codicum ſcripturam ad normam quam ſibi propoſuerat metricam exigentem ſæpiſſime pro arbitrio immutaſſe atque interpolaſſe. Cum vero hujus hominis auctoritati cuncta tribueret Editor eruditus *Kingius* (neſcio quibus præſtigiis occœcatus, nam ipſe certe rei metricæ notitia longe eum ſuperabat) & codex ſimul ſcriptus in Regiæ ſocietatis *Londinenſis* cimeliis aſſervatus, ad recenſionem iſtam examuſſim conformatus, ejuſque revera maniſeſtiſſimum apographum, in ejuſdem viri docti manus incidiſſet, hoc tanto conſenſu permotus huic codici primas præ cæteris omnibus detulit, hinc veram germanamque Poetæ ſcripturam petendam eſſe ſtatuit, & propriam editionem ad ejus fidem ut plurimum expreſſit. Quod ſi criticæ ſanioris præceptis rite attendiſſet, concluſionem plane contrariam veriſſimam eſſe vidiſſet, nempe apographum ex recenſione recentiſſima certiſſime tranſcriptum perparum poſſe aut ponderis aut auctoritatis habere.

Porro, cum in *Pauwium* cenſuram paullo ſeveriorem interdum exercuiſſe nonnullis forſan videri poſſim, de eo aliquid etiam dicendum. Ut facti igitur mei rationem aliquatenus reddam, aperte & ſine ambagibus profiteri cogor, mihi neminem hactenus innotuiſſe, ex iis qui in Veterum aut Recentiorum cujuſvis linguæ ſcriptis commentandis atque interpretandis operam aliquam poſuerunt, in quo tanta adeoque perpetua ſe prodit hallucinandi alacritas, cui ab auctoris ſui ſenſu tam frequenter aberrare contigit, cui denique conatus ſui in corruptis reſtituendis, ſcripturaque vera revocanda, adeo miſere ceſſerunt. Intelligere profecto nequeo quomodo fieri potuit, ut homo, qui *Hephæſtionis* tractatum de Metris ediderat, quique in ratione metrica uniuſcujuſque verſus per ſeptem *Æſchyli* Tragœdias explicanda tamdiu tamque pertinaciter ſeſe exercuerat, ignorantiam adeo craſſam circa prima etiam rei metricæ elementa ubique fere prodat. Ac ſicut jaculator vix reperitur eo uſque infelix ut non interdum ſcopum feriat, ita fatendum quidem eſt huic quoque quædam aliquando excidiſſe lectoris attentione non indigna. Interim ignoſcet, ſpero, lector confitenti, protervam illam inſolentiam arrogantiamque contumelioſam, qua non modo in prima reipublicæ literariæ nomina ſubinde invehitur, ſed aliorum etiam ſe longe longeque eruditiorum famam ac merita nunquam non conculcat, tantam apud me indignationem excitaſſe, ut morum meorum oblitus in eam ſtyli aſperitatem fuerim abreptus, quam, ſi minor exſtitiſſet ſuccenſendi cauſa, in aliis ipſe primus reprehenderem.

Sed ut eo revertar, unde me abduxit moleſtiſſima illa hujus Critici petulantia, eo minus toleranda, quod nulla aut ſupra vulgum eruditione, aut ingenii dote eximia, ſit compenſata;

ſata; lectorem admonitum velim, cum annotationes hæ certis quibuſdam editionibus velut ſupplementa quædam adaptentur, ut quidquid in iſtis recte jampridem aut obſervatur aut explanatur nequaquam hîc iterari expectet. Nonnunquam quidem hoc factum reperiet, ſed plerumque, aut illuſtrationis plenioris gratia, aut ut eruditioni & perſpicaciæ Interpretum quorundam (ut puta *Barneſii*, quem, nulla ejus meritorum habita ratione, faſtidioſe proculcare in morem fere abiit) debitus tribueretur honos. Cætera quod attinet, ubicunque vel emendationum vel expoſitionum quæ in editionibus iſtis leguntur nulla in notis noſtris fit mentio, intelligat lector velim, eas aut a me plane comprobari, aut ſaltem non pro evidenter falſis, ſed pro dubiis tantum & incertis, habitas ejus judicio permitti. Monitum tamen hocce ad verſiones horum Poetarum Latinas extendi nolim. Neque enim inſtituti mei rationem exigere exiſtimabam, ut eas a capite uſque ad calcem accurate cum Græcis conferendi tædium exhaurirem. In iis igitur multi adhuc errores fortaſſe deprehendentur (cum earum profecto nulla inter meliores cenſeri mereatur) quos corrigere neglexi, cum eminentiores tantum, eoſque qui raptim pervolventi primo quaſi obtutu ſe proderent, notaverim.

Quod ad rem metricam ſpectat, nonniſi aliqua ex tribus hiſce occaſionibus oblata ſententiam meam interpoſui; ubi ſcilicet adeo aperte peccatur ut ſcripturam vulgarem immutari plane ſit neceſſe; ubi ſcriptura quidem recte ſe habet, metrum autem ab editore male aut conſtituitur aut diſponitur; ubi denique metrorum rite conſtitutorum rationem minus aſſecutus eſt editor, adeoque lectorem etiam in errorem inducere poſſit. Sentio equidem in ultimi hujus generis obſervationibus me parciorem eſſe, & lectorum perſpicaciæ plurima tuto permitti potuiſſe, præſertim in notis *Æſchyleis*, in quibus ab initio ad finem uſque *Pauwio* comes aſſiduus prolixior fui, fateor, quam animo primum præceperam. Sed & lectorem penes eſt obſervata iſta pro lubitu præterire, & otium mihi impræſentiarum neutiquam adeſt ea inter limites arctiores coercendi.

Jam tandem vero officii mei ratio poſtulat ut agnoſcam quantum digniſſimo amico meo, viro eruditiſſimo ſimul & φιλοσοφωτάτῳ, *Zachariæ Mudge* apud *Plimuthienſes* Verbi Divini Miniſtro plurimum reverendo debeam. Cum tanti viri amicitiam ſæpius jam olim in rebus multo majoris momenti fuiſſem expertus, ille vero nuper audiviſſet me in hoc opere pertexendo occupari, cuperetque opem ſuam in hac re, prout in omni alia, oblata occaſione, facere adſueverat, familiariter largiri, ſtatim ſe ad *Sophoclis* Tragœdias ex editione *Johnſoniana* pervolutandas contulit, & animadverſiones ſuas lingua *Noſtrate* ſcriptas mihi tranſmiſit. Ex his quotquot inſtituti mei ratio admittebat notis meis immiſcui, & nomine ejus adſcripto fideliter edi curavi. Non ſine magno ſane rei literariæ diſpendio eſt quod non omnia integra vulgari poterant; aſt iis ſepoſitis ex quibus voluptate non mediocri perfuſus intelligebam mea jam olim cogitata illius auctoritate confirmari, aliiſque nonnullis in quibus non ſine aliquo moleſtiæ ſenſu ab illo diſſidere cogebar, quæque ſilentio potius premere quam diſputationibus litigioſis exagitare mei eſſe officii arbitrabar, cætera pleraque eum præcipue ſcopum habere videbantur, ut quæ verſio *Latina* diſſolute, frigide, & ineleganter reddiderat, ſententiæ tamen velut umbra quadam tenui etiamnum retenta, ſumma cum evidentia, proprietate, ac elegantia, lingua *Anglica* repræſentaret. Quæ quidem cuivis

An-

Anglicam ſcriptoris hujus egregii verſionem molienti maximam utilitatem atque opem allatura ſpondeo, ſed a propoſito meo plane aliena eſſe ipſe ſatis percipiet lector. Quantum verſio *Anglica* a Cl. *Franklando* nuper adornata futuram illarum utilitatem anteverterit a me dijudicari haud poteſt, cum hæ annotationes priuſquam ea prodierat prælum jam exercerent, & eam deinceps inſpicere conſulto omiſerim donec mearum editio abſolveretur.

Hujus vero operis mentio rem aliam minime quidem ſilentio tranſmittendam in memoriam mihi revocat. Jam temporis ſpatium haud modicum fuerat elapſum, ex quo ſchedas meas *Oxonium* ut prælo committerentur tranſmiſeram, cum Vir eruditiſſimus juxta ac humaniſſimus, cujus patrocinio ornatæ prodeunt notæ noſtræ *Æſchyleæ*, libro quodam apud *Batavos* tunc nuper edito, mihi vero nunquam antea viſo, cui titulum *Pierſonus* auctor Veriſimilia inſcripſerat, me donare eſt dignatus. Vix oculos in librum conjeceram, cum ſtatim mihi conſtitit ſcriptorem eruditum ac perſpicacem paucas quaſdem meas ſcripturæ *Euripideæ* emendationes jam præoccupaſſe, & quodammodo mihi præripuiſſe. Idem aliis quoque ſcriptoribus forſan accidiſſe potuerit, quorum neque opera neque nomina mihi adhuc innotuerunt. Hinc apud eos quibus minus ſim notus ſuboriri poteſt ſuſpicio me aliorum ſcrinia compilare voluiſſe, quæ tamen apud eos qui mores meos ac indolem vel de fama norunt nullum plane locum, ſat ſcio, habitura eſt. Ut illis autem ſatisfiat præſto ſunt plurium amicorum teſtimonia, quibus ſchedas meas communicaveram multo ante tempore quam aut *Valckenarii Phæniſſæ* aut *Pierſoni* Veriſimilia typis ederentur. His etiam ſuffragatur ipſa ſchedarum mearum facies atque indoles, quas ea de cauſa diligenter aſſervo. Poſſum ſane ſanctiſſime profiteri, me nunquam, ne tantillum quidem, a quolibet ſcriptore mutuatum eſſe, quod non ei ſimul nominatim totum acceptum retulerim. Et profecto ſpero, in tanta harum annotationum ſylva, quæ ſine ulla controverſia partem longe maximam unice mea eſt, ſatis indicii repertum fore me nequaquam tanta ingenii inopia laborare, ut ad laudem captandam furtivis coloribus indigeam. Immo omnem illam quantacunque ſit quæ ab opere hujuſmodi accreſcere poſſit famam lubens potius abdicarem, quam conſcientiam facinoris adeo probroſi ac inhoneſti vel ſemel admiſſi ſuſtinerem. Quantum autem ab hujuſmodi malis artibus abhorret ingenium meum non una tantum ſeſe obtulit oſtendendi opportunitas. Quamprimum *Hippolyti Euripidei* editio *Muſgraviana* in manus meas inciderat, emendationes plures ex conjectura tantum mihi natas, cum auctoritate eas potiore exemplarium ab erudito viro collatorum ſtabiliri cernerem, una omnes litura ſimul obliteravi. Cum porro in ſupellectile mea libraria editionem *Euripidis Baſileenſem* reperiſſem, cujus ad marginem Vir quidam doctus mihi prorſus ignotus conjecturas ſuas non ſane ſpernandas alleverat, illarum omnium quotquot mihi uſui fore videbantur honorem conſtanter & religioſe ei detuli, etiamſi earum aliquas ipſe jam præoccupaſſem, omnes vero mihi ipſi vindicare abſque ullo detectionis periculo potuiſſem.

Mihi denique, Lector benevole, exorandus es, ut errata typographica necnon ea quæ Addendorum nomine ad operis calcem ſubjunguntur calamo prius emendes noteſque quam ad ipſum opus pervolvendum te accingas. Vale.

Dabam *Iſcæ Dumnoniorum*
A. S. MDCCLXII.

De Tragicorum GRAECORUM metris.

De Metro Iambico.

SEnarii *Iambici* leges vel Tironibus ſunt notae. Sex conſtat pedibus, unde & nomen traxit. Sedem ſecundam & quartam ſibi vindicat *Iambus*, aut *Iambo* pes aequipollens, *Choreus*; ſextam ſolus *Iambus*, niſi forte & *Pyrrhichium* accenſeas propter ſyllabae ultimae ἀδιαφοϱίαν: prima, tertia, & quinta, praeter *Iambum* & *Choreum*, *Spondaeum* etiam, & pedes *Spondaeo* aequipollentes, *Dactylum* & *Anapaeſtum*, admittunt. Porro *Anapaeſtus* ſedem etiam ſecundam & quartam interdum occupat, ſed tantum in nomine proprio, ex ipſa rei neceſſitate, nunquam vero aliter, ut puto, apud Tragicos Atticos (apud Comicos enim ſecus ſe res habet) & ſi qui hodie in hiſce ſedibus deprehenduntur *Anapaeſti*, ut aliquoties deprehendi non diffiteor, Librariorum incuriae & feſtinationi omnino hoc imputandum cenſeo; cum nullum hujuſmodi exemplum, ne uno quidem excepto, apud Poetas noſtros animadverterim, quod emendationem facilem & obviam non recipiat. Eandem etiam legem in Senarii portionibus, quae in Melicis ſaepiſſime immiſcentur, aeque obtinere certum eſt.

Interdum, ſed raro admodum, vocalis brevis in Senarii fine eliditur, verſu proxime ſequente a vocali incipiente. Vide *Sophocl. Oedip. Tyran.* 340. *Oedip. Colon.* 1226. *Euripid. Iphig. in Aul.* 929. ſaepius augmentum in verſus initio eliditur, verſu proxime ſequente in vocalem deſinente. Vide *Æſch. Perſ.* 458. 506. *Sophocl. Electr.* v. 717. 718. *Oedip. Colon.* 1668. 1677. 1678. *Trachin.* 921. *Euripid. Hecub.* 1160.

De Metro Trochaico.

Metrum *Trochaicum* in ſedibus imparibus *Trochaeum* tantum & *Choreum*, quæ *Trochaei* ſyllabam longam in breves ſolvit, admittit; in paribus vero *Spondaeum* inſuper, *Dactylum*, & *Anapaeſtum*. Annon vero in ſede etiam impari interdum admittatur *Dactylus*, inter Eruditos lis eſt; *Bentleio* licentiam hanc Poetis etiam comicis denegante, *Kingio* e contra Poetis etiam tragicis afferente, utroque autem, ni fallor, perperam. *Kingii* ſententiam, quod ad Poetas comicos attinet, ſatis tuetur *Hephaeſtionis* auctoritas, quæ hac in re proculdubio graviſſima eſt. Eandem tamen auctoritatem in Poetarum tragicorum cauſa fruſtra advocat vir clariſſimus. Inſpicienti ſcilicet ejus Enchiridii p. 20. ſtatim conſtabit, eum non magis *Dactylo* in *Trochaici* carminis ſede impari, quam *Anapaeſto* in *Iambici* ſede pari, locum concedere. Poſt verba enim a *Kingio* tom. II. p. 311. excitata ita pergit *Hephaeſtion*; οἱ δὲ κωμικοὶ συνεχως, ὥσπερ κἀν τῳ ιαμϐικῳ, τῳ επι του αρτιου αναπαιςῳ· ἑκατερον γαρ αλογον. ουτε γαρ εν τῳ ιαμϐικῳ εχρην αναπαιςον επι της αρτιου χωρας, εφ' ἡς ουδὲ σπονδειος εγχωρει, οὐ λυσις εςιν ὁ αναπαιςος· ουτε εν τροχαικῳ, επι της περιτῆς τον δακτυλον εφ' ἡς ουδε σπονδειος εγχωρει, οὐ ὁμοιως λυσις ὁ δακτυλος. *Hephaeſtionis* igitur auctoritate permotus, & propria pariter obſervatione fretus,

 citra

citra erroris periculum ſtatui poſſe exiſtimo, Poetas tragicos, ſaltem Atticos, in tetrametris catalectis hanc licentiam nunquam, niſi ubi occurrebant nomina propria, ſibi permiſiſſe. Et ſi qua hodie occurrunt exempla quæ contrarium ſuadere videntur, ea omnia Librariorum oſcitantium παροραματα eſſe veriſimile eſt. Saltem exempla a *Kingio* adducta medicam manum facile admittunt. Ita in *Phoeniſſ.* v. 625. pro ου θεμιτον σοι, obvium eſt reſcribere αθεμιτον σοι. Ita in *Iphig. in Aul.* v. 324. ubi vulgata ſcriptura manifeſto in mendo cubat, reponere potes, una tantum voce tranſpoſita,

Ου πριν αν Δαναισι δειξω πασι τἀγγεγραμμενα

In *Oreſt.* v. 1566. *Dactylus* in nomine proprio reperitur, ubi licentiam hanc locum habere inter omnes convenit. Quinetiam in *Ithyphallicis*, ſive dimetris brachycatalectis, & in *Euripideis*, ſive hephthemimeribus *Trochaicis*, *Dactylum* interdum, ſed rarius, ſedem imparem occupare deprehendo. At in penthemimeribus *Trochaicis*, quae in Melicis frequentiſſime occurrunt, quaeque *Antiſpaſticorum Dochmaicorum* indolem, praeſertim in *Aſynartetis* induiſſe videntur, ſedes prima ſæpiſſime & abſque ſcrupulo *Dactylo* tribuitur.

In tetrametris catalectis obtinet etiam regula quam his verbis exprimit *Terentianus Maurus*

Regulam ſervans ubique, finis ut quarti pedis
Nominis verbive fine comma primum terminet

Semel tantum contra hanc legem peccatum apud Poetas hoſce tragicos animadverti, nempe apud *Sophocl. Philoctet.* v. 1442. 1443. Recte autem monuit *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 18. in commatum ratione praepoſitiones, etiamſi verborum initio adhaereant, tanquam ſingulas tamen voces haberi poſſe & ſolere.

De Metro Anapaeſtico.

Metrum *Anapaeſticum*, praeter *Anapaeſtum*, pedes etiam ισοχρονους, *Spondaeum*, *Dactylum*, & ſubinde, rarius tamen, *Proceleuſmaticum*, admittit.

Syſtematum *Anapaeſticorum* quædam legitima appellari merentur, quaedam anomala ſunt.

Syſtemata legitima ingrediuntur baſes ſive monometri, dimetri acatalecti, & dimetri catalecti *Paroemiacorum* nomine a Grammaticis inſigniti. *Paroemiaci* ut plurimum baſi ſive monometro immediate ſubjiciuntur, & ſententiam claudunt. In ſyſtemate legitimo ultimae cujuſque verſus ſyllabae αδιαφορια non obtinet, ſed carmina continuo tenore decurrunt, uſquedum ad *Paroemiacum*, quo clauditur ſententia, deventum ſit.

Daweſius in Miſcell. Critic. p. 224. Legem hanc ratam fixamque haberi jubet, nempe, ſyllabam in verſu *Paroemiaco* catalecticam ſoli *Anapaeſto* ſubjici oportere. Legem tamen hanc non ſemper apud Poetas noſtros obſervatam deprehendo. Interdum enim *Spondaeo* ſubjicitur ſyllaba catalectica, ut apud *Aeſchyl. Agam.* v. 371. *Suppl.* v. 8. *Sophocl. Oedip. Tyran.* v. 1334. interdum *Dactylo*, ut apud *Euripid. Suppl.* v. 47. 54. 70. interdum etiam *Proceleuſmatico*, ut apud *Aeſch. Perſ.* v. 937. *Euripid. Hecub.* edit. *King.* v. 76.

In Syſtemate legitimo ſemel interpoſitum animadverti *Paroemiaci* loco *Trochaicum Euripideum*, nimirum apud *Eurip. Hecub.* v. 209; ſemel periodum catalectum apud *Sophocl. Oedip.*

Oedip. Colon. v. 253. ſemel ſyſtema legitimum binis *Trochaicis*, baſi, ſcilicet, & *Ithyphallico*, claudi video apud *Sophocl. Oedip. Colon.* v. 257.

In ſyſtemate etiam anomalo nonnunquam immiſcetur *Euripideus*, *Eurip. Troad.* v. 217. nonnunquam *Trochaicus* dimeter acatalectus, *Id. Ion.* v. 889. nonnunquam ſyſtema claudit *Glyconeus*, *Sophocl. Trachin.* v. 1060.

Syſtemata anomala ea ſunt quae, non monometros tantum, & dimetros vel acatalectos vel catalectos, ſed cujuſcunque moduli verſus, admittunt; & in quibus *Paroemiaci* pro lubitu ubique, ſententia etiam non abſoluta, inſeruntur. Quanquam revera verſus tales pro *Paroemiacis* genuinis haberi haudquaquam poſſunt, ſed plerumque *Spondaicae* potius, aut *Dactylicae*, ſunt hephthemimeres. In hoc autem genere anomalo ultimam cujuſque verſus ſyllabam τὸ ἀδιάφορον obtinere certum eſt. Vide quae notavimus ad *Aeſchyl. Sept. ad Theb.* v. 840. *Euripid. Iphig. in Aul.* v. 130. *Ion.* v. 918.

Anapaeſticos catalectos & hypercatalectos in diſſyllabum mera eſſe Grammaticorum imperitorum ſomnia, neque uſpiam revera exſtare, oſtendi ad *Aeſchyl. Agam.* v. 1010.

De Metro Dactylico.

Metrum *Dactylicum* non per dipodias, ſicut *Iambicum*, *Trochaicum*, & *Anapaeſticum*, ſed per pedes ſingulos, quorum unuſquiſque pro metro uno haberi ſolet, dividitur. *Dactylos*, *Spondaeos*, & nonnunquam, ſed raro, *Proceleuſmaticum* admittit. Hujuſce metri carmina apud Tragicos uſitatiora ſunt monometri, penthemimeres, & hephthemimeres, ſive *Dactylicae*, ſive *Spondaicae*, dimetri, & tetrametri; neque ab hexametris omnino abſtinuerunt, interdum continuis, ut apud *Sophocl. Trachin.* v. 1027 --- 1040. interdum pentametro Elegiaco alternis interpoſito, ut apud *Aeſchyl. Suppl.* v. 71 --- 74. & *Euripid. Androm.* v. 103 --- 116. interdum denique intermiſtis dimetris, tetrametris, aliiſque hexametri portionibus, ut apud *Sophocl. Oedip. Tyran.* v. 151 --- 175. & *Eurip. Phoeniſſ.* v. 801 --- 847.

Hexametrum unum reperio *Dactylo* terminatum apud *Sophocl. Elect.* v. 133. 134. ubi vide quae notavimus. Alterum tamen forſan ejuſmodi exemplum habemus apud eund. *Oedip. Tyran.* v. 159. 160. ex quo in partes ſecto binos effecimus *Dactylicos*, an recte vero, valde dubito.

Notandum etiam eſt, caeſurae, in *Dactylicis* hexametro brevioribus, nullam ſyllabae brevis producendae vim competere. Saltem nullum licentiae talis exemplum apud Poetas noſtros adhuc mihi contigit animadvertere.

Verſus *Dactylicus Logaoedicus* conſtat ex duobus, tribus, vel quatuor *Dactylis* & ſyzygia *Trochaica*.

De Metro Choriambico.

Verſus *Choriambicus* ex ſolis *Choriambis* conſtans raro occurrit, neque immerito, inſuavis enim plane auribus accideret. Cum igitur ſympathia quædam inter metra *Choriambica* & *Iambica* intercedere intelligatur, verſus *Choriambicus* plerumque, aut a ſyzygia *Iambica* incipit, aut eadem vel integra vel catalecta terminatur. Nonnunquam etiam *Choriambus* unus, nonnunquam plures, ſyzygia *Iambica* utrinque ſtipantur.

Quanquam autem antipathiam quandam inter *Choriambum* & *Trochaeum* intercedere ſtatuunt Metrici, hoc non impedit quo minus in eundem nonnunquam coeant verſum, qui tunc *Epichoriambici* nomen ſibi adſciſcit. Exemplum ſit *Sapphicus Hendecaſyllabus*, ex ſyzygia *Trochaica*, vel *Epitrito ſecundo*, *Choriambo*, & ſyzygia *Iambica* catalecta conſtans. Notandum tamen eſt, ſyzygiae *Trochaicae* in prima tantum *Epichoriambici* ſede, & in alia nulla, locum concedi.

De Metro Antiſpaſtico.

Metrum *Antiſpaſticum* cum *Iambico* συμπαθειν, *Trochaico* vero αντιπαθειν, ſtatuunt Metrici. In puris igitur *Antiſpaſticis* ſoli *Antiſpaſti*, *Dijambi*, & *Epitriti tertii* locum obtinent, & plerumque, non tamen ſemper, *Antiſpaſti* in verſus medio, *Dijambi* & *Epitriti tertii* in principio, vel fine, vel utrinque collocantur. At *Antiſpaſtici* impuri, ſive κατ' αντιπαθειαν mixti, præter pedes jam memoratos, in prima ſede *Epitritos* omnes, atque etiam *Ditrochaeos*, & nonnunquam (at niſi in πολυσχηματιστοις perquam raro) *Diſpondaeos* (vide *Aeſchyl. Sept. ad Theb.* v. 693. *Agam.* v. 425.) admittunt, minime vero, ut opinor, ſaltem apud Tragicos noſtros, aut *Paeonas*, aut *Ionicos*. Licentiae adeo amplae accedit etiam haec altera, quod ſcilicet in verſibus antitheticis minime neceſſe eſt ut pedes ſinguli, praeſertim diſſyllabi, pedibus ſingulis accurate reſpondeant, ſed ſufficit ſi metra ejuſdem generis ſibi mutuo opponuntur. Vide quae notavimus ad *Euripid. Hecub.* v. 931. *Oreſt.* v. 171. *Phoeniſſ.* v. 1054. 1321. & centies alibi. Ita *Epitrito primo* opponitur *Epitritus ſecundus* (vide *Euripid. Oreſt.* v. 168 & 189. & quae ibi notavimus) *Epitritus tertius* (vide notas ad *Aeſch. Sept. ad Theb.* v. 352.) *Epitritus* denique *quartus*; (vide notas ad *Aeſchyl. Sept. ad Theb.* v. 335.) Exempla plura ſimilis licentiae enumerare & ſupervacaneum eſſet & moleſtum.

Carminum *Antiſpaſticorum* inſigniora ſunt, penthemimeris ſive *Dochmaicus*, hephthemimeris ſive *Pherecrateus*, dimeter acatalectus ſive *Glyconeus*, dimeter hypercatalectus ſive *Hipponacteus*, trimeter catalecticus hendecaſyllabus ſive *Phalaeceus*, trimeter acatalectus ſive *Aſclepiadeus*.

Vocalem longam in duas breves ſolvere ubique, niſi in verſus fine, licet.

Ex *Antiſpaſticorum* impurorum ſive κατ' αντιπαθειαν numero eſt *Pindaricus* hendecaſyllabus ex *Antiſpaſto*, *Choriambo*, & ſyzygia *Iambica* catalecta conſtans.

Reperiuntur etiam *Antiſpaſtici* κατ' αντιπαθειαν in quibus *Epitrito quarto* ſubjicitur ſyzygia *Trochaica* hypercatalecta. Exempla exſtant apud *Aeſchyl. Eumenid.* v. 360. 373. 383.

De *Polyſchematiſtis* infra ſigillatim differemus.

De Metro Ionico a majore.

Verſus *Ionicus a majore* legitimus in prima ſede admittit vel *Ionicum*, vel *Paeona ſecundum*; in ſecunda, ſi ſaltem trimeter ſit vel integer vel catalectus, itidem *Ionicum* vel *Moloſſum*; terminatur autem fere ſemper ſyzygia *Trochaica* vel integra vel catalecta.

Inter *Ionicos a majore* legitimos eminet *Cleomacheus* ſive dimeter acatalectus, inter impuros, vulgo *Epionicos* dictos, *Alcaici* hendecaſyllabus & dodecaſyllabus, qui in prima ſede habent ſyzygiam *Iambicam* aut *Epitritum tertium*, in ſecunda *Ionicum a majore* aut *Paeona* ſe-

ſecundum, in tertia ſyzygiam *Trochaicam* aut catalectam aut integram. *Epionicum* etiam a *majore* tetrametrum catalectum, modo memoratis omnino ſimilem, indicat *Hephaeſtion*.

Moloſſum nonniſi in ſede pari admittit verſus *Ionicus a majore*.

De Metro Ionico a minore.

Metrum *Ionicum a minore* aut purum eſt, aut ανακλωμενον. Verſus *Ionicus a minore* purus aut ex ſolis *Ionicis* conſtat aut ſyzigias etiam *Trochaicas* poſt pedem primum admittit; quanquam interdum, rariſſime tamen, dipodiam *Trochaicam* praecedere, *Ionicum* ſequi, video. Vide *Aeſchylum Sept. ad Theb.* v. 959. *Moloſſum* in locis imparibus recipit, in paribus reſpuit.

Verſus, *Ionicus a minore* ανακλωμενος pro *Ionico Paeona tertium* accipit, ita tamen ut proxime ſequatur aut *Ditrochaeus* aut *Epitritus ſecundus*. Vide notam noſtram ad *Aeſch. Prometh.* v. 426. In ſede etiam impari *Paeon tertius* in *Palimbacchium* ſaepe contrahitur; ſaepe etiam dipodiae *Trochaicae* aut *Epitriti* primus pes in *Tribrachyn* ſolvitur.

In *Ionicorum a minore* ſyſtematibus, qualia apud *Aeſchylum* occurrunt *Perſ.* 81 --- 101. *Suppl.* 1025 --- 1069. ultimae verſus ſyllabae nulla αδιαφοριας conceditur licentia, niſi ſententia plane abſoluta.

Epionicorum a minore duo tantum ſunt ſchemata, in quibus dipodiae *Iambicae* aut *Epitrito tertio* ſubjicitur dimeter *Ionicus*, in altero purus, in altero ανακλωμενος.

Ionicum a minore etiam purum non raro claudit ſyzygia *Trochaica* ſive integra catalecta.

De Metro Paeonico.

Inter *Paeonas* quaternos ex una parte, & *Creticum*, *Bacchium*, & *Palimbacchium* ex parte altera, arctiſſima intercedit affinitas. Omnes ſcilicet quinque temporum ſunt pedes, neque a poſterioribus diſcrepant priores niſi ſyllabae longae in duas breves ſolutione. Ita *Paeon primus* aut *Palimbacchii*, aut *Cretici* ſolutio eſt; *Paeon ſecundus*, *Bacchii*; *Paeon tertius*, *Palimbacchii*; *Paeon quartus*, aut *Cretici*, aut *Bacchii*. Ex hac analogia deducuntur metri *Paeonici* leges. Nam verſus qui ex *Creticis* conſtat, aut ſolis, aut interpoſitis *Paeonibus primis* vel *quartis*, qui *Cretici* pedis merae ſunt ſolutiones, *Creticus* appellari ſolet; qui & in ſede pari *Bacchium* etiam, vel *Bacchii* ſolutionem *Paeona ſecundum*, nonnunquam recipit, & plerumque *Cretico*, interdum, ſed raro, *Paeone quarto*, nunquam vero *Paeone primo*, terminatur. Verſus autem qui aut ex *Bacchiis* ſolis, aut *Paeonibus ſecundis* intermiſtis, conſtat, *Bacchiaci* ſibi nomen adſciſcit. *Palimbacchius* pes carminibus Melicis ineptus cenſetur, nec niſi in *Ionicis a minore* ανακλωμενοις, aut in *Glyconei* polyſchematiſti ſede prima, locum invenit.

Verſus *Paeonici* propriae dicti ſolis conſtant *Paeonibus*, ex quorum ſchemate diverſo nomina diverſa trahunt; neque enim varia *Paeonum* ſchemata in eodem verſu proprie *Paeonico* miſcere licet. *Paeonici* autem iſti, in quibus *Paeones* qualeſcunque temere ac pro lubitu, nulla analogiae habita ratione, aut in eodem verſu permiſcentur, aut ſibi invicem in antitheticis opponuntur, non Poetis, ſed Grammaticis imperitis, veram metrorum rationem atque indolem ignorantibus, omnino ſunt imputandi.

De

De Aſynartetis.

Verſus *Aſynarteti* in ſyſtematibus, vel Choricis, vel Melicis, utramque faciunt paginam. Conſtant ex duobus vel tribus verſiculis brevioribus inter ſe ita connexis ut unum efficiant verſum.

Aſynartetorum duo ſunt genera; eorum ſcilicet membra, aut ejuſdem ſunt metri, aut diverſi.

Aſynarteti ex ejuſdem metri membris notiores ſunt, ex penthemimeribus compoſiti, ſive *Iambicis*, ſive *Trochaicis*, ſive *Antiſpaſticis Dochmaicorum* nomine vulgo inſignitis, ſive denique *Dactylicis*, quae pentametrum *Dactylicum* Elegiacae fere muſae proprium conſtituunt. Sunt & *Aſynarteti* ex hephthemimeribus, ſive *Iambicis*, ſive *Trochaicis*, ſive *Choriambicis*, quarum hae ſyzygia *Iambica* catalecta ſemper terminantur. Sunt denique ex penthemimeri & hephthemimeri *Iambicis*, *Aeſchyl. Choeph.* v. 454. aut ex penthemimeri & dimetro brachycatalecto *Iambicis Aeſch. Agam.* 419. 420. *Choeph.* 455. 456. 459. 461. 587. 621. 622. 624. 803. 823. *Eumenid.* v. 556.

Aſynarteti ex verſiculis diverſi metri jam recenſendi veniunt. Periodi ex dipodiis *Iambica* & *Trochaica*, aut contra, *Trochaica* & *Iambica* conſtant, & vel acatalecti ſunt, vel catalecti. Sunt etiam & trimetri, aut acatalecti, aut catalecti, periodi duplices appellati, in quibus, aut dipodia *Iambica* inter binas *Trochaicas*, aut *Trochaica* inter binas *Iambicas*, mediam obtinet ſedem.

Sunt & *Aſynarteti* ex *Dactylico* tetrametro & *Ithyphallico*, in quo carminis genere hoc praecipue notandum eſt, quod ultima tetrametri ſyllaba, ſi *Hephaeſtioni* tribuenda ſit fides, αδιαφοριας jure gaudet. Item ex *Dactylica* penthemimeri & *Iambico* dimetro acatalecto. Nec praetereundus eſt verſus *Encomiologicus* ex penthemimeribus *Dactylica* & *Iambica*; *Euripid. Oreſt.* v. 1305. neque hujus inverſio, nempe *Iambelegus*, ex penthemimeribus *Iambica* & *Dactylica*. Interdum etiam penthemimeris *Iambica* utrinque *Dactylica* ſtipatur penthemimeri, ut in carmine *Platonico*; interdum contra, penthemimeris *Dactylica* inter binas *Iambicas* collocatur, ut in carmine *Pindarico*. Interdum penthemimeres *Dactylica* & *Trochaica* in eundem verſum coeunt; *Euripid. Oreſt.* v. 1304; interdum penthemimerim *Dactylicam* praecedit baſis *Trochaica*; *Aeſchyl. Prometh.* v. 528. 529. 531.

Verſus *Proſodiacus* conſtat ex *Ionico a majore* ſive *Paeone ſecundo* & *Choriambo*, & plerumque terminatur, aut ſyzygia *Iambica* catalecta, aut *Iambica* vel penthemimeri vel hephthemimeri. Vide not. ad *Aeſch. Prometh.* v. 135. Interdum vero praecedit *Choriambus*, & ſequitur *Ionicus a majore*, vel *Paeon ſecundus*, & tunc *Proſodiacus* ανακλαϛοι, ſed improprie, dicitur. Vide notam ad *Aeſch. Prometh.* v. 426.

Porro *Iambico* dimetro acatalecto nonnunquam ſubjicitur, aut *Ithyphallicus*, aut hephthemimeris *Trochaica*; nonnunquam dipodiae *Trochaicae Iambicus* dimeter brachycatalectus *Aeſch. Eumen.* v. 919; *Dochmaicum* nonnunquam ſequitur dipodia *Iambica Aeſch. Eumen.* v. 156; nonnunquam *Iambicus* dimeter brachycatalectus *Aeſchyl. Agam.* v. 1174. 1419. *Eumen.* v. 391. Ut finem huic enumerationi tandem imponam, penthemimeres *Dochmaicae, Iambicae, Trochaicae*, omnimodis inter ſe pro Poetae lubitu permiſtae, verſus totidem *Aſynartetos* conſtituunt.

De

De omnibus autem in univerſum *Aſynartetis* notandum eſt, ſyllabam membri qualiſcunque finalem nulla αδιαφοριας praerogativa gaudere, quae ſyllabae tantum verſus finali competit.

De Metro Polyſchematiſto.

Verſus *Polyſchematiſti* appellantur, qui multa & varia, contra etiam metri analogiam, admittunt ſchemata. Ita *Glyconeus Polyſchematiſtus* in prima ſede *Antiſpaſtum, Dijambum, Ditrochaeum, Epitritum* quemcunque atque etiam *Diſpondaeum* recipit; in ſecunda vero *Choriambum. Pherecratei Polyſchematiſti, Cretico,* id eſt, *Choriambo* catalecto, terminati, rarius, aliquando tamen, occurrunt. *Eurip. Oreſt.* v. 1381. 1385. *Hephaeſtionem* ſecuti verſibus hiſce *Antiſpaſticorum Polyſchematiſtorum* nomen tribuimus, quanquam revera inter *Epichoriambicos Polyſchematiſtos* potius cenſeri eos debere exiſtimamus. Vide notam ad *Aeſch. Prometh.* v. 899.

Haud raro etiam apud *Euripidem* occurrunt *Glyconei Polyſchematiſti,* modo memoratis affines quidem, ſed in quibus licentiam pene effraenem ſibi indulſit Poeta. De his in nota ad *Eurip. Helen.* v. 1318. fuſe ſatis diſſeruimus. In prima ſcilicet ſede, non pedes tantum ſupradictos admittunt, ſed *Moloſſum* etiam, ejuſque ſolutionem penteſyllabam, *Palimbacchium,* ejuſque ſolutionem *Paeona tertium, Bacchium, Oreſt.* 833. *Helen.* 1319. *Ion.* 493. ejuſque ſolutionem *Paeona ſecundum, Creticum* denique *Helen.* 1356. 1357. Atque primo quidem proſodiacos eſſe *Polyſchematiſtos* credidi, ſed ſententiam mutare mox coactus ſum, ex ratione qua opponuntur antithetici accuratius obſervata. Pedi enim quinque temporum, non alios tantum quinque temporum pedes, ſed & ſex & ſeptem temporum pedem opponi deprehendebam. Ita *Palimbacchio* opponitur *Moloſſus Hecub.* v. 470. *Hippolyt.* v. 156. *Iphig. Taur.* v. 446. *Bacch.* v. 867. *Cycl.* v. 50. *Helen.* v. 1344. 1355. 1359. 1362. *Paeoni tertio* qui *Palimbacchii* ſolutio eſt *Dijambus, Helen.* v. 1354; *Bacchio Moloſſus, Electr.* v. 718; *Bacchii* ſolutioni, ſive *Paeoni ſecundo, Dijambus Helen.* v. 1353; ipſi denique *Moloſſo Dijambus Ion.* v. 132; eidemque penteſyllabo *Epitritus quartus Helen.* v. 1330. Porro in ſecunda etiam ſede, *Choriambo* interdum, ſed raro, opponitur *Moloſſus Helen.* v. 1334. *Herc. Fur.* v. 351.

Obſervationes Miſcellaneae.

Sententia non ſemper ſtropha aut antiſtropha terminatur ſed in ſequentem interdum incurrit. Vide not. ad *Aeſch. Sept. ad Theb.* v. 751.

Metra metris, non ſingulos pedes, praeſertim diſſyllabos, ſingulis pedibus accurate reſpondere neceſſe eſt. Vide not. ad *Eurip. Hecub.* v. 931. *Oreſt.* v. 171. *Phoeniſſ.* v. 1321. & centies alibi.

Interjectiones ut φευ, ηε, εα &c. extra metrum plerumque ponuntur.

Syllabam longam in duas breves ſolvere pleriſque in metris licet, ut & duas breves in unam longam contrahere. Syllaba vero longa quae verſum claudit rariſſime, ſi quidem unquam, in breves ſolvitur.

Syſte-

Syſtemata *Trochaica*, non ea tantum quae ex dimetris, ſed & quae ex hephthemimeribus conſtant, per συναφειαν decurrunt, neque ullam in verſus ſyllaba finali αδιαφοριας licentiam admittunt. Vide notam ad *Aeſch. Eumen.* v. 520.

Prima litera vocis ιω, quando monoſyllaba eſt (vide notam ad *Aeſch. Perſ.* v. 954) interdum ac ſi conſonans eſſet pronunciatur. Ita apud *Aeſch. Eumen.* v. 514. vi poſitionis ſuae cauſa eſt ut ſyllaba brevis qua terminatur verſus proxime praecedens producatur. Vide & *Terentian. Maur.* apud *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 297. 298.

Pedum Moduli.

Pes duorum temporum	Pyrrhichius ⏑ ⏑
Pedes trium temporum	Iambus ⏑ -
	Trochaeus - ⏑
	Tribrachys vel Choreus ⏑ ⏑ ⏑
Pedes quatuor temporum	Spondaeus - -
	Dactylus - ⏑ ⏑
	Anapaeſtus ⏑ ⏑ -
	Amphibrachys ⏑ - ⏑ metro ineptus
	Proceleuſmaticus ⏑ ⏑ ⏑ ⏑
Pedes quinque temporum	Creticus - ⏑ -
	Bacchius ⏑ - -
	Palimbacchius - - ⏑
	Paeon primus - ⏑ ⏑ ⏑
	Paeon ſecundus ⏑ - ⏑ ⏑
	Paeon tertius ⏑ ⏑ - ⏑
	Paeon quartus ⏑ ⏑ ⏑ -
Pedes ſex temporum	Dijambus ⏑ - ⏑ -
	Ditrochaeus - ⏑ - ⏑
	Antiſpaſtus ⏑ - - ⏑
	Choriambus - ⏑ ⏑ -
	Moloſſus - - -
	Ionicus a majore - - ⏑ ⏑
	Ionicus a minore ⏑ ⏑ - -
Pedes ſeptem temporum	Epitritus primus ⏑ - - -
	Epitritus ſecundus - ⏑ - -
	Epitritus tertius - - ⏑ -
	Epitritus quartus - - - ⏑
Pes octo temporum	Diſpondaeus - - - -

NOTAE

SIVE

LECTIONES

AD AESCHYLI QUAE SUPERSUNT

DRAMATA

DEPERDITORUMQUE RELLIQUIAS.

ERUDITISSIMO AC CELEBERRIMO VIRO

EDVARDO BARNARD S. T. P.

REGIAE MAJESTATI A SACRIS

ECCLESIAE VINDESORIENSIS CANONICO

SCHOLAE REGIAE ETONENSIS FLORENTISSIMAE

ARCHIDIDASCALO

LITERARUM ELEGANTIORUM ARBITRO CALLENTISSIMO

OMNIBUS OFFICIIS SIBI QUAM MAXIME COLENDO

HANC SUAM QUALEMCUNQUE OPERAM

IN AESCHYLI

TRAGICORUM GRAECORUM PATRIS

RELLIQUIIS

RECENSENDIS RESTITUENDIS ILLUSTRANDIS

COLLOCATAM

IN PERPETUUM GRATI AC MEMORIS ANIMI TESTIMONIUM

EA QUA PAR EST OBSERVANTIA

D. D. D.

BENJAMINUS HEATH.

Digitized by Google

N O T Æ
I N
Æ S C H Y L U M
EX EDITIONE *PAUWIANA.*

N O T Æ IN P R O L E G O M E N A.

EPigramma Antipatri. v. 1. Ο τραγικον φωνημα και οχρυοεσσαν αοιδην] Editiones Anthologiæ *Stephaniana*, *Aldina*, & *Wecheliana* habent οφρυοεσσαν, nec variare codices uſpiam memoratur. Eandem etiam ſcripturam repræſentat *Turnebus* in editione ſua *Æſchyli*. Nullam igitur ſatis idoneam cauſam video, quare *Stanleius*, & eum ſecutus *Pauwius*, recepta lectione (quæ certe non deterior) de poſſeſſione dejecta, οχρυοεσσαν reſcripſerint.

Epigr. Dioſcorid. v. 1. 2. 3. Θεσπιδος ευρημα τουτο· τα δ' αγροιωτιν αν' υλαν
Παιγνια, και κωμους τουσδε τελειοτερους
Αισχυλος εψυχωσε] Interpres metra metris reddere contentus, de ſententia vero minus ſollicitus, perperam hæc vertit; Ita autem oratione ſoluta reddi poſſunt, *Hiſce vero oblectamentis in ſylva agreſti exhiberi ſolitis, & hiſce ludis magis quam olim elaboratis, Æſchylus animam addidit.* Legendum ſcilicet eſt τάδ' non τα δ', ut reſpondeat ſequenti τουσδε. Malim etiam εξυψωσε, quod in codice ſcripto invenit *Bentleius.*

Ibid. v. 3. 4. — νονσιμα ✱ ετα χαραξας
Γραμματα, χειμαρρῳ δ' οια καταρδομενα] *Bentleius* pro corruptis iſtis νονσιμα ετα reponendum cenſet νεοσμιλευτα, quam emendationem jure rejicit *Pauwius*. Quid enim, ut recte hic, νεοσμιλευτα ad χειμαρρῳ καταρδομενα; ſed neque huic melius ceſſiſſe conatus ſui videntur. Nam νοστει δευτα quod attinet, præterquam quod vocem δευτος a Scriptore aliquo Græco uſurpatam oſtendi oportuit, nimis prope ad ſignificationem ſequentis καταρδομενα accedit, cum vox utraque eandem plane notionem exprimat; νοστει μακτα autem nec cum χαραξας nec cum καταρδομενα convenit, nec revera ſignificationem ullam huic loco aptam habet. Forte ſcripſerit Poeta νονσιας μεσα.

Æſchyli Vita. lin. 29. Ως υπο Αθηναιων καταπουδασθεις] Legendum forſan καταπονδηθεις, *contemptus*, *contumelioſe habitus*,

Æſchyli Vita editioni *Robortelli* & Codd. *Oxonienſ.* præmiſſa p. 697. col. 1. lin. 28. 29.] Nemo quod ſciam nos docuit quid ſit χειρι σκεπασας, quanquam verba ipſa in notis laudat *Stanleius*. Corrupta eſſe puto; forſan legi poteſt κατασκευασας, ut ſententia ſit, *Hiſtrionibus ornatu inſtructis.*

Ibid. col. 2. lin. 20. 21. 22. Ita hæc diſtingui debent, ἁ δε μονον δραματικα, αυτικα εκπληττει και αγει ἁμα τα προσωπα, και αυτο το κυδος εχει.

Ibid. lin. 23. 24. Του ποιητου Νιοβη Ομηρου, Αισχυλου τελειους] Hæc non corrupta tantum ſed & mutila puto, ut abſque codicum ope reſtitui poſſe vix ſperem.

Catalogus voce Πρωτευς. Quid cum Oreſte commune habet Bacchus a Proteo in Ægypto hoſpitio exceptus? Potius crediderim hanc Fabulam referri debere ad Menelai Oreſtis patrui hiſtoriam, qui in Ægypto a Proteo edoctus eſt ea quæ Agamemnoni domum reverſo ab Ægiſtho acciderant. Vide Homer. Odyſſ. lib. Δ.

NOTÆ IN PROMETHEUM VINCTUM.

IN ACTUM PRIMUM.

V. 23. Χροιας αμειψεις ανθος] *Pauwius* hîc χροιας interpretatur *corporis*, non, *coloris*; hanc enim poſteriorem εννοιαν nimis exilem eſſe dicit. Anne vero putabat vir eruditus Veterum ſententiam fuiſſe, ſeneſcere deos, & decrepitos evadere?

42. Αιει τε δη νηλης συ, και θρασους πλεως] Quare hæc potius τη Βια quam τω Κρατει dicta exiſtimentur cauſam non video. Annon & talis, qualis a Poeta hîc depingitur, ſolet eſſe Κρατος æque ac Βια? Βια enim non *Vim iniquam*, ſed *Vim* ſimpliciter ſignificat, ac eandem fere notionem ac Κρατος, *Robur*, obtinet. Cum igitur Κρατος loquentis vices ſolus ſuſtineat, hunc, non Βιαν, alloqui putandus eſt Vulcanus. Nec obſtat quod το Κρατος neutrius eſſe generis dicatur; cum enim ſub forma virili in ſcenam introducatur, genus quoque virile ac maſculum optimo jure ei competit.

49. Απαντ' επραχθη πλην θεοισι κοιρανειν] Potius legendum puto Απαντ' επραχθη'ν, id eſt, επραχθη αν, *Omnia fieri potuerunt præterquam diis imperare. Non impoſſibile fuit tibi aliam quamcunque ſortem tibi magis gratam obtinere, modo ſortem diis imperandi excipias, ea enim ſoli Jovi competit.* Purus putus ſolœciſmus eſt *Pauwianum* Απαντα πραχθη; Quis quæſo unquam ἁπαντα πραχθη verti ferret, *omnia fiant*? Nemo ſane niſi qui temporum notionem diverſam prorſus ignoraret, aut eam ſuſque deque haberet.

55. 56. Λαβων νιν, αμφι χερσιν εγκρατει σθενει
Ραιστηρι θεινε, πασσαλευε προς πετραις] Το νιν pronomen eſſe τριγενη inter omnes convenit, nec probari opus eſt. Numero etiam plurali apud Atticos interdum uſurpari conſtat ex *Sophocl. Oedip. Colon.* v. 42. 43. *Euripid. Electr.* v. 1255. quibus in locis pro αυτας ponitur. A *Sophocle* etiam pro αυτα poni aſſeritur a Lexicographis, loco tamen non notato. Reſpicere eos puto ejus *Electr.* v. 626. ubi Clytemneſtræ reſpondet Electra,

Συ τοι λεγεις νιν ουκ εγω,

ibi enim το νιν ad πολλα αγαν in verſu præcedente referri neceſſe eſt. Ita hîc quoque pronomen iſtud neutrius eſſe generis, & numeri pluralis, cenſeo, & *Stanleio* accedo referenti ad ψαλια, non ad Prometheum. Conſtructio *Pauwiana* nimis intricata eſt, & contra codicum auctoritatem pro θεινε ſubſtituit θεινων. Verbum πασσαλευε æque τοις ψαλιοις ac Prometheo convenit.

V. 59. Apud Marcellinum Vit. Thucyd. edit. *Duker.* p. 2. lin. 9. & *Scholiaſtem* ad Ariſtoph. Equit. v. 756. legitur πορους.

64. Αδαμαντινου νυν σφηνος αυθαδη γναθον] Ita apud *Eurip. Cyclop.* v. 394. πελεκεων γναθοις.

81. Κωλοισι, *membris*, ut recte Interpres. Mirum igitur *Stanleium* ex *Heſychio* gloſſam accerſiviſſe, Κωλοισι ποδοισι, quæ, quomodocunque intelligatur, certiſſime ab hujus loci ſententia eſt alieniſſima.

91. Και τον πανοπτην κυκλον ηλιου καλω] Omnino retinendum eſt πανοπτην. Ita *Sophocl. Oed. Colon.* v. 920.

Ο παντα λευσσων ηλιος —

93. Lege αικιαισιν.

100. Χρη τερματα τωνδ' επιτειλαι] Vocem τερμα, numero ſingulari, quæ *Hen. Stephano* placuiſſe videtur, non admittit metrum.

114. Τις οδμα προσεπτα μ' αφεγγης] Puto *Pauwium* contrarium prorſus ejus quod dicit dicere voluiſſe, nempe a Nymphis ad Prometheum, non a Prometheo ad Nymphas odorem dimanaſſe; alias, ut ipſe pro urbanitate ſua, cum de aliis agitur, dicere amat, ridiculus eſt plane.

117. Nimium hîc ſe circa metrum torquet *Pauwius*; omnia bene ſe habent in editione *Stanleiana*, niſi quod in hoc verſu vocem τις, quam & ſententia requirit, recte inſeruit *Pauwius*. Verſus autem non dactylicus eſt ſed anapæſticus; cæſuram enim in dactylicis hexametro brevioribus vim brevem ſyllabam producendi habere, nunquam, ut puto, evincet vir doctus. Tragicos autem veteres, cum animi motus exprimendus eſſet, ob mutationem adeo exilem ac hæc eſt, ab iambis diſcedere non dedignatos, probat vel unum exemplum e *Sophoclis Electra* v. 1166 — 1168. ſumptum, quanquam & plura non deſunt.

122. Lege εισοιχνουσιν.

128. Multum hîc moleſtiæ, & ſibi, & lectori, fruſtra faceſſit *Pauwius*, ut *Scholiaſtem* erroris convin-

cat

cat dicentem, Nymphas haſce machina quadam per aera fuiſſe vectas, ipſe contra contendens eas non in machina collocatas, ſed reſtibus tantum ſuſpenſas, in ſcenam prodiiſſe. Sed ſi maxime demus verbis πτερωτῳ οχῳ nihil aliud denotari quam Nympharum alas, ſcire velim quare μηχανη non æque neceſſaria Nymphis alatis fuerit, ac Perſeo, qui non niſi talaria alata geſtabat. Perſeum autem machina per aera ſupra ſcenam ferri ſolere ipſe nos docet Pollux. Si quis vero verſus 124—126. 129. 132. 135. 279. 280. 286. 287. cauſa non præjudicata perpendet, & inter ſe conferet, is mecum, ut opinor, ſentiet, Nymphas haſce curribus a volucribus tractis, qui proculdubio machinæ nomine haud indigni videbuntur, per aera vectas ſcenam intraſſe. Nec ſane quomodo reſtibus tantum ſuſpenſæ converſiones choricas, ſtrophas & antiſtrophas, commode peragere poterant, video. Atque hujus quidem argumenti vim ſenſiſſe videtur ipſe *Pauwius*, & ut aciem ejus eludat, ad commentum confugit, non precarium tantum, ſed & quam maxime abſurdum. Μελος ſcilicet hoc, quod revera antiſtrophicum eſſe concedit, ceciniſſe tamen ſtantem & quieſcentem Chorum exiſtimare ſe malle dicit; quo quid etymologiæ, rationi, & fidei hiſtoricæ magis repugnans fingi poteſt? Quinetiam minime contentus Chori ſtrophas & antiſtrophas converſionis expertes excogitaſſe, nulla per totam hanc Tragœdiam antiſtrophica, nulla epodica exſtare contendit, ſed cantica alia quidem omnia monoſtrophica eſſe pronunciat præter hoc ſolum ſyſtema, quod quare monoſtrophicum quoque eſſe non aſſeruerit miror. Hanc autem tantum rationem pronunciati ſui affert, quod ſcilicet ipſum ſolum, in quo pedem poſuerat Chorus, cum rupes eſſet præceps & aſpera, ad cujus altiorem partem affixus erat Prometheus motum & converſionem non ferebat. Sed hæc infirmiſſima eſſe nemo eſt qui non ſtatim videt; fuerit enim quantumlibet præceps & aſpera ipſa rupes, quid tamen obſtat quo minus ſpatium ad ejus radices ſatis commodum reperiri poſſet converſionibus choricis peragendis? Nam eam regionis aeriæ partem quæ Prometheo pendenti ex adverſo erat, commodius colloquendi gratia reliquiſſe Chorum, & ex curribus ſuis in terram deſcendiſſe conſtat ex v. 270. 279—283. Quod ad anapæſtica inter ſtrophas & antiſtrophas interpoſita attinet, hæc converſionum ordinem minime interrumpunt. Interim dum ea proloquitur Prometheus ſubſiſtit Chorus, deinde ad converſiones ex ordine redit.

V. 134. Εκ δ' επληξε μου ταν θερμερωπιν αιδω] Quod ad ſententiam attinet, parum refert utrum θερμερωπιν an θεμερωπιν legas, quod ad metrum plurimum; voce enim priore admiſſa ionicum erit, altera antiſpaſticum. Cum vero terminatur verſus ditrochæo, vel epitrito ſecundo propter αδιαφορον, quorum pedum uterque cum metro ionico συμπαθειαν, cum antiſpaſtico αντιπαθειαν, habet, celeberrimi *Bentleii* ſententiæ accedo legentis θεμερωπιν, ut verſus ſit ionicus a majore trimeter acatalectus, conſtans ex ditrochæo (cui in antiſtropha reſpondet ionicus, fit enim ſynizeſis in voce Νυχμοις) ionico, & iterum ditrochæo. Non ſatis igitur cauſæ eſt quare viro ſe longe longeque eruditiori inſultet *Pauwius*, metri ignorantiam ei exprobrans, nec ſibi tantopere gratuletur, quaſi rem ab eruditis hactenus ignoratam primus explicuerit, metrum θεμερωπιν reſpuere audacter pronuncians. Sed ita ſcilicet comparati ſunt homini mores. Sententiæ autem *Bentleianæ* confirmandæ non parum confert, quod apud nullum ſcriptorem Græcum reperitur θερμερος. Non enim omnia quæ non prorſus reſpuit analogia, ſtatim ſunt arripienda, niſi accedat Scriptorum etiam auctoritas. Verbum quidem θερμερυνεσθαι apud *Pollucem* lib. VI. cap. 40. legitur, ſed corruptum eſſe videtur, & reponendum θεμερυνεσθαι, auctoribus codice *Falkenburgiano* & *Heſychio*, apud quem verbum hoc exponitur per σεμνυνεσθαι, ſenſu qui loco iſti *Pollucis* adprime convenit. Vide *Bentleii* Epiſt. ad Mill. p. 66.

135. Hic verſus minime pro iambico eſt habendus, cum ſedem ſecundam obtineat anapæſtus. Revera proſodiacus eſt trimeter catalectus, quod metri genus interdum iambicis ſyzygiis terminari teſtis eſt *Scholiaſtes* ad *Hephæſt*. p. 52.

136. Lege Αι, αι, αι αι ut ſit baſis anapæſtica.

150. Ζευς αθεσμως κρατυνει] Lege omnino cum *Bentleio* ubi ſupra, aſtipulante *Heſychii* auctoritate, & exigente metro, αθετως.

155. 156. — ὡς μητε θεος,
Μητε τις αλλος τοισδ' επεγηθει] Verbum επεγηθει particulam αν comitem neceſſario requirit. Legendum igitur μητ' αν θεος, voce θεος in monoſyllabam contracta. Lepidam autem rationem reddit *Pauwius*, quare Poeta μητε τις αλλος, & non μητε τις ανθρωπος, dixerit; in imo ſcilicet tartaro non erant ανθρωποι. Immo ne θεοι quidem qui Prometheï

thei miſeriis gauderent, atque eam ipſam ob cauſam optat ſe potius in tartarum fuiſſe detruſum, quam ſub æthere ſuſpenſum diis aliiſque ſibi inimicis ſpectaculum gratum pœnarum ſuarum præbere.

V. 157. Νυν δ' αιθεριον κινυγμ' ὁ ταλας] Quidquid in altum attollebatur ut ſpectari poſſet, quia ventis expoſitum ab iis perpetuo agitabatur, ideo κινυγμα, ut credi par eſt, dicebatur. Ejuſmodi apud nos ſunt tabernarum inſignia, & facinoroſi poſt ſupplicium patibulo catenis appenſi. Simile quiddam ſpectaculum ſe nunc inimicis præbere queritur Prometheus, atque adeo non improprie, nec per catachreſin nimis violentam, voce κινυγμα ad ſupplicii ſui acerbitatem exprimendam abutitur. Quanquam enim corpus ejus clavis rupi affixum ventis forſan agitari revera non poterat, in ſublime tamen ſublatum κινυγματος ſpeciem ſatis præ ſe ferebat. Iſtiuſmodi quippe tranſlata ad rerum unde transferuntur ſimilitudinem undecunque accuratam exigi non debent, quod ſatis notum eſt. Quo autem ſenſu Prometheus ſe κινυγμα, *umbram* ſcilicet *inanem*, *ſpectrum*, vel *phantaſma*, appellare potuit, non ſane aſſequor.

164. Nulla in hoc verſu fit ανακλασις; perperam igitur ανακλωμενος a *Pauwio* appellatur. Hinc etiam conſtat *Pauwium* quid ſit ανακλασις prorſus ignoraſſe.

165. Metrum dactylicum nuſpiam niſi in verſus terminatione creticum admittit. Non dactylicus igitur ſed epionicus eſt hic verſus, conſtans ex epitrito ſecundo ionico a minore pentaſyllabo & ſυζυγιᾳ trochaica.

166. Iterum errat *Pauwius*. Verſus eſt dactylicus logaœdicus conſtans e quatuor dactylis & ſyzygia trochaica.

208. Ωοντ' αμοχθει, προς βιαν τε δεσποσειν] Verum eſt quod ait *Pauwius*, particulam τε non hîc otiari; nihil tamen habet emphaticum, ſed copulæ vice tantum fungitur.

209. Εμοι δε μητηρ ουχ απαξ μονον Θεμις] Nihil in hujus loci conſtructione niſi ſimpliciſſimum, nihil contorti aut impliciti video, quicquid bonus comminiſcatur *Pauwius*. Sententia eſt, Mihi vero non ſemel tantum ſed pluries ſcilicet prædixerat mater Themis, quæ & eadem Terra, multarum appellationum una forma. Utramque vero & conſtructionem & ſententiam emendatione ſua perdidit *Pauwius*. Nam το ουκ απαξ abſque μονον ſive αλλα ſequente hoc in loco vix ſtare poteſt. Quid autem ſibi vult μητηρ κατα νομον Θεμις, *Mater legum & juris reſpectu Themis?* An hiſce verbis ſignificari putabat vir doctus, Terram quatenus legibus præfuiſſe credebatur Themida fuiſſe appellatam? Neminem certe qui Græci ſermonis non prorſus imperitus ſit ei aſſenſurum confido.

V. 213. Χρει' ἡ, δολῳ δε τους ὑπερεξοντας κρατειν] Lege Χρειη formâ optativa aoriſti ισχειν. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 332. Lege etiam *Scholiaſtis* B & codicum ab *H. Stephano* laudatorum auctoritatem ſecutus ὑπερεχοντας, ut vitetur anapæſtus in quarta ſede. Tempus enim futurum hic adhiberi minime eſt neceſſe, quin temporis potius præſentis verbis uti gaudent Poetæ Attici.

229. Καθιζετ', ευθυς δαιμοσιν νεμει γερα] Lege Εκαθιζετ'; Attici enim augmentum nunquam abjiciunt. Porro in verbo νεμει temporum ratio melius ſervari debuit, quidquid tricatur *Pauwius*, neque a ſolœciſmo longe abſunt νεμει & διεστοιχιζετο per copulam connexa. Si prodiret codex qui δαιμοσι τ' ενεμεν repræſentaret, lubens ſane ſcripturam eam amplecterer.

230. Διεστοιχιζετο, *ordine diſponebat*, διεμεριζε κατα ταξιν; ita rectius *Scholiaſtes* B. quam alter κατεταλιζετο, κ-δραιου, niſi quatenus hoc ex altero ſequi exiſtimari poteſt.

235. Εγω δε τολμης εξελυσαμην βροτους] Veriſſima mihi videtur ſcriptura quam ſuppeditat *Scholiaſtes* A. Εγω δ' ετολμησ' *Ego vero hoc facinus auſus ſum.* Τολμης pro Τολμηεις, quod *Pauwio* placet, frigidiſſime hîc interponeretur.

245. Lege κλαγνθην aſtipulante *Scholiaſte* B.

264. 265. Ut vitetur in ſecunda ſede anapæſtus legi poteſt,

νουθετειν τε τον κακως
Πρασσοντ'. εγω δε ταυθ' &c.

279. Ut conſtet metrum legendum eſt προσπεσουσαν, ſimplici σ, quod recte monuit Cl. *Bentleius* Diſſert. in Phalar. Epiſt. p. 140.

Notæ in SCHOLIASTEM A.

Ad v. 42. Sana omnino ſunt vulgata, prout ex collatione alterius *Scholiaſtæ* liquido patebit; neque emendationem alia de cauſa tentaſſe videtur *Pauwius*, niſi ut ſententiæ ſuæ male fundatæ de Vulcano την Βιαν potius, & non το Κρατος alloquente, patrocinium conciliaret.

64. Pro εξοχην πρεπειν *Pauwius* conjicit legendum, εξοχον πρεπειν, perperam, ut opinor, neque quidquam immutari opus eſt. Quanquam enim apud Veteres

teres adamantis nomine ferri genus quoddam deſignatum fuiſſe videtur, apud Recentiores tamen vox iſta lapidem fere ſemper denotabat. Ita *Scholiaſtes* B. ad v. 6. Αδαμας, λιθος.

Ad v. 88. Pro μονος δε recte reſtituit μονωδει *Victorius* in Var. Lect. lib. 28. cap. 6.

115. Plenius diſtinguendum poſt ωναι, non poſt φηναι, & legendum φηναι. Emendationem confirmat *Scholiaſtes* B.

120. Cum ſcripta exhibeant σαφρονητες, mallem reponere αιθρονητες quam σοφωτερος quod in vulgatis legitur. *Scholiaſtes* enim allegorizans, debilitatem mentis humanæ per ναρθηκα, qui non στερεος, ſed αιθερος, quia κοιλος, eſt, denotari docet.

128. Qualis obſecro interpretatio eſt iſta, ηγαπηθη τοις μελεσι του τραγικου, *amatus fuit propter cantica a tragico?* Potius vertendum fuit, *amavit tragicum propter carmina*; ſed nec iſtam interpretationem ferre queunt *Scholiaſtis* verba. Ubi enim niſi apud Poetas reperies τοις μελεσι poſitum pro ενεκα των μελων? Potius ita corrigendum locum exiſtimo, ηρεσθη τοις μελεσι, *delectatus eſt canticis*.

Ibid. Legendum puto Σοφοκλης Τυρω, a nominativo Τυρω; binas enim hoc nomine Tragœdias apud Veteres laudatas reperies. Quod vero ad verſum attinet a *Scholiaſte* ex Anacreonte allatum, cui ſimilem hunc Noſtri affirmat, proculdubio fallitur. Verſus enim Anacreontis prout nunc legitur prorſus eſt αμετρος, & legendum ſuſpicor μη μαθοντ', quo pacto evadet anapæſticus trimeter catalectus; verſus autem *Æſchyli* epichoriambicus eſt. Neque in epichoriambici fine pro dijambo ſubſtitui poſſunt per leges metricas ſpondæus & anapæſtus. Hujuſmodi enim carmina per dipodias metiri debemus. Spondæus autem & anapæſtus non dijambo, aut epitrito, ſed diſpondæo, æquipollet, qualem dipodiam niſi in prima ſede reſpuunt epichoriambica.

Ad v. 134. Ουτε καταμωνια βλεπει δι' ων πεφηνα το εμβρυον] Hæc ſenſu prorſus deſtituuntur; forſan legendum, ουτε καταμωνια λειπει.

197. Lege Αλγοις μεν αιπαι.

209. lin. 10. Legendum videtur, μορφη γαρ μια πολλων ονοματων κατεχει.

Notæ in SCHOLIASTEM B.

42. Legendum puto ως προς τον Δια αποδεδωκως.

49. Pro ειδεν lege ειδε.

67. Quanquam *Pauwium* in *Æſchyli* contextu præpoſitionem a verbo diſtrahentem, ac σων ὑπερ ϛεναζοντων legentem, laudem, non ideo tamen & in *Scholiis* pro Σων] ενεκα reſcribendum duco Σων ὑπερ] ενεκα. *Scholiaſtes* proculdubio ὑπερϛενω conjunctim legit, & in ſenſu lugendi ſupra modum intellexit, ideoque vocem ενεκα, qua regeretur genitivus σων πονων, ſubintelligendam innuit. At ridicula eſt talis interpretatio, dices; fateor; ſed annon & in aliis plurimis ridendum ſe præbet *Scholiorum* iſte, quiſquis fuerit, Conſarcinator?

74. lin. 5. Lege χαριν κατα τουτο.

109. Legendum puto ναρθηκα μαϛον.

113 & 141. *Arnaldi* editionem nunquam vidi; manifeſtum tamen eſt legi debere κεκαρφωμενον, a καρφη, *clava*. Vide *Du Cange* Gloſſar. Med. & Inf. Græcitat.

123. Lege ειχον.

135. Lege οχημα γαρ εν αυταις τα πτερα.

212. Το συναγχες vox eſt nihili; legendum puto τα συνεγγυς.

250. Majorem quam eorum ſcripta præ ſe ferre ſolent ακριβειαν a *Scholiaſtis* exigit *Pauwius*. Præterea latiorem ſignificationem habet ευδαιμων quam πλουσιος. Nihil igitur mutandum eſt.

276. Legendum videtur, των ὑμας παραμυθουμενων.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 334. Παπταινε δ' αυτος μη τι πημανθης οδῳ] Verte, *Circumſpice ne quid & ipſe tibi mali hoc itinere accerſas.*

340. Τα μεν σ' επαινω κ' ουδαμη ληξω ποτε] *Valckenarius* ad *Euripid. Phœniſſ.* 1723. optime reponit επαινων ουδαμη.

345. Τουδ' εινεκα] Το εινεκα non agnoſcunt Attici. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 195. Legendum igitur τουδ' ουνεκα.

V. 397. Rectiſſime hæc epodica eſſe vidit *Stanleius*, licet in ejus editione ſtrophæ & antiſtrophæ metra non ubique accurate ſibi mutuo reſpondent, cui rei remedium facile mox adhibebitur. Quod

vero

vero objicit *Pauwius*, trochaica inter antiſtropham & epodum interpoſita, inter quas nemo unquam vel fando audivit aliud canticum fuiſſe interjectum; reſpondeo, non hæc quæ trochaica vocat,(quanquam revera cuncta non ſunt trochaica, ut infra videbimus) canticum ab epodo ſejunctum conſtituere, ſed illa ipſa, una cum primis duobus verſibus epodi *Stanleianæ*, veram & germanam eſſe epodum; qui vero ſequuntur a v. 425. Μονον δη προσθεν &c. incluſive, monoſtrophica eſſe, quæ poſt epodum ſubjungi nihil vetat. Talia ſcilicet monoſtrophica epodo ſubjuncta leguntur in *Euripidis Bacchis* ad finem actus ſecundi, & non raro alibi. Libros autem antiquos quos crepat *Pauwius*, in quibus hæc monoſtrophicorum titulo inſcripta reperiuntur, nihil moror, quippe quos *Demetrio Triclinio* & ejus ſimilibus, qui metra veterum Tragicorum declararunt, antiquiores eſſe vix crediderim. Neque admodum me movet *Scholiaſtarum* ad hunc locum, & ad Ariſtoph. Veſp. v. 270, hoc μελος στασιμον eſſe pronunciantium, auctoritas. Si enim στασιμον id μελος eſſe ſtatuas quod a Choro ſtante, & non ſe ſtrophis & antiſtrophis convertente, cantetur, primo, res ipſa pro ſe loquitur hoc στασιμον non eſſe, manifeſte enim deprehenduntur ſtrophe & antiſtrophe ſibi mutuo reſpondentes; ſecundo, idem confirmat Ariſtoteles, qui Poetic. cap. XII. tradit, στασιμον nec anapæſtum nec trochæum admittere; in hoc autem ſyſtemate, etiam juxta *Pauwium*, quatuor ad minimum trochaici relinquuntur. Sin vero cum *Kingio* ad *Euripidis Phœniſſ.* v. 212. στασιμον eſſe ſtatuas omne μελος quod a Choro poſt parodum, & ante exodum, cantatur, ſolvuntur plane tabulæ; æque enim στασιμα erunt antiſtrophica & epodica ac monoſtrophica. Atque hanc quidem ſententiam, eruditorum communi fere ſuffragio comprobatam, & rei veritati, & Ariſtotelis doctrinæ conſonam eſſe, perſuaſiſſimum habeo. Juxta hunc enim, loco ſupra laudato, omnia præter parodum Chori cantica ſtaſima ſunt, exceptis anapæſtis & trochæis. Quibus verbis non hoc ſcilicet voluit Philoſophus, ſingulos verſus anapæſticos aut trochaicos in canticis ſtaſimis locum habere non poſſe; hoc enim apertiſſime repugnaret ei quod factum deprehendimus in omnibus fere Tragœdiis Græcis, quæ temporis injurias eluctatæ ad nos uſque pervenerunt. Nam nihil frequentius eſt (quod norunt omnes qui in Tragicis veteribus vel mediocriter ſunt verſati) quam in canticis ſtaſimis hoc ſenſu acceptis & trochaicos & anapæſticos, & interdum continua ſerie plures, inſertos reperire. Quin & in duobus canticis quos Ariſtophanes Ran. v. 1314. στασις μελων appellat & *Euripidem* recitantem introducit, quanquam perquam brevibus, plura ſunt anapæſtica; & ſtaſimi in Veſpis primus verſus eſt anapæſticus. Hæc igitur proculdubio Ariſtotelis mens erat, ut ſyſtemata illa anapæſtica & trochaica, in quibus perſonæ potius dramaticæ quam cantantis partes ſuſtinet Chorus, qualiaque ſæpiuſcule apud veteres Tragicos etiamnum occurrunt, a cantilenis vere melicis, quæ proprie ſtaſima, accurate diſtingueret. Denique *Pauwius* etiam infra ad *Perſarum* argumentum omnia antiſtrophica revera ſtaſima eſſe cenſuiſſe videtur, in quo tamen certiſſime fallitur; parodus enim in hac ipſa Tragœdia, in *Euripidis Phœniſſis*, & in aliis Tragœdiis pluribus, & in ipſis *Perſis* parodi pars, in ſtrophas & antiſtrophas diſtinguitur. Perquam ſuavis autem eſt *Pauwius* hanc rationem afferens quare hæc a Choro ſtante & quieſcente, & non ſeſe per ſtrophas & antiſtrophas convertente cantari debebant, nimirum quia ipſum ſolum in quo pedem poſuerat motum & converſionem non ferebat, cum rupes eſſet præceps & aſpera ad cujus altiorem partem affixus erat *Prometheus*. Quaſi ſcilicet Nymphæ iſtæ circa ipſa rupis latera, inter abrupta & præcipitia ſicut glires hærerent, aliter, ut opinor, non ſatis propinquæ futuræ ut ab illo exaudiri poſſent, & non potius circa rupis baſin, ſolo æquiore & Chori converſionibus ſaltem non incommodo ingrederentur. Monendus eſt etiam imprimis Lector, ne metrorum in hoc cantico conſtitutionem a *Pauwio* petat, ſed editioni *Stanleianæ* omnino adhæreat, niſi ubi ab ea diſcedendum eſſe mox oſtendemus. Metra enim in hac longe rectius diſtinguuntur quam in olim vulgatis quas ſecutus eſt *Pauwius*.

V. 397. 398. Horum verſuum prior choriambicus eſt dimeter, alter penthemimeris iambica. *Pauwius* ex ambobus coagmentatis non niſi unum facit verſum; imperite prorſus, omni ad cæteros hujus ſyſtematis verſus proportione hoc pacto ſublata.

399. 400. 401. Ita hi verſus emendari & conſtitui debent,

Δακρυσιστακτον απ' οσσων ionicus a minore purus dimeter acatalectus

Ραδινων ῥεος παρειαν idem ανακλωμενος

Νοτιοις ετεγξε παγαις. idem.

Participium λειβομενα, quod in editis verſus ſecundi metrum prorſus ſubvertit, a Librario olim inter-

interpolatum fuiſſe mihi perſuaſum eſt, qui cum επεγξα pro επεγξε perperam legiſſet, conſtructioni hoc pacto conſultum voluiſſe videtur. Minime autem opus eſt in horum verſuum tertio cum *Turnebo* reponere νοτιαις; adjectivum enim maſculinum cum ſubſtantivo generis fœminini ſæpius apud Atticos conjungitur. Vide quæ notavimus ad *Euripidis Medeam* v. 850.

V. 402. 403. Αμεγαρτα γαρ ταδε Ζευς Ιδιοις νομοις κρατυνων] Verſus ſunt ionici ανακλωμενοι ſimiles proxime præcedentibus. Verte, *Enormia enim hæc Jupiter, propriis ex legibus*, id eſt, ex propria voluntate, *decernens.* αμεγαρτα ταδε eſt *enormia hæc*, *immodica*, *tyrannica*, *crudelia.* Nec ulla hic ſubeſt invidiæ notio. In omnibus enim fere linguis, ſaltem paullo cultioribus hunc morem obtinere deprehendetur; voces ſcilicet a primaria ſignificatione in alteram non plane alienam primo deflexas, analogiæ ope paullatim longius adhuc deflecti ſolere, donec tandem primaria iſta ſignificatio prorſus exoleſcat, & oblivioni tradatur. Ita quoniam qui invide ac maligne dat, parce dat, qui vero non invide dat, plenis manibus largitur, ideo primum, quæcunque abundantia & ubertate cumulata viſa ſunt, non invideri, &c, ſi bona erant, αφθονα, ſi mala, αμεγαρτα, dicebantur. Αμεγαρτος enim ſemper mali quiddam in notione ſua involvit, ut αμεγαρτα κακων apud *Euripid. Hecub.* v. 193. αμεγαρτον πονον & αμεγαρτε συβωτα apud Homerum. Deinde procedente analogia, ac voce indies paullatim magis ac magis a primaria illa ſignificatione deflexa, tandem notio omnis invidiæ evanuit, & quicquid in malis aut magnitudine aut multitudine eximium erat ea ſignificari cœpit. Interpretatio autem *Pauwiana* non modo ſententiam non egregiam, ut ille putabat, ſed frigidam prorſus & ineptam, nobis exhibet. Quid enim hoc frigidius dici poteſt? *Hæc enim invidia carentia ac caritura, quæ nemo invidere quia prava nec ſolet nec debet, decernens Jupiter.* Nec ita ſane benigne cum vita humana, ne bene quidem, ut vulgo putatur, morata, agitur, ut Prava æmulatione ac invidia ſemper careant. Aliter plane ſenſit Pſalmorum ſacrorum Auctor. Sed hæc ſomnia ſunt in cathedra dormitantium.

404. 405. Ita hos verſus ex auctoritate MSti *Arundeliani* emendatos conſtitue,

Ὑπερηφανον θεοισι ionicus ανακλωμενος ſimilis proxime præcedentibus
Τοισι παρος δεικνυσιν αιχμαν choriambicus dimeter hypercatalectus.

Sententiam autem hujus loci minime ſane difficilis nova ſua explicatione prorſus perdidit *Pauwius.* Eodem enim modo interpretatur ὑπερηφανον τοις παρος θεοις αιχμην δεικνυσιν, ac ſi Poeta ſcripſiſſet ὑπερηφανον των παρος θεων αιχμαν, dativo ſcilicet pro genitivo poſito. Sed primo, nunquam caliginem tantam in ſententiam ultro inducere voluiſſe Poetam perſuadebit, quantam ex inſolita iſta conſtructione oriri neceſſe eſt, dativo ſcilicet perſonæ pro genitivo poſito, ac verbo abſque regimine ſtatim ſubjuncto qui dativum etiam perſonæ regere ſolet. Hoc vero tranſeamus, & ſententiam juxta hanc interpretationem expendamus. Jupiter præcedentium deorum potentiam inſolentem oſtentat. Quibus quæſo inſolentiam iſtam oſtentat? Præcipue, ut opinor, nemini, neminem enim præ aliis indicant Nymphæ; toti igitur deorum genti. Nulla propterea ſatis juſta erat cauſa quare illæ potiſſimum, & magis quam dii cæteri, inſolentis hujus potentiæ contemplatione adeo afficerentur, ut lacrimarum flumine genas rigarent. Lacrymarum enim ſuarum hanc eſſe cauſam diſerte afferunt v. 402. ubi notanda particula γαρ. Jam vero ſi interpretationem vulgarem ſequamur, Jupiter potentiam inſolentem oſtentat diis qui eum in regno præceſſerant, Titanibus ſcilicet Cœli progeniei, qui ſub Saturno primas in regni adminiſtratione obtinuerant, ſtatim apparet cauſa lacrymarum domeſtica & propria. Nymphæ enim illæ e proſapia erant deorum iſtorum antiquorum inſolentiæ Jovis præ cæteris obnoxiorum; atque adeo minime mirum erat ſi pœna Promethei perculſæ, pariete quaſi proximo ardente, de proprio periculo cogitarent, &, ne uſque ad ſe pertingeret Jovis inſolentia iſta, timentes, dei cognati ſupplicia, propriaſque pariter vices, quippe quibus ſimilia forſan impendebant, lugerent.

V. 408. 409. Ut metrum ſtrophæ reſpondeat, ita emendandi & conſtituendi ſunt hi verſus,

Μεγαλοσχημονα κ'αρχαι-
οπρεπη στενουσα ταν σαν.

Ante αρχαιοπρεπη pro copula τε reſcribendum cenſui και, conſtructione ita poſtulante; & pro στενουσι repoſui ex MStis *Arundel.* & *Oxon.* στενουσα.

413. 414. Hos verſus, pro σαις repoſito e MSto *Oxon.* σοισι ita conſtitue,

Μεγαλοστονοισι σοισι
Πημασι συγκαμνουσι θνατοι.

417. 418. Ita hi verſus conſtitui debent,

Και Σκυθης ὁμιλος, οἱ γας trochaicus dimeter
Εσχατον τοπον αμφι.

Verſus alter periodus eſt catalectus, evadet autem trochaicus ſi, particula μιν inſerta, legas,

Βρατον πορον μιν αμφι.

V. 419. Verſus ionicus eſt dimeter acatalectus; legendum autem eſt εχουσι, non εχουσι.

423. 424. Ita hi verſus ſunt conſtituendi,

Δαΐος ςρατος οξυτρω periodus

εμοι βρεμων τε αιχμαις hephthemimeris iambica.

425. Metrum eſt antiſpaſticum trimetrum brachycatalectum, in prima ſede epitritum pro antiſpaſto habens. Nemo enim, præter *Hephæſtionis* Editorem, unquam verſum ſpondæum in loco ſecundo habentem iambicum dixerit. Nec δη hîc in δε mutari patitur ſententia.

426. Proſodiacus eſt, ſed non ανακλωμενος; neque enim poſt pœona ſecundum ulla poteſt eſſe ανακλασις. Cum autem & hinc, & ex aliis ejus notis quas jam vidimus, apertiſſime conſtet Editorem *Hephæſtionis* plane neſcire quid ſit ανακλασις, & verſus ανακλωμενος, ne ejus auctoritate Lector impoſterum in errorem inducatur, monendus eſt, nunquam revera ανακλασιν locum habere poſſe niſi in verſu ionico a minore, ubi pœona tertium ſequitur ditrochæus aut epitritus ſecundus. Tunc enim ſupponunt Grammatici ultimam pœonis brevem & primam ditrochæi vel epitriti longam locum mutuo inter ſe mutare, unde verſus ανακλασθαι dicitur, & emergunt duo ionici, aut ſaltem ionicus & pœon tertius; id quod non fit præcedente pœone ſecundo, tunc enim ex pœone fieret dijambus, nec ſequente choriambo, tunc enim pro choriambo haberemus pœona quartum. Dicitur etiam, ſed improprie, a Pindaricorum metrorum Enarratore verſus proſodiacus ανακλασθαι, quando, mutato ordine, præcedit choriambus, & ſequitur ionicus vel pœon. Sed ne hoc quidem quidquam ad *Pauwii* excuſationem facit; cujus in re metrica peritiæ egregia inſuper ſpecimina ad hunc ipſum verſum habemus, anapæſtum in ſecunda iambici ſede, & iambum pariter in anapæſtici prima.

427. Epionicus eſt trimeter catalectus, conſtans ex epitrito, ionico, & cretico. Iambicum anapæſtum in quarto loco habentem *Pauwio* relinquimus.

429. Glyconius eſt ex duobus antiſpaſtis pentaſyllabis.

430. Hic verſus in duos dividi debet,

Νωτοις ὑπεβασταζει ionicus dimeter acatalectus . ex ionico & moloſſo

Βια δε ποντιος κλιδων iambicus dimeter.

V. 432. 433. Κελαινος δ' αἴδης ὑπεβρεμει μυχος Γας, πεγαι δ' αγνοῤῥυτων ποταμων] Multum & fruſtra ſe torquet *Pauwius* circa locum cujus ſententia manifeſta eſt. Genitivus enim γας regitur a præpoſitione ὑπο in ὑπεβρεμει, ut conſtructio ſit, Κελαινος δε μυχος αἴδης ὑπο γας βρεμει. Si idem admiſiſſet *Barneſius*, quot non ille ineptias exclamaſſet? Legendum autem eſt in verſu altero αγνορυτων, ſimplici ρ, ſicut αμφιρυτω Σαλαμινος apud *Sophocl. Ajac.* v. 134. 135. ut metrum ſit anapæſticum; prima enim των αγνορυτων corripi non poteſt, ut putavit *Pauwius*. Vide *Daweſ.* Miſcel. Critic. p. 196. & ſeqq.

Notæ in SCHOLIASTEM A.

Ad v. 359. Emendatiora hæc in vulgatis quam in *Pauwii* notis leguntur, qui corrigendi prætextu locum magis quam antea confuſum nobis repræſentavit. Pone autem coli notam poſt εκπυρωθεντος γινεται, & iterum poſt κεραυνωθεντος, & poſt φαυσει ολλυμενος. Tolle etiam comma poſt κεραυνωθεντος γινεται, & pro βιαιως πυρι lege βιαιως πονει. Vox denique μελαινος corrupta eſt, quanquam & eam quaſi integra eſſet inemendatam reliquit *Pauwius*; lege κελαινος.

367. Ζαλη πυρδαπανος non eſt Procella quæ igne alia comedit & devorat, ſed quæ ignem ipſum, quaſi epulum ſibi appoſitum, devorat & comedit. Non igitur ita facilis & appoſita hæc vox ut nihil magis, nec reprehendendus adeo *Bentleius*, qui, quo pertinebat ſe non videre faſſus, in πυρπνοον mutabat. Quorſum enim pertinet Procella ignem devorans? aut quænam ex iſta phraſi animo obverſatur idea? Quanquam alioquin non adeo proclives nos præſtare debemus, fateor, in puſillis hiſce fragmentis immutandis, orationis contextu, duce in his rebus optimo, deſtituti.

Notæ in SCHOLIASTEM B.

354. Lege εν Σικελια.

368. Επισρεφουσι τους ποταμους] Hæc ſenſu prorſus carent; forſan legi poteſt, επει ισον ρεουσι τοις ποταμοις.

383. Lege πονον ματαιον εφη.

384. Pro την πηρωσιν procuIdubioIegendum την μωρειαν.

433. Lege των καθαρως ρεοντων.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 437. Ορων εμαυτον ωδε προυσελουμενον] Claudicat metrum, unde miris modis ſed eventu infelici, ſe torquet *Pauwius*. Facili negotio & metro & ſententiæ ſatisfieri poteſt, legendo aut ωδε γε προυσελουμενον, *ita quidem violatum*, aut ωδε γε προσηλωμενον, *ita quidem clavis petræ affixum*. Quod ad Ariſtophanis locum attinet a *Pauwio* allatum, facili etiam medicina reſtituitur, legendo ſcilicet προς γ' ελουμεν. Nec audiendus eſt vir doctus contra veterum Grammaticorum conſpirantem ſententiam pronuncians, non προυσελειν, ſed tantum προυσελχειν, Græce dici pro προπηλακιζειν, ὑβριζειν, præſertim cum ſententiæ iſti aſtipuletur etiam etymologia, & inter ιλος & πηλος affinitas quædam ſignificationis intercedat.

441. Τα'ν βροτοις δε πηματα] Το πηματα nullum hîc habere poſſe locum exiſtimo, cum vox hæc non Incommoda ex ipſa humanæ naturæ indole dimanantia ſignificet, ſed Calamitates graviores aut hominum vi illatas aut ex ipſis naturæ univerſæ legibus atque ordine inopinato ingruentes. Hinc *Scholiaſtes* hæc ironice dici putabat. Malim igitur τα 'ν βροτοις δ' ευρηματα.

450. Δομοις προσειλοις ισαν] Lege προσειλοις cum *Grotio* & *Daweſio* Miſcell. Critic. p. 272. 273.

451. Καταρυχες δ' εναιον, ὡς' αεισυροι Μυρμηκες] Retinendum eſt αεισυροι, *ſemper aliquid verſus reconditoria trahentes*; Nec de metro ſolliciti eſſe debemus; eadem enim analogia qua a μαρτυρομαι, μαρτυρουμαι, fit μαρτυρομαι, μαρτυρες, μαρτυροι, ſecunda correpta, & a πορφυρω, πορφυρω, πορφυρεος, a συρω, συρω, deducitur αεισυρος. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 338. Nihili eſt conjectura *Pauwii*, σορος enim ſemper aut *loculum* aut *cumulum* ſignificat, nunquam *ſpeluncam*. Αεισυρος apud Tryphiodorum penultimam ſimiliter corripit.

462. Ζευγλη pars eſt jugi, *Curvatura* ſcilicet cui pecus ſubjicitur. Vide *Polluc.* lib. 1. §. 146.

464. Γενοισθ'] Lege Γινοισθ' cum *Daweſio* Miſcell. Critic. p. 272.

471. 472. Πεπονθας αεικες πημ', αποσφαλεις φρενων Πλανᾳ] Fit ſynizeſis in voce αεικες, & legi debet ᾳκες contracte, monente *Daweſio* Miſcell. Critic. p. 318. Quinetiam lectionem a *Scholiaſte* B. memoratam, αποσφαλεις φρενων πλανῃ omnino amplectendam cenſeo, ut ſententia ſit, *mentis errore lapſus*. Aliter enim, & ſine copula, oratio ſalebroſa nimis vix procedit. Nihili eſt quod objicit *Pauwius*, Prometheum ante pœnam mentis inopia minimum laboraſſe; immo ipſam pœnam mentis errori aperte hîc & infra v. 544 — 552. imputant Nymphæ, unde hominibus juvandis unice intentus Jovis iram in ſe concitaverat.

V. 479. Ου χριστον, ουδε πιστον] Diſtinctio inter πιστον & χριστον æque certe quæſita eſt, ut *Pauwii* verbis utar, ac illa inter βρωσιμον & πιστον. Spiritu etiam poetico vere afflatus curioſam iſtam circa ordinem in ſingulis verbis ſollicitudinem, quam requirere videtur *Pauwius*, velut infra ſe poſitam aſpernari ſolet. Nihil igitur temere immutandum eſt.

480. Aut cum *Robortello* legendum eſt πριν γ' εγω, aut cum *Scholiaſte* A. πριν αν εγω, aliter periit metrum.

507. 508. 509. — ὡς εγω

Ευελπις ειμι τωνδε σ' εκ δεσμων ετι

Λυθεντα, μηδεν μειον ισχυσειν Διος] Plurimum ſibi ad hunc locum negotii faceſſit *Pauwius*, ſed fruſtra. His enim quæ hîc a Choro dicuntur non repugnant quæ infra v. 518. ſequuntur,

Τι γαρ πεπρωται Ζηνι, πλην αει κρατειν.

Nymphæ ſcilicet, quæ Saturnum de regno dejectum jam viderant, idem & Jovi accidere forſan poſſe reputabant, ideoque cum ejus imperio minus faverent, ut patet ex v. 400 — 405. ſperabant atque optabant tempus tandem affore quo, Jove imperio exuto, Prometheus e vinculis liberaretur, & non minore quam ille poteſtate valeret. Cum tamen hoc revera eventurum non certo ſciebant, nec vero abſimile neque abſurdum ſane erat, eas, cum de Jove Fatorum decretis ſubjecto ſermo eſt, Prometheum, qui decreta ea ex matre Themide didicerat, percunctari, an aliud quoddam fatum Jovem maneret, ut ſummum in deos imperium perpetuo non eſſet obtenturus. Ad hunc enim modum Nympharum quæſtio in v. 518. intelligi debet. Ita omnia plana ſunt & inter ſe congruentia.

V. 525. Et hæc antiſtrophica, non monoſtrophica, recte inſcripſit *Stanleius.* Pauciſſimis enim exceptis, quæ corrupta aut mutila eſſe credere æquum eſt, ſtrophæ accuratiſſime antiſtrophis reſpondent. Metra autem juxta διορθωσιν *Stanleianam* conſtituenda cenſeo, niſi ubi ab ea diſcedendum eſſe infra monebimus. Longe enim rectius hæc ſe habent quam quæ prius vulgata ſecutus eſt *Pauwius.* Hic autem in his metris declarandis anapæſtos in iambicorum locis paribus, iambos in anapæſticis, creticos in dactylicis, & id genus alia ſimilia, pro eximia ſua in re metrica peritia, affatim nobis repræſentat.

528. 529. Hi duo verſus non niſi unum conſtituunt, aſynartetum ſcilicet ex ditrochæo & penthemimeri dactylica. Similiter de antiſtrophicis ſtatuendum. Verſus etiam 531. huic prorſus gemellus eſt.

534. Αλλα μοι τοδ᾽ μενει] Ut metrum antiſtrophico reſpondeat, legendum eſt juxta *Robortellianam* & MStum *Arundel.* τοδ᾽ ἐμμενει. quam lectionem quam maxime etiam commendat ſequens εκτακειη. Verſus autem eſt ionicus conſtans ex pœone tertio (το Αλλα enim primam corripit; vide quæ notavimus ad *Euripid. Alceſt.* v. 802. *Bacch.* v. 606. *Herc. Fur.* v. 1079.) & κατακλειδι trochaica. Pœoni tertio in antiſtropha reſpondet ionicus a minore.

538. Lege φαναις contracte pro φαεναις, ut ſupra v. 471. ακες pro ακεες.

542. 543. Hi duo verſus non niſi unum conſtituunt, qui accurate verſui ſtrophæ ſeptimo reſpondet. Excidit autem verſus qui verſui ſtrophæ octavo reſpondebat.

547. 548. Ita potius hi duo verſus conſtituendi,

Φερ᾽ ὁπως αχαρις χαρις, ω proſodiacus ex ionico pentaſyllabo & choriambo

Φιλος, ειπε, που τις αλκα; ionicus a minore dimeter acatalectus αναχλωμενος·

his in antiſtropha reſpondebunt,

Εμαθον ταδε, σας προσιδουσ᾽

Ολοας τυχας, Προμηθευ.

549. Ionicus eſt a minore trimeter acatalectus ex ionico pentaſyllabo & duobus ditrochæis.

550. Similis eſt ionicus dimeter acatalectus.

551. Ut hic verſus antiſtrophicis reſpondeat, in duos ita dividendus eſt,

Ισονειρον ᾇ το – ⏑ – – iambicus dimeter hypercatalectus

φωτων αλαον baſis anapæſtica.

In fine verſus prioris excidit vox quadriſyllaba, cui in antiſtropha reſpondet vox ὑμεναιουν, cujus ſyllaba prima vi augmenti producitur.

553. Ionicus eſt dimeter catalectus ſimilis ſuperioribus v. 549. 550.

554. Hephthemimeris eſt dactylica.

555. Iambicus eſt dimeter hypercatalectus.

558. 559. Ita hi verſus conſtitui debent ut ſtrophicis reſpondeant,

Τοδ᾽, εκεινο θ᾽ ὁτ᾽ αμφι λουτρα

τε και λεχος σον ὑμεναιουν

Ιοτατι γαμων,

lege autem ὁτ᾽ pro ὁτι, *quod*; ut non neceſſe ſit cum *Pauwio* reponere ὁ γ᾽.

Notæ in SCHOLIASTEM A.

Ad v. 438. Lege, εν γινωσκουσαις γαρ ὑμιν λεγων τοιαυτα.

449. Legendum το που συντελουσι τα καθ᾽ ἑν.

457. Legendum videtur τοτε δη αρχεσθαι του αμητου, & poſtea, ητοι ὁτε Οκτωβειος η Νοεμβειος ποιεει αρχην &c.

525. Εκτακειη, τουτ᾽ εςι, μηδεποτε πληρωθειη] Verbum πληρωθειη, ab εκτακειη ſignificatione nimium diſcrepat; forſan legendum παραλυθειη, quod propius accedere videtur, ſenſu ſaltem, quam πηρωθειη quod ſubſtituendum cenſuit *Pauwius.*

Notæ in SCHOLIASTEM B.

450. Lege ξυλοκαταςκευον.

472. Legendum videtur και πεπλανημενοις ὁδοις φερη.

561. Εδρα απο του εδρειν την ευνην, η το ιδιον εκγιον τον αιγιαλον] Hæc proculdubio corrupta ſunt, quomodo autem reſtitui poſſunt, impræſentiarum non ſuccurrit. Minus certe ſcopum attigiſſe videntur conjecturæ *Pauwianæ.*

IN

IN ACTUM QUARTUM.

V. 564. Lege πτενοισιν.

574 — 578. Ita hos verſus, quos miſere confundit *Pauwius*, conſtitui debere cenſeo,

Αλλα με ταν ταλαιναν choriambicus dimeter catalectus

Εξ ενερων περων κυνηγετει, idem trimeter brachycatalectus

Πλανα τε νηστιν γ' ανα ταν παραλιαν aſynartetus ex penthemimeribus iambicis

Ψαμμον, ὑπο δε κηροπλαστος οτοβει idem ex penthemimeri trochaica & dochmaico

Δοναξ αχετας ὑπνοδοταν νομον· idem ex duobus dochmaicis

Ιω, ιω, ποι, ποι, πω, πω, πω. dactylicus tetrameter.

Πη μ' αγουσι τηλεπλαγκτοι πλανοι; aſynartetus ex penthemimeri trochaica & dochmaico.

579. Periodus eſt acatalectus.

580. Periodus eſt hypercatalectus.

582. 583. Ita hi verſus conſtituendi,

Οιστρηλατῳ δε δειματι iambicus dimeter acatalectus

Δειλαιαν παρακοπον ὡδε τειρεις; trochaicus trimeter brachycatalectus.

584. Aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis.

585. 586. Ita hi verſus conſtituendi,

Ποντιοις δακεσιν δος βοραν μηδε aſynartetus ex duabus penthemimeribus trochaicis

Μοι φθονησης ευγματων αναξ trochaicus dimeter hypercatalectus.

590. Chori Prometheum alloquentis verba iambici ſyſtematis partem proculdubio faciunt, nec Iûs monoſtrophicis immiſceri debent. Verborum igitur ordinem a Librariis conturbatum ita reſtitue,

Τας βουκερω φθεγμα παρθενου κλυεις.

Quærendum autem hîc ſe offert, an Io revera ſub juvencæ forma in ſcenam prodierit, an metamorphoſin iſtam pro imaginaria tantum haberi voluerit Poeta, ac proinde eam virginalem ſpeciem nihilominus retinentem ſpectandam exhibuerit. Priorem ſententiam tuetur *Dacierius* ad Ariſtotelis Poeticam, alteram *P. Brumoy*, rem nimis ridiculam eſſe cauſſatus virginem ſub ſpecie bovina latentem. Et profecto quodcunque ſic exhiberetur incredulus odiſſe debebat Spectator. Mediam tamen quandam ſententiam veriorem eſſe arbitror. Hanc enim metamorphoſin intra imaginationem maxima ex parte conſtitiſſe patet ex hoc, quod Prometheus Ioi v. 847. prædicit, Jovem ſcilicet in Ægypto eam demum poſt errores finitos manu attrectantem ac palpantem εμφρονα, *mentis compotem*, reddituram, cum ſi revera in juvencam fuiſſet mutata, de forma priſtina ei reſtituenda potius fuiſſet proculdubio locutus. Cornutam tamen frontem geſſiſſe vel ex hoc verſu veriſimile eſt, ubi a Choro diſertis verbis βουκερως παρθενος appellatur.

V. 595. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus trochaicis.

596. 597. Ita hi verſus conſtituendi,

Ειπε μοι τῳ μογερᾳ τις ων ionicus a minore ανακλωμενος dimeter hypercatalectus

Τις αρα μ' ω ταλας ταν ταλαιπωρον aſynartetus ſimilis v. 595.

Ωδ' επιτυμα προσθροεις· Euripideus;

επιτυμα ſuppeditat codex *Arundel.* Carmina autem qualia conſtituit *Pauwius* nuſpiam reperiuntur.

598. Antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus ex dijambo antiſpaſto pentaſyllabo & iambo.

599. Trochaicus eſt dimeter acatalectus.

601. 602. Ita hi verſus conſtituendi,

Σκιρτηματων δε νηστιν iambicus dimeter acatalectus

Αικιαις λαβροσυτος ηλθον, epichoriambicus dimeter hypercatalectus.

604. Hic verſus in duos ita dividatur,

Δυσδαιμονων δε τινες οἱ, hephthemimeris iambica

Ε, ε, οἱ' εγω, μογουσιν; ſimilis præcedenti.

607. Τι μη χριν; τι φαρμακον νοσου] *Robortellianam* lectionem Τι με χρη; plane ſtabilit metri ratio, quæ & vulgatam reſpuit. Verſus enim ionicus eſt a minore ανακλωμενος dimeter hypercatalectus. Subauditur autem non παθειν ſed δραν, ποιειν, ellipſi apud Græcos uſitatiſſima. Vide *Boſ.* Ellipſ. Non certe ea quæ nunquam paſſura erat ſcire cupiebat Io; neque ita loqui amat aut *Æſchylus*, aut Scriptor ullus non plane ineptus.

618. Ex variante ſcriptura πας γαρ ουν πυθεσθαι μου *Hen.*

Stephanus conjecit πῶς γὰρ ἂν πίθοιό μου, vere ut opinor.

V. 630. Μὴ μου προσκήδου μᾶλλον ὡς ἐμοὶ γλυκύ] An particulam ἢ hîc ἐκλείπειν patitur Græci ſermonis indoles valdè dubito; lubens igitur amplector lectionem a *Turnebo* memoratam, μᾶλλον ἢ ὡς ἐμοί; iſta enim ἢ ὡς in unam ſyllabam per ſynizeſin facile coaleſcunt.

677. 678. Ἠϊόνα πρὸς εὔποτόν τε Κερχνείας ῥέος Λέρνης ἄκρην τε] Haud parum exultare & ſibi gratulari videtur *Pauwius* propter ſuam circa hunc locum conjecturam, cui tamen, ſi attentius paullo eam perpendas, nihil ſolidi ſubeſſe invenies. Κερχνείας idem quod Κεγχρείας ſonare dudum oſtenderunt viri docti, *Berkelius* ad *Stephan.* voce Κεγχρεαί, & *Spanhemius* ad Callimach. Hymn. in Del. v. 271. Cenchream autem Corinthi navale non hoc in loco deſignari, ſed potius Cenchream vicum, qui, teſte Pauſania loco a *Pauwio* citato, a dextra eſt iter ab Argis Tegeam verſus facientibus, manifeſtum eſt ex eo quod cum Lerna a Poeta conjungitur, a qua navale iſtud longiſſime abeſt, vicus vero a Pauſania memoratus non adeo diſtat. Quoniam autem Pauſanias vici tantum, & non fluvii etiam cognominis, mentionem facit, ideo pro ῥέος reponi debere ἕδος contendit *Pauwius.* Sed ſi propius rem conſideres, purus putus ſolœciſmus eſt εὔποτον ἕδος. Fluvio quidem aut fonti optime convenit iſtud epitheton, & poculo etiam, quandoquidem pro potu contento interdum ponitur poculum continens, unde εὐποτωτάτων ἐκπωμάτων apud *Athenæum.* Sed quis unquam de ſolo loci cujuſcunque dixit εὔποτον eſſe? Hoc certe adjectivo denotatur, non quod *irriguum eſt & aquis abundans*, ſed quod *facillime* aut *optime bibitur*. Priorem iſtam notionem exprimunt καταῤῥυτος, εὔπιδαξ, πολυπίδαξ. Dicendum eſt igitur, aut rivum quendam ignobilem, atque ideo forſan ab aliis Scriptoribus haud memoratum, Cenchream vicum præterlabentem hîc deſignari, aut Eraſinum forte fluvium, qui non longe a Cenchrea abeſt, hoc nomine *Æſchyli* temporibus fuiſſe notum. Εὔποτον ῥέος Poetæ noſtro alibi etiam uſitatum. Vide infra v. 811. Sed de prima conjecturæ parte hactenus. Deinde pro Λέρνης ἄκρην τε, poſthabita pulcherrima *Canteri* conjectura reſcribentis Λέρνης τε κρήνην, reponi jubet, aut Λέρνης ἀλφὴν τε, ſubaudita voce γῆν, aut Λέρνην ἀλφὴν τε. Prior autem conjectura admitti haudquaquam poteſt; ſubſtantivum enim γῆν ſubaudiri, nullo modo, propter obſcuritatem inde orituram, patitur emendatæ loquelæ norma. Unde enim cuiquam conſtare poteſt, illud, & non potius aliud quoddam, λειμῶν puta, ſubaudiri debere? Nec felicioribus auſpiciis natum eſt illud alterum, Λέρνην ἀλφὴν τε. Primum enim non Λέρνην ἀλφὴν τε, ordine verborum citra ullam ex metri parte neceſſitatem detorto, ſed Ἀλφὴν τε Λέρνην, poſuiſſet Poeta. Deinde, cum omnibus notum ſit Lernam fuiſſe paludem, aquis partim & partim paſcuis conſtantem; epitheto ita generali non uſus fuiſſet Poeta, quod copiam quidem & ubertatem exprimit, quibus autem rebus potiſſimum conſtabat ubertas iſta, an aquis aut paſcuis, aut etiam piſcibus, aut denique omnibus ſimul, incertum prorſus Lectorem relinquit. Recte autem dici Λέρνης κρήνην manifeſtum eſt, vel ex ipſa paludis indole, quippe quæ ſine fonte aut rivo nuſpiam reperitur. Quin & Lernam fluvium, paludi cognominem, & ei vicinum ſaltem, ſi non per eam, quod tamen credi par eſt, permeantem, memorat *Strabo* lib. VIII. p. 566. edit. *Almelov.* necnon Virgilius, apud quem Æneid. lib. XII. v. 518. invenies,

— *piſcoſæ flumina Lernæ.*

Pauſanias denique lib. II. cap. 15. nos docet, omnia Argolicæ regionis flumina per æſtatem exareſcere, præter ea quæ in Lerna ſunt.

V. 683. Γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι, quod Ciceroni arriſit (ita enim eum legiſſe extra dubium poſitum videtur, cum Græca iſta omnia quæ epiſtolis ſuis interpolata leguntur, aut adagialia ſunt, aut e vetere aliquo Scriptore, & ut plurimum e Poetis, deſumpta) *Pauwio* arridere non potuit. Sed quamobrem? Annon qui curſu continuo agitatus per orbem terrarum fertur, atque adeo novas ſemper regiones percurrit, recte dici poteſt in regionem ante, id eſt, ultra regionem agitatus ferri? Nova certe regio quam jam percurrit, percurrentis reſpectu ante, vel ultra, eam eſt quam modo tranſiit, & poſt eam quam mox tranſiturus eſt. Nihil igitur aut difficile aut incongruum huic phraſi ineſſe videtur. *Pauwii* autem emendatio γῆς πρὸ γῆν reſcribentis triplici mendo peccat. Primum, metrum corrumpit, anapæſtum in ſedem quartam infarciendo; ſecundo ellipſin præpoſitionis ἀπὸ ad genitivum γῆς, neſcio an unquam uſitatam, nullo exemplo firmatam obtrudit. Denique ſermonem Atticum inquinat, præpoſitionem Doricam πρὸ, Atticis Scriptoribus ignotam interpolando. Neque enim quia adjectivum προταιον communi uſu receptum, quanquam forſan a præpoſitione iſta olim derivatum, apud Poetam noſtrum uſurpatum reperitur,

peritur, exinde ſequitur & thema ipſum apud Atticos fuiſſe in uſu.

V. 689. Hic verſus in duos ita dividi debet,

Ουποτ', ουποτ' ηυχομην Euripideus

Ξενους μολεισθαι λογους periodus catalectus,

faceſſat igitur bellus iſte trochaicus *Pauwianus* cum cauda ſua iambica.

690. 691. 692. Ad hunc potius modum hos verſus conſtitui debere puto,

Ες ακοαν εμαν, penthemimeris trochaica

Ουδ' ωδε δυσθεατα και δυσοιστα, iambicus trimeter catalectus

Πηματα, λυματα, δειματα, dactylicus trimeter

Αμφηκει κεντρῳ penthemimeris ſpondaica

Ψυχειν ψυχαν εμαν. ionicus a minore dimeter catalectus ex moloſſo & κατακλειδι trochaica.

692. Non ſine cauſa ſuſpectum habuiſſe videtur verbum ψυχειν hoc in loco *Pauwius*. Nam quomodo κεντρῳ aut *frigefacere* aut *exſiccare* dici poſſit non ita facile intellectu eſt. Quanquam non deſunt apud veteres Scriptores, & præcipue apud hunc Noſtrum, exempla tranſlationum duriſſimarum, & vi contra rerum naturam detortarum. Sed *Pauwii* emendationes videamus. Primo κνιπτειν reſcribit, quo vero ſenſu non dicit, ſed res ipſa loquitur eum *percutiendi* notionem verbo huic tribuere. Iſta autem notio ei nequaquam competit, nec uſpiam in hoc ſenſu a Scriptore Græco vetere reperietur uſurpatum. Κνιπτει, τῃ χειρι κρουει. Verba enim illa ſignificant, non *manu pulſare*, ſed *manu plaudere*, non *manuum percuſſionem*, ſed *ſonitum ex percuſſione ortum*. Secundo loco proponit ψηχειν, *in fruſtula comminuere, ad micas redigere*, ſed dubitanter, nimis tragicum, id eſt, ſi recte phraſes *Pauwianas* æſtimes, nimis frigidum, hoc eſſe ipſe faſſus. De hoc igitur loco, retenta interim vetere ſcriptura, ampliandum cenſeo; niſi forte πτυχειν reponi poſſe cenſeas.

718. Πριν αν προς αυτον Καυκασον μολῃς, ορων Υψιστον] Fruſtra hunc locum tentat *Pauwius*. Nihil enim in hac tragœdia legitur unde colligi poſſit, Prometheum ſecundum Poetam Caucaſo fuiſſe affixum; pluſcula certe illa quæ *Æſchylum* non receſſiſſe a vulgata ſententia clamant indicare debuiſſet Emendator. Nihil ſane tale mihi licet attendenti ne obſcure quidem ſeſe exhibet. Vide *Stanleii* notam ad tragœdiæ argumentum, ubi hanc rem fuſe & rite explicatam invenies. Ambæ autem conjecturæ *Pauwianæ* ſunt infeliciſſimæ. Prima, quæ reponit Πριν αν προς αυ τον Καυκασον dupliciter laborat. Particula enim αυ ſimpliciter & nude poſita nunquam, ut opinor, ſignificat *iterum*, aut *ſecunda vice*, ſed *autem*, *vero*, *viciſſim*, *e contra*, & *retro*. Neque obſtat quod *Heſychius* το αυ per παλιν explicat, nam & παλιν *retro*, *viciſſim*, & *e contra*, æque ſignificat ac *iterata vice*. Nec quod *Harpocration* in voce Αυ eandem doctrinam docens dicit, αυ pro παλιν a Demoſthene in prima contra Aphobum uſurpari. Tribus enim tantum in locis illius orationis particula iſta legitur, in quibus *vero*, *e contra*, & *etiam* ſignificat, nuſpiam pro εκ δευτερου ponitur. Quod ſi concedamus το αυ *repetita vice* poſſe ſignificare, nihil tamen ad ſtabiliendam hanc conjecturam efficietur. Particula enim iſta αυ inter præpoſitionem & articulum interponi non poteſt, neque ullum tam duræ trajectionis exemplum, etiam ex Poetis, adferri poſſe contendo. Quis ferret ſcribentem προς παλιν τον Καυκασον? quod tamen longe tolerabilius, quia nulla inde exoritur ambiguitas. Altera conjectura quæ reſcribi jubet,

Πριν αν προς αυτον Καυκασου μολῃς ορων

Υψιστον,

minus adhuc admittenda. Nam quid eſt terminus montis altiſſimus? Aut quis unquam iter facienti ita viam monſtravit? Præter montium juga proficiſci debes per plura centena milliaria in longitudinem porrecta, donec ad montis terminum altiſſimum pervenias. Quomodo enim quiſquam, niſi toto monte peragrato, quænam ſit pars ejus altiſſima exploratum habere poteſt? Nova ſane eſt, & hactenus inaudita methodus terminos ac fines montium deſignandi, non qua eorum radices in planitiem deſinunt, ſed qua altiſſimum eorum cacumen verſus cœlum attollitur. *Pauwius* de hac ſecunda conjectura addit, *Nihil paratragœdianti decentius*; quo ſenſu ipſe viderit. Ego ſane nil niſi verborum inanem ſtrepitum deprehendere poſſum.

V. 748. 749. Οπως πεδῳ σκηψασα, των παντων πονων Απηλλαγην] Ut conſtet grammaticæ ratio, omnino legendum videtur Απηλλαγειν, ejectâ particulâ γαρ, quæ paullo poſt ſequitur, ne redundet metrum.

757. Ηδοιμ' αν, οιμαι, τηνδ' ιδουσα συμφοραν] Verbum ηδοιμι vocem eſſe nihili recte monet *Daweſius* Miſcellan. Critic. pag. 250. qui & germanam, ut opinor, Poetæ ſcripturam reſtituit, hunc verſum Prometheo, ſequentem vero Virgini, tribuendo, & reponendo,

Ηδοι' αν, οιμαι, τηνδ' ιδουσα συμφοραν.

Gauderes puto, &c.

V. 769.

V. 769. Ου δητα, πριν εγωγ' αν εκ δεσμων λυθω] Non metri tantum ratio exigit, ſed ſermonis etiam elegantiæ intereſt, ut reſcribamus cum *Pauwio*, πριν γ' εγωγ' αν.

770. Τις ουν ὁ λυσων σ' εστιν ακοντος Διος] Locus hic, ut nunc legitur, magnis difficultatibus involvitur, nec ſatis cum præcedentibus v. 167 — 177. 186 — 192. 518 — 524, nec cum ſequentibus, nec cum ipſo contextu immediate præcedente, cohæret, quod & dudum obſervaverat *Canterus.* Emendatio *Pauwii* ſatis eſt ſpecioſa, fateor, pro ακοντος reponentis αρχοντος, ſed duabus præcipue objectionibus premitur; quarum una eſt, quod eandem prorſus ac vulgata lectio ſententiam ſuggerere videtur. *Quis te ſoluturus eſt Jove imperium obtinente?* Nonne hæc verba innuere videntur, eum contra Jovis imperium, cujus juſſu Prometheus ſcopulo affixus fuerat, facturum qui hunc inde liberaret? Juxta *Pauwii* ſententiam, ita quidem locum interpretari debemus; Quis igitur eſt ille qui te liberaturus eſt, dum adhuc Jupiter in imperio conſtitutus manet, & antequam regno exciderit, adeo ut periculum iſtud ab illo avertere & valeas & velis? Sed ſi ea mens Poetæ revera fuiſſet, mentem eam magis perſpicue exprimere & potuiſſet & debuiſſet. Nec parum roboris huic objectioni accedit ex altera, quæ hujuſmodi eſt. Si Jove volente liberandus erat Prometheus, unde Ioi in mentem venire poterat alium quenquam ejus liberatorem eſſe debere, præter ipſum Jovem, aut ſaltem ejus miniſtros qui eum modo rupi affixerant? Iſta conſideratio ſuadere videtur, Io putaſſe invito Jove liberandum eſſe Prometheum, non enim aliter de alio liberatore, imperante Jove, illico cogitaſſet. Sed non hæc tanti ponderis eſſe exiſtimo, ut ideo conjecturam iſtam ſtatim repudiandam putem; ampliandum eſſe tantum cenſeo.

790. 791. Προς αντολας φλογωπας ἡλιοστιβεις
Ποντου περωσα φλοισβον] Recte vidit *Pauwius* claudicare hujus loci conſtructionem, & verbo egere, ut habeat in quo conſiſtat. Aut igitur dicendum eſt quædam excidiſſe, quod veriſimilius puto, aut forſan admitti poteſt *Pauwii* conjectura reponentis,

Προς αντολας φλογωπας ἡλιου στιβεις.

Quod vero addit ἡλιοστιβεις verbum eſſe poſſe, atque hoc, quanquam paullo audacius, tamen *Æſchyleum* revera eſſe, mallem, ut ipſius verbis utar, tacuiſſet. Nam ſi concederetur verbum eſſe, non ſignificaret, prout ipſe ſibi fingit, *in ſole vadis*, ſed *ſolem calcas*, quod abſurdiſſimum eſſet.

V. 791. 792. Inane forſan ac futile conſilium videri poteſt Iûs errores ex mente Poetæ deſcribere velle, quippe qui auribus vulgi portentoſis narrationibus percellendis intentus, veram geographiam, regionumque ac populorum ſitum ac fines, aut plane ignoraſſe, aut ſaltem ſuſque deque habuiſſe, atque adeo omnia promiſcue turbaſſe ac miſcuiſſe videtur. Quoniam tamen *Pauwius*, præ nimio ſtudio fictionem poeticam rerumque veritatem inter ſe conciliandi, non unum errorem circa hanc rem erravit, brevem ego quoque hujuſce itineris delineationem ex ipſius Poetæ verbis, rejectis Commentatorum commentis, ante Lectoris oculos ponere non gravabor. Prometheus igitur in ultima Scythia occidentali (v. 1. 2. 706. 707.) rupi affixus jacebat. Ab hoc digreſſa Io iter orientem verſus facere debebat, ad Scythas uſque Nomadas, atque his evitatis curſum tenere prope maris litora; ſed an hoc mare illi a dextra aut a ſiniſtra erat, non dicitur, nec quidquam unde conjecturam ducere poſſimus quodnam mare in mente habuit Poeta. Certum eſt tamen Caſpium mare non fuiſſe, quod cenſet *Pauwius*, quia Io orientem verſus progreſſa nondum ad Caucaſum pervenerat. Deinde ei a ſiniſtra, id eſt, ad ſeptentrionem (proficiſcebatur enim orientem verſus) occurrunt Chalybes, quos etiam evitare oportebat, iter ſcilicet meridiem verſus declinando, donec tandem ad fluvium quendam Hybriſten appellatum perveniret. Hunc fluvium mirum eſt Commentatores veteres, atque eos ſecutum *Pauwium*, eundem cum Araxe fuiſſe pronunciaſſe, cum ex immediate ſequentibus manifeſtum ſit, Hybriſten ortum ducentem a Caucaſi latere ſeptentrionali ſeptentrionem verſus ferri debere; Araxes vero, quod omnibus notum, revera in montis Tauri parte quadam, at concedamus in Caucaſi parte, ſed certe meridionali, fontes habet, ac proinde Ioi, antequam Caucaſum ſuperaſſet, occurrere non potuit. Iſtum fluvium trajicere Io non debebat, ſed ſecundum ejus ripam pertendere uſque dum ad ejus in Caucaſo fontes perveniſſet. Ibi Caucaſus ei meridiem verſus tendenti ſuperandus erat, via quæ eam ad Amazonas deduceret. Hæ Amazones, quæ olim Themiſcyram circa Thermodontem fluvium incolere debebant, & tunc temporis Thraciæ partem circa Salmydeſſium ſinum incoluiſſe ſupponuntur, eam perquam

lubenter

lubenter deducturæ erant, & viam commonſtraturæ. Hinc per Iſthmum Cimmerium ad Boſporum cognominem pervenit, quem etiam tranare oportebat, atque ita ex Europa in Aſiam trajicere. Hic ſcilicet Boſporus eſt Ρειθρον ηπειρων ὁρος, non fluvius Tanais, de quo ne verbum quidem, ut conſtabit conferenti v. 728 — 734. cum v. 789. quemque tranſmiſſo Boſporo Cimmerio a tergo jam relictum fuiſſe neceſſe erat. Maria autem, & ipſum oceanum, fluvios apud Poetas Græcos appellari notum eſt. Vide *Nic. Heinſii* Epiſt. ad Muncker. Syllog. *Burmannian.* tom. v. p. 402. Hinc ad orientem ſolem converſæ *fluctus Ponti* trajiciendi erant, ita φλοισβον Ποντου interpretor; qui enim fluctus trajicit, ſtrepitum fluctuum trajicere dici poteſt, qui autem juxta maris litora iter habet, non ſtrepitum fluctuum pertranſire, ſed prætergredi, dicendus eſt. An autem pontus, quem ita trajicere debebat Io, pontus fuerit Euxinus, an mare Caſpium, aut mare aliud quodvis, frivola eſſet diſputatio, quandoquidem Poeta, ignorantiæ ſuæ in re geographica probe ſibi conſcius, rem totam tenebris ſpiſſiſſimis involutam de induſtria reliquit, nec magis de mari iſto aliquid certi pronunciare poſſumus, quam de Ciſthinæ vel Scythinæ ſitu (perinde enim eſt utrovis modo ſcribas) quæ nuſpiam, ut opinor, niſi in Poetæ cerebro exſtitit. Ejuſdem farinæ ſunt Phorcides, Gorgones in Africa, Grypes, Arimaſpi in Scythiæ Europeæ parte ſeptentrionali, a Mythologis veteribus collocati (vide Herodot. lib. III. IV.) & Plutonis denique fluvius, quos omnes, aut eorum ſaltem viciniam, tranſire debebat Io, priuſquam ad Populum Nigrum, Solis Fontes, & Æthiopem fluvium perveniret; juxta cujus fluvii ripas iter proſequuta ad Catabaſmum uſque, ubi Nilus ſe a Byblinis montibus effundit, hujus etiam fluvii curſum ſequi debebat in Ægyptum & Deltam, ubi terminus demum erroribus ſuis imponebatur, & coloniam ex poſteris amplam condere fato illi erat conceſſum. Et hactenus de Iûs erroribus.

V. 837. Αφ᾽ οὑ παλιμπλαγκτοισι χειμαζη δρομοις] Egregia ſane mihi videtur *Pauwii* conjectura, qua reponit,

Εφ᾽ οὑ γ᾽ ἀλιπλαγκτοισι χειμαζη δρομοις,

Unus tantum mihi reſtat ſcrupulus. Poſt mare Ionium trajectum, longiſſimum adhuc reliquum erat iter terreſtre conficiendum, priuſquam in ultimam Scythiæ oram, ubi in Prometheum incidit, pervenire poterat Io. Si de maris trajectione igitur locutus eſſet Prometheus, non χειμαζη, tempore præſenti, ſed εχειμαζης, tempore præterito, ponere debuiſſet, ut videtur, Poeta. Sed hoc forſan ignorantiæ ejus in re geographica imputandum eſt, quæ in cauſa eſſe potuit, ut mare Ionicum etiam Scythiæ conterminum eſſe crederet, adeo ut Io, ſimul atque ex mari egreſſa eſt, protinus Prometheum obviam haberet. Quæ res eo veriſimilior eſt, quod in v. 827. hanc maris trajectionem diſerte appellat Prometheus τερμα των πλανηματων. Nullum certe poſt hanc trajectionem errorem Iûs memorat, priuſquam hæc ſibi coram ſe ſtiterat.

V. 849. Επωνυμον δε των Διος γεννηματων
Τεξεις κελαινον Επαφον] *Scaliger.* ex *Peyraredi* conjectura in libri ſui ora poſuerat Διος θιγηματων. *Heſychius* Θιγηματων, μιασματων. Hæc me docuit *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* 639.

858. 859. 860. — φθονον δε σωματων ἑξει θεος·
Πελασγια δε δεξεται θηλυκτονῳ
Αρει δαμεντων, νυκτιφρουρητῳ θρασει] Locum hunc corruptum eſſe haud nego; *Pauwianas* tamen conjecturas non illico amplectendas eſſe cenſeo. Δεξεται in Δεγξεται mutatur abſque ulla vel minima neceſſitate. *Sed hoc longe ſignificantius.* Longe, ſi vis, audacius; ſignificantius eſſe nego, & ad Lectoris judicium provoco. Deinde λημματων pro σωματων frigidiſſimum habet ſenſum. Quid enim tam enorme, ac ſupra humanam poſitum conditionem, erat in iſta audacia, qua fratres illi cognatas ſuas ab Ægypto in Græciam uſque nuptiarum cauſa inſequuti ſunt, ut diis invidiam crearet, & ex invidia iſta ortam iram divinam in eos concitaret? Nam Deus contra aliquem φθονον εχειν dicitur, non cum ei ſuccenſet qualemcunque ob cauſam, ſed cum indignatur aliquid ultra humanæ naturæ ſortem ac modum affectantem. Denique δαμεντας pro δαμεντων admitti forſan poſſet, modo ea mutatione facta locus integritati reſtitueretur, ſed cum alia inſuper emendanda reſtent, tutius eſſe exiſtimo, antequam quidquam pronunciemus, exſpectare donec omni ex parte reſtitutum videamus. Quid enim te exempta juvat ſpinis de pluribus una?

874. Οπως δε χ᾽ ὡπῃ] Verte, *Quomodo autem, & quo pacto.*

886. & ſeqq. Hoc etiam μελος epodicum eſſe recte ſtatuit *Canterus*, quanquam quibuſdam in locis aut corruptum aut mutilum nobis pervenerit. Quod oggerit *Pauwius* de ſolo εφυμνιῳ in quo con-

ſiſtebat

ſiſtebat Chorus jam olim reſponſum accepit. Carmina autem juxta διορθωσιν *Canterianam*, utpote veriorem, recenſebimus; atque ideo *Pauwii* in re metrica παρεργηματα, ubi diverſum carminum ordinem ſecutus eſt, intacta, quod & jam plerumque fecimus, tranſibimus.

V. 887. 888. Ita hi verſus conſtituendi,

Ος πρωτος εν γνωμᾳ τοδ' εβαστασε aſynartetus ex penthemimeri iambica & dochmaico

Και γλωσσᾳ διεμυθολογησεν dactylicus tetrameter;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Μοιραι ⏑ – – – λεχεων Διος

Ευνατειραν ιδοισθε πελουσαν.

E verſu priori exciderunt quædam, unde antithetica hodie inter ſe diſcrepare videntur.

889. Hic verſus in duos dividi debet,

Ως το κηδευσαι καθ' ἑαυ- glyconius πολυσχηματιστος

τον αριστευει μακρῳ ionicus a minore dimeter catalectus;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Μηδε πλαθειην γαμετᾳ

Τινι των εξ ουρανου.

890. Iambelegus eſt. *Hephæſtionis* Editor pro accuratione ſibi ſolita antitheticum per omnia ſimilem iambicum trimetrum brachycatalectum eſſe pronunciare non dubitavit.

891. Metrum antithetico minus reſpondet; reſcribendum igitur opinor,

Μητε των γειτῳ γε μεγαλινομενων.

Verſus aſynartetus eſt ex penthemimeri trochaica & dochmaico.

892. Trochaicus eſt trimeter catalectus.

896. Μηδε πλαθειην γαμετᾳ τινι των εξ ουρανου] Particulam εν ante vocem γαμετᾳ merito ejecit *Canterus*, quippe quæ non minus grammaticæ quam proſodiæ officiat. Neque enim patitur grammaticæ ratio dici πλαζειν εν τινι, pro πλαζειν τινι; & veriſimile eſt hanc interpolationem ex ultima ſyllaba vocis πλαθειην imperfecte repetita originem duxiſſe. Bellulum autem hexametrum dactylicum nobis hîc obtrudit *Pauwius*, ſeverus ille metrorum Exactor, a cretico incipientem, ſpondæum in quinta ſede, dactylum in ſexta, habentem.

897. 898. Ταρβω γαρ αστεργανορα παρθενιαν

Εισορωσ' Ιους γαμῳ δαπτομεναν] *Pauwius* hîc reponi jubet genitivum Doricum γαμω, ſubaudito ἑνεκα, ſed imperite prorſus. Nam affirmare audeo, nullum, ne in Choricis quidem cantibus, exemplum reperiri genitivi talis Dorici a Poetis Tragicis uſurpati. Plurimi enim ſunt Doriſmi quos licentia etiam Chorica apud Atticos admittere recuſat; quod norunt qui eorum Poetas non indiligenter triverunt. Præterea, minime neceſſe eſt quidquam immutari. Eadem conſtructione & eodem ſenſu dativum habes apud *Euripidem Oreſt.* v. 834. Ευμενισι θηραμα φονῳ δρομασι, niſi forſan & illic genitivum Doricum reponi jubebit *Pauwius.* Quid autem de hiſce Noſtri locis dicet, ubi eadem reperitur conſtructio *Agamemn.* v. 139.

οικῳ γαρ επι-

φθονος Αρτεμις ἁγνα

Πτανοισι κυσι πατρος

& v. 1348.

Και τοισι θανουσι θανων, αλλων

Ποινας θανατων αγαν επικρανει.

V. 899. Δυσπλαγχνοις Ηρας αλατειαισι πονων] Metrum omnino poſtulat ut ex *Turnebianis* Δυσπλανοις reponamus quod epitheton ſubſtantivo etiam αλατειαισι magis convenit. Juno etiam errorum auctor δυσπλαγχνος optimo jure appellari poterat, ſed, ut errores ipſi δυσπλαγχνοι dicantur, vix ac ne vix quidem ferri poſſe videtur. Pro αλατειαισι etiam reponendum eſt αλατειαις, ut verſus ſit trochaicus trimeter catalectus. Vocem πονων per ſententiam abeſſe poſſe fateor, & νοθειας ſuſpicione forſan haud omnino caret; donec tamen melius aliquid ſuppeditant codices, aut ingenium præſtantius quam vel *Pauwio* vel Mihi obtigit, ea carere plane non poteſt metrum. Quod autem ab aliis omnibus hactenus ignoratum nos primus docet *Pauwius*, hunc ſcilicet verſum, rejecto πονων, antiſpaſticum eſſe trimetrum bachycatalectum, cum antiſpaſto qui in longam deſinit in principio, id profecto ab omnibus æque poſthac ignoratum fore opinor. Nullus enim hîc antiſpaſtus qui in longam deſinit (hoc enim nomine ei viſum eſt epitritum primum deſignare) ſed purus putus diſpondæus. Antiſpaſticum autem ex ſolis diſpondæo & trochæis conſtare poſſe, ut nemo ante *Pauwium* unquam tradidit, ita nemo poſt eum, credo traditurus eſt. *Hephæſtion* quidem p. 59. de antiſpaſticis πολυσχηματιστοις diſſerens dicit, in priapeis & glyconiis quibuſdam antiſpaſtum a quo verſus incipit interdum in ſpondæo deſinere, ſive primum iſtius antiſpaſti membrum iambus ſit, ſive trochæus, ſive ſpondæus, cujus formæ octo nobis exempla exhibet; ſed obſervandum eſt, in omnibus choriambum antiſpaſtum iſtum immediate ſequi, quod in tanto numero caſu aut temere evenire incredibile eſt. Quid enim antiſpaſticis cum choriambo? Metricis igitur legibus hoc poſtulantibus hoc potius tribui proculdubio debet; ac proinde omnes hu-

juſmodi

juſmodi verſus æquo ſaltem jure epichoriambicos ac antiſpaſticos appellari poſſe dicendum eſt. Quæ res confirmatur etiam ex iis quæ mox ſubjungit Idem, de alio πολυσχηματιστων genere, Eupolideo ſcilicet epichoriambico. Hoc enim carminis genus dicit ſimiliter, interdum a diſpondæo, interdum ab antiſpaſto puro, incipere, proxime ſequente ſemper choriambo. Analogiam igitur quæ inter hos epichoriambicos iſtoſque antiſpaſticos obtinet jam vides. Et revera glyconei omnes ab Hephæſtione in exemplum allati, meri ſunt epichoriambici, & ita appellari poſſunt, ut inſpicienti patebit. Hæc autem ideo adnotare volui, non tantum ut *Pauwii* jactantiam reprimam, ſed præcipue quia hinc manifeſtum eſt, το δυσαπαλλακτοις, ſive hæc epodica ſive monoſtrophica eſſe ſtatuas, per metrum omnino ſtare non poſſe, ſed δυσαπαλακτοις in contextum omnino eſſe recipiendum.

V. 900. 901. 902. Ita hos verſus conſtituendos cenſeo,

> Εμοι δ᾽ ὅτε μεν ὁμαλος ὁ γαμος αφοβος, iambicus trimeter brachycatalectus
>
> Ου δεδια᾽ μηδε κρεισσονων θεων ερως iambicus ſenarius
>
> Αφυκτον ομμα προσδερκοιτο με. aſynartetus ex iambica penthemimeri & dochmaico.

902. Θεων ερως αφυκτον ομμα προσδερκοιτο με] Neſcio quare αφυκτον ομμα per appoſitionem poſitum minus *Pauwio* arriſerit, ut præpoſitionem κατα ſubaudire neceſſe putaret. Mihi ſane contrarium prorſus videtur. Ideo enim Θεων ερως aptiſſime αφυκτον ομμα dici poteſt, quia contra hunc cautio iſta, cujus ope æqualium amores facillime declinantur, parum aut nihil juvat. Quid ſit autem προσδερκεσθαι τινα κατ᾽ αφυκτον ομμα me minime aſſequi fateor.

903. 904. Απολεμος ὅδε γ᾽ ὁ πολεμος, απορα Πορειμος] *Stanleius*, fatendum eſt, hujus loci ſententiam non eſt aſſecutus. Acumen enim, ſecundum *Pauwium*, eſt grandius; quod, ut ipſe interpretatione exæquaret, ita reddidit, ut mirarer profecto ſi quiſquam mortalium ejus verſionis acumen aſſequeretur. Quid enim ſibi vult, *Bellum pluſquam bellum, extricabile per inextricabilia?* Vera loci interpretatio, ni fallor, hæc eſt, *Bellum eſt hoc cui revera belli nomen haud convenit, difficultatibus abundans.* Ideo autem huic bello, quod contra potentiorum deorum amorem gerendum eſſet, belli nomen haud convenire aſſerit, quia omnis contra eorum potentiam repugnantia incaſſum tentaretur, adeo ut bellum tale ſimile futurum eſſet concertationi iſti cujus meminit Servus in Comœdia,

> *Nunquam vidi iniquius*
> *Concertationem comparatam, quam hæc hodie inter nos fuit;*
> *Ego vapulando, ille verberando, uſque ambo defeſſi ſumus.*

V. 905. Ionicus eſt tetrameter brachycatalectus ανακλωμενος. Fit ανακλασις in φυγοιμ᾽.

Notæ in SCHOLIASTEM A.

Ad v. 711. lin. ult. Pro κατα γυμνοις ποδας legendum videtur γυμνοις κατα ποδας.

742. Nihil hîc immutandum cenſeo; hæc enim ad ſuperiora v. 738. pertinere videntur.

764. Lege αξυμφωνως.

831. Lege ὑφ᾽ ὧν μαντειον εξηλθε &c.

852. Τας πεντηκοντα του Δαναου θυγατερας] Hæc e loco proprio in alienum incommode migrarunt. Ita totum locum reſtitue, Πεμπτην δε γενεαν λεγει απο του Επαφου τας πεντηκοντα του Δαναου θυγατερας· Πως δε πεμπτη γενεα ησαν αυται απο του Επαφου, μανθανε. Πρωτη γενεα, Επαφος &c.

Notæ in SCHOLIASTEM B.

577. Υποδοτων νομον] κατα την] Aut deſunt aliqua poſt κατα την, aut reponendum eſt κατα τον, ut iſtæ voces ad νομον ὑποδοτων ſubaudiendæ a *Scholiaſte* denotentur. Ideo autem forſan νομον ſive Modum hunc ὑποδοτων appellat Poeta, quia Argum bubulcum eo olim, dum in vivis erat, ad gregem ſub umbra quieſcentem mulcendam uſum fuiſſe ſupponit. Niſi forte cuiquam magis arrideat feſtiviſſimum *Pauwii* commentum reponentis κατ᾽ ατην, ut ατη ſcilicet ſit *noxa* vel *damnum* quod a ſomnifera iſta fiſtula patiebatur Io. Miſellam enim iſtam juxta eum ita mirifice demulcebat & incantabat, ut quanquam ſummum ei terrorem incutiebat ſpectrum horrificum ſemper ante oculos oberrans, voluptate tamen cantûs delenita ac perfuſa quieſcebat prorſus, nec fugam tentare ſuſtinebat.

753. Lege προς το απαλλαγη.

766. Lege καθημισθαι.

784. Lege την ελευθερωσοντα.

Ad v. 877. Dele ὑπηκκαιουσι quod ex vicinia huc irrepſit.

878. Abſque neceſſitate, immo minus commode, ἐκχαιουσι pro ὑπεκχαιουσι ſubſtitui vult *Pauwius*.

Ad v. 880. ἡ δε παλλομενη. Lege ἥδε σπαλλομενη.

897. Lege ταρβω γαρ και φοβουμαι.

904. Pro καθελη lege καθελει.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 915. 916. Θαρσων καθησθω τοις πεδαρσιοις κτυποις
Πιςος, τινασσων τ' εν χεροιν πυρπνοον βελος] Lege præeunte *Robortello* πυρπνουν. *Pauwio* magis placet,

τινασσων τ' εν χερι πυρπνουν βελος,

propter ſonum, ut dicit. Ita anapæſtum ſponte in quartam ſedem introducit, oblitus nimirum Hephæſtionem ſuum monuiſſe, rariſſime licentiam iſtam Tragicos ſibi permiſiſſe, quod veriſſimum eſſe deprehendet quiſquis in eorum ſcriptis non plane hoſpes eſt. Minus autem neceſſario, ut videtur, pro πισος *Stanleius* reponit πονους, cum πισος eadem qua πονος poteſtate indutum interdum legi auctor ſit *Hen. Stephanus* in Theſauro voce πισος. Neque enim propter ſignificationem vocis cujuſdam paullo inſolentiorem ad emendationem ſtatim & conjecturam recurrendum eſt, ne, licentiâ hujuſmodi ſemel admiſſâ, Græci ſermonis copiam atque elegantiam paullatim & inſcienter nobis eripi, & e manibus elabi, patiamur.

919. Τοιον παλαιςην νυν παρασκευαζεται] Non hîc Hercules denotatur, ut putabat *P. Brumoy*, nunquam enim ille Jovem regno exturbavit, ſed filius nunquam revera natus, qui vero naſci debebat, ſi nuptias cum Thetide conſummaſſet Jupiter.

922. Βροντης θ' ὑπερβαλλοντα καρτερον κτυπον] Retinenda omnino eſt diſtinguendi ratio quæ in *Stanleiana* obtinet; manifeſte enim hæc reguntur ab εὑρησει, & non a σκιδᾳ; nec σκιδᾳν κτυπον recte diceretur. Verum eſt verbum ὑπερβαλλειν caſum quartum ut plurimum regere; cum tamen præpoſitio ὑπερ extra compoſitionem caſum etiam ſecundum regat, analogiæ minime abſonum eſt verbum ex ea compoſitum eundem ſibi caſum adſciſcere. Quin & in Ariſtot. Politic. teſte *Conſtantino* habemus ὑπερβαλλει της συμμετριας, *modum excedit*.

934. Ωδ' ουν ποιειτω, *Ita igitur faciat*.

946. Lege ανωγει. Augmentum enim non abjiciunt Attici.

957. Emendationem *Grotianam*,

Τριτον δε και τον νυν τυραννουντ' οψομαι,

longe potiorem exiſtimo.

V. 958. Αιχιςα και ταχιςα] Nodum hîc in ſcirpo quærit *Pauwius*, has voces ſeparans, quas nemo non conjungendas eſſe videt. Neque aliam, ut videtur, ob cauſam, exquiſitam adeo, & ab uſu communi longiſſime remotam conſtructionis rationem excogitavit, niſi ut anſam rejiciendi conjecturam *Grotianam* ad verſum præcedentem haberet, propriamque adeo, licet longe deteriorem, ſubſtitueret.

962. Πευσῃ γαρ ουδεν ὧν αν ἱςορῃς εμε] Cum formâ ſubjunctivâ efferatur verbum, particula αν hinc abeſſe non poteſt. Non audiendi igitur ſunt libri qui ανιςορῃς exhibent.

973. Η κᾀμε γαρ τι συμφοραις ἐπαιτιᾷ] *Pauwius* conjicit συμφοραις ἐπ' αιτιᾷ, ſed nihil immutandum; ſatis enim conſtat vulgatæ conſtructio. Vide quæ notavimus ſupra ad v. 898.

986. Lege κᾀπι per craſin, pro και επι.

987. Legendum videtur πευσεσθαι, Dorice enim, non Attice, dicitur πευσεισθαι.

991. Προς ταυτα, ῥιπτεσθω μεν αιθαλουσσα φλοξ] Recte αιθαλουσσα reſtituit *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* 524. quem omnino videſis.

998. 999. Τολμησον, ω ματαιε, τολμησον ποτε
Προς τας παρουσας πημονας ορθως φρονειν] Egregio ſenſu verbo τολμᾳν hîc utitur Poeta. Prius enim quam recte ſapere poſſet Prometheus, propria ei arrogantia ac pervicacia debellandæ erant, & victoria de iis reportanda. Vim phraſeos non aſſecutus eſt *Pauwius*. Simili prorſus ſenſu occurrit apud *Euripidem Hecub.* v. 325. Τολμα ταδ', *Animum tuum expugna ut hæc perferas*.

1000. Οχλεις ματην με, κυμ' ὅπως παρηγορων] Rectius hæc a *Stanleio* in notis vertuntur.

1012. Αυτη καθ' αὑτην ουδενος μειζον σθενει] Proculdubio cum *Stanleio* legendum eſt ουδενος μειον, aliter ſenſu prorſus deſtituitur oratio. *Pauwio* tamen temperatum quiddam habere videtur vulgata ſcriptura, quod

quod illi non diſplicet. Temperatum ſane, ſi placet, habeat; ſed quidquid adeo temperatum eſt ac dilutum ut omnis prorſus ſenſus evanuerit nemini non, ut opinor, diſplicebit, niſi illi, qui ſua ſola, ſolus etiam forſan ac ſine rivali, amans, aliorum inventis debitam laudem tribuere gravatur. Addit etiam *Pauwius*, ſimilia etiam alibi non raro occurrere; utinam vel unum exemplum in medium protuliſſet.

V. 1036. Lege ανωγει. Vide ſupra not. ad v. 946.

1056. Ει δ' ευτυχει, τι χαλα μανιων] Si cum *Pauwio* ευτυχοιη reponas, jam non amplius conſtat temporum ratio; particula enim ει formæ optativæ juncta vim ei temporis imperfecti confert. Si cum *Stanleio* legas ευτυχει, conſtat quidem temporum ratio, actum vero eſt de ſententia. Quo enim ſenſu dici poterat de Prometheo jam tum pœna graviſſima implicito, Si vero proſpera utatur fortuna quid de inſania remittit? Rectiſſime igitur *Canterus* veterum codicum veſtigia ſecutus repoſuiſſe videtur,

Ει δε ταδ' ατυχει, τι χαλα μανιων.

1083. Legendum videtur βρομβοι δε κονιν γ', aliter, verſu ſequenti a vocali incipiente, haud recto talo ſtabit metrum. Eruditiſſimus quidem *Bentleius* Diſſert. in Phalaridis Epiſt. p. 135. κονιν ultimam producere aſſerit, quia apud Homerum habemus μηνιν ultimâ productâ,

Δυι μηνιν ατταλαντον,

& apud Ariſtophanem ορνιν itidem poſtremâ longâ. Sed του ορνιν diverſa plane eſt ratio, quippe quæ ex proprietate dialecti Atticæ ultimam producit interdum teſte Etymologo; & μηνιν etiam apud Homerum ultimam non natura longam habet, ſed vi cæſuræ productam, eadem prorſus ratione qua,

βελος εχεπευκες,

&,

Υιος Αγαθενος Αυγηϊαδαο ανακτος,

&,

Οι τε Ζακυνθον εχον, ηδ' οἱ Σαμον αμφενεμοντο,

& innumera alia, quæ paſſim apud Homerum alioſque carminis heroici Poetas reperire licet. Similem vero licentiam nunquam ſibi permiſerunt Poetæ Attici, neque hoc in loco ulla eſt cæſura. Nimia igitur feſtinatione lapſus eſt vir clariſſimus, & ad fulcrum neceſſario recurrendum eſt.

Notæ in SCHOLIASTEM A.

Ad v. 921. Lege τον μεν Βροντην βροντην μηχανωμενον, & paullo poſt, και τον Ποσειδωνα βοηθησειν αν αυτῳ τῳ Δυι, & denique Τριαινας δε λεγουσι κρατειν τον Ποσειδωνα.

933. Lege αλλο αλγεινότερον.

952. Quomodo hæc apud *Robortellum* & *Stephanum* leguntur, eorum editionibus deſtitutus ignoro; ita autem ſcripſiſſe *Scholiaſtem* puto Κατ' ειρωνειαν ὁ Προμηθευς μεν φησιν, ὁ μυθος και ὁ λογος οὑτος του προσηκοντος των θεων, του Ερμου & paullo poſt ητοι εστι και καλως ειρημενος.

957. Lege Οφιων και Ευρυνομη.

1079. Pro εμου λεγοντος legendum eſt Ερμου λεγοντος, monente Anonymo in Micell. Obſervat. in Auctores tom. 11. p. 164. Quem autem ſenſum hîc habere poſſit τειχωμα non video; forſan legi poteſt τειχυμα. *Pauwium* τευχωμα conjeciſſe video, ſed perperam, ut opinor. Non enim eandem notionem ſuggerit ac ῥιπη, κινησις, ζαλη, quæ præcedunt, ſed diverſam plane. In ultimo autem verſuum Politicorum legendum eſt εξαντλαι.

Notæ in SCHOLIASTEM B.

923. Legendum videtur δυναμενην αιτιαν η διαδυειν.

933. Ην μανθανης καματον] Forſan legi poteſt ην μη θανης, καματον.

984. Επηνθειτο corruptum eſt; forſan legendum επηνθειτο.

NOTÆ

N O T Æ

I N

SEPTEM AD THEBAS.

IN ARGUMENTUM.

Lin. 14. JUxta editionem *Turnebianam* ponenda eſt hypoſtigme poſt κατηρασατο, & ſimiliter alia poſt εγενηθη, deleto puncto.

IN ACTUM PRIMUM.

V. 7. Υμνοιθ᾽ υπ᾽ αστων φροιμιοις πολυρροθοις] *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* 1346. emendandum cenſet πολυρροθοις, id eſt, κακορροθοις. Ingenioſe ſane, ſed haud deterior videtur ſcriptura vulgata.

8. 9. — ὧν Ζευς αλεξητηριος

Επωνυμος γενοιτο Καδμειων πολει] Verte, *Quorum Jupiter averuncus ſit, cognomen hoc merito adeptus, Cadmæorum civitati.*

12. Βλαστημον αλδαινοντα σωματος πολυν] Recte vidit *Stephanus* τον εξηβον, & τον αλδαινοντα βλαστημον, inter ſe opponi, nec de eodem ſimul dici poſſe, adeoque non minus recte reponi voluit,

Βλαστημα τ᾽ αλδαινοντα σωματος πολυ.

Pauwius tamen aliorum conjecturis raro æquus contendit, "εξηβους viros quidem eſſe, quia της ηβης "exceſſerunt, ηβης ſcilicet ſimpliciter dictæ, non "ηβης ακμαιας, cujus ita ſunt participes ut vires ſub-"inde augeant, & auctis iſtis viribus fruuntur "tamdiu, quamdiu ὡραν εχειν dici poſſunt." Hæc ille, quæ ſane quanto magis expendo tanto minus intelligo. Certe qui εξηβος eſt, is ex omni ηβης genere, etiam ηβης ακμαιας, exceſſiſſe intelligendus eſt, aliter εφηβος adhuc dicendus. At qui εξηβος χρονω eſt, is non ſimpliciter tantum, ſed & jampridem ex ephebis exceſſit, atque inter ætatis provectæ & jam vergentis homines omnino cenſeri debet.

V. 13. Ωραν τ᾽ εχονθ᾽ ἑκαστον] Hæc diſtinctione minime ſeparanda, quod voluit *Pauwius*, videntur. Verte, *Et unumquemque ætate gaudentem vigente.* Hoc enim generalius dicitur, ut comprehendantur omnes qui non aut per ætatem teneram inepti, aut per ſenilem viribus effœti, erant.

15. Βωμοισι τιμας μη 'ξαλειφθηναι ποτε] Subauditur particula ὡστε ad iſta τιμας μη 'ξαλειφθηναι ποτε. Minus autem plene diſtinguendum eſt in verſus fine ut conſtet dativum βωμοισι, æque ac præcedens πολει, & ſequentia τεκνοις & γη, a verbo αρηγειν regi.

22. Χρονον γαρ ηδη τονδε πυργηρουμενοις] Verte, *Ad hoc enim uſque tempus obſeſſis.*

28. Αχαϊδα] *Pauwius* mavult Αχαιϊδα ut menſura verſus ſit certa; ſed utrovis modo ſcribas de hac nulla poteſt eſſe dubitatio, & Scriptores poſt Homerum Αχαϊδα ſcripſiſſe diſerte teſtatur *Euſtathius* ad Homer. p. 1175. & 1465.

32. — κἀπι σελμασι

Πυργων σταθητε] Σελματα πυργων recte vertit *Stanleius, tabulata turrium*; neque ad πυλας hæc pertinent, ſtatim enim ſequuntur πυλων εξοδοι.

61. Ιππικων εκ πνευμονων] Πνευμων *pulmonem* ſive *reſpirationis organum* ſignificat, nunquam *anhelitum*, ſive *reſpirandi actum.* Spuma etiam nihil eſt niſi equorum ſaliva ex plurimo aere intermiſto albeſcens. Atque hæc quidem aeris admixtio morſiuncularum

rum freni repetitarum & reſpirationis vehementioris ope efficitur. Saliva autem e faucibus & gutture excernitur. Guttur pulmones ipſos attingit, & reſpirationis organi pars eſt. Nihil igitur mirum eſt Poetam dixiſſe ſpumæ guttas a pulmonibus equinis diſtillaſſe, nec *Stanleius* propter Poetæ verba ita reddita ineptiarum dicam ei a *Pauwio* impactam eſt meritus.

V. 75. Ζυγιοι δουλιοισι μηποτε χεθειν] Nulla opus eſt mutatione; infinitivæ enim formæ verba inter imperativa ſæpe miſcentur. Ita in *Prometh. Vinct.* v. 707.

στειχ' ανηροτους γυας,

forma imperativa, & ibidem mox v. 711. forma infinitiva,

Οις μη πιλαζειν,

ubi ſubauditur χρη, ut hîc etiam ſubaudiri videtur τλητε, aut quiddam ejuſmodi.

76. 77. Γενεσθε δ' αλκη' ξυνα δ' ελπιζω λεγειν

Πολις γαρ ευ πρασσουσα δαιμονας τιει] Vox ξυνα vel cives, vel ipſos deos commode reſpicere poteſt; ſi ad deos referatur, ſententiam optime illuſtrabunt quæ apud *Euripidem* leguntur *Troad.* v. 25 — 27.

Λειπω το κλεινον Ιλιον, βωμους τ' εμους,
Ερημια γαρ πολιν όταν λαβη κακη,
Νοσει τα των θεων, ουδε τιμασθαι θελει.

79. Antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus ex antiſpaſto epitrito tertio pentaſyllabo & iambo.

80. Verſus proculdubio & hypercatalectus eſt & ανακλωμενος. *Pauwius* acatalectum eſſe mavult propter ſyllabæ poſtremæ indolem quam brevem putat; at naturâ longam eſſe vel pueri ſciunt.

81. Similis eſt v. 79.

84. 85. Ita hi verſus conſtituendi videntur,

τ' εγχριμπτεται, βοα, πεδιοπλοκτυπος iambicus dimeter hypercatalectus
Βρεμει δ' αμαχετου dochmaicus
Δικαν ύδατος ορεοτυπου glyconius.

87. Glyconius eſt.

88. Βοα ύπερ τειχεων] Βοα hîc nomen eſt tertio caſu poſitum, non verbum, & regitur a præpoſitione συν ſubintellecta. Verte, *Cum clamore ſuper mænia ruit populus albos clypeos gerens* &c. Terrore enim examinata Chorus hoſtem jam muros ſcandere ſibi plane perſuaſerat. Ita autem hic verſus cum duobus proxime ſequentibus conſtituendi videntur,

Βοα ύπερ τειχεων ό periodus
Λευκασπις ορνυται λαος glyconius
Ευπρεπης, επι πολιν διωκων periodus hypercatalectus.

V. 96. Periodus eſt catalectus ſimilis proxime præcedenti.

98. Similis eſt v. 96.

103. 104. Ita potius hi verſus conſtituendi,

Κτυπον δεδορκα, πατανον τ' iambica hepthemimeris
Ουχ ένος δορος. trochaica penthemimeris.

125. Κινυρονται φονον] *Lugubri ſtridore denuntiant cædem ſequuturam.*

126. Sibi habeat *Pauwius* trochaicum ſuum cum iambo in quinta ſede.

127. Hunc verſum in duos ita ſcindere malim,

Δορυσσοις σαγαις, iambicus dimeter brachycatalectus
Πυλαις έβδομαις dochmaicus.

136. Periodus eſt catalectus ex iambo, choreo, & καταληκτικη trochaica.

138. Iambicus eſt dimeter brachycatalectus.

152. Iambica eſt hephthemimeris. Nuſquam enim, ut opinor, prima του φιλος apud Poetas Atticos producta reperitur.

159. Epionicus eſt a majore trimeter catalectus ex epitrito ſecundo pentaſyllabo, ionico, & trochaica καταληκτικη, πραττειν eſſe διχρονον exemplo aliquo, oſtendere debuit *Pauwius*; nunc audiri minime meretur.

160. Verſus ſimilis eſt proxime præcedenti.

161. Ionicus eſt a majore trimeter catalectus ex duobus ionicis pentaſyllabis & καταληκτικη quadriſyllabo.

162. 163. Ακροβολων δ' επαλξεων λιθας ερχεται] Horum verſuum ſecundus eſt ionicus a majore dimeter catalectus. Ego autem minime dubito Poetam dicere velle, Imbrem lapideum ab hoſtibus in ſumma propugnacula, non a propugnaculis in hoſtes miſſum; utitur enim verbo ερχεται, non αφιεται. Et exterritæ fœminæ præ metu vix ſui compotes, prout meticuloſorum mos eſt, ad ea ſolum attendunt quæ earum terrorem augere poſſunt, non ad ea quæ ſpem hoſtium a mœnibus rejiciendorum oſtendunt. Præpoſitio κατα, non επι, hic ſubauditur, quam in ſimili conſtructionis forma ſæpe ſubaudiri oſtendit *Cl. Boſius* in Ellipſ. Græc. Ακροβολοι επαλξεις ſunt *Propugnacula, quorum ſumma lapidibus petuntur*, ut poſtea v. 304. 305. αμφιβολοι πολιται, *Cives* ſunt *undique lapidibus petiti.*

165. 166. Κοναβος εν πυλαις χαλκοδετων πυλων] Et hæc etiam de hoſtibus portas irrumpere tentantibus, adeoque ſtrepitum in portis cientibus, ſunt intelligenda.

V. 167.

V. 167. 168. Και διοθεν πολεμοκραντον ἁγνον τελος] Locus perquam difficilis, & e quo nemo quod ſciam Interpretum ſenſum commodum hactenus eruere potuit. *Pauwius* pro τελος reponi jubet μελος, ſed quale fuerit μελος iſtud bellicum quod a Cœlitibus ipſoque Jove acceperant Thebani, & bellorum uſu factum erat omnibus numeris ſuis abſolutiſſimum, ut ille quidem ſomniat, nobis explicare non eſt dignatus, nec, ut puto, ipſe noverit, aut de eo quidquam unquam fando audiverit. Saltem quomodo μελος bellicum aut ἁγνον, aut πολεμοκραντον, aut διοθεν eſſe, dici poterat, nos docere debuerat. Ad locum igitur adeo conclamatum ſententiam etiam meam aperire liceat; ſed primo obſervandum eſt, Chorum hanc muliebrem, inter preces quas diis patriis pro ſalute publica fundit, ſtrepitu aliquo ab hoſtibus appropinquantibus oborto, vel oboriri viſo, & ad earum uſque aures pertingente, ſubinde interrumpi ac percelli, unde ſubito conſternatæ, precibus tantiſper intermiſſis, ſtrepitum illum ſibi mutuo annunciant, & deinde deorum invocationes tanto ardentius perſequuntur. Ita poſt Dianam v. 152. invocatam ſtrepitum ex curruum tumultu urbi appropinquantium ortum memorant; poſt Junonem v. 155. invocatam ſtridorem axium ſub pondere gementium; poſt Dianam iterum v. 158. invocatam aeris fremitum ex concuſſione haſtarum, & imbrem lapideum ſumma etiam propugnacula quaſſantem; poſt Apollinem denique v. 164. invocatum clamorem hoſtium per ipſas urbis portas irrumpere nitentium exanimatæ nunciant. Inde ad preces reverſæ in his duobus verſibus & tribus qui ſequuntur Minervæ etiam Oncæ Thebarum protectricis opem implorant, extremum ſcilicet periculum jam urbi impendere autumantes. His igitur præmiſſis, dico verſus 165. & 166. parentheſi includi debere; clamorem enim hoſtium in ipſis urbis portis audiens aut audire ſibi viſa Chorus exclamationem iſtam, precibus interim abruptis, interponit, deinde, ut monui, ad preces revertitur. Ita quæ hîc leguntur, διοθεν πολεμοκραντον ἁγνον τελος, quæque Minervam deſignant, per copulam και connectuntur cum v. 164. Ω φιλ' Απολλον. Poſt τελος etiam non periodi nota ſed hypoſtigme tantum poni debet; ut continua oratione hæc & ſequentia conjungantur, ſicut copula τε revera connectuntur. Ita autem totum locum vertendum cenſeo; *O dilecte Apollo (ſtrepitus in portis ære-revinctorum clypeorum) & a Jove in bello conſtituta ſancta moderatrix, in pugniſque beata regina Onca, pro urbe te ſiſtens ſeptem patentem portis ſedem protege & libera.* Vox τελος, *magiſtratum* vel *qui cum imperio eſt* ſignificat. Hoc ſenſu τα τελη numero plurali a Thucydide uſurpatur lib. 1. §. 58. ubi vide *Dukerum*, & in ſingulari etiam numero a Poeta noſtro infra v. 1033.

Ἰοιουτ' εδοξε τῳδε Καδμειων τελει.

Si quis tamen pro Και διοθεν reſcribere mavult Ω διοθεν, me non renitentem habebit.

V. 169. Ionicus eſt a minore dimeter catalectus. Trochæi ab antiſpaſtis abhorrent, ionicis ſunt cognati.

170. Minime neceſſe eſt ultimam in Ογκα corripi, antiſpaſticus enim πολυογμαπτος eſſe poteſt; nec recte dicitur πολεως ſynizeſin pati, ita verſus non antiſpaſticus ſed epionicus erit; verius ſupponitur antiſpaſti ſecundam longam in duas breves ſolvi.

174. Verſus ſimilis eſt v. 169.

176. Ετεροφωνῳ ϛρατῳ] Argivi & Thebani Græca utrique lingua, diverſa tamen dialecto, loquebantur, Argivi ſcilicet Dorica, Thebani Bœotico-Æolica. Hoc ſatis cauſæ erat quare Argivorum exercitum ἑτεροφωνον ϛρατον appellaret Chorus, præſertim ſi reputemus veriſimiliter ſupponi virgines e quibus conſtabat nunquam cum iis fuiſſe collocutas, adeoque metu perculſas diverſitatem illam majorem quam revera fuit credere potuiſſe. *Pauwiana* explicandi ratio, juxta quam ita appellantur quia alias partes ſecuti aliam de rebus in controverſia poſitis ſententiam fovebant, ac proinde alia plane ac a Thebanis diverſa loquebantur, nimis longe petita eſt, & a ſenſu communi remotior quam ut admitti mereatur. Id ſcilicet puellis ſimplicibus in patriæ excidio curæ erat, ne ab iis everteretur qui alia ac ipſæ de Eteoclis & Polynicis in regnum Thebanum jure ſentiebant. Abſtruſiores paullo ſententias interdum promit Poeta noſter fateor, naturæ morumque tamen veritatem ut plurimum accurate ſequitur.

181. Αντηριοι primam producit; verſus eſt igitur aſynartetus ex penthemimeri iambica & dochmaico puro.

In SCHOLIASTEM A.

Ad v. 1. Forſan legendum eſt πρυμνην καλων την αρχην.

88. Quid ſibi vult επι την πολιν επιπνει? forſan legi poteſt πρεπων vel πρεχων.

Ad

Ad v. 98. Recte *Scholiaſtem* reprehendit *Pauwius* quod hæc a quibuſdam e Choro ad reliquas dicta dicat, ſed errat ipſe cum ſubjungit hæc a toto Choro dici vel Thebanis omnibus, vel fœminis aut virginibus cæteris in urbe. Eteocles enim cum Thebanis ad mœnia & propugnacula profectus ſcenam vacuam reliquerat, & ſtatim ſola intrat Chorus canticumque peragit. Neque uſquam apud Veteres reperies Chorum canentium comitem habere alterum circumſtantium & mutorum quem alloqui poſſit. Revera virgo unaquæque ex Choro hæc canit comites ſuas cæteras, ſed quæ ex Choro etiam erant, alloquens. Vide notas noſtras ad *Sophocl. Trachin.* v. 1291.

In SCHOLIASTEM B.

Ad v. 28. Lege ιππλιωση.

51. Lege ἡ δια, id eſt ἡ αφροδιτης δια.

102. Lege αμφι πολιν ειχομεν.

106. Pro αριπρεπας κρανη lege αριπρεπας κρανη ut apud *Schol.* A. Vide *Valcken.* ad *Schol.* in *Euripid. Phœniſſ.* p. 684.

115. Forſan legendum eſt δουλειας ὑπερ, του μη δουλευσαι.

161. Legendum opinor που; εις νικην η εις ολεθρον;

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 196. Δυσαια δ' οικῳ και πολει πλειον κακον] Πλειον hîc comparative ſumitur, non pro poſitivo πολυ ponitur, prout monet *Pauwius.* Aſſerit ſcilicet Poeta, plus mali urbi aut familiæ privatæ in periculo conſtitutæ provenire ex mulierum timiditate ac formidine, quam rebus pacatis ex earum ubi imperant audacia, quanquam & hæc quoque minime ſit ferenda.

197. 198. φυγας θεουσι, *Curſus exercentes.*

199. Ως αριστ' οφελλετε, *Quammaxime adjuvatis.*

203. Ανηρ γυνη τε, χ' ὁ τι των μεταιχμιον] Οτι των μεταιχμιων dicitur εν ηθει, ut ex animo Eteoclis iracundia vehementiſſime commoto profectum cenſeri debet, ut recte monet *Scholiaſtes. Pauwius* reponit χ' ὁτι των μετ' ακμαιον, *& omne quod cum his viget*, id eſt, quidquid in ætatis flore conſtitutum eſt. Exquiſitiſſimum ſane inventum atque auctore dignum. An quidquam præter viros & fœminas erat de quo loqui potuit Eteocles quod corpore ac mente vigens imperiis auſcultandis erat aptum? An par erat Eteoclem furore percitum innuere, pueris & ſenibus propter corporis & mentis imbecillitatem condonandum fore ſi ejus imperia ſuſque deque eſſent habituri? Quamobrem igitur & fœminis, æque ſaltem ac ſenes mente ac corpore imbecillibus non etiam idem condonandum putaret? Hoccine Appoſitiſſimum? Ignoſcat quæſo Lector. Formulis *Pauwianis* ex nimia ejus conſuetudine pene aſſuefactus, meorumque morum pauliſper oblitus, parum abfuit quin dixiſſem eſſe Ineptiſſimum.

V. 210. Recte vidit *Canterus* το οτοβον plus ſemel poſitum redundare, nec per metrum ſtare poſſe. Nec metra, ſicut a *Pauwio* poſt plures in contextu mutationes factas conſtituuntur, antitheticis reſpondent. Nam in verſu quarto prout ab eo conſtituti ſunt πηκων τ' αιπεων primæ dipodiæ paris in antiſtropha verſus τ' αρθεν φοβῳ haudquaquam concinit. Hic verſus autem ſic ſatis pari antiſtrophes reſpondebit etiamſi nihil mutes; uterque enim erit trochaicus trimeter brachycatalectus. Sin vero cum *Pauwio* legas οτοβον, ſimplici τ, & pro ὁτι reponas ὅτι, quod malim, rejecto τε quod & ab *Aldina* abeſt, tunc erit aſynartetus ex duabus penthemimeribus trochaicis ſimilis proxime præcedenti, cui etiam probe reſpondebit par antiſtrophæ verſus, ſynizeſi facta in voce θεως.

211. Epichoriambicus eſt trimeter acatalectus ex epitrito tertio (cui in antiſtropha reſpondet dijambus pentaſyllabus ultima ſcilicet longa in duas breves ſoluta) choriambo & antiſpaſto.

212. Etiam epichoriambicus eſt trimeter acatalectus ex duobus choriambis & dijambo. Choriambo priori in antithetico reſpondet epitritus tertius. Quod autem pro δια στομα *Pauwius* reponit διαστομα una voce, neque emendationem poſtulat conſtructio, æque enim πεδαλιων caſu ſecundo, ac οτοβον caſu quarto, regitur ab ακουσασα, nec vocabulum novum & jam nunc cuſum temere ac ſine neceſſitate inter veteris Scriptoris verba eſt intrudendum.

219. 220. ἡ ποτ' Ηρθην] Præcedens ὅτι non cum Αλλ'

ετε.

επι δαιμονων, quod imperitiſſime aſſerit *Pauwius*, ſed cum βρομος εν πυλαις, cohæret. Ita non requiritur hîc particula copulans qualis eſt δη, ſed particula quæ tranſitionem denotat qualis eſt δε.

V. 222. Πυργον στεγειν ευχεσθε πολεμιον δορυ] *An oratis ut propugnacula ſuſtinere poſſint vim hoſtium?* Ita enim ad mentem *Stanleii* hæc verti debent. *Pauwius* contendit το ευχεσθε imperandi forma poni; at ita inepta prorſus eſſet Chori reſponſio, cum contra ſi interrogative ſumatur appoſitiſſime procedat; atqui hoc quidem deorum ope effici neceſſe eſt, adeoque ab iis precibus erat obtinendum. Nec minus apte reponit Eteocles, ne hac quidem ratione eas excuſari ſi ejulatibus & curſibus ſuis metum Thebanis injiciant, & ne urbem ſtrenue defendant impedimento ſint, cum capta ſemel urbe deorum etiam auxilium minime ſperandum ſit quippe quibus ex urbe capta excedere ſolenne eſſet.

227. 228. Horum verſuum metra, prout nunc leguntur & a *Pauwio* declarantur, prorſus αμετρα ſunt; ea igitur ita potius conſtituenda cenſeo,

Αστυδρομουμεναν πολιν, και στρατευμ'
Απτομενον πυρι δαϊῳ.

Prior aſynartetus eſt ex penthemimeri trochaica ſimili præcedentibus & dochmaico, alter glyconius eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo & dijambo. Antithetici ſimiliter ita conſtituendi,

Εκ χαλεπας δυας, ὑπερθ' ομματων
Κριμναμεναν νεφελαν ορθοι.

In horum ſecundo antiſpaſtus vice dijambi fungitur. *Pauwii* emendatio reponentis αστυδρομουμεναν fundamento nititur prorſus infirmo. Obtendit quidem ille αστυδρομουμεναν πολιν ineptam eſſe locutionem, αστυ enim & πολις non differre, ita ut πολις αστυδρομουμενη ſit πολις quam αστυ percurrit; ſed fruſtra. In hac enim compoſitione αστυ non inſtrumentum ſed ſubjectum denotat, & αστυδρομουμενη idem valet ac κατα αστυ δρομουμενη. Unde αστυδρομειν eſt *hoſtili modo percurrere, vaſtare*, αστυδρομεισθαι *vaſtari*, αστυδρομουμενη *vaſtata*, eadem ratione qua πολιορκειν *oppugnare*, πολιορκεισθαι, *oppugnari*, πολιορκουμενη *oppugnata*. Prope oblitus eram monere στρατευμ' απτομενον verti debere *exercitum invadentem*.

232. Επι θεοις δη τ' εγωγε καθυπερτερα] Recte *Aldus*, *Robortellus*, *Turnebus* & *Pauwius* δη τ' εγωγε.

233. Πολλακι δ' εν κακοισι ταν αμηχανον] Rectius feciſſet *Pauwius* ſi *Cantero* obtemperaſſet monenti pro ταν reponendum eſſe τον, quam emendationem firmant *Marcellinus* de vita Thucydidis, editiones *Aldina*, *Florentina*, & *Baſileenſis*. At pertendit ille ταν αμηχανον νεφελαν abſque ullo dubio cohærere, & ipſum verſum τον reſpuere. Quod ad primum attinet, abſque ullo dubio pronunciari poteſt, adjectivum αμηχανον ad vocem ſequentem νεφελαν nullo modo pertinere, ſed omnino ſubaudiri ανδρα. Sententiæ enim conſtructio talis eſt, Θεων ισχυς πολλακις εν κακοισι ορθοι τον αμηχανον ανδρα εκ χαλεπας δυας, νεφελαν τε κριμναμεναν ὑπερ ομματων. *Deorum potentia ſæpe in malis hominem conſilii inopem & impotentem e difficili calamitate erigit, & nubem ſuper oculos impendentem tollit.* Verbum ſcilicet ορθοι, quatenus diverſa ſententiæ membra reſpiciens unicuique ſe accommodat, diverſam etiam ſignificationem induit, utramque vero a vera illius verbi poteſtate non alienam. Hujuſmodi exempla apud Veteres tam in proſa quam in verſa oratione affatim reperies. Metrum autem, modo κακοισι, non κακοισι, legas, *Canteri* emendationem adeo non reſpuit, quæ *Pauwii* ſententia eſt, ut ad eam quaſi manu ducat, nec ſine ea conſtare poteſt. Neque melius procedit altera illa ejuſdem *Pauwii* cavillatio circa metrum antithetici qui præcedit & huic verſui reſpondet, ubi reponi vult pro μηδ' επιδοιμι, κ' εγω 'πιδοιμι, quæ emendatio & minime neceſſaria eſt, cum juxta lectionem vulgarem & optime ſe habet metrum & antithetico accurate reſpondet, & ſi medecina utique adhibenda eſſet at illa tamen nullo modo admitti poſſet. Nuſquam enim apud Poetas Atticos reperies vocalem longam aut diphthongum ita ante brevem eliſam ut prodeat ſyllaba brevis, ſicut hoc in loco v. g. κ' εγω, ſed per craſin ſemper fit κἀγω priore longa, excipienda tantum eſt diphthongus οι in pronomine μοι, particula τοι, & ſimilibus, & diphthongus αι verbum terminans. Adde quod Græci ſermonis indoles nequaquam dici patitur μηποτε λιποι και εγω επιδοιμι pro μηποτε λιποι μηδε εγω επιδοιμι.

V. 234. Υπερθ' ομματων] Lege præeuntibus *Marcellino* ubi ſupra & editt. *Ald. Flor.* & *Baſil.* ὑπερ τ' ομματων.

238. Hujuſce verſus metrum recte ſe habere, niſi quod νιν αμαθ' cum *Aldo*, *Robortello*, & *Turnebo*, & forte etiam αδαματον cum *Pauwio* (vide *Caſaubon.* Lection. Theocrit. c. 16.) reponendum ſit, mihi perſuaſum eſt. Aſynartetus eſt e duabus penthemimeribus trochaicis, ſicut cæteri omnes primi duo verſus harum ſtropharum & antiſtropharum. Nihil igitur hic immutandum eſt, ſed antitheticus potius ad hunc exigi & caſtigari debet.

241. Trochaica eſt hephthemimeris. Legendum igitur τις ταδε. Nunquam enim producitur το Τι.

Vide

Vide quæ notavimus ad *Euripid. Hecub.* v. 68. 81. 184. *Oreſt.* 773.

V. 245. Ut metrum hujus verſus antithetico reſpondeat, audacior paullo medicina adhibenda videtur. Nullam enim aliam rationem hinc me extricandi invenio niſi reſcribendo,

Ποταινον κλυουσα γε παταγον, αμα

Si exemplum a me poſtuletur vocis ποταινον ita ſcriptæ, ejecta ſcilicet vocali iota, & ſecunda brevi, nullum ſane adducere poſſum, ſed ipſa metri neceſſitate inductus ita ſcripſiſſe Noſtrum puto. Si cui autem contigerit felicioribus auſpiciis rem gerere, is me etiam inter laudatores ſuos non invitum habebit.

252. Μη νυν ακουουσ' εμφανως, αγαν' αγαι] Verte, *Ne nunc quidem cum clare audis, nimis audias.*

263. Σν ἀλω πολις] Lege ἱαλῳ. Nullus enim hîc ſubjunctivæ formæ locus eſt, nec augmentum abjiciunt Attici.

264. Παλιντομεις αυ] Cave quidquam mutes. Παλιντομεις αυ reddi debet, *An iterum exclamatura eſt*; quod quam non flacceſcit, ut *Pauwii* verbo utar, quiſque videt. Παλιν αυ non modo non ingratum eſt, ſed & perquam elegans, immo neceſſarium; αυ enim ſine παλιν Poetæ mentem non exprimeret. Vide quæ notavimus ad *Prometh.* v. 718. Ariſtoph. Plut. v. 622. μη παλιν τις αυ ελθων. *Pauwii* commentum, Πολιν στενεις αυ frigidiſſimum eſt. Αυθις αυ formula huic noſtræ affinis uſitatiſſima eſt. Apud *Eurip.* in *Helena* v. 269. habes,

Εἰθ' ἐξαλειφθεισ', ὡς αγαλμ', αυθις παλιν.

267. Λεγοις αν ὡς ταχιστα, και ταχ' εισομαι] Recte ſe habent vulgata; και ταχ' εισομαι, *& ſtatim ſciam an iſto te munere donare poſſim an non*; An ſcilicet in mea poteſtate ſitum eſt quod petis, & an convenit me tibi id annuere an non. Quid hîc tam miſere languidum? Immo cum munus hoc tributi nomine petebat Eteocles, non immerito dubitare poterat Chorus, an ei ſolvendo eſſet cujus natura reticebatur. Contra *Pauwiana* emendatio ταχ' οισομαι ſententiam prorſus perdit. Nam quanquam τελος φερειν *tributum ſolvere* ſignificet, τελος φερεσθαι formâ mediâ, ſignificatione juxta formæ illius indolem immutata, pro eo quod eſt *tributum accipere* uſurpatur.

270. Αντ' εκεινων] *Eorum vice quæ hactenus edidiſti.*

282. Ταμεσκπτουντας θεοισιν, ωδ' επευχομαι] Recte in vulgatis diſtinguitur poſt θεοισιν, quantumvis langueat *Pauwio* θεοισιν poſt ἐσται θεων. Nam ſi ad ejus mentem diſtinguamus poſt ταμεσκπτουντας, ut dativus θεοισιν regatur a verbo επευχομαι, jam nihil relinquetur a quo regi poſſint præcedentia θεοις πολιουχοις & επισκοποις.

V. 283. 284. Θησειν τροπαια, πολεμιων δ' ἐσθηματα,
Λαφυρα δαϊων δουριπληχθ' ἁγνοις δομοις] Τροπαια non addicuntur ἁγνοις δομοις. Mentem Poetæ non cepit *Pauwius*. Ita verte, *Ad hunc modum voveo nos ſtaturos* (diis ſcilicet πολιουχοις qui ſupra nominantur) *tropæa, ſanctis vero eorum templis repoſituros veſtes inimicorum ſpolia vaſtatorum haſtis noſtris perforata.* Ωδε θησειν, *ad hunc modum ſtaturos*, id eſt, inter ſacrificia ovium & taurorum diis mactatorum. Ita vides tropæa in templis erecta fore non dici, verbum autem θησειν ad ἐσθηματα & λαφυρα repeti απο κοινου. Λαφυρα ſolum poſitum languet, nec δαϊων idem prorſus quod πολεμιων, ſed majus quiddam exprimit, *hoſtem* nempe *qui terram vaſtavit.*

293. Aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis.

294. Aſynartetus eſt ex penthemimeri trochaica & penthemimeri iambica.

297. Δρακοντα δ' ὡς τις τεκνων] Mallem Δρακοντα γ' ὡς, iſtud enim δε duriſſime interponitur.

298. 299. Υπερδεδοικε λεχεων δυσευνητειρα] Λεχεων cum δυσευνητειρα, non cum τεκνων, quod voluit *Pauwius*, copulandum eſt. Verte, *Infelicis conjugii marita.* Quid ſignificare poſſit τεκνων λεχεων ne conjectura quidem aſſequi valeo.

300. Παντροφος πελειας] Παντροφος eſt *qui fœtus ſuos omnes alit.* At magis mihi arridet lectio a *Stephano* allata, Παντρομος, *omnia reformidans.*

304. Τα δ' επ' αμφιβολοισιν] Αμφιβολοισι nunquam ſignificare poterit, *circumcirca poſitis in muro*, quæ *Pauwii* interpretationum altera eſt; prior ejuſdem interpretatio, de ſalute ſua dubiis, non adeo quidem abſurda eſt; vera tamen ſola eſt illa quam in verſione expreſſit *Stanleius*, *undeque petitis.* Vide Lexica.

307. 308. Horum verſuum metra, ut nunc leguntur, antitheticis minime reſpondent. Nam ſyllabæ binæ διο in διογενεις ita ſynizeſin pati non poſſunt ut in unam brevem coaleſcant, prout comminiſcitur *Pauwius*, præſertim cum ſyllaba δι natura longa ſit, nec niſi propter ſequentem vocalem corripi poſſit. Ut metra accurate mutuo ſibi reſpondeant ita conſtitui debent,

Παντι τροπῳ διογενεις anapæſticus dimeter

Ω θεοι, πολιν και στρατον periodicus catalectus; in voce θεοι fit ſynizeſis.

310. Αμειψεσθε] *In compenſationem accipietis.*

311. Claudicat metrum, quod ut antithetico reſpondeat ita forſan ſuppleri poteſt,

Ταςδ' αρειον, τισδ' εχθροις αφιντις.

V. 325. Ευδρει τε φατιντι] Το τε adeo non flacceſcit, prout loqui amat *Pauwius*, ut,præcedente και, conſtructioni omnino ſit neceſſarium.

328. Anapæſticus eſt dimeter.

329. Verſus periodus eſt. Verte, *Servam factam ſqualido cineri*. Si δουλειαν cum αγειν jungi debere cum *Pauwio* ſtatuas, jam nihil reliquum erit a quo regatur ψαφαρα σποδω, niſi ſubintelligas præpoſitionem εν quod durius eſt. Nec bene cum αγαν convenit το δουλειαν; illud enim a venatione tranſlatum eſt, ac pro λεια ponitur, ideoque epitheton potius e re venatica petitum poſtulat.

332. 333. Metra horum verſuum ut & antitheticorum recte conſtituiſſe videtur *Pauwius*. Monendum tamen eſt ultimam του αγιδου in v. 332. ab eo minus recte elidi.

334. Ιππηδον πλοκαμων] Recte legitur πλοκαμων, & ſubauditur præpoſitio δια, aut potius regitur ab αγιδου, ut ἑλκων της ῥινος apud Lucian. Deor. Dial. VI. 3. pag. 218. vol. I. edit. *Weiſten*. πλοκαμω numero ſingulari hîc minus convenit.

335. Glyconius eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo & epitrito tertio. antitheticus accurate reſpondet niſi quod primam dipodiam epitritum primum pentaſyllabum habet pro epitrito quarto. At cum uterque antiſpaſti vice ſatis fungatur licentiæ ejuſmodi apud Veteres facile permittebantur, & ſimilia exempla plurima reperies ſi *Triclinium* alioſque Grammaticos conſulas qui Poetarum metra declararunt.

336. Βοα δ' εκκενουμενα πολις] Verbo βοα exprimitur clamor qui fit dum diripitur & ita vacua redditur civitas. Quid autem ei ineſt adeo audax ut ejus loco γοα reponere debeamus non ſane video.

338. *Pauwio* iambicum ſecunda ſede ſpondæum habentem relinquamus & antiſpaſtico contenti ſimus.

339. 340. 341. Κλαυτον δ' αρτιτροποις, ωμοδροπων
Νομιμων προπαροιθεν διαμειψαι
Δωματων ςυγεραν ὁδον] Προπαροιθεν genitivo junctum nunquam tempus, ſed ſemper locum, denotare arbitror. Vox etiam ωμοδροπων non juſtas nuptias quæ cum maturis fere inſtitui ſolent, ſed virginitatem vi ab invitis & crudis adhuc ereptam, innuere videtur. Νομιμων, cum inter νομιμα ſint nuptiæ, pro nuptiis καταχρηστικως poni, atque inde ad gaudia nuptialia,quippe quæ jure nuptias ſequuntur, deſignanda, deflecti exiſtimo. Ita igitur conſtructionem hujus loci inſtituendam eſſe cenſeo; Κλαυτον δε (εστι) αρτιτροποις διαμειψαι ςυγεραν ὁδον νομιμων ωμοδροπων προπαροιθεν δωματων. *Deplorandum vero eſt virginibus modo pubeſcentibus deteſtandum iter peragere gaudiorum nuptialium vi a crudis adhuc decerptorum ante earum domus*, id eſt, in publico. Aliter, *Deplorandum eſt teneras virgines publice ſtuprum pati*.

V. 347. Τὰ δὲ και πυρφορει] Lege τάδε, *hæc*, templa ſcilicet deorum prope quæ adſtabat Chorus.

351. Scire velim ubi didicit *Pauwius* κορκορυγας eſſe *Crepitus qui exaudiri ſolent cum in aerem erumpunt flammæ*. *Heſychius* quidem, *Suidas*, & *Scholia* in Ariſtophanem & Poetam noſtrum plane aliter vocem explicarunt, *clamorem* & *tumultum* interpretati, aut *ſonum e ventre prodeuntem*. Haudquaquam certe ſequitur, quia *crepitus* Latine utrumque, & *ventris* & *flammarum ſonum*, ſignificat, ideo & κορκορυγην Græce duplici illa poteſtate pariter gaudere.

352. Ποτι πολιν δ' ὀρκανη πυργωτις] Verſus aſynartetus eſt ex penthemimeri iambica & dochmaico. In hoc autem, epitrito primo αντιτιθεται epitritus tertius, nec αμετρως quidem, juxta licentiam ſæpe a Veteribus (ut ſupra ad v. 335. adnotavi) ſumtam. *Pauwius* contendit ipſam ſententiam reſpuere lectionem vulgatam, de urbe enim capta & domita ſermonem eſſe, & tunc ὀρκανη πυργωτιδι amplius non eſſe locum, quæ cum urbs obſidetur inſtituenda. At quis non videt jure reponi poſſe, non de inſtituenda ſed de jam inſtituta hîc agi, quæ certe non eodem temporis articulo quo urbs capitur dirui ſolet. Per ὀρκανην πυργωτιν igitur deſignari poteſt vallum hoſtile quo urbs cingebatur, & quo velut reti incluſi cives hoſtium violentiam effugere non poterant; deſignari etiam poſſunt ipſa urbis mœnia & propugnacula, quibus civium ad fugam exitus æque præcludebatur. Ορκανη πυρωτις, *Rete flammeum*, quæ conjectura eſt *Pauwiana*, quantumvis ſit tragicum, hîc tamen non convenit. Quis enim vel fando audivit urbem ab hoſtibus flammis cinctam ac circumſeptam?

354. Pherecratius eſt ex epitrito quarto & antiſpaſto catalecto. In antithetico ne minima quidem eſt variatio.

357. Αρπαγαι δε διαδρομαν ὁμαιμονες] Verte, *Rapinæ vero diſcurſitationum ſunt fratres*; id eſt, ſicut fratres ſe mutuo comitantur.

361. Ουτε μειον, ουτ' ισον, λελημμενοι] Λελημμενος & Λελημμενον nullum hîc ſenſum habere poſſunt. Defendit utrumque *Pauwius* interpretando, *ſumere volens*, aut *volentem*, ut actus ſcilicet pro voluntate capiatur. At participium paſſivum λελημμενος poteſtate tranſitiva aut ſaltem neutrali gaudere

adductis

adductis oſtendiſſe debebat. Λελιμμενος ediderunt *Aldus*, *Robortellus*, & *Turnebus*. Mihi verior ſcriptura videtur λελιμμενον. Ille ſcilicet qui vocatur non minus, nec æque tantum, ſed magis adhuc cupiditate ardet. Μειον & ισον non adjective ſed adverbialiter ponuntur; quæ res a *Pauwio* non animadverſa ei forſan fraudi fuit. Similiter λελιμμενος apud Homerum abſque regimine, poteſtate neutrali reperitur Iliad. Μ. 106. & alibi. Vulgatæ tamen lectioni patrocinari videtur *Heſychius*, qui hæc habet, Λελημμενοι, λελιμμενοι, διατεινομενοι, εν τουτῳ το λημμα εχοντες, λελημματιϛθαι γαρ το τῃ διανοιᾳ προς παν ορμητικως εχειν. Ita λελημμενος erit *cupidine captus*; ſed non tanta apud me eſt ſolius *Heſychii* auctoritas ut me de ſententia priori moveat.

V. 362. Verſum antiſpaſticum dicamus, cui reſpondet antitheticus diſpondæum pro antiſpaſto prima ſede habens, quam licentiam auctoritate ſua firmat *Hephæſtion* p. 59. 60. Iambicum a diſpondæo incipientem *Pauwio* relinquamus.

363. 364. Παντοδαπος δε καρπος
Χαμαδις πεσων αλγυνει κυρησας] Flacceſcere το κυρησας *Pauwio* aſſentior, eum tamen reponentem πεσουσας minime audiendum cenſeo, quia hoc etiam æque ſaltem flacceſcit, & a codicum ſcriptura nimium abit. Legendum conjicio κυρουσας, id eſt, τῳδε τῳ καρπῳ χαμαδις πεσοντι κυρουσας. Verte, *Omnigeni fructus in terram projecti mœrore afficiunt fœminas quæ in eos incidunt*. Vividiſſimis ſcilicet coloribus in cantico hoc Chorico depingitur urbis vi expugnatæ & hoſtium effrenatæ libidini ſubjacentis miſerrima facies. Inter cætera ferocientis militis facinora memorantur terræ fructus olim provide & ſumma cum cura in familiarum ſuſtentationem reconditi, tunc vero per compita faſtidioſe projecti & pedibus conculcati. Tali rei familiaris diſſipatione in oculos matrumfamilias incurrente earum dolorem non mediocriter augeri neceſſe erat, utpote quibus ſpes cuncta familiæ impoſterum alendæ penitus decollaverat.

365. Πικρον δ' ομμα θαλαμηπολων] Recte omnino, metro cogente, *Arnaldus* reponit των θαλαμηπολων.

370. Τλημονες ευναν αιχμαλωτον] Poteſtas tranſitiva verbi activi τλημι cum adjectivo τλημονες, quaſi ejuſdem verbi participium eſſet, communicari hoc in loco videtur. Subauditur etiam verbum εισι, quæ frequens apud ſcriptores Græcos ellipſis. Ita τλημονες εισι idem valebit ac τλασι. An plura ſimilis conſtructionis exempla exſtant neſcio, ſed eam hîc locum habere mihi perſuaſum eſt. Aliter enim imperfectâ adhuc & ſuſpenſâ ſententiâ terminabitur periodus, niſi ſi cui forſan potius reſcribendum videbitur,

Τλημονες ευνᾶν αιχμαλωταν,

verbo εισι æque ſubaudito.

V. 371. 372. Ως δυσμενους ὑπερτερου.] Nemo Interpretum monere dignatus eſt quem ſenſum hæc verba hîc habere poſſunt, ſed omnes ſicco pede tranſierunt. Ego punctum poſt ευτυχουντος ponendum cenſeo, & diſtinctionem poſt ὑπερτερου tollendam, ut cum ſequentibus non cum præcedentibus connectantur. Hoc pacto ita locus vertendus erit; *Adeo ut hoſte victoriam potito* (id eſt, ſi hoſtis ſuperior evaſerit) *ſpes eſt nocturnum finem* (id eſt, ut recte interpretatur *Pauwius*, *mortem*) *adventurum miſerrimarum calamitatum liberatorem*.

In SCHOLIASTEM A.

Ad v. 211. Hæc corrupta ſunt nec facile reſtituenda. Video tantum in uno loco legi debere αλλο δε ου του δευτερου μικροτερον, ſed ne ſic quidem intelligo.

339. Lege και δουλας εις την ξενην χωραν απελθειν.

In SCHOLIASTEM B.

197. Lege ὑφ' ὑμων γενομενας.

203. Pro ερρωνται lege ερρωσθωσαν.

218. Βλεπων manifeſte corruptum eſt; legendum forſan βελεων.

250. Lege, η μη συναπτε το τουτῳ προς το φονῳ.

293. Ου καταραθυμησει, και οιονει του φροντιζειν χαλασῃ (forte χαλασει) μη νηφῃ του φοβου πειθοντος. Hæc aperte corrupta ſunt, nec ſine codicibus facile reſtituenda.

302. Lege κατα συστηματα.

357. Pro φευγων lege φυγων.

369. Lege και οὑτω μεν ειποις, & paullo infra, ου γαρ μονον ευτυχησαι.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 379. Λογον αρτικολλον] *Novum ſermonem.* Metaphora ducta videtur a novo quovis opificio quod recens coagmentatum ac conglutinatum e manibus fabri lignarii prodit.

391. 392. — ὑπ' ασπιδος δε τῳ
Χαλκηλατοι κλαζουσι κωδωνες φοβον] Quare τῳ pro τουτῳ non æque, bene hîc ponatur ac v. 478. 515. non ſane video. Tintinnabula autem Heroicis temporibus clypeorum manubriis appendi ſolita diſcimus etiam ex *Euripidis Rheſo* v. 383. 384.

Κλυε δε κομποις κωδωνοκροτοις,
Παρα πορπακων τους κελαδουντας.

394. Φλεγονθ' ὑπ' αστροις ουρανον τετυγμενον] Φλεγονθ' vox eſt poetica & ardens, quæque ſtylum *Æſchyleum* revera refert. Timidum ſuum φευγονθ' *Pauwio* non invidemus.

400. Οστις βοην σαλπιγγος ὁρμαινων μενει] Conſtructionem per ſe facilem & cuivis obviam deformavit *Pauwius*, ſuppoſita ellipſi præpoſitionis κατα ad βοην σαλπιγγος, atque hoc pacto ſimilitudinis elegantiam & congruitatem interpretatione ſua prorſus perdit. Poeta ſcilicet Tydeum furentem & pugnæ avidum, ab Amphiarao donec faverent exta a prælio detentum, equo aſſimilat curſorio, qui ſtadium mox curſurus & ad carceres ſtans, moræ impatiens frænumque mandens, tubæ clangorem currendi ſignum exſpectat. *Pauwius* equo pavido comparatum exiſtimat, qui tubæ ſonitu attonitus ſubſilit & aufugere conatur, ſed in loco manet ab equite cohibitus. Differentiam vides, &, ut ipſius *Pauwii* phraſin mutuo ſumam, Id apertum jam. Nec comparationis convenientia poſtulat, ut quoniam μενει de Tydeo abſolute ponitur, idcirco & μενων de equo abſolute etiam & non tranſitive neceſſario ſumatur, prout quiſque videt. Similitudo enim in re non in verbis quærenda eſt.

414. Τονδ' αντιταξω] *Grotius*, quia præſens non aderat, ut putabat, Menalippus, pro τονδ' repoſuit τονδ', ſed minus recte. Poſtea enim v. 478. & Megareum, qui non magis aderat, τονδε æque appellat Eteocles. Si non in proſcenium uſque præſentes ſe ſiſtebant, at non ita longe abfuiſſe ſaltem ſupponendum eſt quin Eteocles eos digito deſignare & Spectatores videre poterant.

V. 424. Θεοι δοιεν, ὡς δικαιως πολεως] Nihil hîc immutari neceſſe eſt. Epitritus ſecundus in antithetico eſt pentaſyllabus, hîc quadriſyllabus. Δικαιως & plus dicit, & apertius, quam δικαιος.

425. Aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis.

426. — φορους μοιρας ὑπερ φιλων] Ferri poteſt conjectura *Pauwii* reponentis ὑπερφιλων, una voce; cætera quæ excogitaverat recte reprobavit ipſe, rectius forſan ſilentio preſſiſſet. Melius tamen, meâ ſententiâ, leges ὑπερθε φιλων, atque ita antithetici metrum huicce ad amuſſim reſpondebit, neque emendatione *Pauwiana* indigebit. Utrumque enim antiſpaſticum erit, conſtans ex dijambo & epitrito primo, vel, propter αδιαφορον, antiſpaſto, at in ſtropha pentaſyllabo. Υπερθε ιδεσθαι eſt *deſu. er ſpectare*, e mœniis ſcilicet vel propugnaculis urbis.

430. Γιγας ὁδ' αλλος] *Gigas eſt hic alter.* Non enim, ut putabat *Scholiaſtes*, hîc innuitur Tydeum etiam gigantem fuiſſe, cum Homerus, quem ubique ſequitur Noſter, contrarium prorſus tradat, nempe Tydeum breviori fuiſſe corpore. Vide Iliad. Ε. 801.

435. Εκπεδων χεδειν, *eum arcituram.*

439 Φλεγει δε λαμπας δια χερων ὡπλισμενη] Ωπλισμενη eſt *parata*, ad urbem ſcilicet incendendam. Ita *Heſychius*, ὁπλιζεσθαι, ἑτοιμαζεσθαι, παρασκευαζεσθαι, &c. in hac notione ſæpe apud Homerum vocabulum hoc uſurpatum reperitur, *de cœna*, *de potione*, *de mulieribus ſaltationi ſe accingentibus* &c. Nihil igitur temere innovandum. Neque, præcedente φλεγει, vox hæc otioſa aut ſuperflua dici meretur; ἐναργειαν enim auget, & quia ὡπλισμενη eſt λαμπας ideo φλεγει.

447. 448. 449. Θεους ατιζων, κἀπογυμναζων στομα,
Χαρᾳ ματαιᾳ θνητος ων ες ουρανον
Πεμπει &c.] Ponendam coli notam poſt στομα cenſeo. Nec neceſſe eſt hæc inſerta copula τε diſerte connecti. Similia enim ασυνδετα paſſim occurrunt.

462. Δομ πτ' εκλαπαξαι] Quare non hîc admitti poſſit ellipſis του εμε non ſane video, præſertim cum quodammodo in præcedente pronomine εμον contineatur, & inde repeti poteſt. Inſolita eſt, dices, talis

talis ellipſis. Haud ita puto, ſed eſto. An omnia igitur inſolita ſtatim ſunt immutanda? Abſit tantum corrigendi cacoethes. *Pauwius* pro ποτε reponit πεδα, *fundamentum*, *ſuſtentaculum*, & hoc ſecretius & *Æſchylo* dignum putat. Secretius eſſe fateor, & adeo quidem ſecretum ut nemini niſi ipſi unquam credo in mentem veniſſet, ſed an ideo *Æſchylo* magis dignum aliis dijudicandum relinquo.

V. 465. Εξ ὑπηνων πνεοντων] Lege ὑπηνων 'πνεοντων, augmentum enim non abjiciunt Attici.

466. Miror neminem Editorum hactenus animadvertiſſe claudicare hujuſce verſus metrum, νηϊτιαι enim penultimam corripere neceſſe eſt. Repone νηϊται. Ita enim hæ appellantur portæ, νηϊται, non νηϊτιδες πυλαι, & ab *Euripide Phœniſſ.* v. 1111. edit. *Barneſ.* & a Pauſania Bœotic. cap. 8. & 25.

487. Επευχομαι δη τωδε μεν ευτυχειν] Rectius *Aldus*, *Turnebus*, & *Stephanus* ταδε pro τωδε, quam lectionem agnoſcit etiam & firmat *Scholiaſtes* A. Ita anapæſtum in metri iambici quarta ſede non habebimus. Cæterum ω pro ιω ab initio verſus ſequentis ad finem hujuſce verſus cum *Pauwio* transferendum cenſeo. Ταδε μεν ευτυχειν eſt, *te promiſſis iſtis feliciter ſatisfacturum quæ rex modo prænunciavit.*

503. 504. — ενθεος δ' Αρει

Βακχᾳ προς αλκην, θυας ὡς φοβον βλεπων] Verte, *Martis vero numine afflatus furit Bacchæ ſimilis ad pugnam, aſpectu timorem incutiens.* Αλκη *pugnam* ſignificare teſtis eſt *Heſychius.* Αλκη ἡ αλεξησις ἡ μαχη, Αισχυλος Αγαμεμνονι. Qua tamen Tragœdia vocem hac notione adhibitam reperiſſe me non memini. Teſtis & Auctor Etymologici. Αλαλκομενηϊς ἡ απαλεξητικην προθυμιαν εχουσα, ἡ εν αλκη μενουσα. αλκη δε ἡ μαχη, και αλκαζειν το μαχεσθαι. Eodem ſenſu apud Lycophrona δοργος προς αλκην. v. 70. & αλκην αμικτοι. v. 580. & apud *Euripidem* in *Phœniſſis* v. 1385.

Ως εις αγωνα, μονομαχου τ' αλκην δορος.

507. Ητ' αγχιπολις] Αγχιπολις hîc idem ſignificat quod ſupra v. 170. προ πολεως; nec ταυτολογως dicitur quia ſequitur πυλαισι γειτων, hoc enim adjunctum magis diſerte exprimit qua in parte urbis collocabatur deæ ſimulacrum.

522. Περι των κρατουντων δ' ερειν] Minime opus eſt ut cum *Pauwio* pro δε reponamus γε. Particula δε non oppoſitionem ſed meram tranſitionem hîc exprimit. Vide *Devarium.*

523. Εικος δε πραξειν ανδρας ωδ' αυτησατης] Diſertius & expreſſius *Pauwio* judice legeretur κ' ανδρας, id eſt, και ανδρας; potius legendum eſſet κἀνδρας per craſin. At revera fulcro tali minime indiget oratio.

V. 547. 548. Σφιγγ' ωμοσιτον προσμεμηχανευμενην

Γομφοις εκκομα] Γομφοις vulgarem ſignificationem, qua Clavi intelliguntur, hoc in loco reſtituendam ſuadeo. Non enim ωμοσιτον γομφοις, ſed προσμεμηχανευμενην γομφοις, dicit Poeta, nec, ut verba nunc collocantur locum habere poteſt conſtructio *Pauwiana.* At objicit ille, Si clavi intelligantur, quid in hoc commemoratu dignum? Modus nimirum quo clypeo προσεμεμηχανευτο Sphingis ſimulacrum. Atque ita & auget & enarrat interpretatio vulgaris, quibus præcipue laudibus propriam extollit *Pauwius.* Hanc vero ſi admittamus, ſcilicet crudivoram dentibus molaribus, quid quæſo continet magis commemoratu dignum? Annon omne quod voratur, ſiquidem manditur, dentibus molaribus neceſſario manditur? Quid igitur, hâc caudâ additâ, docemur, aut quomodo augetur oratio? At γομφοι ſunt *dentes atrociſſimi.* Unde hoc novit? non ab *Heſychio* ſane, qui nihil tale dicit. An *Æſchylum* innuere voluiſſe forſan putavit, Sphingi omnes dentes fuiſſe molares? Δακος certe, monſtrum iſtud appellare infra potuit Eteocles, etiamſi nullam de dentibus ejus atrociſſimis mentionem injeciſſet Nuncius. Sed talibus immorari piget.

550. Ως πλεις' επ' ανδρι τωδ' ιαπτεσθαι βελη] Minime veriſimile videtur, Nuncium quod factu opus ſit, plurima ſcilicet in Parthenopæum conjici tela oportere, jubere, quin potius intelligendus eſt id quod revera factum fuerat, plurima nempe tela in eum jam conjecta, narrare. Thebani nimirum in propugnaculis ſtantes, & Parthenopæi inſigne in eorum contumeliam oſtentari rati, iracundia furentes, jam eum, quanquam ex longinquo, jaculis petierant.

569. Antiſpaſticus eſt ex antiſpaſto epitrito ſecundo & iambo.

570. Aſynartetus eſt ex duabus dochmaicis.

571. Diſcrepat antitheticus qui ſyllaba una brevi longior eſt. Nulla mihi probabilior medecina videtur quam ſi reſcribas,

Μεγαλα μεγαληγορων κλυων επ' ανω

Ita verſus erit antiſpaſticus ex epitrito primo pentaſyllabo, dijambo, & choreo pro antiſpaſti dimidio.

572. σιων ανδρων. ειθε οἱ θεοι] Lege ειθ' οἱ θεοι. Verſus enim eſt glyconius ex epitrito primo & epitrito tertio. Miſere hîc & fruſtra circa metrum ſe torquet *Pauwius.*

V. 575.

V. 575. Αμφιαρεω βιαν]. In nominibus propriis pluſquam triſyllabis anapæſtum etiam in ſede pari ſibi permittunt Tragici, quod vulgo notum eſt. Synizeſis autem in duabus ultimis του Αμφιαρεω nullam habet difficultatem. Non erat igitur quare de emendatione inſtituenda cogitaret *Pauwius*.

582. Και τον σον αυθις προσμορον αδελφεον] Προσμορον αδελφεον, *fatalem fratrem*, reddit *Stanleius*; ſed hoccine veriſimile eſt, Nuncium ſubditum Eteoclis, regi ſuo dixiſſe, *Fratrem* ejus Polynicem *fatalem* ei futurum? Cum igitur claudicans etiam metrum ſatis indicet a Librariis hîc peccatum, & emendatio omnino ſit inſtituenda, judicet Lector num utrique, & ſententiæ & metro, ſatis conſuluerim reſcribendo,

Και τον σον αυθις προς γ᾽ ὁρων αδελφεον.

Tmeſin illam apud Poetas non inuſitatam eſſe nemo eſt qui neſcit. Poſſet & reponi προσμολων, ſed hoc verbo καλει quod ſequitur minus convenire exiſtimo.

590. Μητρος τε πηγην τις κατασβεσει δικη] Μητρος δε πηγην legi debere olim monuerat *Grotius*.

613. Ταυτου κυρησας εκδικως αγρευματος] Ενδικως longe hîc melius quam εκδικως convenire exiſtimarem, ne deorum juſtitiam temere incuſare videatur Poeta, ſi αγρευματος recte aut *caſſem* aut *infortunium* exponi putarem; ſed vocabulum iſtud in illarum ſignificationum utravis uſurpatum nuſpiam reperietur. Locus verti debet, *Ejuſdem cum iis prædæ partem injuſte adeptus.* Ita εκδικως omnino retinendum erit.

617 — 620. — αστοισι συμμιγεις
Θρασυστομοισιν ανδρασι φρενων βια
Τεινουσι, πομπην την μακραν παλιν μολειν
Διος θελοντος συγκαθελκυσθησεται] Recte hæc diſpunxit *Pauwius*, & φρενων βια cum συμμιγεις cohærere recte etiam vidit; citra neceſſitatem vero, meâ quidem ſententiâ, pro παλιν repoſuit πασιν, & perperam de morte πομπην την μακραν interpretatus eſt. Duo ultimi verſus ita vertendi ſunt; *Una cum contendentibus longum iter* (Argos ſcilicet verſus) *remeare* (id eſt, cum fugientibus) *deo volente ad manes deorſum rapietur.* Amphiaraus enim, ut ex hiſtoria fabuloſa notum eſt, poſt fuſos a Thebanis Argivos & in fugam verſos, ipſe fugiens, dehiſcente terra, cum curru abſorptus eſt. Hoc eſt quod Eteocles quaſi vaticinans innuit, Vatem ſcilicet una cum cæteris fugientibus in ipſa fuga periturum.

622. Ουδε λημματος κακη] *Nec fiduciæ inopia*, aut potius, *nec ex animi ignavia*.

V. 624. Ει καρπος εσται θεσφατοισι Λοξιου. *Si eventus comprobaturus ſit Apollinis oracula.* Magis tamen mihi arridet *Canteri* καρπος.

625. Φιλει δε σιγαν, η λεγειν τα καιρια] Τα καιρια hîc ſunt Quæ rebus præſentibus accommodata atque utilia erant. Exitioſum autem quam maxime fuiſſet Apollinis oraculum mortem Amphiarai prænuntians divulgare; hoc enim cognitum animos militum plane fregiſſet. Maluit igitur iſtud tacere Amphiaraus, cum e re ſua ac ſociorum non erat palam fieri. Similem εννοιαν habes apud *Sophoclem Oedip. Colon.* 1494. 1495. Ubi Polynices de oraculo plane gemello ipſius & fratris mortem ab altero alteri mutuis vulneribus inferendam prænuntiante,

Ουδ᾽ αγγελουμεν φλαυρ᾽· επει στρατηλατου
Χρηστου, τα κρεισσω μηδε τἀνδεα λεγειν.

635. —μολοις· συγγαν δ᾽ εκτοθεν βαλων] Lege εκτοθε vel εκτοθι. Ita epitritum tertium pentaſyllabum qui eidem in ſtropha pedi reſpondeat habebis.

641. Αλωσιμον παιαν᾽ επεξιακχασας. Cum pæana in urbium expugnatione cantari ſolitum Baccharum more intonaverit.

643. Η ζωντ᾽ ατιμαστηρα τως σ᾽ ανδρηλατην] Ζωντα ad Polynicem, non ad Eteoclem, referendum puto; opponuntur enim θανειν & ζωντα τισασθαι. ατιμαστηρα eſt *qui ipſum ignominia affecit.*

655. Τοιαυτ᾽ εκεινων εστι ταξευρηματα] Minime neceſſe eſt vulgatam ſcripturam ſollicitare. Jam omnia quæ de Septem Ducibus nunciare habuit abſolverat Speculator, & hoc verſu quaſi formula quadam narrationem claudit. Nec adverſatur quod continuo monitum de duce aliquo contra Polynicem mittendo ſubjungit. Ordinem enim adeo exquiſitum ac curioſum apud Poetas fruſtra requiras.

667. Επ᾽ ασπιδος φλυοντα συν τυφω φρενων] Φλυοντα, *ebullientia*; cum γραμματα enim, non cum νιν, conjungi debet. Fateor autem τυφω cum φλυοντα magis appoſite connecti quam φοιτω, quanquam *Stephanus* huic potius ſcripturæ favere videatur, quæ quin ferri etiam poſſit nemo ſanus negaverit. Non igitur ſtatim ineptiæ *Stephano* (at quanto viro!) a *Pauwio* exprobrandæ erant. Sed ea eſt hominis modeſtia, tales mores; *Stephanus* ei ineptit, balbutit *Stanleius*, Nemo niſi Ipſe ſapit.

684. Τω κακως αυδωμενω] *Pauwius* hîc Interpretes increpat, quod contra ſermonis normam αυδωμενω paſſive acceperunt. *Grotium* tamen excipere debuiſſet. Quam autem normam hîc innuit, non profecto adeo peritus ſum ut conjicere queam. Anne putat quia v. 9. ὀρωμενος interdum in activa notione

notione reperitur, idcirco nunquam & in paſſiva uſurpari? *Heſychius* quidem habet αυδαται, λεγεται. An & eum cum reliquis Interpretibus flocci faciet? Fateor nihilominus huic loco magis appoſitum eſſe αυδωμενῳ active ſumtum, τα κακιϛα enim quæ effutierat Polynices paullo ſupra retulerat Speculator.

V. 690. Μονον γαρ κερδος εν τεθνηκοσι] Cum ſenſum commodum exhibeat ſcriptura in membranis vetuſtis inventa a conjecturis ut plurimum temperandum eſſe duco. Aliter corrigendi libidini nulla ſtatuetur meta, & pro Veterum ſcriptis Neotericorum ſomnia habebimus. Juxta vulgatam ſcripturam το κερδος μονον εν τεθνηκοσι eſſe intelligitur το απερ αισχυνης κακον φερει. Hoc vidit *Pauwius*, ſed jejunum & ambiguum eſſe ait, ideoque κυδος reponi debere contendit. Quid vero in vulgata aut jejunum aut ambiguum ſit me non aſſequi profiteor. Magis certe ambigua eſt ipſius emendatio; æque enim ſignificare poteſt, Gloriam mortuorum tantum & non ſuperſtitum eſſe comitem, ac quod ipſe vult, ſcilicet, Mortuis præter gloriam reſtare nihil, ſi quidem verum eſt hanc poſtremam notionem iſtis verbis rite exprimi, de quo valde dubito. Adde το δε quod ſequitur, & inter præcedentia & ſequentia oppoſitionem quandam deſignat lectionem noſtram haud parum ſtabilire. At demus Poetam melius κυδος fuiſſe ſcripturum; an inde ſequitur eum revera ita ſcripſiſſe, ac proinde vocem iſtam in contextum recipiendam? Hoc profecto eſſet non tam veteri Scriptori ſua reſtituere, quam omnia ad modulum ingenii noſtri refingere.

692. Τι μεμηνας τεκνον; μητις σε θυμο-] Lectionem a *Scholiaſte* ſervatam, Τι μεμονας, *Quid cupis*, præfero. Vulgatum enim μεμηνας minus reverenter a ſubdito regi dictum videtur; & cum μεμονας melius convenit κακου ιμερος quod mox ſequitur. Metrum autem recte conſtitutum eſt, nec quicquam neceſſe eſt immutari, æque enim το μη τις ac το μη τι ſententiæ convenit. Verſus eſt antiſpaſticus ex duobus epitritis quartis & ſpondæo. In antiſtrophico, ubi etiam retineri poteſt vulgata ſcriptura, epitrito quarto altero opponitur epitritus primus; nam αγαν ultimam ſubinde corripit *Euſtath.* ad Homer. p. 1433. Licentiam autem hujuſmodi apud Veteres fuiſſe permiſſam jam ſupra notavimus ad v. 335.

693. Antiſpaſticus eſt πολυσχηματιστος e diſpondæo pentaſyllabo, antiſpaſto, & iambo. Antiſtrophicus purus eſt antiſpaſticus & diſpondæo opponitur epitritus tertius.

V. 705. -ση, ἔσῃ εὖ κυρησας· μελαναιγις δ' ουκ] Non immerito *Pauwio* diſplicuit vulgata lectio. Reponendum arbitror εὖ κυρωσας, ut ſententia ſit, *Non timidus vocabere ob vitam bene munitam & in tuto poſitam.* Το δε poſt μελαναιγις ſalvâ orationis ſtructurâ vix abeſſe poteſt. Verſus autem aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus trochaicis.

706. Recte vidit *Pauwius*, ερινυς, unica ν, & media brevi, reſcribi debere. Vide *Sophocl. Electr.* v. 112. & quæ ibi adnotavi. Sed δομα pro δωμα nuſpiam reperiri puto. Vide Etymolog. Magn. voce δωμα. Quod enim apud *Heſychium* legitur Δομα, τειχος, ſi quidem ſana eſt iſta ſcriptura, de quo ambigo, diverſæ plane notionis eſt. Nec metrum, ſi recte metiamur, hanc emendationem poſtulat; verſus enim aſynartetus eſt plane ſimilis proxime præcedenti.

711 — 714. Ita hæc potius ſcribenda, diſtinguenda, & vertenda exiſtimo,

> επει δαιμων
> Λημματος ἂν τροπαίᾳ χρονιᾳ, μεταλ-
> λακτος ισως ἀνέλθοι θαλερωτερῳ
> Πνευματι· νυν δ' ετι ζει.

Quandoquidem genius ſerotino voluntatis reflatu redibit: forſan reconciliatus aura magis ſecunda; adhuc vero fervet.

719. Λεγοιτ' αν ὀυ αινητις] *Pauwius* percontatur, Quid prohibet quominus αινητις, quam lectionem agnoſcunt codices quidam, vox bona ſit? Reſpondeo, metrum prohibet, cum penultimam corripiat, ut & αινεω & αινετω, unde derivatur.

Ibid. Ουδε χρη μακραν] Scilicet ὁδον τεινειν, *Ne longis ambagibus ſermonem producas.*

722. Νικην γε μεντοι και κακην τιμᾳ θεος] Τιμᾳ *Stanleius* recte vertit, *honorat*, id eſt, honore afficit; perperam *Pauwius Scholiaſtem* ſecutus, *pœna afficit*; quod certiſſime ex Eteoclis reſponſo conſtat. Νικη κακη hic non eſt *Victoria injuſta*, ſed, ut bene *Stanleius*, *ingloria*, id eſt, ab homine ignavo, & qui pericula ipſe detrectat, aliorum virtute reportata. Talem etiam victoriam honore deos proſequi monet Chorus. Interpretatio *Pauwiana* eſt, *Victoriam etiam ſi injuſta ſit ulciſcitur deus.* At hæc profecto, ſi præcedentia & ſequentia expendas, non tantum a Poetæ mente aliena, ſed & abſurda plane reperietur. Chorus Eteoclem ne ipſe pugnam ineat ſollicite dehortatur, & ut aliorum fidei certamen de ſumma rerum concredat ſedulo obſecrat. An igitur

igitur conſonum eſt, eandem Chorum victoriam a civibus rege abſente reportatam injuſtam appellare, & quod ſcopo ſuo adhuc magis adverſabatur, deos ſcilicet talem victoriam ulturos, ſuperingerere? Addi poteſt particulam και emphatice hîc poſitam interpretationi iſti aperte repugnare.

V. 733. Ξενος δε κληρους επινωμα

Χαλυβος Σκυθων αποικος] Si adſtipularetur codicum auctoritas libentiſſime legerem Χαλυψ, quam lectionem æque ac vulgatam admittit metrum. Αποικος Χαλυβος Σκυθων, *Colonus Chalybis Scytharum*, quantumvis acutum & emphaticum *Pauwio* videatur, meâ quidem ſententiâ, ſi non plane ſolœcum & minus Græcum, ſaltem ſalebroſum prorſus eſt & coactum. Nec vero abſimile eſt nimiæ circa metrum ſollicitudini hodiernam ſcripturam deberi. Dum Librarius ſcilicet, aut Criticus, non tantum ut dipodia dipodiæ, ſed ut pes pedi, & ſyllaba ſyllabæ accurate reſponderet ſatagebat, atque ad ſtrophici normam antitheticum exquiſitius exigebat, haud ægre induci potuit ut Χαλυβος, recto etiam caſu ut forſan putabat, pro Χαλυψ reponeret. Utcunque autem de hoc ſtatuetur at ξενους pro ξενος admitti minime erit neceſſe. Ξενος enim epithetum eſt generalius quod deinde a ſequente αποικος Χαλυβος Σκυθων reſtringitur & determinatur. Nulla igitur erit tautologia ſi utrumque cum σιδαρος connectatur. Et profecto quo ſenſu ſortes, quas fratribus diſtribuere debebat peregrinum iſtud ferrum, ipſæ etiam peregrinæ vocari poſſint, non video.

738. 739. Οποσαν αν και φθιμενοισι κατεχειν,

Των μεγαλων πεδιων αμοιρους] Sive vulgatam ſcripturam retineas, ſive φθιμενοις & αμοιρους, ſive φθιμενοις & αμοιροις, reponas, niſi verbum aliquod ad κατεχειν ſubaudiatur non integra erit conſtructio. Ego vulgatam retinendam ſuadeo (niſi quod omnino φθιμενοις, non φθιμενοισι, propter metrum, legendum) ſubaudito verbo πρεποι. Ita conſtructio expedita & luculenta evadit, διαπηλας χθονα ὡστε τοις αμοιρους των μεγαλων πεδιων ναιειν ὁποσην πρεποι αν τοις φθιμενοις κατεχειν. Quod ſi utrumque tertio caſu ponas, quod non averſatur *Pauwius*, certe quomodo φθιμενοις a διαπηλας pendere poſſit, quod aſſerit iſte, doceri velim.

740. 741. Επειδαν αυτοκτονως

Αυτοδαϊκτοι θανωσι] Nihil hîc immutandum cenſeo. Verſus ſecundus trochaicus eſt dimeter acatalectus. Antitheticum loco ſuo emendare conabimur. *Pauwius* pro αυτοκτονως reponit αυτοκτονουντες, non metri gratia tantum, ſed quia juxta illum αυτοκτονως cum αυτοδαϊκτοι non convenit. At docuiſſe debebat quid inter αυτοκτονως & αυτοκτονουντες quoad ſignificationem intereſt, niſi quatenus iſtud adverbium eſt, hoc participium. Verte autem, *Quando mutua cæde a ſe invicem perempti occubuerint.*

V. 743. Μελαμπαγες αἱμα φοινιον] Μελαμπαγες pro μελαμπηγες Dorice poſitum rarius eſſe dicit *Pauwius*, & ideo μελαμπαχες ejus loco reponit, ut ſecretius quiddam, ideoque ab ineptientibus forte mutatum. Nimirum rariora ſecretioribus anteponebant ineptientes iſti. Neſcio ſane an virum doctum bene intelligam. An putavit ipſum μελαμπηγες Græce non dici, aut rarius eſſe quam ευπηγες, νεοπηγης, aut, quod ſupra v. 648. habemus, χαμοπηγες? Aut η in α Dorice in Atticis Poetis rarius mutari? Profecto qui ita ſentit in Poetis iſtis plane hoſpitem eſſe oportet. Nihil enim in Chori Canticis frequentius quam φαμα, Αθανα, & id genus alia. Immo paullo ſupra habemus σιδαρος. Sed nimirum ſecretiori ſuo μελαμπαχες locum utcunque facere voluit. Secretiora autem iſta *Pauwii*, quantum adhuc videre mihi contigit, invitâ plane Minervâ, nata videntur, ut exempli gratia hoc μελαμπαχες, quod prorſus ſolœcum eſt. Neque enim unquam in unam coire vocem poſſunt μελας & παχνη, niſi forſan *Pruinam nigram* aliquando viderit ipſe, aut alios vidiſſe credat.

745. Ad hunc verſum proculdubio aliud agebat *Pauwius*, aliter nunquam dixiſſet πεδιοις in antiſtropha prima brevi poſitum. Sed ipſe ſe ad verſum ſequentem tacite corrigit, & reliqua hujus ſtrophæ metra recte, meâ quidem ſententiâ, conſtituta dat.

749. Παραιβασιαν ωκυποινον] Ut metrum ſtrophico reſpondeat, verſui huic præponendum articulum την conjicio, quem ſententia etiam poſtulare videtur. Non enim id dicit Chorus, *De antiqua tranſgreſſione cito punita loquor*, ſed hoc, *Tranſgreſſionem fuiſſe antiquam aſſirmo cito pœnas luentem.*

751. 752. Απολλωνος ευτε Λαϊος

Βια] Hæc optime inter ſe & cum ſequentibus cohærent, quidquid contradicat *Pauwius*. Conſtructio eſt, ευτε Λαϊος βια Απολλωνος κρατηθεις δε εκ φιλων αβουλιαις εγεινατο. Quid apertius eſſe poteſt? aut quid hîc male pendet? Cætera quæ omiſi ab Απολλωνος manifeſte pendent, nec puero moleſtiam faceſſere poſſunt. Το δε hîc eo elegantius ponitur, quod non ſemel tantum, ſed ter, Laium monuerat Apollo. Εξα, quod pro βια reponi jubet *Pauwius*, frigidiſſimum eſt, &, ſi admitteretur, minus

nus adhuc quam in lectione vulgata τῳ δι locus eſſet. Quænam enim oppoſitio eſt inter ιδα & κρατηθεις εγενετο? Sententiam ſtropha vel antiſtropha frequenter non terminari, ſed in ſequentem incurrere, notum eſt omnibus qui in Atticis Poetis vel mediocriter ſunt verſati.

V. 756. Ecce iterum iambicum *Pauwianum* cum ſpondæo in ſede ſecunda.

757. Recte εγενετο repoſuit *Pauwius*, & ita verſus eſt proſodiacus hypercatalectus.

758. Proſodiacus eſt proculdubio.

762. Ecce iterum anapæſticum *Pauwianum* ab iambo incipientem. Talia toties iterare jam tædet. Ubi igitur metrum recte aliâ formâ a *Pauwio* declaratum reperiemus, in his notandis Lectori & nobis moleſti eſſe dehinc deſinemus.

773. Βαρειαι καταλλαγαι, *moleſtæ conciliationes*; id eſt, non ſine magna aliqua clade execrationibus iſtis ſatis erit factum.

774. Ionicus eſt a minore trimeter catalectus ex ionico pentaſyllabo pæone tertio & trochaica καταληκτικῃ. Antiſtrophicus ita conſtitui debet,

Πολλαις πουλυβοτος τ' αιων βροτων.

788. Τα διδυμα κακ', quod metri gratia reponit *Pauwius*, ſolœcum eſt. Quaſi ſcilicet oculi bini ſibi ab Oedipo evulſi κατ' εξοχην vocarentur τα διδυμα κακα. Ετελισε etiam Græce nunquam apud Poetas ſaltem dicitur, ſed ετελεσε. Reſcribendum igitur potius exiſtimo,

Διδυμα κακα γ' ετελεσε,

ita metro ſatis cautum erit abſque ſententiæ detrimento.

790. των Κρεισσοτεκνων δ' απ' ομματων επλαγχθη] Επλαγχθη απ' ομματων ſignificare non poſſe, *oculis ſe privavit*, aut, *oculis privatus eſt*, recte vidit *Pauwius*, qui & totum locum interpunctionibus recte diſtinxit; veram tamen loci ſententiam minime, meo quidem judicio, eſt aſſecutus. Κρεισσοτεκνων eſt *filiorum potentiorum*, qui ſcilicet poſt Oedipum regno exutum ei in imperio ſucceſſerant. Ab horum oculis επλαγχθη Oedipus, id eſt, ut recte interpretantur *Scholiaſtæ*, εχωρισθη, *amotus eſt*, eorum ſcilicet juſſu, quod voce Κρεισσοτεκνων innuitur. Ita Poeta Athenienſibus, qui Oedipi hiſtoriam jam cognitam habebant, ſatis ſuperque indicabat eum a filiis in carcerem conjectum, non ipſum in regiæ angulo ſe abdidiſſe præ triſtitia & ob matrimonii infamiam, quanquam ex reverentia erga regem paullo obſcurius cogitata ſua enuntiat Chorus. Hoc magis etiam confirmabitur iis quæ dicturi ſumus ad v. 792. Quod dicit *Pauwius*, filios Oedipo ideo κρεισσονας dici poſſe, quia inceſtus & parricidii immunes erant, id, quanquam verum, frigidiſſimum tamen eſſet ſchema. Quorſum enim comparationem iſtam nunc inſtitueret Chorus? ideo autem κρεισσονας dictos quia ætate erant teneriore, id nec verum quidem eſt. Ubi enim didicit vir eruditus adoleſcentes adultis κρεισσονας fuiſſe a Veteribus exiſtimatos?

V. 791. Τεκνοις δ' αραιας] Το δι hic omnino emphaticum eſt; innuit enim tum demum, poſtquam in carcerem a filiis conjectus eſt Oedipus, & non antea, eum dira iis imprecatum.

792. Εφηκεν επικοτους τροφας] Quo ſenſu aut αραιαι aut επικοτοι dici poſſint τροφαι, aut quomodo quis alicui εφηναι τροφας ſit dicendus, nemo, ut opinor, uſquam explicabit. Latet proculdubio mendum, quod levicula immutatione tollemus, reſcribendo ſcilicet επικοτος τροφας, id eſt, ἑνεκα τροφας, *ira incenſus propter victum quem illi præbebant filii*. Ita igitur totum locum verte, *Filiis vero diras immiſit ob victum ira commotus heu heu ab acerba lingua profectas imprecationes*. Tollenda enim eſt parentheſis qua v. 793. circundatur. Revera autem Oedipum, poſtquam e conſpectu hominum in carcerem a filiis remotus fuerat, quod ab iis victum ſibi negligenter nec reverenter ſatis ſubminiſtrari putaret, ideo ira vehementer commotum diras iſtas toties decantatas illis fuiſſe imprecatum, nos diſerte docet *Scholiaſtes* in *Sophoclis Oedip. Colon.* v. 1440. qui totam hiſtoriam fuſe narrat, auctoreſque laudat Cyclicam Thebaida, Comicum quendam Menandrum in Ναυκληροις, & *Æſchylum* in hac ipſa Tragœdia. Cum vero nulla hujus rei per totam Tragœdiam niſi hic facta ſit mentio, manifeſtum eſt *Sophoclis Scholiaſtem* hunc locum prout eum nos emendavimus olim legiſſe.

797. Μη πελεση καμψιπους Ερινυς] Erynnies δρομαδες a Poetis veteribus ſæpe appellantur. Vide *Euripid. Oreſt.* v. 834. *Iphigen. in Taur.* v. 970. 971. Et μεταδρομοι κυνες *Sophoc. Electr.* v. 1403. 1404. Eandem notionem mihi exprimere videtur Poetæ noſtri καμψιπους. Qui enim currit pedes flectit; ejus autem rei contrarium accidit iis qui ſtant aut ſedent. Ut metro igitur ſuccurramus non cum ſententiæ detrimento reponendum eſt ακαμψιπους, ſed aut

Μη πελεση γ' ἁ καμψιπους Ερινυς

aut

Μη πελεση γε καμψιπους Ερινυς.

† E Altera

Altera *Pauwii* Emendatio, μη τελεσει, ſolœca eſt. Forma enim optativa cum μη conjuncta verbis de tempore nonniſi præterito uſurpatis, nunquam verbis præſentis aut futuræ ſignificationis rite ſubjungitur, quod luculentiſſime oſtendit eruditiſſimus *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 82. & ſeq.

In SCHOLIASTEM A.

Ad v. 469. Forſan legendum η ὡσει συριγξ βοᾳ.

487. Lege ω πεσημαχε των εμων δομων.

501. p. 163. col. 1. lin. 8. Quæ hîc leguntur corrupta eſſe puto. Certe nullum ex iis ſenſum commodum elicere queo.

578. Pro Λυχαυγια reſtituit Λυκωπια *Valcken.* ad *Schol.* in *Euripid. Phœniſſ.* p. 662.

635. Legendum videtur διαφθειροι.

In SCHOLIASTEM B.

Ad v. 393. Επιειω δη τοι, οὐ ην το σημειον recte ſe habent nec mutari debent.

421. Lege πεσηπτωτει αυτον δικη ομαιμων.

469. Lege ῥαθωσι.

562. Continuanda videtur oratio δια γλωττης ασωτως πολλων μνοιβεων ερηματων, πεξειων η κωλυματων.

564. Lege αντι θηριου, ὡσπερ επωνυμιον εςι το δακος.

590. Forſan legendum eſt αλλα της μητρος δακρυα.

622. Delenda videntur Ως] ἐπι, mox enim repetita loco idoneo leguntur.

629. Lege τουτεςι των σπιδει.

633. Lege εις τελος αγετε.

708. Lege την του πατρος αραν απελασαι, φησι, παραιραθημιν τοις θεοις.

713. Legendum omnino eſt ὡς ει μη τον εθελησεις.

775. Pone comma poſt Οιδιπους, non poſt αινιγμασιν.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 815. Αμφιλεκτως] *Pauwium* ad hunc verſum neſcio an ſatis aſſequor. An putabat vir doctus ουδ' αμφιλεκτως ſignificare Alter ab altero? Certe ſi hoc dicere voluit graviter hallucinatus eſt. Sed forſan præ nimia feſtinatione legit, Οιδ' αμφιλεκτως; atqui ne ſic quidem culpæ immunis eſt, neque enim ſignificatio iſta τῳ αμφιλεκτως jure tribui poteſt.

839. Γενεος Οιδιπου τ' αρα] In *Robortelliana* deeſt το τ', ideoque recenter inſertum ad fulciendum metrum reputari poteſt. Melius autem convenire το γ' recte monuerunt *Stanleius* & *Pauwius.*

840. Monometer dactylis conſtans quidem ſed ſyſtematis anapæſtici pars in trochæum deſinit, ideoque erit forſan qui emendationem ſtatim inſtituendam eſſe cenſebit. Mihi alia prorſus eſt ſententia, & ſyſtematum anapæſticorum genera duo longe inter ſe diſcrepantia, & legibus diverſis aſtricta, in Poetis Atticis evolvendis obſervaſſe mihi viſus ſum. Unum nempe legitimum, ex ſolis dimetris, monometris, & parœmiacis conſtans. Alterum anomalum quod cujuſvis moduli verſus admittit, & in quo parœmiaci pro lubitu ubicunque, ſententiâ etiam non abſolutâ, inſeruntur. In hoc autem genere anomalo legem illam nôn obtinere deprehendi quæ in ſyſtematibus legitimis ubique accurate obſervatur, quaque cavetur ne ſyllaba ulla in fine verſus τον αδιαφορον jure gaudeat niſi tantum in parœmiaci fine, idque poſt abſolutam jam ſententiam. At quin ſyſtema hoc quod præ manibus habemus ex anomalorum genere ſit dubitari non poteſt, cum verſus abhinc ſecundus & parœmiacus ſit, & vocali brevi proximo verſu a vocali incipiente terminetur, ſententiam tamen minime abſolvat. Vide quæ notavimus ad *Euripid. Iphig. in Aulid.* v. 130.

V. 848. Βουλαι δ' απιςοι Λαϊου διηρκεσαν] Βουλαι απιςοι non *infida conſilia*, ſed *incredula conſilia*, vertere debebat *Stanleius*, aut forſan adhuc melius, *refractaria*, ut απιςος eodem ſenſu quo απειθης accipiatur. Ita infra v. 881. φιλων απιςοι, & v. 1038. Εχουσ' απιςον τηνδ' αναρχιαν πολει.

851. 852. 853. Nihil hîc immutari oportet niſi in metrorum diſpoſitione, quæ ad hunc modum conſtitui debent,

Ιω πολυςονοι τοδ' ειργασαθ' α-
πιςτ' ηλθε δ' αιακ-
τα πηματ' ου λογῳ

In conjecturis *Pauwianis* tranſpoſitio του δε ſtructuræ nitorem corrumpit; interpoſitum το τε velut cauda languidiſſima appenditur.

855. Διπλαι μεριμναι, διδυμανορια] Διδυμανορια Græcum non eſſe pronunciare difficillimum eſt, cum voces pro lubitu compoſitas amet *Æſchylus*, & plurima talia apud eum occurrant quæ alibi fruſtra requiras.

ras. Διδυμανορα κακα ſunt *Duorum virorum infortunia.* Eandem notionem exprimunt præcedentia, Διπλαι μεριμναι, ſed hæc apertius multo & evidentius. Diſtinguendum enim cenſeo poſt κακ', non poſt αυτοφονα, ut hoc cum παθη connectatur. Quem vero locum hîc habere poſſit ανορεα ſubſtantive tertio caſu poſitum, cum nihil adſit a quo regatur, non video. Verſus autem iambicus eſt dimeter hypercatalectus.

V. 860. 861. 862. Αλλα γοον ω φιλαι κατ' ουρον
Ερεσσετ' αμφι κρατι πομπιμον χεροιν
Πιτυλον,] Κατ' ουρον cohæret cum ερεσσετ', *vento ſecundo remigate luctum*, id eſt, detractâ metaphorâ, ſerio & ex animo luctum ciete. Quemadmodum enim qui ſecundo vento remigant iter melius ac facilius expediunt, ita lamenta magis pathetica & copioſa ab iis proficiſcuntur qui ex animo, quam ab iis qui dicis tantum gratia plorant. πομπιμον πιτυλον cum γοον per appoſitionem connectitur. Quid ſit πομπιμος πιτυλος ſatis mihi intelligere videor, mortuos enim προπεμπει πιτυλος iſte, ſed quid ſit ουριος πιτυλος, quod *Pauwio* placet, me non aſſequi fateor.

863. Μελαγκροκον verti debuit, *vela nigra habentem*, quemadmodum exponit *Scholiaſtes*.

864. Ναυστολον θεωριδα] Θεωρις quidem ναυς eſt quæ θεωρους ab Athenis in Delum trajiciebat, ſed ναυστολον etiam pro ναυν poni novum eſſe credo & hactenus inauditum. *Pauwius* tamen hoc *Æſchyleum* eſſe affirmat; unum etiam e ſecretioribus eſſe ſuſpicor, cæteris certe quam ſimillimum eſt. Nos autem, quibus non licet eſſe tam beatis ut in ſecretiora iſta admittamur, dicemus adjective poſitum eſſe ναυστολον, & quemadmodum ναυστολειν ſignificat *vehere, trajicere*, παραπεμπειν, δια νεως αγειν (vide *Euripid. Oreſt.* v. 739. & ibid *Scholia*) ita ναυστολον θεωριδα hoc in loco *navem eſſe quæ mortuos vehit & trajicit.*

866. Πανδοκον, εις αφανη τε χερσον] Melius procedet oratio ſi πανδοκον abſque ταν, prout vulgo legitur, retineas; arctius enim inter ſe, quam cum præcedentibus, per copulam τε cohærent πανδοκον & αφανη, ideoque eadem omnino conditione uti, id eſt, abſque articulo utrumque poni, convenientius eſt.

895. Τετυμμενοι δηθ'] Hæc cum præcedentibus, deleta perſonæ notatione, non copulanda ſunt, quod ſuggerit *Pauwius*, ſed a Semichoro interjecta cum *Scholiaſtis* duobus ſtatuendum.

908. Ionicus eſt a majore dimeter acatalectus.

V. 913 & 915. Antiſpaſtici non iambici dicendi ſunt cum ſecunda ſede ſpondæum habeant.

915. 916. Διαλλακτηρι δ' ουκ αμεμφια φιλοις
Ουδ' επιχαρεις αρης] Φιλοις æque cum αμεμφια & επιχαρεις jungi debet.

919. Ταχ' αν τις ειποι, τινες] Ταχ' αν τις ειποι miſere flacceſcit, ut *Pauwiano* verbo utar, & frigidiſſimum ſane eſt, ſi a τινες divellatur. Hæc ſolus *Robortellus* recte diſpoſuit, hoc verſu cum præcedente & ſequente eidem Semichoro tributis, cum adſtipulatur Codex *Arundel.* & ipſe etiam *Scholiaſtes* ſi recte intelligatur, quod *Pauwio* non contigit. Σιδηροπλακτοι ταφων λαχαι nec ſunt nec eſſe poſſunt *Sepulcra eorum qui ferro perierunt.* Si hoc dicere voluiſſet *Æſchylus* nunquam λαχαι ſubjunxiſſet. Nunc denotantur *Sepulcra quæ ferri ictu ſortiti erant fratres iſti.* Ita enſis, qui juxta Oedipi imprecationes poſſeſſiones & regna paterna iis ſortiri debebat, revera utrique ſepulcri paterni partem ſortitus eſt. Λαχη hîc non *foſſa*, ut interpretantur *Scholiaſtes* & eum ſecutus *Stanleius*, ſed *ſortitio*, & ita ab *Heſychio* exponitur.

921. Προπεμπει δαϊκτηρ γοος] Δαϊκτηρ γοος, id eſt ϛηθια δαϊζων, *pectora planctibus dilanians*; luctus enim Antigonæ & Iſmenæ hîc innuitur.

923. Ionicus a majore eſt dimeter acatalectus.

924. Δαϊφρων, ου φιλογαθης ετυμως] Το ετυμως manifeſte gloſſema eſt quo aliquis εκ φρενος quod verſu proxime ſequitur interpretatus eſt, quodque adeo ad marginem adſcripſerat. Delendum igitur cenſeo, cum nec *Robortellus* agnoſcat, nec Iſte qui metra declaravit in ſuis invenerit. Ita verſus ionicus erit a minore dimeter acatalectus.

925. Δακρυχεων εκ φρενος, ἁ] Scholiaſtes B. το ἁ exponit ἡ φρην μου, quod, cum de anima duarum ſororum, non Chori, ſermo fuerat, plane admitti non poteſt. *Stanleius* rectius ad γοος refert, ſed tunc omnino reponendum ὃς, nuſpiam enim γοος cum fœminino junctum me reperiſſe memini.

927. Τονδε δυοιν ανακτοιν] Mallem τανδε δυοιν ανακτοιν. Genitivus enim hicce regitur a præcedente γοος, & manifeſtum eſt hîc intelligi Antigonam & Iſmenam, non Eteoclem & Polynicem. *Conſtantinus* in Lexico notat vocem αναξ apud *Æſchylum* fœminino genere reperiri.

929—932. — ὡς ερξατην
Πολλα μεν πολιταις,
Ξενων τε παντων στιχας
Πολυφθορους εν δαϊ] Recte pro πολιταις πολιτας repoſuit *Pauwius*; fallitur tamen proculdubio cum πολλα τῳ παντων opponi putat, & ad πολιταις

λιπτοις pertinere, quaſi pro πολλοις ita cogente metro ſcriptum ſit. Hoc enim plane ſolœcum eſſet, & quod nec Grammaticæ ratio nec Græci ſermonis indoles admittere poſſet. Deinde ερξατην (id eſt, ερξατην a ῥεζω, non ab εργω, ut putavit *Pauwius*) πολυφθορους, pro eo quod eſt *multis detrimentis affecerunt*, barbarum prorſus eſt; neque ullus Græcus, nedum Atticus ſcriptor unquam ita locutus eſt. Ρεζειν operationem denotat quatenus in ipſo facto terminatur, nec mutationem in perſona quacunque ex facto ortam reſpicit; Ποιειν utrumque, & operationem in ipſo facto terminatam, & mutationem in perſona aliqua inde ſequutam, exprimit. Ita ποιειν σοφον vel ευδαιμονα recte dicitur, non item ῥεζειν σοφον vel ευδαιμονα, multo minus πολυφθορον. Sed hoc etiam ex *Pauwii* ſecretioribus unum eſſe duco. Quanto melius fuiſſet τα κακα ad πολλα ſubauditum quantumvis durum concoquere? Et quid demum in iſta conſtructionis forma adeo durum eſt ac difficile? Το ποιειν, quatenus in eadem notione qua το ῥεζειν uſurpatur, ac proinde το ῥεζειν, duobus accuſativis, uno rei, altero perſonæ, recte jungi notius eſt quam ut exemplis probari indigeat. Τινα autem ῥεζειν πολλα aut πολλα αγαθα aut πολλα κακα denotabit, prout orationis ſeries, aut res ipſa de qua ſermo eſt, poſtulabunt. Hoc igitur loco πολυφθορους εν δαϊ neceſſario κακα ſubaudiendum ſuppeditat. Proinde ita totum locum verte; *Fas vero dicere eſt de miſeris quod intulerint multa mala civibus omniumque exterorum turmis, utriſque quippe multis in bello detrimentis affectis.*

V. 947. Periodus eſt catalectus a ſyzygia trochaica incipiens.

948. Antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus; λυτηρ enim primam nunquam corripit, ſed νεικεων patitur ſynizeſin.

954. 955. Ita hi verſus potius conſtituendi,

Εχουσι μοιραν λαχοντες, periodus

Ω μελεοι, διοσδοτων αχεων choriambus trimeter brachycatalectus.

956. 957. Υπο δε σωματι γας

Πλουτος αβυσσος εσται] Υπο σωματι γας pro εν αδη poſitum cras credam, atqui etiamſi hodie crederem, nunquam certe credam, aut Poetam, aut Athenienſes, aut Thebanos, ullius ævi, credidiſſe fratres iſtos bona de quibus vivi tantis animis decertaverant, id eſt, regnum Thebanum opeſque paternas, in orco poſſediſſe. Non ſolum Homerus, quem maxime ſecutus eſt *Æſchylus*, contrarium prorſus docuit, ſed affirmare non vereor nullum fuiſſe ſæculum quo Græci credebant, bona ac facultates quas vivi poſſederant, homines etiam poſt mortem in orcum uſque ſequi. Non ita remotum eſt nec ſecretum quod Poeta dicere voluit. Vivi de patrimonio herciſcundo decertaverant fratres; ideo dicitur, eos nunc quemque partem ſuam ſortitos eſſe, non patrimonii quidem, ſed malorum a Jove miſſorum. De terræ poſſeſſione vivi contenderant, ideoque additur, Terræ etiam eos immenſas poſſeſſiones, ſed ſub cadavere eorum inhumato ſitas, nunc poſſidere. Quidquid ſcilicet Terræ ſubter eorum cadavera inhumata ſitum erat iis quaſi poſſeſſio tribuitur. Sed quoniam ταυτα hæc non tam pathetica quam ſarcaſtica, &, ut notat *Scholiaſtes*, κατ' ειρωνειαν dicta videtur, idcirco hæc a Semichoro, non ab Antigona pronunciata cenſeo. Et in quibuſdam exemplaribus Semichoro revera eſſe tributa docet *Stephanus*; ſed tunc præcedentia etiam duo commata quæ incipiunt Ομοσποροι δητα & Πικρος λυτηρ non Iſmenæ & Choro ſed duabus Semichoris tribui debent; quod & circa prius in iiſdem exemplaribus factum diſerte monet *Stephanus*, unde concludere quanquam illo tacente licet æque etiam factum circa poſterius. *Scholiaſtem* autem B ſecundum propriam hujus loci interpretationem emendavit *Pauwius*, quæ cum erronea oſtendatur, nihil in illo immutandum eſt.

V. 958. Epitritus primus cum antiſpaſto συμπαθειαν habet maximam, ideoque duos tales dipodias in antiſpaſtico jungi minime mirum eſt. At ſi hoc demus recte non fieri, quare auxilium etiam ab ultima ſyllaba ſuppeditatum (auxilium a *Pauwio* quam ſæpiſſime advocatum) hîc quam alibi levius ſit exiſtimandum non ſane video. Ιω in his γοοις elegantius multo & accommodatius eſt quam Ω.

959. Ionicum a minore eſſe duco catalectum ex ditrochæo & ionico catalecto conſtantem.

960. Cum ſpondæus ſecundam occupet ſedem antiſpaſticus omnino dicendus eſt hic verſus.

978. Cum εφθιτο ſecundam neceſſario corripiat ithyphallicum credo vix hîc inveniet *Pauwius*. Antiſpaſticum eſſe arbitror.

983. Antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus.

985. Legendum eſt τειτυς, ſimplici υ, ut vitetur in ſecunda ſede iambici anapæſtus. Vide quæ *Pauwius* & Nos ad v. 706.

990. Anapæſtum in ſecunda iambici ſede habes; ſed remedium in promptu eſt, legendo ſcilicet απωλεσιν δη.

V. 991.

V. 991. Verſus eſt antiſpaſticus dimeter hypercatalectus ex dijambo antiſpaſto quinqueſyllabo & ſyllaba. κ' ἐπαθεν pro και ἐπαθεν admitti haudquaquam poteſt, quod jam ſæpius monuimus; legendum eſſet και 'παθεν, quod parum *Pauwio* placeret.

992. Δυστονα κηδε' ὁμωνυμα] Cum alluſionem ad unius Polynicis nomen ad ambos fratres pertinere, iiſque recte accommodari poſſe, ipſe contendat *Pauwius* ad v. 835. non video cur non idem hîc quoque dici poſſit. Certe ὁμωνυμα abſque ullo ad ονομα quodcunque reſpectu vix intelligo.

993. Διυγρα πεπαλτων πηματων] Διυγρα hîc ſignificare puto *efflorescentia adhuc & vigentia.* Metaphora ducta eſt ab herbis vel arboribus, quæ dum virent florentque humore ſunt plenæ quo exareſcente ſtatim moriuntur.

1001. Δορος γε τωγ' αντηρετας] Non Polynices huic Eteocli, ſed Polynici huic tu Eteocles cum haſta oppoſitus. Hæc enim cum præcedentibus connectenda ſunt ab Iſmena dictis Συ δ' ουδεν ὑστερον μαθων.

1003. Hic verſus in duos debet dividi,

Αν. Ιω πονος ὀιφ' ἡμιν ionicus a majore dimeter catalectus

Ισμ. Ιω, ιω, κακα δωμασι iambicus dimeter acatalectus.

1005. Ιω, ιω, και προσω γ' εμοι] Προσω eſt προσω προ παντων, hoc enim proxime præceſſerat. Verte, *longe ante omnes mihi.*

1008. Spondæum in ſecunda ſede habens antiſpaſticus eſt.

1012. Periodicus eſt duplex catalectus ex ſyzygia iambica, altera trochaica, & deinde altera iambica catalecta.

In SCHOLIASTEM A.

Ad v. 864. Corrupta ſunt hîc quædam; forſan legendum ὑπερ ουδεν ὁ στονος, & αναγκην pro αναπνοην.

881. Legendum videtur ᾑ οὐς πολλα κακα ουκ ειδημασιν.

895. Delenda videntur, quippe e repetitione nata, εν τῳ μεσῳ ερησε τον ἑτερον.

In SCHOLIASTEM B.

Ad v. 860. Vox una aut plures hinc excidiſſe videntur; ita igitur ſcribe, ηγουν προς * * * * τοις στεναγμοις ποιωμεν.

882. Lege ει και Πολυνεικης βια Κρεοντος, & poſtea μελεως δε ειπειν εδει.

894. Lege ὡς ἑκατερον τη δεξια χειρι.

901. Lege σφαγεντες γαρ αυτοι απολωλασι.

914. Ita lege & diſtingue, ει γαρ τις αυτων εζη, ὁ μεν μονος ειχεν, ὁ δε θανων αποστεροιτο· ει δε και αμφω, επλεονεκτει αν, ὁ μεν ποτε εκεινου, ὁ δε τουτου, καθαπερ και προσθεν εγενετο.

961. Plura hîc corrupta; legendum videtur δειγμα της νικης, & poſtea, τοσουτον ὑπερβαλλομενη τα παρος δυστυχηματα ὡς παντελως εξεργασασθαι ὁλον το γενος αυτου.

1012. Corrupta ſunt hæc & difficillime reſtituenda, quia ipſe *Scholiaſtes* fallitur, nec veram loci interpretationem eſt aſſecutus. Forſan legi poteſt, το εν ευνη, η παρα την ευνην αυτου, ηγουν ουκ εκτος.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 1016. Θαπτειν εδοξε γης φιλαις κατασκαφαις] Ideo φιλαι hîc dicuntur κατασκαφαι quia Eteocles non pro inimico aut perduelli, ut Polynices, a civitate habebatur; neque aliud magis reconditum hîc quærendum.

1027. ᾔρει πολιν eſt, *urbem quantum in ſe fuit cepit.* Simili prorſus formula voluntas pro facto ponitur apud *Euripidem Phœniſſ.* v. 1628.

Επει δ' εγενομην, αυθις ὁ σπειρας πατηρ
Κτεινει με.

κτει πολιν, *petebat urbem,* pro eo quod eſt *urbis imperium ſibi tradi poſtulabat,* nec Græce nec Latine dicitur.

V. 1028. 1029. Ουτω πετεινων τονδ' ὑπ' οιωνων δοκει
Ταφεντ' ατιμως, τοὐπιτιμιον λαβειν] Ecce ex ſecretioribus *Pauwii* aliud, ſed auſpiciis æque ac cætera infelicibus natum. ὑπο πετεινων οιωνων cum ταφεντα jungi vult, ac ſignificare, *ſub aperto aere in quo volitant alites projectum jacere.* Sed quis unquam ita locutus eſt? Nihil magis manifeſtum eſt quam iſta, ὑπο πετεινων οιωνων, a τοὐπιτιμιον λαβειν (quanquam hoc, quod miror, *Stanleium* quoque fugit) omnino pendere. Conſtructio eadem eſt ac ὑπο των δικαστων αποθνησκειν. Lepidiſſimum autem eſt quod addit *Pauwius*, ineptum ſcilicet eſſe *Æſ-*

chylum

chylum ſi intelligatur ut vulgo intelligitur. Nam alitibus hîc concedens cadaver, paulo ante canibus, & paulo poſt lupis, ipſe ſibi adverſus ſcripſiſſet perquam ridicule. Quidquam ſuavius unquam dici potuit? Quaſi ſcilicet repugnaret idem cadaver canibus lupis & alitibus ſimul devorari, aut id decreto civitatis cautum eſſet, aut caveri potuiſſet, ut Polynicis cadaver inhumatum extra urbem projectum a canibus ſolis, & non ab alitibus etiam & lupis, dilaniaretur ac voraretur. Id nimirum Thebanis curæ erat. Vide *Sophocl. Antig.* v. 211. 212. 1093. 1094.

V. 1036. Εγω σφε θαψω, κἂν τα κινδυνον βαλω] Αναβαλλειν κινδυνον idem ſignificare quod αναρριπτειν κινδυνον, id eſt, *ſubire periculum*, nunquam credam donec idoneis teſtimoniis probetur, quod nunquam fore mihi perſuaſum eſt. Interim ſubaudiri dicam πραγμα, *rem in diſcrimen conjiciam*, ſenſu eodem, conſtructione diverſa, at, ut puto, veriore.

1039. Δεινον το κοινον σπλαγχνον, οὑ πεφυκαμεν, Μητρος ταλαινης, κἀπο δυστηνου πατρος] Planiſſimum iſtud ac Blandum *Pauwii*, και του δυστηνου πατρος mihi non valde adblanditur. Non enim εκ πατρος, ſed εκ μητρος μονον, σπλαγχνου εφυν Polynices & Antigone. Revera ad iſta verba κἀπο δυστηνου πατρος a præcedente adjectivo κοινον repeti debet το κοινον ὁ ημιν δηλονοτι παρεστιν απο δυστηνου πατρος οὑ ὁμοιως πεφυκαμεν.

1041. Τοι γαρ θελουσ' ακοντι κοινωνει κακων] Κοινώνει legendum eſt; nam indicativæ non imperativæ eſt formæ.

1055. Ηδη τα τουδ' ου διατετιμηνται θεοις] *Pauwio* omnino aſſentior, hæc, ut nunc leguntur, neminem unquam recte explicaturum. At neque ſi utramvis ejus conjecturarum admittas multo magis juvabitur ſententia. Argumentum enim prorſus infirmum eſt, Antigonam ideo recte honore afficere eum quem civitas odio habet, quoniam ſcilicet odium iſtud civitatis jamdudum occeperat. An idcirco, quæſo, minus juſtum erat? potius juſtiores habuiſſe cauſas quod tamdiu duraverat præſumendum erat. Adde quod hoc pacto neque aptum erit præconis reſponſum neque verum. Non aptum, quia effato negativa forma prolato contradicturus negative reſpondet, quod veritatem dicti agnoſcentis eſt, cum forma affirmativa reſpondiſſe oporteret. Non verum, quia negari non poterat quin civitas, priuſquam Polynices terram Thebanam armis invaſerat, Eteocli eum regni parte hæreditaria præter jus & æquum exuenti adhæſiſſet. *Grotii* igitur emendationem potius amplectendam exiſtimo,

Ηδη τα τουδ' ουδ' ητιμηνται θεοις.

Tantum pro ουδ', quod per ſententiam vix ſtare poteſt, ουκ reponi velim. Verte, *Res hujus adhuc non ſine honore reſpexerunt dii.* Innuit ſcilicet Antigone fortunas ſplendidas quas exul in Adraſti aula, filia ejus in uxorem ducta, conſequutus eſt Polynices.

V. 1059. Ερις περαινει μυθον ὑστατη θεων] Neque hæc intellexit *Pauwius*, quin interpretationem menti Poetæ prorſus contrariam ſuggerit. Sententia eſt, Contentionem ſermones in æternum producere, nec iis finem unquam ſtatuere. Verte, *Contentio præ diis aliis omnibus tardiſſime ſermonem ad finem perducit.*

1066. Πως τολμησω μητε σε κλαιειν] Aptiſſime verbo τολμαν uſus eſt Poeta; perquam enim cupiebat Chorus Polynicem fletu proſequi, & cum cupiditate iſta colluctandum ei erat. Vide quæ adnotavimus ad *Prom. Vinct.* v. 998. Simili etiam notione apud *Euripidem Hecub.* v. 325. 332. uſurpatum hoc verbum invenies.

1078. Κοινον τοδ' ακος] Lege αχος præeuntibus *Turnebiana* & prius vulgatis. Το ακος forſan ex errore Typographi irrepſit.

1086. Ταμαλιστα cum præcedente περιξ conjungi debet.

In SCHOLIASTEM B.

Ad v. 1013. Lege ὁτι περι τουτου η σκεψις ην.

1015. Legendum videtur, και αποδικτον ὑπαρχοντα τη γη ὡσπερ ὑπερ αυτης &c.

1049. Aliquid excidiſſe videtur inter η & ἰδειν, alia nimirum vocis δραπετιος interpretatio.

1059. Lege και δ' ὁτι παρασκευαζον.

NOTÆ

N O T Æ

I N

Æ S C H Y L I P E R S A S.

I N A C T U M P R I M U M.

V. 10. Κακομαντις αγαν ορσολοπειται] *Pauwii* de etymologia verbi ορσολοπεισθαι conjectura, quod ſcilicet ab ορσολοφος derivatur, incerta omnino mihi videtur. Meliori forſan jure deduci poteſt ab ορσολιπος, *qui cutem horrere & contremiſcere facit*; quod iis fere accidere ſolere notum eſt qui magnis terroribus agitantur. Inde deductum ορσολοπεισθαι generaliori ſenſu ſignificabit, *terreri*, *contremiſcere*. Certe ορσολιπος totidem literis ſcriptum reperitur in Etymologico Magno, quod non temere immutandum cenſeo. Herodianus, qui iſthic citatur, ab ορσοιπος, inſerta litera λ, derivatum perperam exiſtimaſſe videtur.

13. Νεον δ' ανδρα βαΰζει] Vox Ασια in præcedente Ασιατογενης quodam modo continetur, adeoque non tam hîc ſubauditur, quam inde quaſi απο κοινου repetitur. Elegantius certe, accommodatius, & magis emphatice dicitur ipſa Aſia juventutem ſuam tantum non omnem a Xerxe in Græciam abductam poſcere & inclamare, quam ſenes iſti e quibus conſtabat Chorus, aut iſtorum ſenum animi, id facere dicerentur. Οιχωχεν ιον ex obſcura diligentia ortum eſt varias Lectiones quacunque ratione multiplicantium. Poſthæc ſcripta video *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* 1489. hunc etiam locum ſollicitare, ſed fruſtra. Neque enim hoc verſu ita terminatur ſententia, ut parœmiacum poſtulet, quod manifeſtum eſt ex particula και, quæ verſum proxime ſequentem inchoat.

16. Οιτε το Σουσων, ηδ' Εκβατανων] Retinendum omnino eſt Οιτε, nam *Pauwii* Οι δε ſententiam plane corrumpit. Non enim hi diverſi ſunt a præcedentibus, ισχυς Ασιατογενης, ſed eorum pars, quæ cum cæteris quæ enumerantur partibus ita connectuntur; Οιτε το Σουσων &c. Αλλοις δ' ο μεγας &c. Αβροδιαιτων δ' επεται &c. Στευνται δ' ιερου &c. Βαβυλων δ' η πολυχρυσος &c. Το μαχαιροφορον τ' εθνος &c. Quando plura ſcilicet ejuſdem ſententiæ membra copulis connectuntur, recte & eleganter primo etiam membro additur copula. Ut το τε autem cum το Σουσων nectatur, nullâ unquam conſtructionis formâ licebit.

21. Οιος Αμιστρις] Recte hîc ponitur οιος; hac enim voce denotatur Amiſtrem, & cæteros quorum ſequuntur nomina, fuiſſe εκ των προλιποντων τας Σουσας ηδ' Εκβατανας.

24. Incuriâ lapſus eſt *Stanleius* dum ex *Suida* probare vult titulum μεγαλου βασιλεως non Perſarum Regi ſoli, ſed & aliis etiam regibus olim fuiſſe tributum. Non hoc enim dicit *Suidas*, ſed contrarium potius, nempe regio titulo, quando horum incidit mentio, populorum ſubjectorum nomina addi ſolere, ut Lacedæmoniorum, Macedonum, &c.

32. Nomen aliquod quadriſyllabum in locum του Σωσθανης potius reponendum. In anapæſtico enim parœmiaco anapæſtus ut plurimum, rariſſime ſpondæus ſyllabam catalecticam præcedere ſolet.

42. 43. — οιτ' επιπαν ηπειρογενες
Κατεχουσιν εθνος] Quanquam inſolentior paullo phraſis ſit, κατεχειν εθνος, nihil tamen innovandum cenſeo. Si inſolentiora omnia *Æſchylo* detrahantur, eâdem operâ & proprius ei ac peculiaris ſtyli character detrahetur.

44. — τους Μητραγαθης
Αρκευς τ' αγαθος, βασιλης διοποι] Quare epitheton αγαθος utriſque, Metragathi & Arceo, rectius adderetur, quam ſoli Arceo, nullam rationem video.

46. Ut conſtet metrum lege εξορμωσιν.

51. Λογχης ακμονες] Fruſtra hanc phraſin ſollicitat *Pauwius*. Genitivus ab ακμονες regitur, nec ad ſubauditam

auditam præpoſitionem ὑπο recurrere neceſſe eſt. Similis conſtructio apud *Æſchylum* non inuſitata. Ita *Prometh. Vinct.* v. 906. habes αυθαδης φρενων, quanquam neque iſthinc manus corruptrices abſtinere potuit *Pauwius.*

V. 65. Quæcunque duo ſyſtemata ita conſtituta reperiuntur, ut unumquodque quidem variis inter ſe genere metris conſtet, utrumque vero ex iiſdem prorſus cum altero numero verſibus, & genere metris, ſit conflatum, adeo ut ſibi invicem per omnia accurate reſpondeant, ea profecto antiſtrophica & ſunt, & dici debent. Iſta autem omnia in hæc ſyſtemata conveniunt; recte igitur antiſtrophica eſſe ſtatuit *Stanleius*, fruſtraque in monoſtrophicorum ordinem redigere ſatagit *Pauwius.* Verſus primus ionicus eſt a minore trimeter acatalectus, ſecundus & tertius ſimiles dimetri acatalecti, quartus & quintus unum conſtituere debent verſum primo ſimilem, ſextus & ſeptimus penthemimeres ſunt anapæſticæ, octavus eſt anapæſticus dimeter acatalectus.

81. Hæc ionica eſſe *Pauwio* aſſentior, & vocem κυανεον ſynizeſin pati, ut pronuncietur κυανουν, nam κυανον ſuppoſita contractione nunquam efficies.

87 — 90. Δοκιμος δ' ουτις ὑποστας
Μεγαλῳ ῥευματι φωτων,
Εχυροις ἑρκεσιν ειργειν
Αμαχον κυμα θαλασσης] Conſtructio eſt Ουτις δε οὑτω δοκιμος ὡστε ὑποστας μεγαλῳ ῥευματι φωτων ειργειν αμαχον κυμα θαλασσης εχυροις ἑρκεσιν. *Nemo vero ita virtute ac robore inſignis eſt, ut ingentis virorum torrentis vim ſuſtinere valens arcere firmis munimentis poſſit inexpugnabilem fluctum maris.* Quod ſcilicet in clauſulæ principio erat μεγα ῥευμα, mox incaleſcente paullatim Poeta ardentius dicitur αμαχον κυμα θαλασσης.

99. Εις αρκυστατα] Cum apud *Sophoclem Elect.* v. 1504. habeamus αρκυστατοις, & apud *Euripidem Oreſt.* v. 1432. αρκυστατας, & hic codices fere omnes repræſentent αρκυστατα, *Heſychium* potius ex his, quam hos e ſolo *Heſychio*, corrigi par eſt. Quoad vocis ſignificationem res eodem redit, ſive e σταω, ſive a ταω, derivetur, & metrum utrumvis æque admittit. Si legas αρκυστατα verſus in ditrochæo catalecto deſinet, ſicut in ionico catalecto ſi αρκυτατα reponas.

100. ὑπερ αλυξαντα eſt, *ſupra retia tranſiliendo evadentem.*

102. Strophe hæc prima, & quæ ei opponitur antiſtrophe, pro germanis & legitimis antiſtrophicis proculdubio habendæ ſunt, quanquam ex puris putis ionicis conſtent. Apud *Euripidem* enim in *Phœniſſis* ſtropham & antiſtropham habes ex ſolis dactylicis conſtantes; ſed ut iſtæ ex dactylicis variis, ita hæ e variis ionicis, dimetris ſcilicet acatalectis, catalectis, & hypercatalectis, componuntur. *Pauwius* autem, veritus nimirum ne, ſi antiſtrophe ex iiſdem genere carminibus quibus ſtrophe conſtaret, ſyſtemata hæc revera antiſtrophica exiſtimarentur, in iſtam varia carminum genera, ionica, anapæſtica, choriambica, trochaica, introduxit; metiendi ratio ſi vera eſſet, cum iſta omnia eadem prorſus in ſtropha pariter deprehendantur, quin ſyſtemata hæc antiſtrophica ſint neque ipſe negare, ſi ſibi conſtare velit, poteſt. Ita id quod maxime evitare conatus eſt, quantum in ſe fuit effectum præſtitit. Primos autem quatuor verſus recte conſtitutos ex *Stephaniana* dedit *Pauwius*, qui & recte ἐκρατησεν repoſuit. Quintus & ſextus ita conſtitui debent,

Δαπτειν ἱπποχαρμας ſimilis duobus proxime præcedentibus

τε κλονους, πολεων τ' αναστασεις dimeter hypercatalectus ex ionico pentaſyllabo ditrochæo & ſyllaba. αναστασεις in quibuſdam exemplaribus legi teſtis eſt *Stephanus.* Certe hiatus iſte in τε αναστασεις ferri non poteſt. Quæ in antiſtropha leguntur ad eadem metra facile a quovis redigi poterunt.

V. 114. Hæc etiam ſtrophe cum oppoſita antiſtropha revera antiſtrophica ſunt, quanquam ex ſolis trochaicis, ſed variis, *Euripideis* ſcilicet & penthemimeribus, conſtantes. Metra autem recte conſtituta a *Stanleio* exhibentur, niſi quod Οα extra metrum in v. 116 & 122. poni debet, quod & notavit Græcus metrorum Enarrator. *Pauwius* αντιστροφικοφοβιᾳ quadam verſus 119 & 120. in unum perperam compegit, & hoc pacto iambos in ſyſtema trochaicum introduxit.

126. Cum ſtrophe hæc quæ tertia vocatur, eique oppoſita antiſtrophe, variis genere metris conſtent, ſibi invicem vero optime reſpondeant, quin antiſtrophica ſint, negari etiam ab ipſo *Pauwio*, modo ſibi conſtet, non poteſt. Cum metra autem in vulgatis parum ſibi mutuo concordent, ita dehinc conſtitui debere cenſeo,

Πας γαρ ἱππηλατας creticus dimeter deleto τῳ quod otioſum eſt

Και πεδοστιβης λεως, trochaicus Euripideus

Σμηνος ὡς εκλελοιπε periodus catalectus

Μελισσαν, συν ορχαμῳ στρατου, antiſpaſticus dimeter hypercatalectus

Τον αμφιζευκτον ἐξα pherecrateus

μειψας

μεγάλας αμφοτέρας ἀλιον hepthemimeris dactylica

Περσα κειναι αιαι ithyphallicus

Antiſtrophe.

Λεκτρα δ' ανδρων ποθῳ,

Πιμπλαται δακρυμασι· neutra pluralia verbo ſingulari ſæpe junguntur

Περσιδες δ' αβροπενθεις,

Εκαστη ποθῳ φιλανορι,

Τον αιχμηεντα θουρον

Ευνατηρ' αποπεμψαμενα,

Λειπεται μονοζυξ.

V. 133. Λεκτρα δ' ανδρων ποθῳ] Fatendum eſt poſt ανδρων ποθῳ injucunde repeti ποθῳ φιλανορι; ſed quid facias? Nuſquam peccavit *Æſchylus?* Nihilve in ejus ſcriptis reperitur minus eleganter dictum? Nihil igitur temere innovandum cenſeo, præſertim cum ανδρων πονῳ, quod ex conjectura reponit *Pauwius*, vulgata etiam lectione longe languidius videatur.

V. 152. Βασιλεια δ' ημιν, προσπιτνω] Et metri & ſententiæ ratio poſtulare videtur ut reponamus,

Βασιλεια δ' ημιν, την προσπιτνω.

Notæ ad SCHOLIASTEM.

Ad v. 1. lin. 10. Ita forſan hæc reſtitui poſſunt, τα δε πιστα, τινες φασιν, ουχ ὑποπτευοντες τους κατα χειρα ἑαυτοις λεγειν, πιστωμαλα Περσων.

3. Quæ hic adnotata ſunt huc pertinere non poſſunt; ad præcedens πιστα referri debere puto, & reponendum eſſe, Πιστα] λειπει τα βασιλεια.

28. Quare εμπεδωτῳ, id eſt, *fixâ, ſolidâ,* hic ſtare non poſſit, non video.

70. Pro τεθηναι lege θεθηναι.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 165. In hoc verſu nulla commatis trochaici habetur ratio. Forſan reſcribi poteſt,

Ταυτα μοι μεριμνα διπλη 'φραστος εστιν εν φρεσι,

eliſa prima του αφραστος propter vocalem longam præcedentem. Porro μεριμνα αφραστος verti debet, *cogitatio non adhuc bene intellecta ac ſtabilita, nondum dijudicata.*

166. 167. Μητε χρηματων ανανδρων πληθος εν τιμη σεβειν,

Μητ' αχρημασιοι λαμπειν φως, ὁσον σθενος παρα]

Quamvis λαμπειν poſt σεβειν invenuſte forſan ſequi videatur, iſta tamen conſtructionis forma *Æſchylo* non diſplicuit. Similem profecto ſtructuram paulo infra v. 457 — 463. deprehendimus. Nihil igitur mutandum, neque opus eſt ut cum *Pauwio* reponamus εν τιμη πελειν. Iſta etiam, ὁσον σθενος παρα verti debent, *tantum quantum adeſt robur.*

174. Ων αν δυναμις ἡγεισθαι θελη] Multifariam peccat *Pauwii* ad hunc locum conjectura, ὡν, αν δυναμις, ἡγεισθαι θελης. Primo, ὡν θελης Græce non dicitur, ſed ὡν αν θελης. Deinde, αν δυναμις pro εαν δυναμις παρεστι, ſi quidem Græce, ſaltem duriſſime, ponitur. Poſtremo, aut ἡμιν cum δυναμις, aut ἡμας cum ἡγεισθαι, addi poſtulat ſermonis perſpicuitas; aliter, conſtructio obvia eſſet, ὡν αν θελης ἡγεισθαι εαν δυναμις σοι παρεστι. Vulgatam ſcripturam, cum ipſe *Pauwius* ſe eam non improbare fateatur, tueri non eſt neceſſe.

V. 194. 195. — και χερσιν εν τη διφρου

Διασπαραττει] Optime *Canterus* pro εν τη reſtituit εντη. *Pauwianum* εντη διφρου neque ullius omnino Scriptoris auctoritate ſe tuetur, neque cuiquam, opinor, arridebit. Paullo infra autem diſtinguendum poſt χαλινον quicquid dicat *Pauwius.*

202. συν θυηπολῳ χερι] Verte, *cum ſacrificiis miniſtrantium manu,* id eſt, catervâ. Aliter præpoſitio συν prorſus otioſa eſſet. Et in hoc ſenſu non flacceſcit χερι poſt χερσιν, ſed emphaticum eſt.

204. Ων τελη ταδε] Hæc ad θυηπολῳ χερι, non ad δαιμοσι, referri debere exiſtimo.

207. Μεθυστερον δε κιρκον εισορω δρομῳ] Volucrum δρομος eſt volatus. Neque accipitres unquam humi ſtantes, ſicut galli gallinacei, ſed ſemper in aere volantes pugnant, quod norunt periti. δρομῳ πτερυξ εφορμαινοντα igitur verti debet, *celeri volatu alis irruentem.*

213. 214. Κακως δε πραξας, ουχ ὑπευθυνος πολει·

Σωθεις δ' ὁμοιως τησδε κοιρανει χθονος] Sententia quæ e vulgatis emergit nihil minus quam inepta eſt, ſed eam parum aſſecutus eſt *Pauwius.* Ea Choro declaraverat Atoſſa quæ ſibi in ſomniis ac vigilanti videri contigerat; & nunc addit, ea ſibi viſu fuiſſe terribilia, ſeque credere eadem Choro audita non minorem metum incutere. Timebat nimirum ne iis portentis ſignificaretur exercitus

ercitus Perſici clades. Cætera enim quod attinet ſecura, dicere pergit, Chorum optime noſſe Xerxem, ſi proſpera quidem uſus ſit fortuna, virum omnibus admirandum evaſurum; ſin minus proſpere ei ceſſerit hæc expeditio, nemini tamen adminiſtrationis rationem reddere teneri, ſed ſi ſalvus modo redeat, eodem modo ac hactenus iſti regioni imperaturum. Hæc hujus loci ſententia eſt. Contra autem ita objicit *Pauwius.* Quid metuendum Reginæ & Choro, ſi eodem modo imperaret Rex victus quo vincens? Quid audio? Annon ſatis juſtam metûs cauſſam habebant ne rex propoſito excideret, & exercitus ille ingens, flos juventutis ac militiæ Aſiaticæ, immo Aſiæ totius robur, ab hoſtibus profligaretur, ac forſan internecione deleretur? Annon metuendum erat ne ipſe Rex una cum exercitu periret? Illud tamen prius id erat quod maxime portendi crediſſe videtur Regina, ideoque ſtatim addit, quaſi proprios timores conſolans, quanquam infeliciſſime rem geſſerit Xerxes, ſpem tamen ſupereſſe omnia damna reſarciendi, modo ipſe tandem ſalvus redeat; eum enim, cum nemini ſit obnoxius, imperium paternum proculdubio retenturum. Hæc interpretatio confirmatur etiam ex v. 519. ubi Atoſſa, cum ex Nuncio audiviſſet exercitum prope totum deletum, exclamat, hanc calamitatem ſomnium ſuum aperte ſibi patefeciſſe. *Pauwii* autem emendatio pro ὁμοιως reponentis ὅπως bis peccat. Primo ὅπως pro πως in ea notione nunquam uſurpari exiſtimo qua interrogatio negationi æquipollet. Deinde, ſententia ſibi ipſa contradicit. Quare enim, etiam poſt exercitus cladem, non iſtius terræ imperium retineret, qui diſertis verbis dicitur nemini eſſe obnoxius? Aut quis civitati magis obnoxius dici poteſt, quam ille qui ob rem male geſtam regno exuitur?

V. 232. Δυσμαις φθινασματων] Durius dictum eſſe, adeoque mihi non admodum placere non diffiteor. Nihil tamen muto.

234. Πασα γαρ γενοιτ' αν Ελλας βασιλεως ὑπηκοος] Verte, *Ita enim cuncta Græcia fiet regi ſubdita.*

247. Τουδε γαρ δραμημα φωτος Περσικον πρεπει μαθειν] Verte, *Hujus enim viri curſuram Perſicam,* ſive *ex more Perſarum,* id eſt, Perſæ cujuſdam eſſe, *advertere convenit.*

256, 257. Ita horum verſuum metra conſtituenda,

Ανια γ', ανια κακα, penthemimeris trochaica

Νεοκοτα και δαια, αι, αι. periodus;

& in antiſtropha,

Η μακροβιοτος

Οδε γε τις αιων ιδειν.

Αιαι pro Ανια poſui *Pauwii* conjecturam ſecutus.

V. 259. Ionicus eſt a minore dimeter brachycatalectus.

260. Ως παντα γ' ες' εκεινα διαπεπραγμενα] Verte, *Omnia ſcilicet iſta peſſundata ſunt.* De exercitu Perſarum loquitur Nuncius. Eodem ſenſu infra Noſter v. 517.

Οι 'γω ταλαινα διαπεπραγμενου στρατου.

277. Πλαγκτοις εν διπλακεσσιν] Receptam hanc lectionem prout vulgo intelligitur jure reprehendit *Pauwius,* quod ſic Chorus male a litoribus, de quibus Nuncius loquitur, ad navium tabulas tranſit; ipſius tamen, quod mirere, emendatio eâdem culpâ laborat. Nihil autem immutandum; πλαγκτοις εν διπλακεσσι verti debet, *apud gemina litora fluctibus verberata.* Πλαξ proprie eſt *tabula* vel *planities* quæcunque. Inde etiam *acta* vel *litus* quod mari alluitur, quia planum plerumque eſt, πλαξ non improprie dicitur. πλαγκτος vero non hîc *errabundus* ſignificat, ſed *quaſſatus, verberatus,* ut apud *Sophoclem Ajac.* v. 602. Salamis dicitur ἁλιπλαγκτος. Ita apud *Heſychium* πλαγχθεντες, πληγεντες. Quia autem pugna iſta navalis in ſinus Saronici fundo prope Salamina commiſſa erat, ideo voce διπλακεσσι uſus eſt Poeta, ad gemina Atticæ & Argolidis litora, quæ ſinum iſtum maxima ex parte circumcingunt, denotanda.

280. Nihil hîc immutandum, cum in antithetico δαιοις pro diſſyllaba haberi poſſit.

281. Fallitur *Pauwius.* Penultima in δυσαιανη longa eſt. Semper ſaltem apud Pindarum producitur, ut & infra v. 639. 945. Legendum igitur puto,

Δυσαιανη Περσαισι δαιοις

ut verſus antiſpaſticus ſit dimeter hypercatalectus ex duobus epitritis, primo & tertio, & ſyllaba, δαιοις enim hîc vox eſt diſſyllaba, aut epitritus alter pentaſyllabus dici poteſt, prima in δαϊοις ſequente vocali correpta. In antiſtropha ut metrum concordet reponi poteſt, partim præeunte *Pauwio,*

Μεμνησθαι τοι παρεστι ὡς πολ-

ubi epitrito tertio opponitur dijambus, quod rite fieri nemo dubitabit.

282. Cum *Pauwio* reſcribendum puto,

Ως παγκακως ἁπαντ' εθεσαν,

ut verſus ſit glyconius ex epitrito tertio & antiſpaſto pentaſyllabo, cui pulchre reſpondebit in antiſtropha,

λας Περσιδων ματαν εκτι

V. 289.

V. 289. Ut hic verſus antithetico reſpondeat ſcribendum eſt,

ουν ευνιδας ωδ' ανανδροις.

Ευνιδας penultimam neceſſario corripit cum ab ευνις ultima brevi ſit inflexio; vide Homer. Iliad x. v. 44. *Euripid. Iphig. Aul.* v. 397. 807. Ita epitrito tertio opponetur epitritus primus pentaſyllabus, & legibus metricis abunde ſatisfiet, cum antitheticorum uterque ſit pherecratius, neque ut pes pedi ad amuſſim reſpondeat omnino ſit neceſſe. Ευνιδας autem hîc verti debet, *orbas*, non, *conjuges*. Ideoque conjuges Perſicas fruſtra orbas & viduas factas dixiſſe videtur Poeta, quia ex calamitate iſta nullum omnino emolumentum patriæ acceſſerat.

297. 298. — ὅς τ' επι σκηπτουχια

Ταχθεις, ανανδρον ταξιν ηρημου θανων] Verte, *quique ſceptrigeris præfectus cohortem eviratam duce deſtitutam reliquit moriens.* Σκηπτουχοι iſti non erant *Satrapæ*, aut qui ſupra appellantur βασιλης βασιλεως ὑποχοι, ſed revera *Eunuchi*, unde ανανδρον ταξιν ſubjungit Poeta. Regii corporis apud Perſas cuſtodiam eunuchis primus commiſit Cyrus, teſte Xenophonte Cyropæd. p. 540. edit. *Hutchinſon.* Hi ſatellites numero trecenti erant, & Σκηπτουχοι appellabantur. Vide Eund. ibid. p. 596. iiſque primus præfuit Gadates ipſe eunuchus ibid. p. 611. & 351. Vide & p. 509.

313. Φαρνουχος, ουδε νεος εκ μιας πεσων] Attici augmentum nunquam abjiciunt; lege igitur εξεπεσεν μιας. Nomen autem Φαρνουχος, cum Perſiacum idioma magis quam Αρνουχος quod commentum eſt *Pauwii* redoleat, & Herodoti auctoritate firmetur, retinendum cenſeo. Ασυνδετα talia non raro apud *Æſchylum* occurrunt. Vide infra v. 970.

325. Κειται θανων] *Æſchylo* non inuſitatum fuiſſe, cum plures nominativi inter ſe copula connexi ponuntur, ſubjungere verbum ſingulare quod a poſtremo immediate regitur, manifeſtum eſt ex proxime præcedentibus,

Και Μαγος Αραβος, Αρταμης τε Βακτριος
— κατεφθιτο.

Nihil igitur mutandum.

327. Κιλικων επαρχος] Quæ *Pauwio* nitere videntur mihi plane ſordent. Syenneſis non erat αρχος απο Κιλικων, ſed ipſe Κιλικων αρχος, quod oſtendit *Stanleius.* Quapropter ſi επαρχος non placet, reſcribendum cenſeo ιπαρχος.

344. Μη σοι δοκουμεν τηδε λειφθηναι μαχη;] Τηδε non debet cum μαχη conjungi, ſed ſeorſim ſumptum verti, *hac ex parte*, id eſt; quod ad numerum attinet. Ex ſequente autem αλλα manifeſtum eſt, το μη non hîc interrogative, ſed negative, poni. Legendum igitur omnino eſt δοκωμεν, *Ne tibi videamur.*

V. 349. Ανδρων γαρ οντων ἑρκος εστιν ασφαλες] Nullam hîc emphaſin quærendam exiſtimo. Ανδρων οντων verti debet, *dum viri Athenis ſuperſint.*

376. Lege εγεγνοντο, retento augmento.

382. Διαπλοον καθισασιν hîc poni pro κατα διαπλοον ισασιν vix ac ne vix quidem perſuaderi mihi patiar, præſertim cum hoc non de navibus dicatur, ſed de omni turba nautica. Proculdubio vertendum eſt, *Navigatione occupatum tenuerunt.*

388. Πρωτον μεν ηχη κελαδος Ελληνων παρα] Egregie omnino pro ηχη *Pauwius* reſtituit ηδη.

393. Παιαν' εφυμνουν σεμνον Ελληνες τοτε] Φυγη in verſu præcedente regitur ab επι in εφυμνουν, quod latuiſſe videtur *Pauwium.*

411. De ſignificatione vocis δορυ apud Poetas, locis a *Stanleio* allatis adde *Euripid. Cyclop.* v. 15. 19.

414. αρωγη δ' ουτις αλληλοις παρην] Omnino retinendum eſt αρωγη δ', neque admittendum quod comminiſcitur *Pauwius*, αρωγη τ'. Hoc enim vult Poeta, Quamvis multitudo navium in anguſto coacta eſt, nullum tamen illis a ſe invicem mutuum auxilium aderat. Ελληνικαι τε νηες connectuntur cum πληθος ηθροιστ', & quæ interponuntur parentheſi includi debent.

416. Lege Επαιον τ', augmentum enim non reſpuit metrum.

418. ὑπτιουτο δε] Structura & connectio orationis videtur poſtulare ὑπτιουτο δη.

419. θαλασσα δ' ουκ ετ' ην ιδειν] Male hujus loci conſtructionem ita explicat *Pauwius*, θαλασσα ουκ ετ' ην θαλασσα ιδειν. Vera conſtructio eſt θαλασσα ουκ ετ' ην ὡςτε τινα ιδειν εκεινην, *mare non amplius exiſtebat quod ad viſum attinet*, vel adeo ut quiſquam id poſſet videre.

421. Εκπληθουσι] Legendum omnino eſt cum *Robortello* επληθον. *Aldinum* επληθυνον, cum penultimam producat, reſpuit metrum.

428. Εως κελαινης νυκτος ομμ' αφειλετο] Το αφειλετο referri debet, tum ad proxime præcedens πελαγιαν ἁλα, tum ad Perſas, qui naufragi & fluctibus jactati a Græcis cædebantur, quorum etiam in præcedentibus ſit mentio. *Pauwii* conjectura reponentis αφειλκετο ſtare non poteſt. Nam præpoſitio απο, quæ jam verbo αφειλκετο aperte adeſt, præpoſitionis diverſæ ὑπο ellipſin plane excludit, & conſtructio neceſſario eſſet, εως ομμα ειλκετο απο κελαινης νυκτος.

 V. 447.

V. 447. προσθε Σαλαμινος τοπων] Sana eſt vulgata lectio. Ita infra v. 792. habemus τον Ελληνων τοπον. τοπος ſitum denotat, nunquam magnitudinem.

448. 449. — εν ὁ φιλοχορος

Παν εμβατευει, ποντιας ακτης επι] *Pauwius* reponit ποντιας ἁλμης επι, ſed perperam. Voce enim ποντ jam prius poſita, redundant plane hæc, & frigidiſſime adduntur. Præterea, cum verbo εμβατευει arcte cohærent, neque ea cum εν connecti patitur ſyntaxeos ratio.

453. Εναλιων] Lege εναλιον. Vide quæ notavimus ſupra ad *Prometh.* v. 345. & ad *Euripid. Hecub.* v. 39.

458. Lege 'κυκλουντο, augmento eliſo propter verſum præcedentem in vocali poſitione longa deſinentem.

463. Synizeſin patitur κρεωκοπουσι.

466. ἑδραν ευαγη aptiſſimum eſt. Eadem ſententia apud *Euripidem Supplic.* v. 652. habes ευαγη πυργον.

482 — 485. Στρατος δ' ὁ λοιπος εν τε Βοιωτων χθονι

Διωλλυθ', οἱ μεν αμφι Κρηναιον γανος

Διψει πονουντες, οἱ δ' ὑπ' ασθματος κενοι

Διεκπερωμεν ες τε Φωκεων χθονα] Quidquid dicat *Pauwius*, hic locus aut mutilus aut corruptus ad nos pervenit, & utrumque fortaſſe verum eſt. Nihil certe in ſequentibus invenies quo referri poſſit particula copulativa τε, aut quod cum præcedentibus connectat. Vide modo ſeriem orationis. "Exercitus vero reliquus (aut, juxta *Pauwium*, eodem enim res redit, reliquum vero exercitum quod attinet) & in Bœotorum terra periit, pars quidem circa Κρηναιον γανος ſiti laborantes, pars vero præ anhelatione inaniti tranſimus in regionem Phocenſium." Eorum ſcilicet qui in Bœotiâ perierunt, pars circa Κρηναιον γανος abſumpta eſt, pars Bœotia trajecta in Phocida evaſit; hanc enim vim habent οἱ μεν & οἱ δε, quod omnibus notum eſt. Deinde, quid ſibi velit Κρηναιον γανος juxta cum ignariſſimis ſcio, nec Commentatorum quiſquam Lectorem inſtruere vel uno quidem verbulo dignatus eſt. *Scholiaſtes* ſane dicit Κρηνην eſſe locum Bœotiæ, & fontes revera eſſe in Bœotia plurimas, ut & alibi, minime nego, ſed locum quendam in ea regione reperiri κρηνην appellatum ſolus, credo, eſt qui tradit *Scholiaſtes*, nec ei magnopere credendum ſuadeam. Quid vero eſt γανος? *Vinum* ac *Mel* hoc nomine interdum deſignari non ignoro. Vide Noſtrum infra v. 617. *Suid.* & *Euripid. Iphig. Taur.* v. 633. hoc quia apibus cibus eſt jucundiſſimus, illud quia hominum corda exhilarat. *Aquam* vero *fontanam* γανος dictam nuſquam reperio. *Heſychius* etiam γανος *Paradiſum* interpretatur; ſed Paradiſi hujus in Bœotia nulla ſit, ni fallor, apud Veteres mentio. Neque ullus, quod ſciam, Hiſtoricorum memoriæ tradidit partem Perſici exercitus ſiti laborantem circa fontem quandam fuiſſe cæſam. Cladem iſtam & fugam aliter plane narrant omnes. Duriſſima denique mihi videtur phraſis iſta, ὑπ' ασθματος κενοι, *præ anhelatione inanes.* Recte dici concedo κενας ελπιδας, κενας αριστας, & fortaſſis κενον ανδρα, pro *homine vano* & *futili*, ſed κενος ὑπ' ασθματος, η ὑπερ της πνοης αυτης pro *homine languido* & *effœto*, Græce dici vix hodie credam. Nec magis ſatisfaciunt conjecturæ *Stanleii* & *Arnaldi.* Ampliandum ergo donec codex aliquis e tenebris prodeat meliora ſuppeditaturus.

V. 501. Κρυσταλλοπηγα διὰ πόρον] Διάπορον ſubſtantivum, quod voluit *Canterus*, nullibi reperiri puto, neque emendatione ulla opus eſſe videtur.

505. Μεσον πορον διηκε, θερμαινων φλογι] Διαινω eſt *madefacio*, *humore aſpergo* vel *perfundo*; ſed διηκε in hoc ſenſu fruſtra, opinor, requiras. Præterea, ſignificatio iſta huic loco non convenit; non enim madefecit ſolum, aut humore perfudit glaciem, ſolis ardor, quod ſine ullo tranſeuntis exercitus periculo fieri potuit, ſed penetrando prorſus *liquefecit* & *diſſolvit*, qua notione verbum διαινω nunquam, quidquid dicat *Pauwius*, uſurpatur. Διηκε igitur eſt a διηκω, *permeavit*, *penetravit*, cui verbo convenientiſſimum eſt quod ſequitur, θερμαινων φλογι.

506. Lege 'πιπτον, augmento eliſo propter verſum præcedentem in vocali poſitione ſaltem longa deſinentem.

526. Πιστοις γε πιστα ξυμφερειν βουλευματα] Magis placet ſcriptura a *Scholiaſte* memorata, πιστοις γε πιστα.

531. Μη και τι προς κακοισι προσθηται κακον] Minime ſollicitanda eſt vulgata lectio. προσθηται formâ mediâ, poteſtate vero partim media partim tranſitiva optime ad Xerxem refertur, hac ſcilicet ſententia, *Ne ſibi adponat*, *adjungat*, vel *addat infortunium aliquid novum præter ea quæ jam acciderunt.* Ita dicitur προσθεσθαι φιλον, *amicum ſibi adjungere*, & apud Thucyd. lib. 1. §. 78. προσθεσθε πονον.

541. Αι δ' ἁβρογοοι Περσιδες] Ακρογοοι ſuum ſibi habeat *Pauwius.* Novæ nuptæ ſponſos recens amiſſos plorantes eleganter & accommodatiſſime ἁβρογοοι dicuntur. Talium enim lamentis tenerum quiddam ac delicatum, vigente ſcilicet adhuc & efferveſcente amore, ineſſe ſolet, quod in ſenum ac matronarum luctu perſonarum decoro non adeo convenit. Neque tamen illarum citius quam harum

rum lacrymas exareſcere ideo exiſtimandum eſt. Contra, illarum γοοι aptiſſime dicuntur ακορεστοτατοι, illas enim magis urere ſolet tam cari capitis deſiderium.

V. 548. 549. Ita horum verſuum metra conſtituenda,

Νυν γαρ δη προπασα μεν στενει γαι' aſynartetus ex dochmaicis aut quod eodem redit penthemimeribus iambicis

Ασιατις εκκενουμενα iambicus dimeter acatalectus.

Ασιατις eſt ex conjectura *Pauwii*. His autem in antiſtropha reſpondebunt,

Πεζους τε γαρ και θαλασσιους αἰδ'
Ομοπτεροι κυανωπιδες.

550. Ξερξης μεν γαρ ηγαγεν ποποι] Omnino hinc eliminandum το μεν, metri ratione exigente.

552. Ξερξης δε παντ' επεσπε δυσφρονως] Επεσπε eſt ab inuſitato σπω *ſequor*, non a σπαω *traho*, unde nulla analogia deduci poteſt. Legendum eſt igitur neceſſario Ξερξη δε παντ' επεσπε, *Xerxem vero omnia ſecuta ſunt*.

554 — 557. Τι ποτε Δαρειος μεν ου-
τω τοτ' αβλαβης επην
Τοξαρχος πολιηταις
Σουσιδος φιλος ακτωρ] *Pauwius* pro αβλαβης reponi vult ευλαβης, qua vero ſententia, ne conjectura quidem aſſequi poſſum. Certe Darius revera non multo magis ευλαβης, *cautus*, (ſi hoc eſt quod intelligi voluit vir eruditus) quam αβλαβης dici meritus eſt. Nam & ille in cauſa fuerat quod Perſarum gens cladem ingentem ad Marathonem acceperat. Chorus tamen ſub pondere mali præſentis gemens, quod totum Xerxi diſertis verbis imputat, Ξερξης ηγαγεν, Ξερξης απωλεσεν, infortunii vero quo Dario imperante mactati fuerant Perſæ, hujuſque imprudentiæ, prorſus oblitus, ſublatum ex oculis deſiderio proſequitur, & quod adhuc non ſit ſuperſtes & imperium obtineat queritur. Ea ſcilicet hominum eſt indoles. Præterita laudamus, præſentia conviciis proſcindimus. Pro ούτω igitur reponendum exiſtimo ουπω, ut ſententia ſit, *Quare Darius innocuus tunc temporis* (id eſt, quando hæc expeditio a Xerxe fuit ſuſcepta) *non potius civibus præfuit, exercitus imperator, Suſidis charus dux?* Hæc enim præ Darii deſiderio Choro excidere reputanda ſunt. Τοξαρχος autem & ακτωρ *imperium* plane *militare*, non *regimen civile* deſignant.

555. Trochaicus eſt, & talis etiam eſſe debet antitheticus: nunquam enim trochaicum purum antiſpaſtico oppoſitum, niſi in dochmaicis, invenies.

V. 557. Nihil immutandum. Vide infra ad v. 567.

562. 563. Ναες πανωλεθροισιν εμβολαις.
Δια δ' Ιαονων χερας] Commate tantum diſtinguendum eſt poſt εμβολαις, plene vero poſt χερας; ita nihil mutare neceſſe erit. Verte, *Naves perdiderunt, ratæ, naves internecinis aſſultibus, ſed per Athenienſium manus. Vix autem effugiſſe ipſum regem* &c.

565. κτ' αυτων ὡς ακουομεν] Recte αυτον repoſuit *Stanleius Scholiaſtem* ſecutus, vulgata enim lectio & ſententiam jugulat & metrum, quod & *Pauwii* conjecturam σων æque reſpuit; vide ſupra ad v. 555. Altera ejus conjectura, εισακουομεν ferri poteſt; ferri forſan etiam poteſt vulgata ſcriptura ὡς ακουομεν, ὡς ſcilicet pro οὑτως poſito. Vide quæ notavimus ad *Euripid. Supplic.* v. 1056.

567. Ut conſtet metrum & antithetico reſpondeat omnino legendum,

Δυσχειμους τε κελευθεις pherecratius.

Ita *Euripides Supplic.* v. 962.

Πνευματων ὑπο δυσχειμων ἀϊσσω.

Idem *Bacch.* v. 15.

την τε δυσχειμον χθονα
Μηδων επελθων.

568. Verſus pherecratius eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo & antiſpaſto catalecto. Το τη autem, quod ad explendum metrum inſeri ſuadet *Pauwius*, hoc in loco plane alienum eſt, nec a λειφθεντες per interjectionem ſejungi poteſt. Potius reſcribendum eſt,

Τοι δ' αρα πρωτομοιροι δη (φευ)

Interjectiones ſcilicet iſtæ, φευ, η, & οα, extra metrum poni cenſendæ ſunt, prout οα bis extra metrum ponitur ſupra v. 116. 122.

572. 573. Dochmaici ſunt ex epitrito tertio pentaſyllabo & ſyllaba.

575. Reſcribi malim

Σουτεινε δε δυσβαϋκτον.

Ita verſus erit ionicus a majore dimeter acatalectus antithetico optime reſpondens.

577. Γναμπτομενοι δ' ἁλι δεινᾳ. *Fracti vero a mari atroci.*

582. Omnino legendum cum *Pauwio*

Ερραντ' εν δακρυσι

Diphthongum αι in verbis ſæpe elidi jam pluries monuimus: dochmaicus autem hîc pro πλυσχηματιστω habendus eſt, diſpondæum pentaſyllabum habens epitrito quarto oppoſitum.

V. 585.

V. 585. Το παι δη κλυοντα αλγος] Nitidius, fateor, procedet oratio, ſi cum *Pauwio* legamus κλυοντες, ſed ανηδητα illa, quæ haud raro apud *Æſchylum* occurrunt, ad comptioris & exquiſitæ magis orationis normam exigi & caſtigari non debent; aliter, non ipſum *Æſchylum*, ſed Recentiorum commenta habebimus. Quod ſi veram animi ſententiam aperte proloqui licet verſum 582 a Neoterico quodam interpolatum credo vice verſus *Æſchylæi* qui temporum injuria excidit. Præterquam enim quod orationis ſtructuram & connectionem turbat, præterquam quod leges metricæ licentiam talem in dochmaicis qualis in hoc deprehenditur raro certe, ſi tamen unquam, admittunt; in quibuſdam exemplaribus, teſte *H. Stephano*, abeſt verbum εςαται, in quibuſdam abſunt εν δακρυσι, in nonnullis vero nullum omnino hujuſce verſus adparet veſtigium. Hoc autem verſu eliminato nullæ prorſus reſtant in orationis ſtructura ſalebræ. Supradictis addendum etiam, quod vetus metrorum Enarrator non plures quam triginta ſex verſus in hoc ſyſtemate antiſtrophico ſupputat, qui tamen, ſi hunc verſum includis, triginta ſeptem numero prodibunt; unde ſequi videtur, illum in exemplaribus ſuis eum non deprehendiſſe.

V. 586 — 599. Recte metra hæc κατα σχεσιν eſſe vidit *Pauwius*, tertiam enim ſtropham & antiſtropham conſtituunt, quarum utraque ex quatuor proſodiacis, binis pherecratiis, & uno choriambico dimetro catalecto conſtat.

586. 587. Τοι δ' ανα γαν Ασιαν δην
Ουκ ετι Περσονομουνται] Verte, *Illi vero qui terram Aſiaticam incolunt dehinc non diu Perſarum legibus vivent.*

590. 591. Ουτ' ες γαν προπιτνουντες
Αρξονται] *Pauwius* recte repoſuit προπιτνοντες, exigente metro; pro ουτ' etiam ουδ' reponi oportuit, cum præcedat τοι δε ουκ; peſſime vero hæc vertit, *procidere incipient.* An Aſiaticos nunquam ad id uſque tempus Perſarum regem procumbentes adoraſſe putavit vir doctus? ſed nimirum eum in errorem induxit *Stanleius*, qui aliud certe tunc agens ſcripſit, Chorum conqueri quod Græci, qui in libera ſe natos republica jactitabant, & regem more Perſarum procumbentes in terra adorare actum turpem ac ſervilem ducebant, ſub ditionem Perſicam non eſſent redacti; at revera non de Græcis haud ſubjugatis, ſed de Aſia Perſarum jugum excuſſura, τοι δ' ανα γαν Ασιαν, conqueritur Chorus, ουκ ετι Περσονομουνται, δασμοφορουσι, *non amplius Perſarum imperio parebunt, nec tributa pendent*, unde manifeſtum eos eatenus paruiſſe & tributa pependiſſe, quod de Græcis vere dici non poterat. Ita ουδε αρξονται eſt ουδ' ετι αρξονται, *neque amplius regentur in terra procidentes*, id eſt, non amplius ſe Perſarum regi ſubditos, vel potius mancipia, eſſe, adoratione iſta ſunt agnituri. Eodem ſenſu apud *Eurip. Mede.* v. 120. habemus, ολιγ' αρχομενοι.

In SCHOLIA.

Ad v. 181. Lege Εδοξ' εν υπνω. Exſtat in *Iphig. Taur.* v. 44.

369. Απο διηγηματικου επι το μιμητικον] Perperam hæc ſollicitat *Pauwius*, quæ non intellexit. Narrationem quidem produxerat Nuncius uſque ad v. 364; tunc vero Xerxis edictum ipſius verbis eademque forma qua ab illo prolatum fuerat ſubjungit, quod proprie eſt μιμητικον. Verum quidem eſt μιμητικον hoc a verſu 364. incipere.

450. Legendum videtur, οἱ εχθροι ὑπο των Περσικων νεων φθαρεντες.

504. Lege διηλθεν και ξενοις.

541. Vellem doceri quid ſit ὑγοζυγια. Vocem corruptam arbitror, ei tamen locum dedit *Scottus* in ſua ad Lexica Appendice, ſed pro more nulla addita explicatione. Scriptum fuiſſe ὑποζυγιαν opinor, facili errore γι pro π poſito.

550. Legendum opinor, ει δε ποτοι αντι του πω ασεςως, και τοτοι, εικιστ &c.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 600. Φιλοι, κακων μεν ὁςις εμπειρος κυρει] *Stanleio* aſſentior, qui *Robortellum* ſecutus εμπειρος reſcribendum cenſet. *H. Stephanus* tamen vocem εμπορος habere in receſſu aliquid & εμφατικωτερον & ποιητικωτερον quam εμπειρος animadvertiſſe ſibi viſus eſt. *Pauwius*, qui ſecretiora pro more ſuo amat, εμπορος vere Tragicum eſſe pronuntiat. Utinam viri doctiſſimi explicare dignati eſſent Tragicum id, Poeticum, & Emphaticum, quidquid ſit, quod in hac voce latere deprehenderant. Mihi quidem ne ſenſum

ſum quidem habere in hoc loco videtur. Εμπορος eſt aut *Negotiator* aut *Vector*. Negotiatoris ſignificationem hîc locum habere poſſe nemo, opinor, contendet. Sit igitur *Vector*; ſed quid faciamus τῳ κακων? An τα κακα hîc quaſi ναυς eſt qua vehatur hic vector? Sed primo, duriſſima eſſet phraſis εμπορος κακων, qui ita in malis & infortuniis vehitur ut vector in nave. Deinde, non εμπορος ναος, ſed εμπορος επι ναος, dici ſolet. Poſtremo, nec iſta ſignificatio apte cum ſequentibus, quicquid dicat *Pauwius*, convenit. Qui enim in malis & infortuniis abditus detinetur, ut vector in navi, quomodo is intelligat quales affectus ex ſorte felici oriri ſolent, fortunam ipſe ſcilicet faventem nunquam, quantum quidem ex dictis conſtat, expertus?

V. 609. Τοι γαρ, *Quocirca*. Legendum etiam puto αυτω γ' οχηματων.

611. Εστιλα] Στελλειν κελευθον, *iter inſtituere, inſtruere*, juxta eandem analogiam dicitur ac στελλειν πλουν. *Sophocles Ajac.* v. 1064.

Μενελαος, ᾡ δη τονδε πλουν εστειλαμεν.

626. Συ τε πεμπε χοας θαλαμοις υπο γας] Vulgatam lectionem hîc retinere malo, & in verſu ſequente reponere Ημεις δ'. Porro θαλαμοις pendere puto, non a præpoſitione ſequente υπο, quod *Pauwio* placet, ſed a præpoſitione προς vel εις ſubintellecta.

637. Iambica eſt penthemimeris, aut potius, quod eodem tamen redit, dochmaicus.

640. Πανταλαν αχη διαβοασω] Recte διαβοασω, non enim jam perboat, ſed mox v. 670. perboaturus eſt Chorus Perſarum luctus. Cum ιυντος autem nihil commune habet διαβοασω, plene enim diſtinguitur poſt βαγματα. Nihil igitur immutandum.

645. Ιοντ' ανεσατ' εκ δομων] Verte, *Dimittite e domibus veſtris euntem.* Ανιω, πεμπω. *Heſych.*

647.648. Πεμπετε δ' ανω οιον ουπω.

Περσις αι' εκαλυψεν] Perlubenter ſcire velim quid in hoc loco interſit, an ουπω per *non*, aut *nunquam*, aut *nondum*, reddatur, quod Interpreti, id eſt, *Stanleio*, ineptias imputet *Pauwius*, quia ſcilicet per *nondum* reddidit. Nonne quod *non* occuluit, & *nunquam* occuluit, *nondum* etiam occuluit? & contra, quod *nondum* occuluit, *non* & *nunquam*, occuluit? ſed fraudi nimirum viro erudito fuit propria ſubtilitas, cum ſtudio ubique nimis manifeſto viros ſe longe longeque doctiores conviciis proſcindendi juncta.

650. Miror ανακλωμενον oblitum fuiſſe *Pauwium*; rectius enim ionicus a majore ανακλωμενος diceretur hic verſus.

V. 652. Ανιει Δαρειον] Nihil immutandum; Ανιει imperativum eſt ex eadem analogia qua τιθει, & ſimilia. Nominativos autem pro vocativis apud Atticos non raro uſurpari notum eſt.

653. Οιον ανακτα Δαρειαν. ηε] Verſus eſt pherecratius ex antiſpaſto pentaſyllabo & epitrito ſecundo catalecto; nam ηε extra metrum eſt. Diſtinguendum etiam plenius eſt poſt ανακτα, nam pro Δαρειαν proculdubio hîc reponendum eſt Δαρει' αν', ut & infra v. 666 & 674. αν' ſcilicet pro ανα per eliſionem ſequente ηε, & ανα pro αναστηθι prout ſæpius apud Homerum uſurpatum reperies, & apud *Sophoclem Ajac.* v. 194. & *Euripid. Troad* v. 98. Ipſum ſcilicet Darium invocat Chorus. Quæ de Δαρειαν pro ψυχαν Δαρειαν poſito habet *Pauwius* omni veriſimilitudine deſtituuntur, aut, ut ipſe potius dicere amat, *non ſunt unius aſſis*. Ubi enim quæſo Δαρειαν poſſeſſivum reperit vir doctus? Δαρειον ψυχαν pro Δαρειου ψυχαν ex analogia forſan quodammodo defendi poſſet, ſed Δαρειαν pro Δαρειου ψυχαν ſecretum prorſus & inauditum hactenus, credo, latuit.

654. Ουτε γαρ ανδρας ποτ' απωλλυ] Ita hic verſus reſtituendus videtur, partim præeunte *Pauwio*,

Ουδε γαρ ανδρας πωποτ' απωλλυ

657. Περσαις proculdubio gloſſema eſt quod e margine in contextum irrepſit.

658. Επει στρατον ευ εποδωκει. ηε] Egregie hîc εποδωχει repoſuit *Tanaquillus Faber* metro conſulens, quæ emendatio adeo non riſum meretur qua eam excipit *Pauwius*, ut quin veriſſima ſit vix dubitem. Saltem quin recte & juxta Græci ſermonis analogiam dicatur ποδωχειν στρατον extra controverſiam eſt, cum ιηνοχειν, quod ejuſdem prorſus formæ & derivationis eſt, tranſitive uſurpetur & accuſativum regat apud Ariſtoph. Veſp. v. 1017. &, hoc admiſſo, æque profecto dici poteſt ποδωχειν στρατον ac ναυκληρειν πολιν apud Noſtrum *Sept. ad Theb.* v. 658. & in hac ipſa fabula infra v. 769. οιακοστροφων θυμον. Metrum vero quod attinet, antithetico optime reſpondere deprehendetur.

659. 660. Hi duo verſus unum conſtituere debent aſynartetum ex dochmaicis.

661. Dochmaicus eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo & ſyllaba.

664. Ithyphallicus eſt. Syzygiam iambicam catalectam trochaicæ ſimili æquipollere nemo certe præter *Hephæſtionis* Editorem unquam ſomniavit.

666. Βασκε πατερ ακακε Δαρειαν. οι] De voce Δαρειαν vide ſupra ad v. 653. Diſtinguendum autem eſt, ſed minus plene, poſt ακακε, ut non ſit neceſſe quid-

quam

quam cum Δαρεῖ' ἂν connectere, quippe quæ ex verſu 653. ſolennis fuiſſe formula videtur. In *Robortelliana* pro πατηρ legitur πρεσβυ, non inepte quidem, ſed magis tamen mihi arridet vulgata ſcriptura; nec erat quare ſuſpicaretur *Pauwius* nimis humile eſſe πατηρ de Perſarum rege, nihil enim frequentius de ipſo Jove quam Ζευ πατηρ. Si *Robortellianam* tamen ſequeris verſus erit glyconius ex duobus epitritis pentaſyllabis quarto & tertio, τῳ ῳ, extra metrum poſito, & diſtinguendum erit poſt πρεσβυ.

V. 677. Τι ταδε, δυνατα, δυνατα] Rectius *Aldus*, *Robortellus*, & *Turnebus*, habent δυνασ̣α; nam δυνατης, opinor, vox eſt nihili, quanquam *Scholiaſtæ* etiam auctoritate ſe tuetur. Vocalem autem brevem ſequente ς interdum corripere Atticos oſtendimus ad *Sophoc. Elect.* v. 122. *Antig.* v. 617.

678. 679 680. Περι τα σα διδυμα
Διαγοεν ἡμαρτηα
Πασα γα σα ταδε] Διαγοειν, quod exhibent *Aldina* & *Turnebiana* longe τῳ διαγοεν præferendum eſſe *Pauwio* aſſentior. Cætera vulgatam ſcripturam emendationibus *Pauwianis* longe antefero. Περι pro περιξ adverbialiter poſitum hujus loci ſtructuræ haudquaquam convenit; & σα γα etiam iterum additum patheticum quiddam & tenerum ſpirare videtur. Futiliſſimum etiam eſt quod objicit *Pauwius*, Perſiam tunc non amplius Darii fuiſſe, quia mortuus erat, ſed Xerxis. Talibus ſerio refutandis immorari otio tuo, Lector, & patientia abutentis eſſet. Heroum certe vita functorum animas inter numina, quorum in tutela erat ipſorum patria, retuliſſe veteres Perſas conſtat ex Herodoto lib. VII. cap. 43. & Xenophonte Cyropæd. lib. III. pag. 215. 216. edit. *Hutchinſon.* Quod ſi ad Darium jam mortuum non amplius pertinebat Perſia, magis quam Italia, Græcia, aut regio alia quæcunque, quare, obſecro, ejus umbram hîc invocarent Perſæ? Horum verſuum ſecundus glyconius eſt ex antiſpaſto & dijambo, nam διαγοεν antepenultimam hîc producit. In verſu autem tertio legendum ταδ' eliſione facta propter verſum ſequentem a vocali incipientem.

V. 682. Ναες ανευ αναες] Elegantiſſimum mihi videtur *Robortelli* ναες, ανευ ναες, languidius autem iteratum iſtud αναες.

In SCHOLIA.

Ad v. 659. Quin pro Θουειων reponendum ſit Φρυγιων nullus dubito; apices enim ſunt ſimillimi, unde error facile irrepere potuit. Certe Sextus Expiricus, Plutarchus, & Heſychius, diſertis verbis hanc vocem Phrygiæ dialecti eſſe aſſerunt; & Βαλληναιον ορος inde derivatum, cujus etiam in hoc *Scholio* ſit mentio, proculdubio in Phrygia eſt. Quid autem Perſis aut Phrygibus cum Thuriis? Βαλληνας autem honoris, non contumeliæ, gratia appellatos fuiſſe *Reges* vel ex hoc *Æſchyli* loco patet. *Pauwii* igitur etymologiam, qua vocem iſtam a βαλλω, *ſaucio*, deducit, quaſi ideo *Reges* Βαλληνες dicti fuiſſent, quod cives & civium jura ſauciant, non ineptam quidem dicam, ſed parum certe aptam eſſe, nemo, ut opinor, niſi forſitan ipſe vir doctus, negabit.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 694. Ηκω' ταχυνα] Legendum puto ταχυνας.

696 — 698. Hoc pericomma anapæſticum eſt ex dimetro acatalecto, baſi, & parœmiaco, ut recte vidit *Pauwius*. Idem de v. 702 — 704. dicendum.

731. Ut conſtet commatis trochaici ratio pro πας λαος repone λαος πας, prout in quibuſdam exemplaribus legi teſtis eſt *H. Stephanus*.

734. Ουδε της γερων] Potius vertendum, *Nec ſenex quidem ſuperſtes eſt.*

737. Πως τι δη και πωι τελευτας εςι; τις σωτηρια;] Verte, *Quam vero finem habere, & quo evadere poteſt hic tuus ſermo? Quænam ſalus?*

V. 739. Non veriſimile eſt verſum trochaicum hîc dividi, & duobus perſonis diſtribui, quia nullibi alias apud hunc Poetam id factum reperitur, quanquam & *Sophoclem* & *Euripidem* hanc ſibi permiſiſſe licentiam non ſum neſcius. Sed hîc nihil innovare opus eſt; ſatis enim aperta eſt constructio vulgati.

747. 748. Οςις Ελλησποντον ἱερον, δουλον ὡς, δεσμωμασιν
Ηλπισε σχησειν, ῥεοντα Βοσπορον ῥοον θεου] Tantundem omnino venuſtatis atque acuminis ineſt in ῥοον ῥεοντα ac in ῥεοντα δεσμωμασιν, quod reponi debere contendit *Pauwius*. Et mirarer forſan hoc eum latuiſſe, niſi tot alia feſtinantiæ in ejus obſervationibus

vationibus obſervata ſpecimina feciſſent, ut nihil ejuſmodi inexſpectatum dudum mihi acciderit. ζοην θεου eſt *curſum a deo decretum.*

V. 752. 753. — πως ταδ' ου νοσος φρενων
Ειχε παιδ' εμον;] Male hæc inter ſe cohærent. Pro ου igitur reponi malim ουν, *Quomodo igitur morbus animi eouſque filium meum occupavit?* quam ſane lectionem firmat Atoſſæ reſponſum. Aut ſaltem cum *H. Stephano* ponenda eſt interrogationis nota poſt πως ταδ'.

761 — 763. Τοι γαρ σφιν εργον εστιν εξειργασμενον
Μεγιστον, αειμνηστον, οιον ουδεπω
Τοδ' αστυ Σουσων εξεκενωσεν πεσον.] Participium πεσον omnino cum εργον jungendum, quod recte monet *Scholiaſtes*, non cum αστυ. Πεσειν enim non raro ſignificare deprehendetur, *accidere, evenire.* Lucian. de Saltatione §. 46. καθ' ἑκαστον γουν των εκει πεσοντων δραμα τη σκηνη προκειται. Dion Caſſius lib. LVII. §. 8. ευχετο τε, ὁσακις τοιουτον τι αρα πεσοι, τοσουτον και ζησαι και αρξαι χρονον, ὁσον αν τω δημοσιω συμφερῃ. Herodotus lib. VII. §. 163. καραδοκησοντα την μαχην ῄ πεσειται. Idem. lib. VIII. §. 130. ἁμα δε και επακουστεον ὁκη πεσειται τα Μαρδονιου πρηγματα. Manethonis Apoteleſmatica lib. IV. v. 335. de Mercurio planeta

Ηε πεσῃ κατα ταυτον επ' αυταις λαμπεσι μηνης.

ubi minus recte, ut videtur, *Dorvillius* reſcribit πελῃ. Eadem quoque poteſtate gaudet apud Latinos verbum *Cadere.* Vide *J. Fr. Gronov.* ad Senecæ Troad. v. 472. *Pauwius* reponendum cenſet εξεκενωσ' εμπεσον ſed eo minus hac immutatione opus eſt, quod πεσειν pro εμπεσειν apud ſcriptores Græcos ſæpiuſcule occurrit. Homer Odyſſ. Ξ. v. 475.

Νυξ δ' αρ' επηλθε κακη, Βορεαο πεσοντος.

Ælian. Var. Hiſt. lib. I. cap. 2. Και το μεν επεσεν, ὁ τι ποτε εστι το εμπεσον, ἡ δ' εχει δωρα. ubi vide *Kuhnium* & *Abr. Gronovium.* Idem ibid. l. III. cap. 42. ακουω δε ὁτι και ταις Λακεδαιμονιων γυναιξιν επεσε τις οιστρος Βακχικος. Idem Hiſt. Animal. l. v. cap. 45. χλοαζοντος σιτου και λῃιου κομωντος εαν σῦς πεσουσα αποκειρῃ.

763. Εξεκενωσεν Atticæ non eſt dialecti; forſan reſcribendum εξαπεκενωσεν.

774. Θεος γαρ ουκ ηχθηρεν, ὡς ευφρων εφυ] Mallem Θεους γαρ ουκ ηχθηρεν, *Deos enim inimicos ſibi haud reddidit, adeo bona mente erat.* Contraria prorſus de Xerxe paullo ante dixerat Darius.

781. τουπερ ηθελον, *quamcunque volui.*

786. 787. 788. Εν γαρ σαφως τοδ' ιστ' εμοι ξυνηλικες,
Απαντες ἡμεις, οἱ κρατη ταδ' εσχεθεν,
Ουκ αν φανειμεν πηματ' ερξαντες τοσα] Eruditiſſimus *Daweſius* in Miſcell. Critic. p. 334. fruſtra hujus loci emendationem inſtituiſſe videtur; ſanus enim omnino eſt, nec medecina ulla eget. Reponit ille,

Εν γαρ σαφως τοδ' ιστ' εμοι ξυνηλικες,
Απαντες, ἡμεις, ει κρατη ταδ' εσχομεν,
Ουκ αν εφανημεν πηματ' ερξαντες τοσα

εφανημεν pro φανημεν, quod perperam in editionibus antiquioribus exſtabat, reſtituto augmento, ſed φανειμεν rectius edidit *Stanleius.* Particulam autem negantem ita collocari objicit, ut ſententiam verba non ſatis exprimant; non enim ἁπαντες ἡμεις ουκ αν εφανημεν, ſed ουχ ἁπαντες ἡμεις ſcribi debuiſſe. Sed vereor ne magis ſubtiliter excogitata quam vera ſit iſta differentia. Mihi quidem videtur eadem prorſus emergere ſententia utrovis modo ſcribas. Pergit vir doctus, Omnes nos auctores non extitiſſemus, tantundum eſt ac, Nemo noſtrum auctor extitiſſet. Eſto; quanquam veram interpretationem eſſe exiſtimo, Omnes nos ſimul ſumpti non extitiſſemus; ſed quid, quæſo, etiam ipſius interpretatione admiſſa, ſequetur incommodi? ſententiam regerit futilem, ineptam, immo falſam eſſe. Innuit ſcilicet Mardum, qui antea dicitur αισχυνη πατρα θρονοισι τ' αρχαιοισι, tot ac tantis ſaltem, ſi non pluribus ac majoribus, malis Perſarum gentem mactaſſe. Sed nemini, ni fallor, ſententiam ſuam perſuadebit vir doctus. Dedecus quidem Perſis thronoque Cyri jure reputabatur ejus regnum, occupato ſcilicet a ſubdito per aſtutiam throno Regio; imperioque a Perſis ad Magos translato, nulla tamen clade inſigni eo regnante mactatos Perſas tradunt Hiſtorici. Jam emendationem ipſam *Daweſii* paucis expendamus. Primo ἁπαντες cum ξυνηλικες junctum languidiſſime & frigidiſſime, quaſi cauda quædam otioſa, appenditur. Deinde, Quomodo dicere potuit Darius, ει κρατη ταδ' εσχομεν? Revera enim imperia iſta habuerat ille; dicere proculdubio potius debuiſſet, ει κρατη ταδ' ετ' εσχομεν. Attende denique quam frigide hoc tanto cum apparatu a Dario dicitur; Si ego in Xerxis loco fuiſſem, & adhuc ſceptra hujus imperii geſſiſſem, non tanta vobis a me extitiſſent damna. Vide & *H. Stephani* notam in locum.

V. 789. Τι ουν] Legendum puto, Τι γ' ουν.

793. Μηδ' ει στρατευμα πλειον η το Μηδικον] Nimis feſtinans huic etiam loco medicam manum infeliciter admovet doctiſſimus *Daweſius* Miſcell. Critic. ubi ſupra. Pro η ſcilicet reponendum contendit ειη, quod ſi admittatur temporum ratio prorſus ſubvertitur. Lectionis vulgatæ interpretatio eſt,

Si expeditionem in Græciam non denuo ſuſcipiatis, ne quidem ſi exercitus Medicus major ſit. Emendationis *Daweſianæ* interpretatio eſſet, Si expeditionem in Græciam non denuo ſuſcipiatis, ne quidem ſi exercitus Medicus major eſſet. Nimirum præ feſtinatione ita locum cepiſſe videtur vir eruditus ac ſi ſcriptum eſſet ει μη ϛρατευσαιϑε —— ει δε μη ϛρατευμα πλειον η, aut μηδε ϛρατευμα πλειον η.

V. 797. Αλλ' ευϛαλη και λεκτον αιρωμεν ϛολον] Metrum claudicans pulchre reſtituit idem *Daweſius* ubi ſupra, reſcribendo ἠρωμεν ϛολον, id eſt, ει αρωμεν, eadem craſi qua ex ει αν fit ην, & interrogationis notam ad verſus finem adponendo. Ita ſententia erit, *Sed quid ſi delectas copias inſtruxerimus?*

802. 803. Παυροι γε πολλων, ει τι πιϛευσαι ϑεων Χρη ϑεσφατοισιν, ες τα νυν πεπραγμενα βλεψαντα] Fruſtra hunc locum ſollicitat *Pauwius.* Omnia bene ſe habent. Darius dixerat exercitum adhuc manere in Græcia. Hoc neſciebat Chorus, nec a Nuncio didicerat. Mirabundus igitur quærit annon totus Perſarum exercitus Helleſpontum tranſierat. Negat hoc Darius, nec niſi paucos e multis tranſiiſſe affirmat. Jure autem quæri poterat, quomodo ipſe Darius noviſſet non niſi paucos tranſiiſſe, magnumque exercitum adhuc in Græcia relictum. Rationes igitur ſubjungit quibus fretus hoc afferit; ſe ſcilicet ita rem ſe habere ſcire, ſiquidem fides deorum oraculis habenda ſit ab homine qui ea cum rebus jam notis & peractis contulerit; non enim deorum oracula partim evenire, partim non. Quæ dii Dario prædixerant partim jam evenerant, & eveniſſe notum erat, clades ſcilicet ad Salamina, & fuga Xerxis partiſque exercitus; κ' ειπερ ταδ' εϛι, *quod ſi hæc ita ſint*, cætera quoque quæ prædicta fuerant pariter evenire debebant, atque ita fidentèr pronunciare poterat Darius, nonniſi minimam exercitus partem Helleſpontem tranſiiſſe, multitudinem vero ſelectam in Græcia a Xerxe vana ſpe lactato fuiſſe relictam. Vides omnia optime inter ſe cohærere, nullumque hîc ſubtilitati *Pauwianæ* locum relinqui.

815. 816. Τοι γαρ κακως δρασαντες, ουκ ελασσονα Πασχουσι, τα δε μελλουσι] Verba πασχουσι & μελλουσι, interveniente particula δε, nimis arcte cohærent ut ad diverſos homines referri poſſint. Iidem ſcilicet ſunt qui patiuntur, & mox paſſuri ſunt. De Perſis igitur utrumque accipiendum univerſis qui Xerxem in Græciam ſecuti erant. Horum pars jam perierat, partem manebat clades ad Platæas.

829. 830. Ζευς τοι κολαϛης των υπερκομπων αγαν φρονηματων επεϛιν, ευϑυνος βαρυς] *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 192. reponit επεϛιν, recte, meâ ſententiâ.

V. 831. Εκεινον σωφρονειν κεχρημενοι verti debet, *Vos quibus utile eſt iſtum dehinc temperate ac prudenter ſe gerere.* Ut σωφρονειν κεχρημενοι idem ſit ac σωφρονειν ϑελοντες, aut eo ſenſu Græce dicatur, vix mihi perſuaderi patiar, nedum ut elegans ſit Græciſmus.

835. Κοσμον ὅϛις ευπρεπης] *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 801. præfert ευπρεπης. Mihi, fateor, magis placet ſcriptura vulgata.

836. Παντα, id eſt, κατα παντα, πανταχη.

860. 861. 862. Πρωτα μεν ευδοκιμου Στρατιας απεφαινομεϑ', ηδε νομισματα πυργινα παντ' επευϑυνον] Longe aliter ac *Pauwius* & *Stanleius* locum hunc verti debere exiſtimo. *Quæ primas tenent in probatiſſima militia exercebamus, & inſtituta ad defenſionem præſidiumque apta ac comparata dirigebant omnia.* Τα πρωτα pro οἱ πρωτοι interdum poni non inficias eo, ſed præpoſito ſemper, ut puto, articulo, & adjuncto ειμι, τυγχανω, γινομαι, aut ſimili quodam verbo. Πυργος, unde πυργινα, proprie eſt *turris*, *propugnaculum*, unde transfertur ad omnia quæ defenſioni inſerviunt exprimenda. Denique ut απεφαινομεϑα & επευϑυνον ad eundem nominativum referantur non patitur grammaticæ ratio; nec ſubaudiri poteſt nominativus Περσαι, quod *Stanleio* placuit; tantum enim de ſeipſis loquuntur ſenes, & de nullis aliis, & antea & poſtea. Noſtram igitur interpretationem veram puto. Cum *Pauwio* autem lego ευϑυνον metri gratia.

865. -τας αγον ες οικους] Ad metrum ſupplendum αγαγον γ' longe præferendum duco, copulæ enim nullus hîc locus. *Pauwium* video τε hîc pro και inſerere, quaſi ſcilicet emphatice diceretur και ες οικους. Contra, mihi videtur ες οικους arcte cum αγαγον cohærere, *domum reducebant*, nec emphaſin hîc quærendam. Quo enim, quæſo, niſi domum Perſas ex bello reduceret reditus.

868. Αλυος ποταμου] *Scholiaſtes* ex ποταμου'δ' non lectionem vulgarem ποταμου ουδ', ubi nullum ſynalœpha locum habere poteſt, ſed ποταμου οδ', elicuiſſe videtur, prout conſtat ex ſimili quod adfert exemplo, τουπιχα pro του επιχα, ubi pariter vocalis brevis præcedente longe eliditur. In codicibus autem in quibus lectio iſta obtinebat, ſcribi etiam debuit paulo ſupra ευ διαβας, non ου διαβας. Sed vulgaris ſcriptura proculdubio vera eſt.

871. Αχελωΐδες, non *inſulæ*, ſed *urbes maritimæ*. Vox ſcilicet hæc πολεις quod præceſſerat reſpicit.

873. Λιμνας τ' εκτοϑεν, *& procul a mari.*

V. 874.

874. 875. Κατα χερσον ελα-
λαμεναι περι πυργον] Sana omnino hæc ſcriptura eſt, nec immutari quidquam neceſſe eſt præter accentum præpoſitionis περι. Hæc enim cum ελαλαμεναι cohæret, & ita περιελελαμεναι πυργον eadem conſtructionis formâ dicetur ac περιβεβλημενος πεφιλην, σημα, ἱματιον &c. Nec multum abludit quod infra v. 934. occurrit γουνυ κεκλιται.

890. Και τας αγχιαλους] Nimis feſtinanter pronunciare ſolet *Pauwius*. Illi ſcilicet ipſe *Sophocles* ineptit; epitheton enim αγχιαλος de Salamine inſula uſurpat *Ajac.* v. 135. nec ibi reponi αμφιαλου patitur vox αμφιρυτου ejuſdem plane ſignificationis proxime præcedens. Vide ibi *Scholiaſtem*, quem exſcripſerunt *Suidas* & *Phavorinus*. Vide & *Heſychium* voce Αγχιλα, lege Αγχιαλα, ἁλμυρα, θαλασσα.

891. Εχρατυνε μεσαγκτους] Vocem μεσαγκτους *medio conſtrictos* ſignificare concedi forſan poteſt, at ut κρατυνειν νησον μεσαγκτον ſignificat *totam inſulam obtinere* vix mihi, fateor, ſit veriſimile. Neque oppoſitio iſta, quam inter has inſulas & Cyprum a Poeta notatam obſervaſſe ſibi viſus eſt *Pauwius*, ulla eſſe videtur. Nam & Cyprus tota primum Dario tributaria facta diu in ejus ditione permanſit, deinde rebellante tota inſula præter ſolos Amathuſios, iterum ejuſdem auſpiciis tota in ſervitutem redacta eſt. Vide Herodot. lib. III. §. 91. lib. V. §. 104 — 116. *Robortellus* & *Turnebus* μεσακτους ediderunt, ſed vocem hanc Græcam haud eſſe contendit *Pauwius*, ab ακτη enim non ſit μεσακτος ſed μεσακτιος. Bene profecto dictum, ſed quid prohibet quo minus μεσακτιους hîc ſtare poſſit? An minus hîc convenit periodus quam pherecratius aut anapæſticus? μεσακτιους igitur has inſulas dicere potuit Poeta, quia μεσον quodammodo obtinent inter Aſiæ Thraciæque ακτας. Epitheton enim hoc ad Lemnum & Icarum tantum pertinet; & ad Και Ροδον repeti απο κοινου debet εκρατυνε.

V. 892. Λημνον, Ικαρου θ' ἑδος] Quare Melus potius quam Lemnus hîc placuit *Pauwio* prorſus neſcio. Conſtat certe Lemnon Darii auſpiciis in ejus poteſtatem ac ditionem redactam, quod an de Melo dici poſſit valde ambigo. Certum eſt Melios tempore expeditionis hujus ſub Xerxe imperium Perſicum non agnoviſſe, ſed Athenienſibus in pugna ad Salaminem ſuppetias tuliſſe. Vide Herodot. lib. VIII. §. 46.

900. Antiſpaſticus eſt trimeter catalectus, ſecundo antiſpaſto pentaſyllabo.

903. Dactylica eſt penthemimeris prima του Ακαμπτον producta. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad A. v. 398.

905. Παμμικτα hîc proculdubio Dorice ponitur pro παμμικτον. Παμμικτα τ' quod edidit *Robortellus* optime etiam hîc ſtare poteſt, ſed tunc verſus erit hephthemimeris iambica; cæſura enim in choricis brevem nunquam producit.

907. 908. Θεοτρεπτα ταδ' αυ
φερομεν πολεμοισι] Verte, *Hæc rurſus a deo bellis everſa ſortimur.*

In SCHOLIA.

Ad v. 776. Plene diſtinguendum puto poſt ηρξαν τας βασιλειας, deinde legendum Αρταφρενης τε και Δαρειος, & minus denique plene diſtinguendum poſt αλλ' ἑτερος.

804. Ου γαρ τα μεν συμβαινει αφ' ὧν ταυτα ετελεσθη, κἀκεινα συμβησεται] Ita ſcribendum & diſtinguendum videtur, Ου γαρ τα μεν συμβαινει, αλλ' αφ' ὧν ταυτα ετελεσθη κἀκεινα συμβησεται.

879. Legendum potius ἡ ανεμοεσσα τε, ἡ μυχια, και εν μυχοις του Ελλησποντου κειμενη, και το στομα του ποντου, ητοι του Ευξεινου πελαγους, ηγουν ὁ Βοσπορος.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 921. Οτοτοι βασιλευ στρατιας αγαθης] Genitivi στρατιας, τιμης, κοσμου, non cum βασιλευ cohærent, ſed cum interjectione Οτοτοι. Iſtiuſmodi enim interjectiones genitivum regunt. Sic apud *Sophoclem Ajac.* v. 910. Ω μοι εμων νοστων, & v. 919. Ω μοι εμας ατας, & centies alibi. Βασιλευ τιμης, & Βασιλευ κοσμου, neque ipſe verebor inepta dicere.

992. Και Περσονομου τιμης μεγαλης] Ut Περσονομου ſit της της Περσας νεμηθεισης nullâ unquam analogiâ efficies. Revera eſt της τα των Περσων νεμουσης. Τιμη Περσονομος eſt *bonor Perſas regens. Perſis imperans*, qui ad eos, qui Perſis imperant pertinet, id eſt, honor Perſici imperii. Ita igitur totum locum verte, *Eheu, o Rex, præſtantem exercitum, bonoremque inſignem Perſici imperii, gloriamque virorum, quos nunc deus exſcidit!*

V. 925. 926. 927. Τα δ' αιαζει ταν εγγαιαν Ηβαν Ξερξα κταμεναν ἁδου Σακτορι Περσων] Admodum *Pauwio* diſplicet vulgaris hujus loci ſcriptura, &, ut quod res eſt fatear, durius etiam mihi videtur ſenes & regis conſiliarios ipſi regi mortem Perſicæ juventutis in Græcia deletæ diſertis verbis imputare, eamque coram, quaſi ille ſolus auctor cladis fuiſſet in os ei exprobrare, ac denique eum odioſo nomine ἁδου σακτορος compellare. Nam quod addit *Pauwius*; eos paullo ante regem perquam honorifice fuiſſe allocutos, exinde ortum eſt, quod ipſe Poetæ ſententiam in præcedentibus non bene perceperit. Remedium tamen a *Pauwio* nobis propinatum pejus eſſe morbo duco. Nam mentionem ullam apud Perſas Charontis fieri, quibus penitus erat ignotus, non admodum veriſimile eſt; id vero muneris illi aſſignari, ut mortales, antequam in cymbam ejus recipiantur, ipſe occidat, novum prorſus atque inauditum eſt, indictum ore alio. Genitivum denique Περσων cum ἡβαν tot interpoſitis conjungere duriſſima eſt conſtructio. Mihi minime dubium eſt *Æſchylum* ſcripſiſſe ακτορι Περσων, *Perſarum duci*, ut paullo ſupra v. 557. Σουσιδος φιλος ακτωρ. Nam inſulſum quiddam ſapere videtur iſtud ἁδου σακτωρ, nec alibi, ut opinor, reperietur. Hinc autem ſequi neceſſe eſt, Ξερξᾳ, dandi, non Ξερξα vocandi caſu legi debere, omnemque mendam in duabus illis vocibus κταμεναν ἁδου cubare. Circa eas igitur & literam Σ voci ακτορι præfixam inſtituenda eſt emendatio. Et primo, vice vocis κταμεναν aliam quæ rectius reponatur invenire, mihi, re diu perpenſa, difficillimum, immo impoſſibile plane videtur. Reſtat ergo ἁδου σ, in cujus locum non incommode reponi poſſe cenſeo ᾀκως, id eſt, αεικως, *indigne*, ut in *Prometh. Vinct.* v. 471. ᾀκες pro αεικες. Ita difficultatis partem ſuſtulimus, partem, cum ultra prodire non detur, reliquimus. Internecionem quidem exercitus Xerxi quodammodo coram imputare videtur Chorus, at contumelioſum iſtud ἁδου σακτορι, quod neque Xerxi, neque cuiquam alii, hîc convenire poteſt, ejecimus. Alii meliora excogitabunt.

927. Αγδαβαται γαρ] Pro αγδαβαται, voce nihili, non αγχιβαται cum *Pauwio*, ſed ἱππιβαται reponendum puto. Robur enim & flos exercitus Perſici equitatu conſtabat, unde ſupra v. 26. in enumeratione copiarum Perſicarum τοξοδαμαντες ηδ' ἱππιβαται ſicut hîc juncti reperiuntur. Nec ſi utrumque literis majuſculis ſcribatur, ΑΓΔΑΒΑΤΑΙ & ΙΠΠΟΒΑΤΑΙ, tanta eſt literarum, formam quod attinet, diſcrepantia.

V. 929. 930. — πολυ γαρ φυσις Μυριας ανδρων] Longe profecto facilius ac magis in promptu eſt, quid haud verum, quid non convenit, videre, quam id unum quod optimum & certum eſt excogitare, firmiſque rationibus aſtruere, expertus tum alias, tum ad hunc ipſum locum, dico. *Pauwio* enim aſſentior vulgatum φυσις non rite a φυομαι juxta analogiæ regulas deduci, ut & neque ipſum φυσις aut ſententiæ aut metro hîc convenire. φυξις tamen, quod *Pauwius* reponendum contendit, nullo modo probare poſſum; nequaquam enim de *fugitivis* ſed de cæſis hîc agitur. At hoc verbum de fuga æterna & ipſa morte intelligi poteſt. & id ſecretius & Tragicum revera. Secretiora iſta viri eruditi jam pluries & ſatis dixi mihi parum eſſe ad palatum, nec ſententiam mutandi cauſam adhuc video. Quis enim unquam ita locutus eſt, aut quis magnam hominum ſtragem in prælio factam ita exprimeret, ut diceret, Magnam hominum fugam ibi eveniſſe. Certe qui fugiſſe dicitur, niſi aliquid amplius quo mors ejus ſignificetur addatur, etiam effugiſſe intelligitur. Nec de fuga ex hac vita quiſquam, niſi ſecretioribus eruendis unice intentus, quidquam ſuſpicaretur. Βιβασιν, quod ad v. 1007. *Pauwius* ad hanc ſignificationem vocis φυξις aſtruendam affert, recte de mortuis dicitur, quia nihil ibi, ubi de mortuis ſermo eſt, ambiguum. Non tamen ideo de mortuis recte diceretur πεφυγασι nude poſitum, quia contrariam prorſus ideam, *mortem* ſcilicet *effugiſſe*, eos de quibus ſermo eſt, ſuggereret. Ejuſdem prorſus farinæ eſt quod addit *Pauwius* de emphaſi in voce ανδρων, ut ea denotentur ſcilicet viri *vere viri*. Emphaſis hîc nulla eſt, cum de numero tantum, non de virtute, cæſorum agatur. Quid erga circa φυσις faciendum? Relinquendum quidem cenſeo donec, aut meliores codices affulſerint, aut ingenia feliciora veram lectionem eruant. Si conjecturam tamen quæ mihi non plene ſatisfacit proponere liceat, legi forſan poteſt,

πολυ γαρ φυ 'σιν
Μυριας ανδρων.

930. Retinendum omnino vulgatum ἐξεφθινται, nulla enim neceſſitate coactus *Pauwius* verſum hunc catalecticum eſſe debere ſtatuit, quandoquidem anapæſtici ad verſum uſque 937. continuantur, ut ſtatim videbimus, quanquam hoc illum, fatendum

dum eſt, prorſus latuit. ἐκφθιτται, abjecto augmento, ne Græcum quidem eſt, nedum Atticum.

V. 931 — 937. Hi verſus omnes ſunt anapæſtici, & ita emendari & conſtitui poſſunt

Ξε. Αι, αι, αι, αι, κεδνας αλκας
Χο. Ασια δε χθων, βασιλευ, γαιας
Αινως, αινως, επι γονυ κεκλιται
Ξε. Οδ' εγων, οι, οι,
Αιακτος μελεος, γεννα γα
Τε πατρωα κακον αρ' εγενομαν.

In horum verſuum primo το αι αι ad explendum metrum bis repetitum dedimus. Librarii certe circa has interjectiones negligenter admodum ſe gerere ſolent, codiceſque plerumque variant. In tertio verſu επι γονυ *Aldo* & *Robortello* auctoribus repoſuimus, ut fiat proceleuſmaticus qui in metris anapæſticis interdum locum habet. In ultimo vero pro πατεια requirente metro reſcripſimus πατρωα. Syllabam autem catalecticam præcedit proceleuſmaticus ut in *Eurip. Hecub.* v. 76.

936. Μελεος γεννα γα τε πατεια] Diſtinguendum, ſed minus plene, poſt μελεος, non poſt γεννα, nam γεννα non cum μελεος cohæret, ſed ad κακον referri debet.

940. Κακομελετον ιαν] Vocem malis enunciandis occupatam, a μελομαι, non a μελος, unde nulla analogia deduci poteſt. Verſus eſt iambica vel trochaica penthemimeris ut & v. 944. 948. 977.

950. 951. 952. Λαοπαθη τε σεβιζων
Αλιτυπα τε βαρη
Πολεως γεννας πενθητηρος.] Conſtructio eſt βαρη πολεως, non βαρη γεννας, hoc enim ſi voluiſſet Poeta, mutato ordine neque repugnante metro ita proculdubio poſuiſſet. βαρη πολεως, *civitatis calamitates* eleganter dicuntur λαοπαθη de *terreſtri clade*, & ἁλιτυπα de *maritima*; & πολις recte dicitur πενθητης γεννας, *quæ ſobolem plorat*. σεβιζων *reverentiâ proſecutus*.

954. Ιωναν γαρ απηυρα] Dactylicum ab iambo incipientem ſibi habeat *Pauwius*. Revera Ιω hic pro una tantum ſyllaba habenda eſt, & ſicut noſtratium *Yo* pronuncianda. Vide Epilogum ad notas noſtras *Euripideas*. Nihil autem hic interpolari neceſſe eſt, ad απηυρα enim απο κοινου reperitur γενναν.

957. Νυχιαν πλακα κερσαμενος] Νυχιαν ſenſu a *Pauwio* explicato ſtare poteſt; magis tamen mihi arridet ejuſdem conjectura μυχιαν, quia epitheton iſtud mari circa Salamina accommodatiſſimum eſt. κερσαμενος eſt *quippe qui demeſſuit*, nec opus eſt ſubaudiri præpoſitionem κατα; æquor enim iſtud navigiis Perſicis ſtratum, ac tantum non occultatum, eleganter demeſſuiſſe dicitur Mars.

V. 959. De fulcro nihil opus eſt ut proſpicias, melius verſus in duos ſcindetur ita,

Οι, οι, ει βοα dochmaicus
Και παντ' εκπυθου penthemimeris ſpondaica.

960. Longe elegantior eſt lectio quam in quibuſdam codicibus extare monuit *H. Stephanus*, quamque metrorum Enarrator Græcus proculdubio ſecutus eſt

Που δε σοι φιλων οχλος.

Nam ut φι in φιλων produxit Enarrator iſte minime fit veriſimile, cum productum nuſpiam apud Poetas Atticos niſi per Librarii errorem reperiatur. το αλλος ex gloſſemate videtur irrepſiſſe. Maxima ex parte aſtipulatur etiam *Robortellus*.

962. Anapæſticus eſt dimeter brachycatalectus, Φαρανδακης enim diſpondæus eſt. Vide ſupra v. 31.

965. Σουσισκανης etiam diſpondæus eſt. Vide ſupra v. 34.

967. Glyconius eſt πολυσχηματιστος ex epitrito tertio hexaſyllabo & choriambo.

968. Epichoriambicus eſt dimeter hypercatalectus.

970. Θανοντας επ' ακτας] Ionicus eſt a majore hemiholius; prima enim ſyllaba carminis ionici a majore, quod pluries monuimus, communis eſt. Nihil autem hic immutandum cenſeo. Repetitiones ſimiles ejuſdem vocis apud *Æſchylum* non ſunt inſolitæ. Ita ſupra v. 307 & 309. habemus νησον Αιαντος & νησον την πελειοθρεμμονα, & v. 133. & 136. ανδρων ποθῳ & ποθῳ φιλανορι.

972. Κ' Αριομαρδος τ' αγαθος] Nihil immutandum; particula τε ſæpe eleganter παρελκει ut apud Homer. Iliad. x. v. 51.

Και τε φερει πολλον πυρετον δειλοισι βροτοισι.

Vide & eundem Iliad. Σ. v. 309. Ita & *Euripides Hecub.* v. 1286.

Κἀυτον τε τουτον, πελεκυν εξαρας ανω.

984. 985. 986. Η και τον Περσαν αυτου
Τον σον πιστον παντ' οφθαλμον
Μυρια, μυρια πεμπαστων] Πεμπαστων hic eodem ſenſu ponitur ac πεμπαζομενοι apud *Heſychium*, επιφερομενοι, μεριμνωντες. Ita μυρια πεμπαστων eſt *innumera curantem & diſponentem*. Eundem ſcilicet appellat Chorus, τον Περσων, τον σον, πιστον παντ' οφθαλμον, *Perſarum & Xerxis fidum in omnibus oculum*. Eodem, ni fallor, magiſtratu fungebatur Alpiſtus ille ac *magnus Viziris* hodie apud Turcas, & qui apud Perſas hodiernos vocatur *Athematdoulet*. Non equidem nego plures olim apud Perſas

Perſas fuiſſe, ac per provincias etiam diſperſos, qui *Regis Oculi* appellabantur. Hoc tamen non impedit quo minus unus eſſet præcipuus, titulo κατ' ἐξοχὴν *Regis & Perſarum Oculi* κατα παντα gaudens, ideoque παντοφθαλμος vocatus, qui cuncta Regis & Regni negotia moderabatur. Atque ob hanc forſan cauſam, numeris ſcilicet quod gerebat dignitatem, Alpiſti hujus genus ad proavum uſque a Poeta recenſetur. Frigide omnino, pace tanti viri dixerim, vertit *Stanleius*, *numeratorem omnium myriadum*. Immo & ne Græce quidem in iſta notione diceretur μυρια πεμπαςαν. Dicendum eſſet μυριων πεμπαςαν.

V. 990. 991. Hi duo verſus unum conſtituere debent, pherecratium ſcilicet. Legendum autem puto Ω δαιμων, non Ω δαϊων, quod hîc haudquaquam convenit; Δαϊος enim nunquam *miſerum* ſignificat, ut putavit *Stanleius*, ſed *hoſtem*; quanquam non ignoro aliter tradidiſſe *Scholiaſtem* ad *Sophoc. Ajac.* v. 795. ſed & ibi δαïα non *miſeram*, ſed *captivam*, denotat.

992. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus iambicis.

994. Υπομιμνησκεις, *redintegras*.

998. Epionicus eſt dimeter acatalectus ex epitrito quarto & ionico a minore.

1001. Διαιξεν, cum barbara ſit vox, primam hîc producit.

1004. Trochaica eſt hephthemimeris, ακορεςον enim penultimam corripit. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Elect.* v. 122.

1005. 1006. Ετᾳφον; ετᾳφον, ουκ αμφι σκηναις

Τροχηλατοισιν, οπισθεν δ' ἑπομενοι] *Pauwio* omnino aſſentior reponenti οπιθε pro οπισθεν quod exigere videtur metri ratio. Aliter tamen ac *Pauwius* hæc intelligo, & ita explicari poſſe exiſtimo; Sepelierunt, ſepelierunt non circa tentoria rotis vecta, prope ipſa ſcilicet caſtra, quod ſolent victores qui campo in quo decertabatur potiuntur, ſed raptim & ſparſim pone ſecuti & fugientes eo ipſo in loco quo quiſque mortem obierit, & jacens ſequentium oculis ſe obtulit. Neque alia, ut videtur, de cauſa addit Xerxes, eos qui duces & principes exercitus fuerant abiiſſe νωνυμους, ſine nomine aut memoria, quam quia ſcilicet ritibus funebribus caruerant. In horum autem verſuum priori legi malim αμφι μεν σκηναις, ut verſus ſit iambicus trimeter brachycatalectus proxime ſequenti ſimilis, qualem eſſe ſtatuit vetus metrorum Enarrator.

V. 1007. Verſus eſt ionicus a majore trimeter brachycatalectus.

1010. Ferri poteſt vulgatum Δυσδαιμονες εθετ', *miſeri vobis arceſſiviſtis*. Ita ſupra v. 282.

Ως παγκακως ἀπαντ' εθεσαν.

1011. Διαπρεπον, *inſigne*, *eximium*.

1012. Οιον δεδορκαν ατα] Αν hîc nec ſubaudiri poteſt, nec cum δεδορκεν ullo modo jungi. Scribendum fuiſſet εδερκεν αν; ſed recte ſe habet vulgata ſcriptura.

1013. Aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis. Veriorem tamen puto lectionem a *Scholiaſte* memoratam δαιμονος τυχα.

1015. Iambicus eſt dimeter acatalectus,

1018. 1019. 1020. Horum verſuum primus prorſus eſt αμετρος; ita igitur potius metra conſtituenda exiſtimo,

Δυσπολεμον γαρ δη penthemimeris dactylica

Γενος το Περσων. Ξε. πως δ' ου; hephthemimeris iambica

Στρατον μεν τοσουτον ταλας πεπληγμαι antiſpaſticus trimeter catalectus.

Præpoſitio κατα ad ςρατον τοσουτον commode ſubaudiri non poteſt; potius dicendum eſt accuſativum iſtum regi a paſſivo πεπληγμαι, *tanto exercitu orbatus ſum*, eadem conſtructionis forma qua in Lexicis reperies πληγηναι την οψιν, & πεπληγως τοις ποδας.

1023. Epichoriambicus eſt trimeter acatalectus.

1028. 1029. Periodi ſunt catalecti.

1031. Ionicus eſt a majore dimeter acatalectus.

1036. 1037. 1038. Παπαι, παπαι, παπαι, παπαι.

Ξε. Και πλειον η παπαι μεν ουν.

Χο. Διδυμα γαρ εςι και τριπλα] Parum refert an bis an quater παπαι ſcribas, non enim minuta iſta ac frigida acumina, quæ ita *Pauwium* delectant ut nihil convenientius dici poſſe exiſtimet, captabat *Æſchylus*. Talia ſublime ejus ingenium velut longe infra ſe poſita certiſſime ſpreviſſet. Διδυμα και τριπλα reſpiciunt cladem nauticam, cladem in fuga acceptam, & cladem Mardonii ad Platæas quæ ex Darii vaticinio Choro innotuerat. Mire autem lepidum ac ſuave eſt commentum iſtud *Pauwii*, quo η παπαι μεν ουν Choro tribuit hac ſententia, *Tertium igitur Papæ habe quando duobus non ſis contentus*.

1039. 1040. 1041. Periodi ſunt catalecti.

1041. 1042. Γυμνος ειμι προπομπων

Χο. Φιλων αταισι ποντιαισι] Neſcio qua de cauſa duriorem ac remotiorem conſtructionem malit *Pau-*

Pauwius, φιλων cum προπομπων, jungens, cum facilis & obvia adſit, φιλων απαις.

V. 1043. Iambicus anapæſtum ſecunda ſede habet, ſed facilis eſt medela, legendo ſcilicet Διαινε πημα διαινε.

1044. Incipiunt hîc antiſtrophica; prima ſtrophe octo veriſiculis conſtat, prima antiſtrophe totidem.

1046. Δοσιν κακαν κακων κακοις] Ad κακοις ſubaudiri puto præpoſitionem επι, ut ſenſus ſit, *munus malum malorum ſuper mala*. Non enim κακοι eſſe poſſunt aut Perſæ qui perierant, aut Xerxes. Priores appellationem iſtam non erant meriti, Xerxem κακον coram appellare non auſus eſſet Chorus..

1050. Ionicus eſt a majore dimeter acatalectus.

1059. Anapæſtus iambici ſenarii quartam ſedem obtinet, ſed in Melicis forſan licentia toleratur amplior.

1060. Incipit ſtrophe ſecunda ſex verſibus conſtans, quam ſequitur antiſtrophe ex totidem pariter conſtans quorum ultimus eſt

Ξε. Βοα νυν αντιδουπα μοι. Χο. Οι, οι, οι, οι.

1062. Απειγδ', απειγδα, μαλα γοεδνα] *Pauwius* hæc minus intellexit. απειγδα de *barba* hîc dicitur, ut infra v. 1068. de *cæſarie*. Verte, *tenaciter*, *tenaciter*, vel, *ſtrictis manibus*, *eveile pilos dotem luctui apprime convenientem*. απειξ proprie de *coma vellenda* dicitur. Ita *Sophocles Ajac.* v. 310.

Κομην απειξ ονυξι συλλαβων χερι.

V. 1073. Hîc iterum incipiunt monoſtrophica.

1077. Τοιαδ' ἁβροβαται] Recte hîc ſe habet ἁβροβαται, leniter ac pro dignitate incedentes, non præ nimia triſtitia ακοσμως ſe gerentes. Ita *Heſychius* Αβρυνομενοι, σεμνυνομενοι, & apud *Suidam* ex Herodoto ἁβρον, σεμνον. Et in hoc ſenſu uſurpari videtur in Fragmento e veteri quodam Scriptore a *Suida* in voce Αβρο βατων allato, Εκεινος ὀντως ἁβρο βατων εδοκει εχων τας οφρυς ὑπηρμενας ανω, licet aliter *Suidas*, eumque ſecutus *Kuſterus*, iſta interpretantur. Προβαται hîc ſtare non poteſt; qui enim aliquem πεμπουσι eum *ſequi*, aut ſaltem *comitari*, non *præcedere*, ſolent. Præſertim vero minus convenit cum addatur γοοις. Nam πεμπειν τινα γοοις eſt *progredientem aliquem lamentis proſequi*. Nec obſtat quod ſupra v. 530. Atoſſa Chorum jubet Xerxem προπεμπειν εις δομους. Nam προπεμπειν, quod pluribus exemplis oſtendit *H. Stephanus* in Theſauro, promiſcue de omnibus dicitur qui comitantur aut deducunt, ſive illi præeant, ſive latus ſtipent, ſive a tergo proſequantur.

NOTÆ

N O T Æ

I N

ÆSCHYLI AGAMEMNONEM.

IN ACTUM PRIMUM.

V. 3. Στέγαις Ἀτρειδῶν ἀγκάθεν] Ἀγκάθεν, id eſt, ut recte *Scholiaſtes*, ἀνέκαθεν, *jamdudum, a longo tempore. Heſychium* vocem ἀγκάθεν per ἀναγκάθεν interpretatum eſſe ne cras quidem credam; præterea vox iſta in hac Tragœdia nuſpiam occurrit. Proculdubio igitur ibi reponendum ἀγκάθεν, ἀνέκαθεν.

6. Λαμπροὺς δυνάστας, ἐμπρέποντας αἰθέρι] Verſum hunc tanquam ſpurium & ineptum ejicit *Valckenarius* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 506. Sed cum ſuſpicionis ſuæ rationes, ſi quas habuit, premere voluerit vir doctus, nemini opinor eam approbabit.

7. Ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν] Immerito Poetam reprehendit *Pauwius*, quod, cum omne quod dicendum erat abunde jam dixiſſet, hunc tamen verſum ſuperflue addiderit. At nihil minus revera ſuperfluum eſſe poteſt. Antea enim dixerat tantum Speculator ſe aſtra & hyeme & æſtate obſervaſſe, hîc addit ſe eorum etiam ortus & occaſus vidiſſe unde ſequitur eum totas noctes inſomnes duxiſſe.

10. 11. — ὧδε γὰρ κρατεῖ
Γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζον κέαρ] Proculdubio legendum eſt ἐλπίζει, & ita vertendum, *Hucuſque enim voti ſe compotem futuram ſperat mulieris cor viro favens*, aut, ſi malis, *viri deſiderio captum*; utrumvis enim ſignificare poteſt epitheton ἀνδρόβουλον.

13. Εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην] Minime placet *Stanleii* conjectura ἐπισκοτουμένην; Quis enim unquam putavit ſomniis ſoporem obſcurari? ἐπισκοπουμένην. recte ipſe interpretatus eſt.

17. Ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος] Vix ullum hîc ſenſum habere videtur ἐντέμνων ἄκος. *Pauwii* certe interpretatio, ἐντέμνων ἄκος ἀντίμολπον ut σφάγιον, *hoc cantionis contra ſomnum remedium ſicut victimam incidens* vel *diſſecans*, adeo non vero Tragica eſt ut plane ſit ridicula. Hoc quoque nimirum ex ſecretioribus eſt quodque nec *Stanleius*, nec quiſquam alius præter ipſum virum eruditum, unquam excogitaſſet. Legendum puto ἐντείνων, *voce ſublata edens.*

V. 19. Οὐχ ὡς τὰ πρόσθ' ἄριστα διαπονουμένου] Conjectura *Stanleii* διακονουμένου recipi non poteſt quia ſecundam producit, adeo ut anapæſtum in quarta ſede haberemus. Præterea διακονεῖσθαι apud Atticos in ſignificatione paſſiva nuſpiam uſurpatum reperiri puto, licet διακονεῖσθαι paſſive in *Teſtamento Novo* occurrere non ſum neſcius.

30. Ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει] Optime ſe habet vulgatum ἀγγέλλων πρέπει, *manifeſtus eſt nuncians, nuncians apparet.* Ita *Chœph.* v. 22. πρέπει παρηὶς φοινίοις, *gena rubefacta apparet, manifeſta eſt.* Vide & infra v. 329. & v. 1231. πρέποντ' ἔχοντες, *apparent habentes.* Nihil igitur immutandum,

67. Ἔστι δ' ὅπη νῦν ἔστι] Subauditur hîc τὸ πρᾶγμα, non τὰ παλαίσματα quæ ſupra memorantur.

69. Οὔθ' ὑποκλαίων, οὔθ' ὑπολείβων] Ingenioſe ſatis pro ὑποκλαίων *Pauwius* reponit ὑποκλάζων, veriorem tamen vulgatam lectionem puto. Ad ſupplicandi enim vel adorandi actum exprimendum nunquam, ut puto, uſurpatur ὀκλάζειν, ſed προσπιτνεῖν, γουνεῖσθαι, γουνάζεσθαι, γουνοπετεῖν, προσκυνεῖν. Κλαίειν, *plorare* generalius eſt, ideoque non inepte ſubjungitur δακρύειν, *lachrymare.*

71. Ὀργὰς ἀτενεῖς, *ingenia inflexibilia.*

74. Ἰσόπαιδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις] Recte vertit *Stanleius*, *ſcipionibus regentes*, perperam *Pauwius*, *habentes in ſcipionibus*, aut, *ſcipionibus attribuentes.* Quid enim, obſecro,

obſecro, ſibi vult, *Vires puero æquales habere in ſcipionibus*, aut *attribuere ſcipionibus?* ſed ita fere evenit, cum nihil placet niſi quod ipſe excogitaveris.

V. 83 — 87. Nulla quod ſciam lex metrica prohibet quo minus in ſyſtemate anapæſtico periodus a monometro incipere poſſit. Similis profecto licentiæ exempla habes apud *Sophoclem Electr.* v. 86. *Euripidem Hippolyt.* v. 212. *Cyclop.* v. 485. alia etiam ſpondeo inventurum qui quærere velit. Emendatio certe *Pauwiana* ſtare omnino non poteſt, Κλυταιμνηστρα enim primam corripit.

90. Των τ᾽ ουρανιων, των τ᾽ αγοραιων] Minus neceſſe videtur pro αγοραιων reponere ὑπογαιων, totum enim hunc verſum nihil aliud niſi gloſſema fuiſſe puto a Critico aliquo margini allitum, unde in contextum poſtea irrepſit. Ουρανιων interpretatio eſt vocis ὑπατων, ſicut αγοραιων vocis αστυνομων.

103. Την θυμοβορον λυπης φρενα] Proculdubio legendum φρενα λυπην, ſubaudita ad φρενα præpoſitione κατα. Ita την θυμοβορον λυπην per appoſitionem cohærebit cum φροντιδ᾽ απληστον.

104 — 113. Ita forſan totus hic locus, qui Interpretibus hactenus negotii pluſquam ſatis faceſſit, non incommode reſtitui & explicari poteſt,

Κυριος ειμι θροειν ὁδιον κρατος
Αισιον ανδρων
Εντελεων (ετι γαρ θεοθεν καταπνειει
Πειθω μολπα)
Αλκαν συμφυτον, αἰων
Οπως, Αχαιων,
Διθρονον κρατος, Ελλαδος ἡβαν
Ξυμφρονα ταγοιν,
Πεμπει συν δουρι δικας πρακτορι
Θουριος ορνις Τευκριδ᾽ επ᾽ αιαν.

Verte, *Idoneus ſum enarrare victoriæ omen fauſtum in itinere oblatum viris principibus (adhuc enim divinitus inſpirat fiduciam vaticinium) audiens quo pacto avis impetuoſa mittit robur cognatum Achivorum, geminum imperium* (id eſt, Agamemnonem & Menelaum) *Græciæ pubem eadem cum ducibus ſentientem, cum haſta pœnarum exactore Trojanam ad terram.* Jam ſingula ordine expendamus.

106. Ανδρων εκτελεων eſt *virorum adultorum*, quod nihil ad rem; legendum cenſeo εντελεων, *virorum principum*. Vide *Heſychium* voce Εντελεια, & Εντελεστατοι, & *Suidam* voce Εντελεις.

108. Συμφυτος αιων proprie eſt *ætas congenita*, quæ locutio quomodo *ſenium* ſignificare poſſit docere debebat *Pauwius*. Quamvis enim e ſenibus revera conſtabat Chorus, ætas certe illis congenita non ſenium erat ſed *pueritia*, vel potius *infantia*. Præterea, quamobrem ſenium potiſſimum vires inſpirare dicerent iſti? Juventutis proculdubio hoc donum potius eſſe ſolet quam ſenii. Non denique res erat adeo operoſa hujus hiſtoriolæ ſive cantiunculæ recitatio, ut unde vires ſibi ſuppetebant ad eam peragendam rationem reddere Choro neceſſe eſſet. Locum igitur corruptum eſſe nemo opinor dubitabit; ita autem emendavi ut συμφυτον repoſuerim cum αλκαν jungendum, & αἰων, *audiens*. Hoc enim indicare vult Chorus, ſe non oculatum ſed auritum tantum teſtem hæc declarare. Supra enim monuerat v. 73—74. ſe propter ætatem jam provectam expeditioni Trojanæ non interfuiſſe.

V. 110. Ελλαδος ἡβαν] Agamemnonem & Menelaum hac appellatione deſignari nequaquam videtur veriſimile. Agamemnon certe, qui filiam nubilem Iphigeniam habebat, juvenis non erat. Nihil tamen muto, cum ἡβαν, non ἡβας etiam apud Ariſtophanem legatur, ſed απανθιον, prout alia non raro apud *Æſchylum*, poſita exiſtimo. Nec obſtat quod poſtea ſequitur, συν δορι, hoc enim non *cum exercitu* ſed *cum armis*, ſignificat.

112. Πεμπει ξυν δορι δικας πρακτορι] Οπως πεμπει eſt, *ut mittat*, non *quo pacto miſerit*; omnino igitur legendum eſt πεμπει, & ita legitur apud Ariſtophanem. Porro pro δορι repoſui δουρι, ut verſus anapæſticus ſit, qui dactylico ſatis, cum ισοχρονοι ſint ambo, reſpondebit. Πρακτορες αἱματος a Noſtro appellantur Furiæ quia ſanguinem pro ſanguine jure repoſcunt, ſed λεχη pro *mulieris nuptæ raptu*, & λεχεος πρακτωρ pro *raptus vindice*, non Græce dici opinor.

113. Θουριος ορνις hîc certe *Aquila* eſt, non *Augurium*; nam Augurio nequaquam convenit epitheton θουριος. Neque ulla hîc culpanda reperitur tautologia, novam enim periodum incipit Οιωνων βασιλευς.

121. Ερικυμονα φερβομενα γενναν] Metri gratia reponi malim γενναν, non γονναν, vide Etymolog. magn. voce Γενεθλη. quanquam & ante duplicem ν vocalem alias brevem corripi poſſe haud dubitamus, eâdem ſcilicet analogiâ qua ante duplicem λ correpta reperitur. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Electr.* v. 128. Nihil autem amplius hîc immutari neceſſe eſt. βοσκομενοι φερβοντο eſt *ſeſe paſcentes comedebant*, nec ulla ibi tautologia. βοσκομενοι κερματι, pro *veſcentes minutatim*, Græcum non eſt, ſed neceſſario ſignificat, *fruſto veſcentes*. Nec κειρομαι, formâ mediâ, cum actio in rem ab agente diverſam terminatur, hîc locum habere poteſt, ſed ſcribendum eſſet εκειρον.

V. 132. Κτηνη προσθε τα δημιοπληθη] Lubens aſſentior *Pauwio* reponenti προσθετα, *accumulata.*

134. Οιον μη τις ατα] Eâdem analogiâ qua a μονος μονον, ab οιος etiam οιον adverbialiter poſitum deducitur. De emendatione igitur non eſt cogitandum.

135. 136. Ita hi verſus, ut ſtrophicis reſpondeant, forſan corrigi poſſunt,

Θεοθεν κνεφαση προτυπεν στο- hephthemimeris anapæſtica

μιον μεγα της Τροιας ionicus a majore dimeter catalectus.

144 — 150. Τοσον περ ευφρων ἁ καλα
Δροσοισιν αελπτοισι μαλερων οντων,
Παντων τ' αγρονομων φιλομαστοις
Θηρων οβρικαλοισι, τερπνα
Τουτων αιτει ξυμβολα φαναι,
Δεξια μεν, κατα-
μομφα δε φασματα στρουθων] Recte hunc locum intellectu difficilem dixit *Pauwius*; neque enim ipſe, nec quiſquam qui mihi innotuit Interpretum, intellexit. Id autem cunctos e recto tramite deflexiſſe videtur, quod hæc ad jam memoratum aquilanum portentum pertinere exiſtimabant, cum proculdubio paſſerem cum octo pullis a dracone coram Græcorum exercitu ad ſacrificium congregato voratum reſpiciunt; cujus rei hiſtoriam fuſe narratam apud Homer. Iliad. B. v. 300 — 330. videre licet; ideoque eam, utpote ex Homero omnibus ſatis notam, verbo tantum attingit Poeta. Στρουθων de aquilis explicant *Scholiaſtes* & *Stanleius*, de nondum natis leporis pullis *Pauwius*, ſed perperam omnes; nunquam enim aut aquila aut pullus leporinus voce Στρουθος ſignificabatur. Δροσοις pro pullis, Grammaticorum eſſe ineptias affirmat *Pauwius* (inter ineptientes eſt autem maximus ille *Caſaubonus*) ideoque δροσοισιν αιφθοισι vel απτιλοισι reſcribit, & cum ἁ καλα conjungit ad Dianam referens, & de roribus matutinis a ſole nondum coctis explicans. Pulchrior enim ſolito, ſi ei credis, exiſtit illa cum roribus iſtis humectata ſit probe. Rores quidem matutinos ſuperveniente ſolis æſtu exhauriri atque exſiccari ſolere ſcio, coqui nondum audivi. Auroram etiam roribus matutinis formoſam, quia iis revera exornatur, recte dici poſſe concedo; venatricem tanto eſſe formoſiorem quanto iis magis humectata ſit, ſi non affirmaſſet *Pauwius* nunquam credidiſſem; ſed de guſtibus non eſt diſputandum. Hoc fidentius dico; quiſquis verborum ſeriem & orationis ſtructuram perpendebit, is ſtatim videbit μαλερων οντων neceſſario cum δροσοισιν αελπτοισι conjungi debere, nec cum παντων αγρονομων θηρων ſenſu ullo idoneo connecti poſſe. Quinetiam ipſe *Pauwius* concedit agnos apud Homerum εγσηας, id eſt, δροσωδεις dici. Quod ſi teneri pulli revera δροσωδεις ſint, & jure dicantur, quare etiam δροσοι, metaphora pro poeſis *Æſchyleæ* indole non adeo violenta, appellari non poſſint, non ſane video. Saltem locutio hæc inter Secretiora iſta & vere Tragica, quæ tantopere crepat vir doctus, admitti minime erat indigna. Quod ad αελπτοισι attinet, ſi αελπτος vox ſit Græca, & ſignificet *volare nondum valens* optime hæc ad pullos paſſerinos referuntur. Sin cum *Pauwio* an αελπτος Græcum ſit dubites, απτιλοισι eodem ſenſu reponere potes, aut ſi mavis ipſius *Pauwii* conjecturam απτιλοισι, quæ mihi, fateor, non omnino diſplicet, amplecti, & de pullis leporinis interpretari; ut απτιλος idem ſit ac απειπειρος, δροσοι ſcilicet απτιλοι, *fœtus nondum partui maturi.* Μαλερος apud *Heſychium* & *Suidam* eſt αδηνης, & apud *Euſtathium* ad Homer. Iliad. H. v. 463. p. 691. ευφθαρτος δε απαλοτητα. Cum vero vocem μαλερος in ſignificatione iſta uſurpatam nunquam hactenus me deprehendiſſe meminerim, non incommode forſan reſcribi poteſt ματερων οντων. Porro ſi verſus 148 verba prout nunc leguntur attentius expendantur, ſententia quæ ex illis prodit inſulſa certe, aut potius plane nulla, deprehendetur. Diana ſcilicet a Calchante petit ut ſigna paſſerculorum dicat. Quorſum hoc peteret Diana? Calchas autem etiamſi a dea rogatus ſigna iſta pluribus non explicat, ſed verbo tantum attingit, & quaſi jam olim ſatis & dicta & cognita tranſit. Præterea φαναι metrum plane jugulat; quicquid enim dicat *Pauwius*, primam certiſſime corripit. Vide Etymolog. Magn. Vix igitur dubito quin Poeta ſcripſerit

Τουτων αυτα ξυμβολα φαινει

His præmiſſis, totus jam tandem locus ita verti poteſt. *Quanquam tantopere benevola ſit pulchra illa dea pullis nondum volare valentibus* (aut, ſi mavis, *pullis immaturis*) *omnium quæcunque ſint matres* (vel *omnium imbecillium*) *& omnium agreſtium ferarum catulis mammas amantibus* (id eſt, *teneris*) *jucunda horum quæ dixi præſagia ipſa oſtendit, fauſta illa quidem ſed culpanda oſtenta paſſerculorum.* Ideo autem fauſta, culpanda tamen auguria illa vocat Calchas, quia Trojam quidem demum captam fore, at non niſi poſt annum nonum, portendebant.

V. 145. Verſus aſynartetus eſt ex dochmaico & penthemimeri trochaica. Si pro μαλερων legas ματερων legendum etiam erit αελπτοις aut απτιλοις. Quod ſi legas

legas ἀπήνη ματρῴων dicendum erit Doricum & corripi, quod interdum rite fieri oſtendimus in obſervatis noſtris ad *Valckenarii* notas in *Euripidis Phœniſſas* ad v. 1559.

V. 149. 150. Ita potius hi verſus conſtituendi,

Δεξια μεν κατaμομφα δε dactylicus trimeter
Φασματα ϛρουθων penthemimeris trochaica.

152. 153. Hi duo verſus nonniſi unum facere debent, dactylicum ſcilicet haxametrum. Idem de verſibus 155 & 156, 157 & 158, 160 & 161, 162 & 163. 164 & 165. ſit dictum.

156. Επειγεν, θυσιαν ἑτεραν ανομον τιν’ αδαιτον] *Pauwius* dum *Stanleium* reprehendit, ipſe etiam hic, ſed certe non nimio acumine, peccat. Θυσια enim dicitur ἑτερα, non quia opponitur δειπνῳ αιπτων, ſed quia præceſſerant ſacrificia alia, Dianæ proculdubio non minus ac diis ceteris a Græcis expeditionem ſuſcepturis facta, quo eorum favorem ac præſidium ſibi conciliarent. Ne igitur præter hæc aliud (quod jure αδαιτον vocat, quia non prout cetera præbebat quo epularentur ſacrificantes) exigeret Diana, precatur vates.

157. 158. Νεικεων τεκτονα συμ-
φυτον, ου δεισηνορα] Epitheta hæc tranſpoſita ſunt; nam συμφυτον & ου δεισηνορα, quæ ad νεικεων proprie pertinent, ad τεκτονα transferuntur, eâdem prorſus figurâ qua ſupra v. 49. 50. habuimus εκπατιοις αλγεσι παιδων.

159. παλιντορσος, verte, *reciproca meditans, retributionem parans.*

186 — 175. Ζευς, ὁϛις ποτ’ εϛιν, ει τοδ’ αυ-
τῳ φιλον κεκλημενῳ,
Τουτο νιν προσεννεπω.
Ουκ εχω προσεικασαι,
Παντ’ επιϛαθμωμενος,
Πλην Διος, ει τοδε ματαν
Απο φροντιδος αχθος
Χρη βαλειν ετητυμως] Senſum hujus strophæ parum aſſecuti videntur Interpretes, quanquam non admodum difficilis ſit conſtructio. Binis tantum in locis emendatrici manu opus eſſe exiſtimo. Verſum ſcilicet 170 ita legendum eſſe opinor

Τουτο νιν μεν προσεννεπω

ut ſit periodus, & metro reſpondeat antithetici prout infra a nobis emendabitur. Verſu etiam 173 pro ει τοδε ματαν reſcribi malim ὁς τοδε ματαν; nam το τοδε retinendum cenſeo, quanquam *Pauwius* ejus loco reponi jubeat το, illud alterum & metrum & ſententiam reſpuere cauſſatus, & ſententiam quidem, quia το ματαν αχθος eſt το ματαιον αχθος. Sed an non τοδε ματαν αχθος æque eſt τοδε ματαιον αχθος? Immo τοδε plane poſtulat ſententia; hoc nimirum αχθος indigitat Chorus de quo tunc illis ſermo, aliquid ſcilicet quærendi cui Jovem aſſimilare poſſint. Neque repugnat metrum quod choriambicum eſt dimetrum catalecticum, cujus ſecundæ dipodiæ prima in antiſtrophico longa hic in duas breves rite ſolvitur. Totum autem locum ita verte; *Jupiter qualiſcunque demum ſit (ſi hoc nomine appellari ei gratum eſt, hoc eum ipſe appello) non poſſum ſimilitudinem aliquam quærens aſſequi, cum omnia mihi ratiocinatione æſtimare detur Jove excepto. Ita vanum hoc ac inutile pondus a cogitationibus noſtris dehinc revera abjicere oportet. Pauwius* πλην Διος (vel πλην Δια, ut ipſe *Aldum* & *Turnebum* ſecutus, at certe non in melius, reponit) cum ουκ εχω προσεικασαι conjungit, & vertit, *præter Jovem, præterea nihil conjectare poſſum*; atque ibi ſententiam terminat. Sed quid hæc ſibi volunt? an nihil præter Jovem quod exiſtat ſe conjectare poſſe dicunt? At hoc non eſſet verum. An nullum aliud nomen præter Jovem quod ei gratum ſit? Atqui neque hoc verum; diverſa enim ſunt nomina Ζευς & Δις, a quo Δια, & etiamſi verum eſſet, frigidiſſimum tamen certe eſt, & tot conſiderationibus πανθ’ επιϛαθμωμενον haudquaquam dignum.

V. 176 — 183. Ουδ’ ὁϛις παροιθεν ην μεγας,
Παμμαχῳ θρασει βρυων,
Ουδεν τι λεξαι πριν ων,
Ος δ’ επειτ’ εφυ, τριακ-
τηρος οιχεται τυχων.
Ζηνα δε τις προφρονως
Επινικια κλαζων,
Τευξεται φρενων το παν.] Locus eſt proculdubio difficillimus, quem, ut ſenſum ſaltem qualemqualem eruat, mire refingit *Pauwius*, adeoque ſententiam, neque ſibi conſtantem, neque ad ſequentia quidquam facientem, a Poetæ mente certe alieniſſimam, nobis obtrudit. Ita enim reſcribi jubet, Ουδ’ ὁϛις παροιθεν ην μεγας — ουδε εν λεξαι πριν αν, ὁς δ’ επειτ’ εφυ — οιχεται. *Novi qui modo erat magnus — ne verbum mutiiſſe olim, ut vero poſtea evaſit — periit.* Doceri ſane imprimis magnopere velim, quiſnam fuerit homo iſte de quo hæc dicit Chorus, qui primo adeo humilis ut ne verbum quidem mutire auderet, deinde magnus evaſit, & omnigenæ audaciæ plenus, ſimulac vero magnus evaſerit, ſuperiorem nactus periit; aut quid hæc vel ad fabulam vel ad ſequentia faciunt. Locus tamen egregius viro docto videtur, & iſtud ουδε εν λεξαι πριν αν pulcherrimum, cum revera ne Græ-

 cum

cum quidem ſit. Nam nec ουδε τινα αν λεξαι Græce dicitur, neque unquam uſurpatum reperitur πριν αν niſi ſubjuncto formæ vel optativæ vel ſubjunctivæ verbo. Iſta porro, ὃς δ᾽ επειτ᾽ εφυ, nunquam ſignificabunt, *ut vero poſtea evaſerit magnus*, ſed verti neceſſario debent, *ſimulac vero poſtea natus eſt*. Ut tandem autem ad Poetæ verba redeam, mendum in his tribus vocibus, ουδεν τι λεξαι, cubare arbitror, quod ſatis indicat metri ab antithetico enormis diſcrepantia; nam πριν αν & ὃς δ᾽ επειτ᾽ εφυ opponuntur, & ſeſe mutuo ſtabiliunt. Reſcribendum igitur opinor,

Ουδεν αντιλεξαι πριν αν

& totum locum ita vertendum; *Neque quicunque prius magnus erat, audaciâ ad omnia aggredienda promptâ affluens, ejus ſe voluntati opponere valuit olim exiſtens; qui vero poſtea exſtitit victorem nactus periit. Quicunque vero Jovi victoriæ cantica acclamabit, is partes ſapientis omnino explebit.* Vocibus iſtis ὃς παροιθεν ην μεγας cum *Scholiaſte* intelligo deſignari Titanas, ſequentibus ὃς δ᾽ επειτ᾽ εφυ, Typhœum. Quandoquidem autem Poetis Athenienſibus in more erat hiſtorias antiquiores ſuis temporibus accommodare, & res ſuo ſeculo geſtas ſub illarum ſpecie non obſcure adumbrare, ita & hîc Secretius (quidni enim & mihi Secretiora mea venditare liceat?) deſignari puto Darium & Xerxem fruſtra & Jove invito Græciam bello adortos. Atque hanc quidem alluſionem Poetæ in animo fuiſſe inde etiam veriſimilius eſt, quod voce τριακτηρ utitur. Hac enim voce deſignatur qui in ludis Græcorum gymnaſticis ter, aut curſu, aut palæſtra, vicerat. Unde concludere rationi abſonum non eſt, reſpexiſſe Noſtrum tres illas inſignes victorias, ad Salamina, ad Platæas, ad Mycalen, quas de Xerxe nuper admodum reportaverant, quibuſque Perſici imperii robur plane fregerant Græci. Etymolog. magn. Τριαξειν, το νικαν· απο μεταφορας των παλαιςων, εν τρισι παλαις την νικην καρπουμενων. Τριαχθηναι, λεγουσιν οἱ παλαιςικοι, αντι του τρις πεσειν, η το τρις προχασαντα νικηθηναι, ςαδιον, διαυλον, δολιχον. *Suidas*. Τριαχθηναι λεγουσιν οἱ παλαιςικοι αντι του τρις πεσειν, η το τρις προχασαντα νικηθηναι, ςαδιον, διαυλον, δολιχον. Ex hoc autem Etymologi ſcripturam vulgatam emendare in promptu eſt. Vide *Caſauboni* Lection. Theocritic. cap. VI. & *Salmaſium* ad *Solin*. p. 206. Denique επινικια cum κλαζων arctiſſime cohæret, ut, vel pro voce unica utraque ſimul juncta ſint habenda, vel duos accuſativos regere dici poſſit participium iſtud, unum rei, alterum perſonæ. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Oedip. Colon.* v. 1212. Appoſitio inter res plane diverſas, Ζηνα & επινικια, nullum habere poteſt locum.

V. 187. Σταζει δ᾽ εν θ᾽ ὑπνῳ προ καρδιας] Σταζειν προ καρδιας eſt *prope cor ſtillare*, atque hanc quidem lectionem retinendam cenſeo. *Pauwianum* ςαθει, *ſtabit ante cor*, quod pulſat, ut quis ſtat ante januam quam pulſat, ut intret, an cuiquam arriſurum ſit neſcio; mihi certe ex Theologis iſtis quos paullo infra memorat, qui Gratiam efficacem tam acriter defenderunt, mutuam hanc phraſin deſumpſiſſe videtur vir doctus, ad quos iterum relegandam, ſaltem hinc eliminandam ſtatuo.

188. Μνησιπημων πονος· και] Periodus eſt catalectus.

201. Κακοχολοι, νηςιδες, δυσορμοι
Βροτων αλαι,] Commate diſtinguendum eſt poſt δυσορμοι, quod cum πνοαι cohæret. Dicuntur enim πνοαι iſtæ βροτων αλαι.

218. 219. 220. Ita hi verſus conſtitui debent, ut ſtrophicis, in quibus nihil immutandum, reſpondeant,

Ρειθροις πατρῳους χερας βωμου πελας· aſynartetus ex baſi iambica & hephthemimeri trochaica
Τι τωνδ᾽ ανευ κακων iambicus dimeter brachycatalectus
Πως λιπονεως γενωμαι choriambicus dimeter catalectus

rejectis τι & πως, quæ ſententiam quoque turbant.

222 — 225. Παυσανεμου γαρ θυσιας
Παρθενιου θ᾽ αἱματος οργᾳ
Περιοργως επιθυμειν
Θεμις. ευ γαρ ειη.] Ut nomine Θεμις hîc deſignetur Diana, quia jus ad Iphigeniæ ſacrificium habebat; aut ut per οργᾳ, vel Dianæ iram, eadem Diana deſignetur, atque adeo ut iram iſtam perquam iracunde ſacrificium cupere dicat Poeta, ut credam non ſtatim adduci potero. Hæc enim Secretiora ſunt, & nimis Tragica, quam ut ad palatum meum ſapiant. Quid quod Dianam hîc ne innui quidem putem? Hoc enim mihi ſuadet particula γαρ quæ hæc cum ſuperioribus connectit, & prius dictorum rationem introducere debet. In illis autem ne verbum quidem de Diana, ſed de ſocio exercitu tantum agitur. Hunc igitur hîc ſubintelligi puto, & cupidine vehementi ſacrificii hujus peragendi teneri dici. Atque adeo hoc eſt quod dicit Agamemnon; *Quomodo claſſis deſertor eſſe poſſim, omni auxilio bellico dehinc fruſtratus? Nam æquum eſt ſocios meos vehementer & cum ira perquam iracunda expetere ſacrificium iſtud quod ventos ſedare debet, virgineumque ſanguinem. Hoc enim iis in utilitatem verteret.*

V. 226.

V. 226 — 229. *Pauwius* aliam metrorum conſtitutionem excogitavit, ut hæc a primis ſtrophæ præcedentis verſibus diverſa efficeret. In his enim, juxta eum, ipſa diverſitas non negligenda, ſi commode haberi poſſit. Vide quam variæ ſint hominum ſententiæ. Ipſe contra, conformitatem, modo revera adſit, non n gligendam ſed ſedulo conſervandam cenſeo, quia vix caſu adeſſe poterat per totos quatuor verſus, ideoque eam conſulto voluiſſe Poetam exiſtimandum eſt.

227. Φρενος πνεων δυσσεβη τροπαιαν] Proculdubio ſubintelligitur πνοην, quæ vox in participio πνεων continetur, & inde repetenda eſt.

229. 230. Τοθεν το παντοτολμον

Φρονειν μετεγνω βροτοις] Et verſum & ſententiam hoc in loco laborare queritur *Pauwius*, ideoque reponit,

Ου ποτε vel Ου ποτε το παντοτολμον
Φρονειν μετεγνω βροτος

quæ ita vertit; *Nihil adeo facinoroſum eſt quod meditari noluit mortalis*; ſed plane præter & verborum & ſtructuræ indolem. Ubi autem didicit μεταγινωσκειν ſignificare *meditari?* Vertere debuit, *Nunquam*, aut, *Non tunc, audaciæ ad omnia promptæ pœnituit mortalem*; quorum primum, falſum eſt, alterum, ubi voce βροτος deſignari vult Agamemnonem, languidum prorſus ac frigidum. Ita potius ſententiam reſtitui poſſe puto, reſcribendo ſcilicet,

Τοθεν το παντοτολμον hephthemimeris iambica
Φρονειν μεν εγνων βροτοις periodus catalectus

Inde (id eſt εξ αναγκης) *animum ad omnia audacem ac promptum mortalibus venire obſervavi.* Metrum in tuto erit, ſi, voce una in antiſtrophico tranſpoſita, ibi ſcribas,

Παντι φρενοιν θυμῳ

Binos autem hoſce verſus una cum duobus proxime ſequentibus parentheſi includendos cenſeo.

231. 232. Hi duo verſus ut nunc leguntur parum antitheticis reſpondent. Ita reſtitui debere exiſtimo,

Αισχρομητις γαρ θρασυνει trochaicus dimeter
Ταλαινα παρακοπα πρωτοπημων antiſpaſticus dimeter brachycatalectus;

Horum verſuum alterum *Pauwius* aſynartetum eſſe ſtatuit ex penthemimeribus iambicis, ſed minus, ut opinor, rectè. In aſynartetis enim Choricis, ſaltem homogeneis, ſyllabam penthemimeris primæ catalecticam communem faciendi licentiam obtinuiſſe, nuſpiam, quod meminerim, deprehendi. Aſpirationem autem τῳ 'Αισχρομητις igitur præfigendam duxi, quia articulus hinc vix commode abeſſe poteſt. Articulum autem ſequente vocali eliſum non alia erat apud Veteres exprimendi ratio, niſi per aſpirationem eidem vocali præfixam. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 121. 122.

V. 233. Aſynartetus eſt ex dochmaicis. Θυτης primam corripere perperam putabat *Pauwius.*

234. Γυναικοποινων πολεμων αρωγαν] Retinendum eſt omnino αρωγαν; ſchema enim eſt προς το σημαινομενον. Θυτης γενεσθαι θυγατρος idem prorſus valet ac θυσαι θυγατρα; ad hoc poſtremum igitur reſpiciens Poeta per appoſitionem ſubjungit αρωγαν & προτελεια, quibus ad Iphigeniam relatis manifeſta ſe prodit Agamemnonis ſtultitia filiam propriam mactantis ut ſucceſſum obtineret in bello, cujus aliûs uxor ſola erat cauſa. Ut αρωγα & προτελεια ad θυτης ſalvâ ſententiâ referri poſſint nemini, ut opinor, perſuadebit vir doctus, licet talia δια κοινου occurrere affirmare non dubitat. Verſus aſynartetus eſt ex penthemimeribus iambicis.

235. Ut metrum antithetico quodammodo reſpondeat, ita tranſpoſitione facta reſcribendum opinor,

Και ναων προτελεια periodicus catalectus.

236. Aſynartetus eſt ex penthemimeribus iambicis.

237. 238. Ita hos verſus conſtitui debere & ſuppleri poſſe puto, ut antitheticis reſpondeant,

Παρ' ουδεν, αιωνα τε periodus catalectus
Παρθενιον, εθεντο δη hephthemimeris trochaica
Φιλομαχοι βραβης penthemimeris trochaica.

Poſt hæc ſequebatur olim verſus verſui ultimo antiſtrophæ reſpondens, qui temporis injuriâ excidit & antiſpaſticus eſſe debebat trimeter catalectus.

244. 245. — ςοματος τε καλλιπρωρου

Φυλακαν καταχειν, φθογγον αραιον οικοις] Ita hæc, ut ſtrophicis reſpondeant, reſtitui poſſe exiſtimo,

τος τε φυλακαν καλλιπρωρου

Καταχειν, φθογγον οικοις αραιον] Parum certe feliciter *Pauwio* ceſſerunt conatus ſui in his metris reſtituendis; prioris enim verſus prout ab eo emendatus legitur, ne una quidem dipodia oppoſitæ in ſtrophico reſpondet. Quinetiam φυλακαν in φυλακα mutat, & ςοματος καλλιπρωρου φυλακα, *cuſtodem oris formoſi*, explicat eſſe linguam & loquelam, idem ſcilicet cum φθογγον, quod juxta eum per appoſitionem ſubjungitur. Sed quis unquam fando audivit *linguam* aut *loquelam* appellari *oris cuſtodem?*

revera

revera φθογγον regitur a verbo χαλινουν, de quo ad verſum ſequentem; tollenda igitur eſt diſtinctio ad finem verſus alterius poſita.

V. 246. Βια χαλινων τ' αναυδω μενει] Poſtulante ſententia, nec ſine metri etiam emolumento, reſcribi debere exiſtimo,

Βια χαλινουν τ' αναυδῳ τε μενει

Epitrito primo in ſtrophico opponitur hîc dijambus, cetera conſentiunt utrique. Objicit quidem *Pauwius*, αναυδῳ μενει abſque χαλινων vix ſufficere, manus enim intelligi quæ ori obtenderentur, ita χαλινων aperte requiri ut numeros habeat locutio. At ſcire velim, annon omnia quæ quærit vir doctus, quæque in nomine χαλινων comprehendi contendit, ſive manus ſint ſive alia, in verbo etiam χαλινουν æque comprehenduntur. Annon βια χαλινουν idem ſignificat quod χαλινων βια κατεχειν. Hoc ſi detur, quod certe negari vix poteſt, omnia igitur quæ vis in verbo æque ac in nomine habes.

247—251. Ita hi verſus, ut ſtrophicis reſpondeant, conſtitui & emendari poſſunt,

Κροκου βαφας δ' ες πεδον χεουσα,
Εϐαλλ' ἑκαστον θυτηρων
Απ' ομματος μεν βελει φιλοικτῳ,
Πρεπουσα δ' ὡς εν γραφαις,
Προσεννεπειν θελουσ', επει
Πολλακις πατρος
Κατ' ανδρωνας ευτραπεζους εμελψεν.

252. 253. 254. Αγνα δ' αταυρωτος
Αυδᾳ πατρος φιλου τριτοσπονδον ευποτμον
Αιωνα φιλως ετιμα.] Vulgata corrupta eſſe nemo eſt qui dubitare poteſt. *Pauwius* reſtituere conatus eſt, ſed, ut opinor, fruſtra. Ei autem refutando non immorabor, emendationem meam proponere contentus, quæ evidentiâ ſuâ, ut ſpero, eruditis ſatis ſe probabit. Legendum igitur puto,

Αγνα δ' αταυρωτος iambicus dimeter brachycatalectus
Αυδᾳ πατρος φιλου τριτοσπονδον ποτμον iambicus ſenarius
Αἴων, ετιμα φιλως. periodus catalectus;

Verte, *Virgo autem viri expers ex patris chari voce factum ſuum eſſe ut poſt tertiam libationem moreretur audiens, honorabat amice*, id eſt, quaſi in honorem ſibi verteret amice accepit, eique ſe ſubmiſit. Participium genere maſculino ſubſtantivo fœminino interdum apud Atticos jungi ſolere jam olim ſæpius monuimus. Vide notas noſtras ad *Sophocl. Antig.* v. 997. το ευ, quod τῳ ποτμον præfixum in vulgatis legitur, interpolaſſe conjicio Librarium, qui αιων nomen non participium exiſtimans, ei adjectivum accommodare voluit. In antiſtropha, ut reſpondeat metrum, reſcribendum puto,

Το δε προκλυειν, επει
Ουπω γενοιτ' αν ἡ λυσις, προχαιρετω

Pauwii Μηδεμια, vel Ουδεμια, præcedente articulo, ex indole Græci ſermonis non eſt.

V. 255. Τα δ' ενθεν, ουτ' ειδον, ουτ' εννεπω] Minime opus eſt pro εννεπω reponere cum *Pauwio* ενεπω. Verſus enim aſynartetus eſt ex penthemimeri iambica & dochmaico; dochmaici autem ſtrophici antiſpaſto opponitur in antiſtropha epitritus primus pentaſyllabus. Vir autem eruditus, dum alios Interpretes reprehendit, neque ipſe culpæ immunis eſt hæc ita vertens, *Quæ vero inde provenient neque novi, neque dico.* Ειδον enim non eſt, *novi*, ſed *noveram*, atque ita laborabit ſententia. *Non noveram, neque dico*; atqui ſi olim non noverant, nihil prohibet quo minus tunc norint, atque adeo dicere potuerint. Vertendum certo certius eſt, *Quæ vero inde ſecuta ſunt neque vidi, neque dico.* At inſtat *Pauwius*, pedem e patria non extuliſſe ſenes hoſce. Quis hoc illi dixit, aut unde norit? Quanquam expeditioni contra Trojam non interfuerant, Clytemneſtram tamen deducentem ad Aulida Iphigeniam ſecutos fuiſſe, honoris ac cuſtodiæ gratia, credibile eſt. Certe, ſi non ipſi adfuiſſent, remque ut geſta erat ſpectaſſent, vix Iphigeniæ vultus habitumque adeo graphice depingere, remque quodammodo ſub oculis ponere, eos paſſa fuiſſet veriſimilitudinis ratio. Ideo autem, ut videtur, de conſummatione ſacrificii dubitanter loquitur Chorus, quia fama de induſtria excitata jam tunc increbreſcebat, Iphigeniam revera mactatam non fuiſſe, ſed a Diana cultro ſubductam, cervamque in ejus locum ſubſtitutam; cui tamen rumori neque Clytemneſtra, neque ut, e verſu ſequente conjicere licet, ipſe Chorus fidem ſerio adhibebant.

256. Aſynartetus eſt ex penthemimeri iambica & dochmaicis, ſimilis præcedenti.

257. 258. Δικα δε τοις μεν παθουσι μαθειν.
Επιρρεπει το μελλον] In verſu priori reponendum eſt παθουσιν, ut verſus ſit aſynartetus ex penthemimeri iambica & dochmaico, ſimilis duobus præcedentibus. Verſus alter, ut antithetico reſpondeat, ita ſupplendus videtur,

Επιρρεπει δη το μελλον periodus.

Pauwius veram hujus loci ſententiam minime eſt aſſecutus, rerum viciſſitudinem hæc ſpectare ſtatuens,

tuens, cujus vi qui mala patiuntur, aut paſſi ſunt, eo ipſo bona ſperare poſſunt. Ita, ni fallor, hæc potius explicanda; Juſtitiam non niſi ex eventu homines ea quæ evenire debent docere, id eſt, pœnas quæ a juſtitia divina imminent prævideri non poſſe, neque eventuras ſcire hominibus eſſe datum, niſi triſti experientia edoctis. Hanc utique Poetæ fuiſſe mentem ſatis conſtat, & e præcedentibus, Τεχναι δε Καλχαντος ουκ ακραντοι, & ſequentibus, Το δε προκλυειν, επει Ουτω γενοιτ᾽ αν ἡ λυσις, προχαιρετω. Idem nempe prope initium hujus ſyſtematis jam dixerat Chorus, Ζηνα τῳ παθει μαθαν θεντα κυριως εχειν.

V. 264. Ut verſus antithetico reſpondere poſſit, forſan reſcribendum,

-ξις ὡς τοδε θελει γ᾽ αγχιστον Απιας.

Notæ in S C H O L I A.

Ad v. 137. Lege δια το κυοντα τον λαγων αποκτειναι.
213. Legendum puto, επει δε μικρου κ. τ. λ. αναξ ὁ πρεσβυς τοδ᾽ ειπεν.

Notæ ad Metrorum Enarratorem.

Ad v. 104. lin. 6. Lege τινα δε δακτυλικα και ιαμβικα.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 268. ερημωθεντος αρσενος θρονου] Αρσενος hîc non adjective ſed ſubſtantive ponitur, & regitur ab ερημωθεντος. *Throno a viro deſerto, vacuo relicto.*

270. 271. Hypoſtigmen tantum pone poſt θυηπολεις, & ευφρων.

273. Εως γενοιτο μητρος ευφρονης παρα] Inane acumen fruſtra hîc captat *Pauwius*, quaſi emphaſis in voce μητρος ineſſet voci μητρυιης oppoſita. talia contempſit *Æſchylus*.

274. Πευσῃ δε χαρμα μειζον ελπιδος κλυειν] Κλυειν non cum μειζον, ſubaudita particula ὡστε, jungi debet, ſed arctiſſime cum ελπιδος cohæret, & ab hac voce pendet. Verte, *majus quam ut te auditurum ſperes.*

290. Φρυκτος δε φρυκτον δευρ᾽ απ᾽ αγγελου πυρος] Cum teſtentur veteres Grammatici, *Suidas*, Etymologici magni Auctor, & *Euſtathius*, olim hîc lectum fuiſſe αγγαρου πυρος, minime dubitandum eſt quin αγγελου quod nunc obtinet e gloſſemate irrepſerit. Raro enim Grammaticis in more erat vocabula inſolentiora & ab uſu communi prorſus remota in locum notiorum ſubſtituere, ſed contra, voces vulgatiores in contextum introducere conſueverunt, ejectis occultioribus quarum ſignificatio iis minus eſſet cognita. Leviſſima autem ſunt quæ contra objicit *Pauwius*; πυρ αγγελον ſcilicet *primam eſſe facem*, atque ita diſtinctionem fieri elegantem inter *facem primam* & *faces ſequentes*. At doceri velim quo jure *fax prima* Nuntii nomen præ aliis ſibi arrogaret. Omnes ſane ordine ſuo æque nuntiabant, æque erant αγγελοι. Neque ulla hîc tautologia eſt. Ita verte; *Fax vero facem ad hanc uſque urbem mittit mediante igne vice curſoris obeunte.*

V. 292. — μεγαν δε φανον εκ νησου τριτον
Αθωον αιπος Ζηνος εξεδεξατο] Aliud certe egit *Pauwius* quando ſcripſit τριτον cum Αθωον αιπος eſſe jungendum, & *Stanleium*, quia adjectivum iſtum cum φανον junxit, reprehendit. Statim enim quaſi ſui oblitus addit, fax Lemnia erat ſecunda, Athenis tertia; nihil evidentius. Aſſentior plane, atque hac ipſa de cauſa τριτον omnino cum φανον cohærere debet.

294. Υπερ Ελης τε ποντον ὡστε νωτισαι] Verbum νωτιζειν ſignificat *tergum vertere, a tergo relinquere, avertere*, quarum ſignificationum nulla hujus loci ſententia apta & accommodata videtur. Particula etiam copulativa τε nihil hic connectit, ſed conſtructionem turbat, ſaltem otioſa eſt. Porro codices, ut puto, omnes aut ὑπερθ, aut ὑπερτ, habent, nullus ὑπερ. Ita igitur veram ſcripturam reſtitui poſſe conjicio,

Υπερθ᾽ Ελλης γε ποντον ὡστε φωτισαι

Υπερθε hîc adverbialiter ponitur, & accuſativus ποντον pendet a verbo φωτισαι. Neque quenquam ſollicitum habeat metri ratio, vocalem enim brevem ante duplicem λ interdum corripere Atticos oſtendimus ad *Sophocl. Oedip. Tyran.* v. 475. & *Philoctet.* 1220.

297. Σελας παρηγγειλασε Μακιστου σκοπαις] Μακιστου plane nomen eſt non montis ſed hominis, cujus curæ munus hoc faces accendendi alicubi inter Athon & Euripum commiſerat Agamemnon. Hoc manifeſtum eſt ex proxime ſequentibus,

Ο δ᾽ ουτι μελλων, ουδ᾽ αφρασμονως ὑπνῳ
Νικωμενος, παρηκεν αγγελου μερος

Præ-

Præterea Μακαδὸν & Μακετης primam corripiunt, quod diſcere potuiſſet *Pauwius* etiam a Fragmento Heſiodeo ab ipſo laudato. Periit igitur omne iſtud acumen quod in voce Μακετης deprehendere ſibi viſus eſt, *Æſchylo* quidem ut inſolitum ita indignum; cum enim a prima του Μακετης producta totum pendeat, hac correpta ſtatim evaneſcit.

V. 312. Θεσμον δεσμον μη χαριζεσθαι πυρος] Χαριζεσθαι hîc ſtare non poteſt. *Pauwius* reſcribi jubet σκαριζεσθαι, ut θεσμον μη σκαριζεσθαι πυρος ſit, *ignis legem non turbari, non intermitti, palpitantem.* Atqui quam durum hoc & coactum! Adde quod σκαριζειν poteſtate tranſitiva non gaudet, ideoque σκαριζεσθαι ſignificatione paſſiva dici non poteſt. Hoc certe in eodem quo cetera vere Tragica loco haberi meretur, non enim degenerat. Obvium profecto erat ac facile reponere χατιζεσθαι, hac ſententia, *Hortabatur ut ne deſiderari paterentur ignem accendi juſſum.*

314. 315. —και Σαρωνικου Πορθμου κατοπτον πρων' ὑπερβαλλειν φρονω] Si locorum ſitum exactius expendiſſet vir clariſſimus *Iſaac. Voſſius*, non dixiſſet per fretum Saronicum hîc deſignari portum Troezeniorum, nec per πρωνα montem eo nomine Hermionæ vicinum. Dicere autem debuit montem ipſum in cujus vertice ſita erat Hermione, namque ita Pauſanias. Sed & Troezen & Hermione longe ultra Mycenas ſunt proficiſcentibus e Megaride, ubi mons Ægiplanctus, atque ita lux iſta prius Mycenam quam Troezena pervenire debebat, prout ſtatim conſtabit chartas geographicas inſpicientibus. Σαρωνικος πορθμος igitur hîc eſt ſinus Saronicus, & πρων mons ei vicinus.

316. ειτ' εσκηψεν, ειτ' αφικετο] Longe alia ratio eſt iſtorum, ὡς ιδον, ὡς εμαιν &c. alia horum ειτ' εσκηψεν, ειτ' αφικετο, nec quidquam habent commune niſi particulæ, diverſæ tamen, repetitionem. Apud Theocritum quidem primum ὡς idem quod επειδη ſignificat, bina ſequentia ανταποδοτικα ſunt, atque ita integra & abſoluta efficitur conſtructio. Idem de ειτα bis repetito dici nequit, neque ulla eſt illic emphaſis. Recte igitur repoſuit *Stanleius* ες τ' αφικετο.

320. ετυμος nuſpiam niſi penultimâ correptâ adhuc invenire mihi contigit. *Pauwius* tamen affirmat recte produci; utinam aut auctorem, aut exemplum ſaltem aliquod attuliſſet. Interim reponendum cum *Stanleio* cenſeo ετοιμος.

331. Διχοστατουντ' αν ου φιλως προσεννεποις] Particula αν, prout hæc nunc leguntur, cum προσεννεποις cohærere vix poteſt, ſed ſcribendum eſſet Διχοστατουντ' ουκ αν φιλως προσεννεποις. Lubens igitur *Stanleii* conjecturam potius amplector reponentis,

Διχοστατουντ' αν, ου φιλα, προσεννεποις

Repugnantia, non amica eſſe dixeris. Quid ſibi hîc velit acetum ac oleum amice alloqui, & qualis iſtis verbis contineatur ογκος tragicus qui *Pauwio* adeo placet, me non aſſequi fateor.

V. 335. 336. —και φυταλμιων, Παιδες γεροντων] Tollendum eſt comma poſt φυταλμιων, ut cum γεροντων cohæreat.

338. 339. Τους δ' αυτε νυκτιπλαγκτος εκ μαχης πονος Νηστις προς αριστοισιν, ὧν εχει πολις] Νηστις non hîc accuſativus eſt Ionicus, quod exiſtimaſſe videtur *Stanleius*, ſed recto caſu ponitur, & cum πονος cohæret. αριστοισιν hîc primam producit eodem jure quo aliæ ſæpe voces pluſquam triſyllabæ, quæ primam natura brevem ſimiliter producunt. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 398. *Pauwii* conjectura ἁρπαγμοισιν ideo minus convenit, quia de feſſis ac jejunis cibo ac quiete reficiendis hîc agitur, non de rapina.

342. Εν αιχμαλωτοις Τρωϊκοις οικημασιν] Peſſime hîc το δε interpolat *Pauwius*; hoc enim pacto, & perperam etiam diſtinguendo, orationis ſtructuram ac ſeriem prorſus turbat. Recte in vulgatis diſtinguitur, & vim του δε quam hîc quærit *Pauwius*, habet conjunctio αλλα in verſu præcedente.

343. Ναιουσιν ηδη] Recte pro ναιουσιν *Stanleius* repoſuit ιανουσιν. Reluctatur tamen *Pauwius*, cui pauca niſi quæ ſua ſunt ſapiunt, & ναιουσιν optimum eſſe contendit. *In ædibus nunc enim eunt & obambulant dum dies eſt, & mox ubi nox aderit dormient ſecuri.* Forſan ſane; unum tamen ex eo quærere velim, an ſcilicet per iſta ὑπαιθριων παγων δροσωντε diem an noctem denotari cenſeat.

348. Ουκ αν γ' ἑλοντες αυθις αν θανοιεν αν] Pulcherrime reſcripſit *Stanleius*,

Ουκ αν γ' ἑλοντες αυθις ανθαλοιεν αν.

Hoc tamen nimium dicere cauſſatur *Pauwius*, & urbem capientes exhibere in urbe viciſſim captos. Captos ſane exhibet, fateor, ſed non in urbe, de hac enim ne verbum quidem. Cur igitur potius in urbe captos ſignificet ανθαλοιεν, quam ἁλοντες, quod pro ἑλοντες reponit ipſe, non equidem video; niſi forte falſo putet, quia ἑλοντες de urbe Troja neceſſario ſit intelligendum, ideoque & ανθαλοιεν de eadem urbe intelligi neceſſe eſſe. Ferri quidem poteſt vulgata lectio, ferri poteſt etiam conjectura *Pauwii* reſcribentis,

Ουκ αν γ' ἁλοντες αυθις αν θανοιεν αν,

ſed

ſed neutra ad elegantiam emendationis *Stanleianæ* accedit.

V. 351. 352. Δει γαρ προς οικους νοστιμου σωτηριας
Καμψαι διαυλου θατερον κωλον παλιν] Genitivus uterque, νοστιμου σωτηριας, & διαυλου, ab eadem voce κωλον pendet. Ita enim inſtitui debet conſtructio Δει γαρ καμψαι παλιν θατερον κωλον διαυλου, δηλονοτι κωλον νοστιμου σωτηριας προς οικους. Hanc conſtructionem veram eſſe ſtatim videbit quiſquis verborum ordinem ad ſtyli *Sophoclei* normam ita reformabit,

Δει γαρ διαυλου θατερον κωλον παλιν
Καμψαι, προς οικους νοστιμου σωτηριας.

353. Θεοις δ' αναμπλακητος ει μολοι στρατος] *Pauwius* αναμπλακητος in duas voces αν αμπλακητος dividit, ut ſententiam quocunque demum modo ſartam tectam præſtet, ſed perperam omnino. Nullus enim locus eſſe poteſt particulæ αν in hac conſtructione & hoc verborum ordine. Si particulam hanc repetere voluiſſet Poeta, poſt εγρηγορεν poſuiſſet; prout nunc vero collocatur cum γενοιτ' αν cohærere non poteſt. Sed locum minime intellexit vir eruditus. ει hîc ponitur pro ειθε. Verte igitur, *Utinam vero diis non offenſis redeat exercitus.*

355. ει προσπαια μη τυχοι κακα] Verte, *etiamſi nova a diis offenſis mala eos inſuper feritura non accedant.* Κακα προσπαια ſunt κακα ἁ προσπαιει, *Mala quæ inſuper feriunt* (eam enim vim in compoſitione habet præpoſitio προς) *non mala ordinaria quæ quotidie contingere ſolent.*

358. Πολλων γαρ εσθλων την ονησιν ειλομην] Imperfectum ειλομην poteſtate quam vocant potentiali abſque particula αν vix hîc ſtare poteſt. Legendum igitur puto,

Πολλων γ' αν εσθλων την ονησιν ειλομην,

Multorum bonorum fruitionem inde lucrifacerem.

362. Χαρις γαρ ουκ ατιμος ειργασται πονων] Verte, *Merces enim non vulgaris laborum comparata eſt.*

364. Si minus hîc convenit verſus catalecticus, legi poteſt,

Μεγαλων κοσμων τουτων κτεατειρ',

Articulus των hîc interpolatus plane friget, neque το γε vocandi caſui adeo commode jungitur; ultimam etiam vocis κτεατειρα cum brevis ſit, vocali verſum proxime ſequentem incipiente, elidi neceſſe eſt.

374. In hoc parœmiaco ſyllaba catalectica ſpondæo non anapæſto ſubjicitur, contra regulam, quam velut fixam ratamque nobis venditat *Daweſius* in Miſcell. Critic. p. 224. Sed hanc regulam non ubique fuiſſe obſervatam jam alias oſtendimus. Syllabam ſcilicet catalecticam præcedit pariter ſpondæus apud *Sophocl. Oedip. Tyran.* v. 1334. ubi vide notas noſtras. Dactylus apud *Euripid. Supplic.* v. 47. 54. 70. Vide & ibi notas noſtras. Proceleuſmaticus denique apud *Euripid. Hecub.* v. 76. & Noſtrum *Perſ.* v. 937.

V. 375. 376. Διος πλαγαν εχουσιν ειπειν,
Παρεστι τουτο γ' εξιχνευσαι] Verte, *Jovis plagam nobis dicendam habentibus hoc quidem inveſtigare licet.* Εχουσιν enim participium eſt & non verbum, ſicut putarunt *Stanleius* & eum ſecutus *Pauwius*, qui de Trojanis perperam interpretatur.

377. Ως επραξεν, ὡς εκρανεν.] *Pauwius*, quo melius antithetica ſibi mutuo reſpondeant, primum ὡς ad verſum præcedentem, facta eliſione, transfert, non imperite ſi quid video. Ita verſus erit hephthemimeris iambica.

378. — 381. Ουκ εφα τις θεους βροτων
Αξιουσθαι μελειν
Οσοις αθικτων χαρις
Πατοιθ'] Verte, *Dixit aliquis deos non dignari animadvertere in mortales iſtos, a quibus gratia rerum ſanctarum conculcetur.* Verſus autem 379 periodus eſt brachycatalectus.

381 — 386. Nihil hîc immutari propter metrum neceſſe eſt, nam μελαμπαγης ultimam producit. Vide quæ notavimus ad *Sept. ad Theb.* v. 743. Sententia autem poſtulare videtur ut ita totus locus conſtituatur, & interpunctionibus diſtinguatur,

ὁ δ' ουκ ευσεβης
Πεφανται γ' εγγονος
Ατολμητων, Αρη πνεοντων
Μειζον η δικαιως,
Φλεοντων δωματων ὑπερφευ,
Ὑπερ το βελτιστον] Verte, *Impia vero illa manifeſta oſtenditur* (in exemplum ſcilicet) *progenies male audacium, Martem ſpirantium magis quam juſtum erat, domo immoderate exundante ſupra id quod optimum eſt.* Manifeſte hic alluditur ad Parin, de quo apertius in ſequentibus, qui divitiis ac potentia patris Priami & gentis Trojanæ elatus, torum hoſpitis nuptiale violare non verebatur. ὑπερφευ una voce legendum eſt; ita enim ſcriptum reperitur apud Noſtrum *Perſ.* v. 822. & apud *Eurip. Phœniſſ.* v. 563. & *Herc. Fur.* v. 1321. Verſus 382. antiſpaſticus eſt hemiholius.

386. 387. 388. — εστω δ' απημαντον, ὡστε κἀπαρκειν
Ευ πραπιδων λαχοντα] Verte, *Extra vero cladem*

ſors ſtatuatur homini mente ſana prædito, adeo ut hoc etiam ei ſufficiat. Conſtructio poſtulabat, ἐστω δ' ἀπημαντον λαχοντι, ſed interveniente verbo ἀπαρκειν, conſtructionem ad id quod propius erat deflectens & accommodans Poeta λαχοντα poſuit. Verſus autem 368. aſynartetus eſt ex penthemimeri iambica & dochmaico, verſus 369. periodus catalectus. Fit neceſſario in κἀπαρκειν craſis cujus vi prima producitur. Neque unquam apud Poetas Atticos ita eliditur diphthongus in και, ſequente vocali natura brevi, ut brevis etiam poſt eliſionem factam hæc maneat.

V. 389. 390. Hi duo verſus antitheticis parum reſpondent; ſi tranſponantur autem, ut alter alterius locum occupet, quod per ſententiam omnino licet, optime reſpondebunt. Ita igitur collocandos cenſeo,

Πλουτου προς κορον ανδρι pherecratius
Ου γαρ εστιν επαλξις periodus catalectus

Verte, *In divitiis enim ad ſatietatem uſque cumulatis non eſt præſidium homini &c.* Conſtructionem *Pauwii*, Ου γαρ εστιν επαλξις ανδρι προς κορον πλουτου λακτισαντι, me prorſus non intelligere fateor.

391. Λακτισαντι μεγαλα δικας] Pro μεγαλα reponendum μεγας cum *Stanleio* cenſeo. Quanquam enim μεγαλα adverbialiter interdum poni, & in hoc loco per metrum ſtare poſſe fatear, frigide tamen prorſus cum λακτισαντι hîc jungeretur, præſertim ſequente εις αφανειαν, quod adverbium tale inutile prorſus ac ſuperfluum reddit. Verſus autem periodus eſt, glyconio quidem affinis, at non glyconius.

393 — 410. Vere dicit *Pauwius* neminem Interpretum hunc locum hactenus intellexiſſe, & *Stanleii* quidem interpretationem Lectorem ridere jubet; neque immerito ſane, ſiquidem virorum eruditorum conatus in Veterum ſcriptis explicandis minus felices, præſertim cum nullius contumelia conjunctos, ridere deceret. Non injuriâ tamen ipſe ridendus eſt, qui non minus infeliciter in hiſce interpretandis verſatus, alios tamen irridendos propinat. Interpretationem enim nobis dedit a mente Poetæ prorſus alienam, quamque ne verba quidem ferre queant. Hoc verum eſſe nos ſingillatim oſtendere eâdemque operâ veriorem interpretationem adponere, conabimur.

393. 394. Βιαται δ' ἁ ταλαινα πειθω,
Προβουλοπαις αφερτος, ατας] Προβουλοπαις *Pauwius* explicat παις προβουλος, *Filius* ſcilicet *& conſiliarius* ατας, *calamitatis*. Sed hoc ipſum eum hæc perperam interpretatum eſſe oſtendit. Πειθω enim non παις, ſed μητηρ potius ατας dici debuit. Pravum certe conſilium calamitatis *parens* eſt, non *progenies*. Priuſquam autem noſtram interpretationem proponamus, quædam ad hujus loci intelligentiam omnino neceſſaria ſunt præmittenda. Hecubam, dum Paridem in utero geſtaret, ſibi in ſomniis fuiſſe viſam facem peperiſſe ardentem, cujus flammâ correptum Ilium concrematum ſtatim totum eſt atque abſumptum, omnibus notum eſt. Id vero minus notum eſt quod nos docet *Euripides* in *Andromacha* v. 293 — 308. Caſſandram ſcilicet ab Apolline inſpiratam, ut Paris ſtatim natus interficeretur, & non in Ida monte exponeretur, monuiſſe, atque ſupplicationibus etiam vehementiſſimis apud ſenatum Trojanum interceſſiſſe, alias eum in maximam civitatis perniciem evaſurum denunciantem, ſed fruſtra omnino. Hecubæ enim precibus, ut credere par eſt, innuitque ſatis clare ipſe *Euripides*, ei culpam diſertis verbis imputans, victum ſenatum ut exponeretur permiſiſſe. Totum locum apud *Euripidem* expende, qui quaſi clavem ſubminiſtrat ad hujus antiſtrophæ ſententiam aperiendam. Hanc enim hiſtoriam hîc reſpicit Poeta noſter. His præmiſſis, ad interpretationem tandem quam veriorem eſſe puto progrediendum eſſet, ſed monendum prius pro αφερτος ατας me reponere αφερτον αταν. Minus enim commodum της πειθους epitheton eſt αφερτος, optime vero τῃ ατῃ convenit. Ita igitur verte; *Infelix vero Hecubæ ſuada filio ſalutis provida vi ab invitis Trojanis extorquet rem iis poſtea in perniciem ceſſuram.* Προβουλοπαις eſt *qui in gratiam* vel *commodum filii conſilia dat*, eâdem analogiâ qua φιλοπαις, *qui filium amat*, καλλιπαις, *qui pulchros habet liberos*, & ſimilia.

V. 395. 396. Ακος δε παμματαιον
Ουκ εκρυφθη] *Hujus vero calamitatis remedium, ſed fruſtra omnino, non latebat.* Remedium ſcilicet erat quod juſſerat Caſſandra, ut Paris ſcilicet ſtatim interficeretur, non vivus exponeretur. *Pauwius* interpretatur, Ipſæ improbitatis illecebræ remedium ſubminiſtrant, quo ex facinoribus emergant (ii, ut opinor, qui illecebris iſtis capti ſunt) ſed vanum prorſus & ſucceſſu carens, ac morbum revera, non remedium. Hîc Oedipum ſerio deſidero; neque enim quid ſibi velit vir eruditus aſſequi poſſum. Verba video, ſenſum fruſtra quæro. Quis hæc ſignificare crederet planiſſima illa ακος ουκ εκρυφθη?

396. 397. — πρεπει δε φως
Αινολαμπες σινος] Verte, *Sed ſub ſpecie lucis manifeſtus eſt exitialiter effulgens pernicies.* Facem ſci-

licet

licet ardentem reſpicit Poeta quam in ſomniis peperiſſe ſibi viſa eſt Hecuba, quæque remedium iſtud Paridem interficiendi non negligendum monebat. *Pauwius* interpretatur, Et remedium iſtud luci ſimile eſt, reapſe vero noxa ſplendens, id eſt laqueus, non effugium, improbis. At interpretatio ipſa luci ne ſimilis eſt quidem, ſed creſcunt potius tenebræ.

V. 398 — 401. Κακου δε χαλκου τροπον
Τριβῳ τε και προσβολαις
Μελαμπαγης πελει
Δικαιωθεις] Verte, *Adulterini autem ad æris inſtar, frictione & ad lapidem Lydium attritionibus, niger evadit, judicio ſubjectus & probatus.* Id eſt, Ut æs adulterinum frictum, & ad lapidem Lydium attritum, nigrum ſe prodit, ita & Paris, experientia quæ ſecuta erat probatus, niger eſſe, id eſt, Improbus & patriæ pernicies, cognoſcitur. *Pauwius* contra Poetæ & mentem & verba, & ipſam rei veritatem, dicit χαλκον χαλκον emendari τριβῳ τε και προσβολαις, cum contra, quanto magis atteritur, tanto magis nigredinem ſuam malamque miſturam, & revera prodat, & prodere a Poeta dicatur. Sed ut hoc mittamus; Improbos poſt remedia fruſtra ab improbitatis illecebris ſubminiſtrata, a Juſtitia tandem emendari dicit *Pauwius*; quam vere autem, & ad Poetæ mentem, mox videbimus.

401. 402. 403. — επει διωκει
Παις ποτηνον ορνιν,
Πολει προστριμμ' αφερτον ενθεις] Verte, *Quandoquidem ſicut puer avem volatilem perſequitur, hoc pacto civitati intolerandam inſerens ruinam.* Helenam hîc, propter inconſtantiam ac levitatem πτηνον ορνιν appellat Poeta, aut potius forſan ipſum Cupidinem, utpote & puerum & alatum, quo duce atque auſpice rapta eſt Helena. *Pauwius* vertit; Quandoquidem puer revera, & non vir dici meritus, lucrum incertum perſequitur, urbis judicibus, qui juſtitiam adminiſtrant, & in vitam ac mores ejus inquirunt, præbens attritionem non ferendam, id eſt, Pœnis ſe ſubjiciens quas neque ipſe neque delicta ejus ferre poſſunt, & quibus tamen emendatur ut æs pravum. Sententia nulli præcedentium vel elegantia vel perſpicuitate ſecunda! Sed primo doceri velim, quomodo πολει προστριμμα ενθειναι, ruinæ urbi auctor eſſe, ſignificare poſſit, urbi, vel urbis judicibus, dare pœnas, delictorum pœnas ab urbe irrogatas ſubire. Deinde, quomodo, cum pœnæ iſtæ majores ſint quam vel ipſe vel delicta ejus ferre poſſint, iis emendari, & non potius exſcindi omnino ac deſtrui, dicatur.

V. 404. 405. 406. Λιταν δ' ακουει μεν ουτις θεων·
Τον δ' επιστροφον τωνδε
Φωτ' αδικον καθαιρει] Quis καθαιρει? Nominativum nullum ſuppeditat vulgata lectio. Legendum omnino exiſtimo,
Τον δ' επιστροφος τωνδε
Φωτ' αδικον καθαιρει.
Verte, *Ejus autem ſupplicationes nemo deorum audit, ſed hominem injurium deus iſte, cui horum facinorum vindicta curæ eſt, e medio tollit.*

407. Οιος και Παρις] Hic tandem aperte innuit Poeta omnia antedicta Paridem reſpicere, & ad eum referri debere.

411. 412. Verſus prior aſynartetus eſt ex penthemimeri iambica & dochmaico, alter pherecratius, in cujus antithetico reponendum παρειαν, ut antiſpaſto reſpondeat epitritus primus.

416. Glyconius eſt ex epitrito primo & dijambo pentaſyllabo.

417. Lege cum *Arnaldo* πουλυ, quod propius ad veſtigia veteris ſcripturæ accedit. Neque obſtat quod Ionicum ſit; κουρη enim pro κορη, & ſimilia multa alia, apud hos Poetas invenies.

418. δομων προφηται] Hæc de Menelai ædibus, non de Regia Trojana omnino intelligenda ſunt.

419. 420. Aſynarteti ſunt ex penthemimeri iambica & iambico dimetro brachycatalecto.

421. Hic verſus in duos ita ſcindi debet, cum prorſus αμετρος ſit ut nunc legitur,
Παρεισι σιγας penthemimeris iambica
Ατιμος γ' αλοιδορος pherecratius;
& in antiſtropha,
Το πας δ' αφ' Ελλα-
δος αιας συνορμενοις.

421. 422. Παρεισι σιγας, ατιμος γ', αλοιδορος,
Αδιστος, αφειμενων, ιδειν] Ατιμος, αλοιδορος, eſt, quam neque propter crimina honore proſequi, neque propter formam & Menelai deſiderium conviciis proſcindere ſuſtinemus. Ita totum locum verte, *Obverſatur nobis adhuc taciturna* (Helena ſcilicet) *neque honore neque contumelia a nobis affecta, ſuaviſſima, poſtquam eam e manibus amiſerimus, viſu.* Adjectivos maſculinos ſubſtantivis fœmininis ab Atticis haud raro jungi ſolere jam pluries monuimus. Vide ſupra ad v. 255. α in ατιμος ſemper privat, nunquam auget, neque vox iſta uſpiam ſignificare deprehendetur *valde honoratus.* Quorſum tendit *Pauwiana* ſecundi verſus interpretatio minus aſſequor. Omnia quidem quæ inter bona æſti-

æſtimamus, amiſſa deſiderium augent, & ſuaviora videntur; quomodo autem res cujus nullo deſiderio tenemur, & a qua animum prorſus abſtrahimus, viſu tamen ſuaviſſima dici poſſit, difficile eſt intellectu.

V. 423. 424. Ποθῳ δ' ὑπερ ποντιας
Φασμα δοξει δομων ανασσειν] *Pauwius* legit ὑπερποντιας una voce, quam cum φασμα jungit, ſed barbare prorſus & imperite. Nullum enim apud Græcos adjectivum trium generum ſub una voce. Vide *Canin.* Helleniſm. p.217. Quanto melius fuerat *Stanleio* recta monenti auſcultare, & vocem hanc ad Helenam referre. Verte, *Deſiderii vero quam ſui reliquit ope imago ejus etiam trans mare avectæ mariti animo obverſata videbitur ædibus imperare.*

425. Antiſpaſticus eſt pherecratius πολυσχηματιστος ex diſpondæo & dijambo catalecto. In antiſtropha tertia diſpondæi in duas breves ſoluta eſt.

426. Recte reponit *Pauwius*,
Εχθεται χαρις ανδρι periodus catalectus, cui in antiſtropha, tranſpoſita particula δε, reſpondebit,
Αντι φωτων δε τευχη.

427. 428. Ομματων δ' εν αχηνιαις
Ερρει πασ' Αφροδιτα] Verte, *In abſentia vero oculorum Helenæ Menelao periit omnis Venus*; id eſt, Nihil ei reliquum eſt quod venuſtum, formoſum, amabile videatur. ομματων de Helenæ, non Menelai, oculis interpretari debemus. Ita apud Noſtrum *Choeph.* v. 299. χρηματων αχηνια, & apud Ariſtophanem a *Suida* laudatum φιλων αχηνια, cum pecuniæ aut amici præſto non ſint. Hæc ita explicata cum proxime præcedentibus conſpirant. Speciosarum enim imaginum inviſa eſt gratia viro, & in Helenæ abſentia periit omnis Venus. *Pauwius* pro ερρει reponit ρει, & ita interpretatur, *In oculorum vero penuria fluit omnis Venus*; id eſt, ubi oculi non habent quo ſeſe paſcant, maxima eſt Veneris poteſtas, quæ tunc tota in animum illabitur. Sed voce ομματων deſignantur, ut diximus, Helenæ, non Menelai, oculi, & verbum ρειν poteſtatem quæ hîc ei tribuitur habere haudquaquam exiſtimo; neque hîc convenire poſſe credo, niſi ſtatuatur Venerem Menelai ante fugam Helenæ fuiſſe congelatam. Sed hoc viro erudito ſolenne eſſe jam pridem obſervavi; cum ſignificationem voci tribuit a nemine ante auditam, *Æſchyleum* eſſe hoc ſtatim clamat, atque ita negotium ſe plane confeciſſe arbitratur. Lectorem autem celatum non volo, quamvis nimis audax forſan videbitur conjectura, me reſcribere malle,
Ομματων δε γληναις
Ερρει πασ' Αφροδιτα.
In oculorum vero Helenæ pupillis fluitabat omnis Venus, id eſt, omne quod lepidum atque venuſtum eſt. Atque ita optime reſpondebit antitheticus,
Και πεδος εις εσχατον,
deleto τις, uterque enim erit ithyphallicus. Ad hanc autem emendationem quaſi manu nos ducit numerus pluralis, qui in voce αχηνιαις vix hîc convenit, in γληναις optime.

V. 432 — 435. Ματαν γαρ ευτ' αν
Εσθλα τις δοκων ὁραν
Παραλλαξασα δια χερων
Βεβακεν οψις] Δοκων non hîc pro δοκει, ſed abſolute, ponitur, eâdem conſtructionis formâ qua ſæpe ablativus apud Latinos, & genitivus apud Græcos. Vide quæ notavimus ad *Euripid. Bacch.* v. 1130. Diſtinguendum autem eſt poſt ευτ' αν, non poſt ματαν γαρ, nam particula αν cum παραλλαξασα cohæret. Conſtructio eſt, Ματαν γαρ εστι ευτε, δοκουντος τινος εσθλα ὁραν, οψις παραλλαξασα αν δια χερων βεβηκεν.

436. Πτεροις οπαδοις ὑπνου κελευθοις] Verte, *Alis ſublata quæ comitari ſolent ſomni vias*, id eſt, Somnum, ut recte *Stanleius.* Abrupto ſcilicet ſomnio una avolabant & viſa. Κελευθοις ideo dandi caſu ponitur quia regitur ab οπαδοις.

445. Si vulgatam in ſtropha lectionem retines, ita forſan hîc verſus reformari poteſt,
Και πεδος γ' εσχατου εις,
τις hîc prorſus languet, & ab imperito videtur additus ad explendum ſyllabarum numerum. Particula αν, quam hîc reponere voluit *Pauwius*, locum habere per Græci ſermonis indolem non poteſt. Neque αυ, quod idem etiam conjecerat, multo melius hîc convenit.

447. Ο χρυσαμοιβος δ' Αρης σωματων] Verſus aſynartetus eſt ex penthemimeri iambica & dochmiaico. Ο χρυσαμοιβος σωματων eſt *qui corpora contra aurum permutat.* Reſpicit nimirum hoc epitheton morem qui Trojani belli temporibus obtinebat hoſtium in prælio cæſorum cadavera parentibus ſuperſtitibus non, niſi pretio redempta reddendi. De Hectoris cadavere Priamo ab Achille divendito nota eſt hiſtoria. Exempla alia ſuppeditabit *Feithius* Antiquit. Homeric. lib. IV. cap. 15.

448. Και ταλαντουχος εν μαχῃ δορος] Ταλαντουχος δορος non eſt *qui haſtam ut libram regit*, & *cui pro libra eſt haſta*,

haſta, ut perperam ſibi finxit *Pauwius*, ſed *qui armorum eventum librat*, *qui victoriæ lancem tenet.* Voce δορὸς non *haſta* ſpeciatim, ſed *arma* generatim hîc deſignantur. Ita apud *Sophoc. Ajac.* v. 1292. ἐν τροπῇ δορὸς, in *aciei fuga.* Vide & infra v. 526.

V. 452. 452. Mallem hos verſus ita conſtituere,

Ἀντήνορος σποδοῦ γεμίζων iambicus dimeter hypercatalectus

Τοὺς λέβητας εὐθέτου trochaicus Euripideus;

& in antiſtropha,

Οὐκ ἄσκοποι θεοί· κελαιναὶ δ'

Οὖν Ἐριννύες χρόνῳ.

Omnino autem retinenda eſt vulgata ſcriptura εὐθέτου, cum epitheton ſit τοῦ σποδοῦ aptiſſimum. Corpus enim humanum in cineres redactum ſpatium permodicum occupat, & vaſculo quolibet obvio facile conditur, adeoque jure optimo dici poteſt εὔθετον.

455. Τὸν μὲν ὡς μάχης ἴδρις] Et ἴδρις non deterius eſt quam ἴδριν, quod ſubſtitui mavult *Pauwius*. Subauditur ſcilicet verbum ὤν.

457. Ut conſtet metrum omnino legendum cum *Pauwio*,

-λοτρίας γε διαὶ γυναικὸς pœonicus ex pœone tertio & ditrochæo.

Verſus duo proxime ſequentes huic prorſus ſunt ſimiles.

459. Φθονερὸν δ' ὑπ' ἄλγος ἕρπει] Ἄλγος hîc non *dolorem* ſignificat, ſed *moleſtiam*, *vexationem*. φθονερὸν ἄλγος eſt igitur *moleſtia ab invidia orta.*

460. Omnino legendum eſt cum *Arnaldo* Προδίκοις Ἀτρείδαις. Verſus eſt pœonicus ſicut præcedentes, ſed brachycatalectus.

464. Ἐχθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρυψεν] *Pauwii* conjectura ἑλόντας hîc admitti non poteſt. Non enim qui Trojam ceperant ibi ſepeliebantur, ſed qui durante obſidione novenni aut occiſi erant aut mortui. Hi ſcilicet, dum urbem obſidione cingebant, terram, id eſt, regionem tenere & poſſidere vere dici poterant.

466. Δημοκράτου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος] Prout hæc nunc leguntur neque metri ſatis conſtat ratio, neque ſententiæ. Quid enim ſibi vult Δημοκράτου ἀρᾶς? *Pauwius* quidem reponit Δημοκράτης, ſed quoad metrum nihil hac emendatione admiſſa proficitur, quoad ſententiam parum. Nam, præterquam quod voces Δημοκράτης, Δημόκρατος nuſpiam alibi reperiuntur, quænam eſſe poteſt ἀρὰ iſta cujus in præcedentibus nulla mentio, nullum indicium? Vix dubito quin Poeta ſcripſerit,

Δημαράτου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος

Retributionem imprecationi populari debitam ſolvit, Agamemnon ſcilicet, quem diſerte nominari non erat neceſſe, cum hæc a propriis ſubditis prolata de nemine alio intelligi poterant; præſertim cum civium Mycenæorum in verſu proxime præcedente diſerta fiat mentio, & in proxime ſequentibus ipſe Chorus ſollicitudinem ſuam, quo tandem invidia civium evaderet, declaret. Ἀρὰς ἀρᾶσθαι habes apud *Euripid. Phœniſſ.* v. 67. Ἀρὰς ἀραίας apud Noſtrum *Sept. ad Theb.* v. 791. 793.

V. 468. Μέριμνα νυκτηρεφής] Vocalis brevis ante κτ apud Atticos nonnunquam corripitur. Vide notas noſtras ad *Euripidem Iphig. in Taur.* v. 776. *Helen.* 1602. *Elect.* v. 169. 491.

469 — 482. Hæc ad Paridem & Atridas pertinere ſtatuit *Pauwius*, & quæ ad Paridem, quæ ad Atridas, quæ ad utroſque ſimul, curioſe diſtinguit, ſic nunc demum intellecta fore quæ hactenus intellecta non fuerant ſpondens. Sed nimis profecto ſubtilia ſectatur vir doctus. Paridem omnino in animo habuiſſe per hanc antiſtropham non videtur Chorus. Revera effata hæc Ethica ſunt generaliora, ſed quibus tunc tamen occaſionem ſubminiſtrabat Agamemnonis ſpecioſiſſima fortuna; qui urbe Troja capta atque direpta, hoſtibus ad internecionem deletis victor domum redibat, at non ſine civium occulta invidia propter tot eorum conſanguineos ac neceſſarios bello diuturno abſumptos, neque forſan abſque deorum nemeſi, cum in tantis ſucceſſibus omni injuria ſe immunem præſtare eſſet difficillimum.

473. 474. Παλιντυχεῖ τριβᾷ βίου

Τιθεῖσ' ἀμαυρόν] Παλιντυχῆ accuſativus eſt, & ita inſtitui debet conſtructio, παλιντυχῆ ὄντα τριβᾷ βίου τιθεῖσι ἀμαυρόν, *fortunâ in contrarium mutatâ vitæ calamitate obſcurum reddunt.* *Grotium* video παλιντυχεῖ ſcripſiſſe ut cum τριβᾷ cohæreat, ſed abſque neceſſitate.

476. 477. 478. Τὸ δ' ὑπερκότως κλύειν εὖ,

Βαρύ· βάλλεται γὰρ ὄσσοις

Διόθεν κεραυνός] Omnino hîc ſcribendum eſt ὑπερκόπως, quod verti debet, *immodice.* Eodem ſenſu apud *Sophoclem Ajac.* v. 127. habes ὑπέρκοπον ἔπος, *verbum arroganter prolatum.* *Scholiaſtes* quidem ad locum iſtum *Sophoclis* dicit pro ὑπέρκομπον poſitum, ejecta μ ex metri neceſſitate, ſed errat; derivatur enim hæc vox a κόπτω. Eâdem ſcilicet analogiâ qua προκόπτω eſt *progredior*, *procedo*, *provehor*, παλιγκόπτω eſt *regredior*, *retro feror*, & ὑπερκόπτω, *ſupra modum evehor.* Eadem poteſtate infra v. 831

v. 831. habes ὑπερκοπος, ubi reponendum etiam eſt ὑπεῤκοπος, & ex eadem, ni fallor, analogia v. 580. παλιγκοτου pro παλιγκοτου. Ita autem hunc locum verte, *Immodice vero fama celebrari grave eſt*; *oculis enim incutitur a Jove fulmen.* Quam vero ſententiam huic loco idoneam habere poſſit *Pauwii* conjectura, κλυειν ευ οσσοις των ὑπερκοπων, me prorſus neſcire fateor. Quæ idem etiam habet de ira animum ſicut fulmen oculos præſtringente, ab hujus loci ſcopo plane aliena ſunt. De ira enim ne ſomniavit quidem Poeta; hoc tantum vult; ſuperbiam eorum qui ſupra modulum humanum fama extolluntur a Jove retundi ſolere. *Grotium* etiam ὑπερκοπως legiſſe video.

V. 483. Aſynartetus eſt ex penthemimeri iambica & dochmaico.

486. Τις οιδεν; ητοι θειον εστι μη ψυθος] Ητοι θειον εστι μη ψυθος perperam vertitur, *Certe deus non eſt mendax.* Ψυθος enim ſubſtantivum eſt, & *mendacium* ſignificat, non *mendax*. Si vero vertis, *Divinitus certe venit hoc nuncium, non mendacium eſt*; ſententiam indoli hujus loci plane contrariam habebis. Adeo enim veritatem Nuncii non aſſerit Chorus, ut in multa incertitudine verſetur anne verum ſit an falſum; quod ex præcedentibus & ſequentibus patet. Emendationem igitur *Stanleii* amplecti malo reponentis, ητοι θειον εστιν η ψυθος, *aut an hoc nuncium divinitus miſſum ſit, adeoque verum, an mendacium. Pauwius* hanc conjecturam frigidam & ineptam pro more ſuo appellaſſe contentus, nihil de ſuo ad vulgatam lectionem aut tuendam aut explicandam adfert.

490. 491. Επειτ' αλλαγε λογοις Καμειν] Verte, *Deinde eventu non reſpondente oratione deficere*, id eſt, præ pudore obmuteſcere, ob nimiam ſcilicet credulitatem ludibrio habitum.

493. Nihil hîc immutandum. χαριν ξυναινεσαι eſt, *in iis quæ grata ſunt aſſentiri.* Ita ſupra v. 430. δοξαι φερουσαι χαριν ματαιαν.

494. Glyconius eſt ex dijambo & antiſpaſto utriſque pentaſyllabis.

497 Γυναικοκηρυκτον ολλυται κλεος] Γυναικοκηρυκτον κλεος eſt *Rumor qui mulieres auctores habet.* Verſus autem aſynartetus eſt ex penthemimeribus iambicis; nam in voce κλεος fit ſynizeſis.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 521. Νυν δ' αυτε σωτηρ ισθι καπαγωνιος] Καπαγωνιος omnino eſt και επαγωνιος. Nullum hîc haberet idoneam ſignificationem απαγωνιος.

524. 525. — τον τ' εμον τιμαορον Ερμην, φιλον κηρυκα, κηρυκων σεβας] Τιμαορος hîc non *ultor*, aut *vindex* eſt, ut perperam putabat *Stanleius*. Non enim, ſi ita eſſet, Mercurium εμον τιμαορον appellaſſet Præco, quippe nullis ipſe injuriis, quod ſciamus, affectus. *Scholiaſtes* & *Heſychius* non male per βοηθον interpretantur. Proprie autem ſignificat *qui honore aliquem afficit*, adeoque apte hac appellatione Mercurium compellat Præco, ejus patronatu honoratus. Vox in hoc ſenſu uſurpatur a Pindaro Olymp. Od. IX. v. 124. Monendus eſt etiam Lector epitheton φιλον quod ſtatim ſequitur cum τιμαορον jungi debere, ſublata diſtinctione poſt Ερμην.

529. Ηπου παλαι φαιδροισι τοισιδ' ομμασι] Pro ηπου *Stanleius* conjicit reponendum Ει που, & recte quidem meo judicio. Quid *Pauwius?* Inepte hoc fieri pronunciat, το παλαι cum φαιδροισι jungi debere cauſſatus; ſed riſu inepto forſan excepto, cenſurâ ineptâ ſimul & protervâ res ineptior nulla eſt. Nam ſi παλαι a που diſtrahatur, & cum φαιδροισι jungatur, nullus omnino τῳ που locus hîc eſſe poteſt. Ηπου enim formæ imperativæ junctum putus eſt ſolœciſmus. Porro quamobrem ομμασι potius παλαι φαιδροις quam νυν φαιδροις, aut ſimpliciter φαιδροις, poneret Poeta, vix ipſe *Pauwius*, ut opinor, explicare poterat, quanquam nihil hoc convenientius aut appoſitum magis, exclamat. Sed hoc de propriis placitis quâvis fere paginâ ei ſolenne eſt.

V. 530. Δεξασθε κοσμῳ βασιλεα πολλῳ χρονῳ] Quod ad βασιλεα ſpectat, analogiam accuſativorum iſtorum Atticorum ultimam ſemper producentium primus nos docuit *Clark.* ad Homer. Iliad. v. 265. Cave autem in locum του κοσμῳ *Pauwio* obſecutus νοσῳ reponas. Κοσμῳ δεχεσθαι eleganter dicitur, νοσῳ δεχεσθαι neſcio an Græce, at certe duriſſime. Præterea νοσῳ in πολλῳ χρονῳ ſatis ſignificatur.

535. τῃ κατειργασται πεδον] Verte, *quâ ad ſolum uſque æquatam reddidit.*

544. του ρυπου δ' ημαρτε] Ρυπον recte explicat *Stanleius* de

de Helena pro pignore capta, quod pignus una cum civitate Paris perdidit. Prædam abactam, præſertim ſi ex captivis conſtabat, Trojani belli temporibus redimere ſolebant ſpoliati, & donec redimebatur, aut, præda alia viciſſim abacta, permutatione facta reddebatur, pignoris loco haberi, & ῥυσιον appellari, in more erat.

V. 547 — 559. Quæcunque ex his in vulgatis Clytemneſtræ tribuuntur, Choro proculdubio tribui debent. Nam & ſermones ipſi Clytemneſtræ dignitati minime conveniunt, & reſpondet viciſſimque interrogat Præco familiarius quam, ſi cum ipſius regina colloqueretur, deceret. Præterea, neque v. 557. ipſa Clytemneſtra dicere poterat, nec quiſquam eam allocutus ea quæ in v. 588. continentur. Ex ejus enim dignitate non erat ut Menelaum etiam præſentem timeret. Ex verſu denique 589. manifeſte apparet, Præconem hactenus Chorum, non Clytemneſtram, fuiſſe allocutum. Plurali enim numero, genere maſculo, dicit Τοιαυτα χρη κλυοντας. Idem quoque patet e Chori reſponſo v. 592. Νικωμενος λογοισιν ουκ αναινομαι; hoc enim & falſo & ridicule a Choro diceretur, ſi nullos antea cum Præcone ſermones inſtituiſſet.

551. Τερπνης αρ' ητε τησδ' επηβολοι νοσου;] Verte, *Jucundum certe nacti hunc eratis morbum*; id eſt, Jucundum vobis fuiſſe hunc morbum, quo, ut dicis, tenebamini, oportet. Κατωφατικως hæc, non ερωτηματικως, dicuntur.

552. Πως δη διδαχθεις τουδε δεσποσω λογου] Verte, *Quonam igitur modo edoctus tuorum ſermonum ſenſum aſſequi potero?* id eſt, Quid eſt igitur reliquum quod me doceri oportet ut eorum quæ dicis ſenſum aſſequi poſſim.

553. Των αντερωντων ἱμερῳ πεπληγμενοι] Verte, *Intellexeris nimirum ſi eorum deſiderio captus fueris qui te viciſſim deſiderabant.* Id eſt; In veſtra omnino poteſtate ſitum erat vos a morbo illo quo tenebamini liberare, quandoquidem nos æque domi vos deſiderabamus ac vos domum reviſendi deſiderio laboraſtis. Cum igitur vobis morbo hoc laborare tamdiu placitum eſt, morbum ipſum jucundum fuiſſe neceſſe eſt.

554. Ποθειν ποθουντα τηνδε γην στρατον λεγεις] Verſum hunc ερωτηματικως poni exiſtimo.

555. Ὡς πολλ' αμαυρας εκ φρενος αναστενειν] Ægiſthi cum Clytemneſtra adulterium hîc, obſcure licet quod ad Præconem attinet, ſatis tamen perſpicue auditoribus, innuit Chorus. Hoc ſcilicet in cauſa fuit quare occulto ingemiſcere ſolebat, & Agamemnonis cum exercitu reditum tantopere expetebat. Laborat autem metrum, & legendum, εκ φρενος γ' αναστενειν.

V. 556. Ποθεν το δυσφρον τουτ' επην στυγος στρατῳ] Recte hîc repoſuiſſe στυγοστρατον, & recte το δυσφρον & αμαυρας εκ φρενος expoſuiſſe, videtur *Pauwius*; debitas enim ei laudes minime invideo. Præco ſcilicet, id quod animo occultabat Chorus prorſus ignorans, quærit, *Unde anxia illa militiæ deteſtatio vobis ſupervenit?*

557. Παλαι το σιγαν φαρμακον βλαβης εχω] Ex hoc verſu liquido patet, cauſam quare Chorus ingemiſcere ſolebat, & reditum Agamemnonis ita anxie exoptare, talem fuiſſe, ut eam palam proloqui dominorum, & præſertim Clytemneſtræ præſentis, metu non auderet.

558. 559. Κη. Και πως απουτων κοιρανων ετρεις τινας;
Χο. Ὡς νυν το σον δη, και θανειν πολλη χαρις.] Pulcherrime hæc & reſtituit & diſtinguit *Stanleius*. Neque ſpecioſa tantum conjectura eſt qua pro ὡν reponitur ὡς, ſed certiſſima. Sententia eſt, Erant adeo quidam quos abſentibus Regibus timebam, ut nunc, cum redierit tandem Agamemnon, juxta tuum illud modo dictum, præ gaudio etiam mori mihi gratiſſimum eſſet. Hæc interpretatio lectionem etiam verſus proxime ſequentis vulgatam ſtabilit. Ευ γαρ πεπρακται, recte dicis, *omnia enim tandem bene nobis ceſſerunt*. Το ὡν nullâ conſtructionis formâ hîc ſtare poteſt. Nam ſi quam maxime cum *Pauwio* ſtatuamus, id ad τινας præcedens referri debere, & particulam ἑνεκα ſubaudiri, tunc quidem conſtructio erit, ησαν μεν τινες οὓς ετρεσα, ὡν ἑνεκα νυν το σον δη και πολλη χαρις εστι εμοι θανειν. *Erant quidem aliqui quos timebam, qui in cauſa fuerunt ut nunc, juxta tuum illud dictum, etiam mori cupiam.* Sed ita a mente Poetæ longe aberrabimus; non enim præ tædio, ſed præ gaudio, nunc mori ſibi gratiſſimum eſſe dicit Chorus, nec mortem ſibi gratam reddidiſſe eos quos timebat, ſed Agamemnonis cum exercitu reditum. Excuſandus tamen quodammodo eſt *Pauwius*, quod hæc Choro tribui debere, non Clytemneſtræ, ignorabat; quanquam ſola particula νυν, ſi ejus vim in hoc loco rite expendiſſet, dux ei ad rectam viam eſſe poterat. Ignorantiam autem iſtam lepidiſſimo inſuper errore cumulavit. Clytemneſtram ſcilicet hîc innuere vult pellices ipſamque Caſſandram, eaſque revera eſſe ὡν & τινας dicit. Vates certe non minus quam ipſa Caſſandra fuiſſet Clytemneſtra oportet, ſi illam ejuſque cum Agamemnone amores timebat, qui aliter ei innotuiſſe omnino non poterant. Primus enim nunc adeſt a Troja capta Nuncius,

cius, niſi forſan & hos etiam per faces Clytemneſtræ fuiſſe nunciatos crediderit vir eruditus.

V. 561. Τα μεν τις ευ λεξειεν ευπετως εχειν] Perperam hîc pro ευ λεξειεν *Stanleius* reponit αν λεξειεν, conſtructionem non aſſecutus, quæ hujuſmodi eſt, Τα μεν τις ευπετως αν λεξειεν ευ εχειν, τα δε αυτε και επιμομφα. *Quædam quidem facile quis dixerit bene ſe habere, alia vero contra culpanda.* Legendum ſcilicet λεξει᾽ αν omnino poſtulat Græci ſermonis indoles.

565. 566. — η δ᾽ ου
Στενοντες, ου λαχοντες ἡματος μερος] Λαχοντες proculdubio hîc ſtare non poteſt, κλαιοντες & καμοντες, conjecturæ *Stanleii* & *Pauwii*, ne alia quæ contra objici poſſent dicam, nimis longe a veſtigiis vulgatæ ſcripturæ recedunt. Malim λακοντες, *ſtrepentes.* Strepitum nimirum qui in navigiis perpetuo fere obtinere ſolet, quique ſomnum vix permittit, innuere Poetam puto.

569. Εξ ουρανου γαρ κἀπο γης λειμωνιαι] Γαρ hîc commode ſtare non poteſt; reponendum puto δε, nam αρ abſque eliſione Atticæ conſuetudinis non eſt; ſaltem apud Poetas Atticos nuſpiam me reperiſſe memini.

570. 571. Δροσοι κατεψεκαζον, εμπεδον σινος
Εσθηματων τιθεντες ενθηρον τριχα] Vix cuiquam, ut opinor, placebit *Pauwiana* hujus loci explicatio; Δροσοι τιθεντες εμπεδον σινος κατα ενθηρον τριχα εσθηματων, *Rores certam perniciem inferentes veſtibus hiſpidis & craſſis inſtar vellerum ferinorum.* Ego diſtinguendum puto poſt εσθηματων, ut ſenſus ſit, *Rores nos irrorabant, certa veſtium pernicies, capillos noſtros villis ferinis ſimiles reddentes.* Hoc quidem ipſum, tanquam unum e præcipuis militiæ incommodis, deteſtatur Ajacis miles apud *Sophoclem Ajac.* v. 1226 — 1228.

Αει πυκιναις δροσοις
Τεγγομενος κομας λυγρας
Μναματα Τροιας

579. 580. Τι τους αναλωθεντας εν ψηφῳ λεγειν,
Τον ζωντα δ᾽ αλγειν χρη τυχης παλιγκοτου;] Nihil hîc immutandum. Το δε inter τους & αναλωθεντας perquam incommode infereretur, cum ζωντα autem optime cohæret, & oppoſitionem inter hanc vocem & αναλωθεντας præcedens denotat. Παλιγκοτου autem τυχης perperam hîc redditur, *fortuna averſa*, id eſt, cum fortuna adverſa ſit, aut (demus enim hoc etiam) fuerit. Quid enim mirum aut iniquum ſi vivens doleat propter fortunam adverſam? Legendum omnino puto παλιγκοτου, *fortunâ in melius immutata.* Παλιγκοτος ad eandem analogiam formatur ac ὑπερκοτος. Vide quæ ſupra notavimus ad v. 476. Hæc vox olim in *Pollucis* Onomaſtico exſtabat lib. VI. §. 164. inter παλιντροπος & παλινορσος poſita, unde quid apud eum ſignificationis obtinebat haud ægre conjicere poſſumus. Nuperi vero Editores contra codicum fidem repoſuerunt παλιγκοτος.

V. 585. Υπερ θαλασσης και χθονος πεπτωμενοις] Legendum puto πεπτωμενῳ, ut cum φαει cohæreat. Similem prorſus εννοιαν videre licet apud *Sophocl. Ajac.* 856 — 860. Saltem, ſi retineatur vulgata lectio, de volucribus intelligenda eſt; nam quo ſenſu hæc aut Præconi, aut Græcis e Troja reverſis, convenire poſſunt, haud capio.

588. Δομοις επασσαλευσαν αρχαιον γανος] Recte vidit αρχαιον hîc non admodum convenire *Pauwius.* Forſan reſcribendum eſt ἑρκειον γανος, *domeſticum ornamentum. Sophocles Antig.* v. 493. 494.

Αλλ᾽ ειτ᾽ αδελφης, ειθ᾽ ὁμαιμονεστερας
Του παντος ἡμιν Ζηνος Ερκειου κυρει

δομοις, cum orationis perſpicuitati nequaquam hîc officiunt duo dativi, minime ſollicitandum eſt.

594. Δομοις δε ταυτα και Κλυταιμνηστρᾳ μελειν] *Pauwius* perperam hîc pro δομοις reponit αστοις, hoc expreſſius eſſe cauſſatus, ne negligatur ipſe Agamemnon. Sed ipſius Agamemnonis nullæ in hoc negotio erant partes. Hoc ſcilicet juſſerat Præco, ευλογειν πολιν και τους στρατηγους, ut Agamemnon ſcilicet domum reverſus laudibus & acclamationibus exciperetur. Hæc cura Clytemneſtræ & familiæ ejus imprimis incumbebat, particeps vero ejus fieri non recuſat Chorus. συμπλουτιζειν eſt, *una beare*, eodem ſcilicet ſenſu uſurpatum quo ſupra v. 284. επαινειν. Chorus etiam pro virili parte una cum ceteris Agamemnona laudibus πλουτιζειν paratum ſe profitetur.

606. Θυμιαγον κοιμωντες ευωδη φλογα] Κοιμωντες hîc ineptum eſſe *Pauwio* aſſentior, ejuſque conjecturam lubens amplector reponentis κημωντες, *nutrientes flammam*, vel *ejus ut alatur curam habentes.* Deteriori tamen conjecturæ ipſe primas dat, quia ſenſum abſtruſiorem & audaciorem, ideoque magis *Æſchyleum*, continet. Κομωντες ſcilicet legendum ſuſpicatur, & duplicem interpretationem addit. Prima eſt, *Facientes ut flamma odora aſſurgens comam referret*, aut *Undulans varieque flexa comam prolixam exprimeret.* Et hîc adducere potuit quod ſupra v. 314. habemus, φλογος μεγαν πωγωνα. Sed fruſtra eſt vir eruditus. Nam κομαν eſt, Ipſe comam alere, non Aliorum ut coma creſcat facere, neque in hoc ſenſu uſquam uſurpatum reperietur. Altera interpretatio

pretatio eſt, *Flammâ lætâ & odorâ ſeſe efferentes.* At quanquam hoc tritius eſſe affirmat vir doctus, audacter pronunciare non verebor ne unum quidem conſtructionis ſimilis exemplum in ſcriptore quoquam Græco occurrere.

V. 610 — 613. — τι γαρ
Γυναικι τουτου φεγγος ἡδιον, δρακειν
Απο ϛρατειας ανδρα, σωσαντος θεου,
Πυλας ανοιξαι] Et hîc lectionem vulgatam fruſtra tentat *Pauwius.* Ασυνδετα talia apud *Æſchylum* frequentiſſima ſunt, quod ſæpe jam monuimus. Quiſquis hæc tollit, ſtyli characterem ei proprium ac peculiarem ſimul abolet. Elegantiſſime etiam mulieris gaudium hîc per gradus quodammodo, ac ſingillatim, deſcribitur. δρακειν, απο ϛρατειας, ανδρα, σωσαντος θεου, πυλας ανοιξαι. Elegantia hæc, utravis emendationum *Pauwianarum* admiſſa, magna ex parte periit. Vulgata lectione nihil ſimplicius aut elegantius.

620. 621. Ουδ' οιδα τερψιν, ουδ' επιψογον φατιν
Αλλου προς ανδρος μαλλον η χαλκου βαφας] Similitudinem hanc qua uſus eſt *Æſchylus* non impenſe laudo, quanquam forſan proverbiale aliquid hîc latet, cujus gratia omnis nobis ignorantibus periit. Nihil igitur immutandum cenſeo. Quod nos non videmus alius forſan olim videbit. Emendatio certe *Pauwii* μαλλον η χαλκος βαφας, admitti haudquaquam poteſt. Nihil enim notius eſt quam & ferrum & æs aqua tingi ſolere. Ferrum iſtud virginem quod nunquam tinctum fuit, & duritiem ſuam habebat naturalem, non agnoſco, &, ſi maxime agnoſcerem, nihil tamen huc faceret. De ferro enim vel ære in genere loquitur Clytemneſtra, non de hoc, ſi tamen ullum ſit, ferro virgine.

623. Ουκ αισχρος ὡς γυναικι γενναιᾳ λακειν] Nodum hîc in ſcirpo quærit *Pauwius.* ὡς arctiſſime cum γυναικι γενναιᾳ cohæret; ſi ſubaudiretur σοι prorſus langueſceret oratio.

624. 625. Αυτη μεν οὑτως ειπε μανθανοντι σοι
Τοροισιν ἑρμηνευσιν ευπρεπως λογον] Structura eſt, Αυτη μεν οὑτως ειπε σοι μανθανοντι λογον δηλονοτι ευπρεπως τοροισιν ἑρμηνευσιν. Verte, *Ipſa quidem tali te ſermone inſtruxit quali oportebat clare eum renunciaturos.* Innuit ſcilicet Chorus, Clytemneſtram, non ex animi ſententia, ſed ſimulate & ſubdole locutam, ea Præconi renuntianda dixiſſe quæ e re ſua erant ut ab Agamemnone crederentur. Dativus τοροισιν ἑρμηνευσιν omnino pendet & regitur ab ευπρεπως, quod & viciſſim τῳ οὑτως reſpondet.

V. 629. 630. Ουκ εσθ' ὁπως λεξαιμι τα ψευδη, καλα,
Ες τον πολυν φιλοισι καρπουσθαι χρονον]. Hæc ita vertit *Stanleius* ac ſi ſcriptum eſſet ες ου πολυν. Conſtructionem veram minus aſſecutus videtur vir eruditus, quæ hæc eſt, Ουκ εστι ὁπως λεξαιμι τα ψευδη καλα ειναι, ὡστε φιλοις καρπουσθαι εξειναι εξ αυτων ες τον πολυν χρονον. *Non eſt ut dicam mendacia bona eſſe, adeo ut amici ex iis fructum capere poſſint in longum tempus.*

631. Πως δητ' αν ειπων κεδνα τἀληθη τυχης] Verte, *Quomodo igitur fauſta dicens veritatem retineas?* Hæc autem & ſequentia in hoc actu Choro tributa, recte ei, & non Clytemneſtræ, tribui patet ex ipſius Clytemneſtræ verbis v. 607 — 610. quibus clare indicat ſe ſcenam, ut omnia ad conjugem redeuntem excipiendum neceſſaria paret, relinquere.

646. χωρις ἡ τιμη θεων] Veriorem hujus loci interpretationem *Stanleianam* judico, non *Victorianam,* quod ex ſequentibus, & præſertim ex v.654. ſatis manifeſte colligi poſſe puto. Particula δε quæ ſtatim ſequitur, non hiſce propioribus adverſativa eſt, ſed præcedentibus illis ευφημον ημαρ, quod non advertit *Pauwius.*

665. Χειμωνι, τυφω συν ζαλῃ τ' ομβροκτυπῳ] *Pauwio* aſſentior legenti τυφῳ pro τυφω, non item reponenti poſt ζαλη particulam γε pro copulativa τε. Τυφῳ enim de ventorum procella dicitur, ζαλη de mari agitato.

673. Τυχη δε σωτηρ ναυν θελουσ' εφεζετο] *Canteri* conjecturam ναυν ϛελουσ' lubens amplector, ſed ut ejiciatur σωτηρ, quod non elegantiſſime tantum, ſed neceſſario etiam ut ipſa τυχη ſignificationem huic loco idoneam obtineat, adponitur, probare omnino nequeo. Σωτην autem, quod in ejus locum reponit *Pauwius,* Græce dici exemplo ſaltem uno ex Græco quocunque ſcriptore adducto probari debebat. Non enim quia apud *Heſychium* reperitur Σωτεος inde ſequitur & σωτος in uſu fuiſſe. Multa ſane verba verbalia in τεος vel τεον ſuppeditant, quæ tamen nulla in τος agnoſcunt, ut εχθραντεος, πειρατεον, ενητεον, ιτεον, ιτεα &c. Nec σωτος a σωτεος derivari dicendum erat, utrumque enim a σωζω derivatur.

674. Ως μητ' εν ὁρμῳ κυματος ζαλην εχειν] Hujus verſus ſententiam non aſſecutus eſt *Pauwius.* Ορμος eſt *navium ſtatio,* ubicunque ſit, *ubi in anchoris ſtant.* Εν ὁρμῳ κυματος igitur hîc eſt εν κυμασιν ὁρμιζομενην, *ſtationem habentem in mediis fluctibus, & ibi in anchoris ſtantem*; quam rem navibus non longe a terra

 tem-

tempeſtatum vi jactatis certiſſimam eſſe ad ſalutem viam norunt rerum nauticarum periti. Mari autem Ægeo navigatio, propter inſularum multitudinem, nunquam longe a litore inſtitui poteſt. εν ὁρμῳ, ſi de portu interpretandum eſſet, ſignificaret, *in ipſo portu*, non, quod vult *Pauwius*, *cum portum intraret navis*. Et quod portum nondum intraſſet Agamemnonis navis patet ex ſequentibus, επειτα δε — πεφευγοτες. Lectorem autem monere quod κυματος cum ὁρμῳ jungi debet, non cum ζαλην, ſuperfluum forſan exiſtimabitur.

V. 680. 681. 682. Poetam abſque cauſa hic reprehendit *Pauwius*; quæ enim dicit Chorus potius læta ſunt quam lugubria. Nam ſi Agamemnon, tametſi ſalvus, a ſociis falſo periiſſe credebatur, ſpes erat Menelaum alioſque, de cujus ſalute dubitabatur, ſalvos etiam eſſe poſſe. Et ſi maxime lugubria eſſent, eo non minus huc convenirent; mox enim ſequi debet Agamemnonis cædes. Per œconomiam ſcilicet pulcherrimam facit Poeta, ut Præco, Chori ſollicitationibus propriaque garrulitate victus, infauſta hæc de Achivorum naufragio fauſtioribus immiſceat, quaſi cladis imminentis prænuntia. Ne dicam fabulæ veriſimilitudinem hinc tanto magis elucere, quanto Agamemnon ſociis & exercitu deſtitutus, vixque una cum navi portum attingens, magis Ægiſthi & Clytemneſtræ inſidiis expoſitus & opportunus videbatur.

685. Ει δ' ουν τις ακτις ἡλιου νιν ἱστορει] Ει δ' αν τις ἱστορει, quod reponi poſſe & adprime convenire putat *Pauwius*, purus putus eſt ſolœciſmus. Ut Græcum eſſet ſcribi oportebat, ει δ' αν τις ἱστορῃ, ſed nihil immutandum eſt.

692. 693. 694. Μη τις ὁντιν' ουχ ὁρωμεν
Προνοιαισι του πεπρωμενου
Γλωσσαν εν τυχᾳ νεμων] Vim & elegantiam hujus loci prorſus non intellexit *Pauwius*. τις ὁντιν' ουχ ὁρωμεν, *inviſibilis quidam, eſt deus aliquis*. Is ex præſcientia ſua de eo quod fato decretum erat inſtructus, linguam ejus qui nomen dederat, εν τυχᾳ, in re, & indole propria, & quod ad nomen dantem attinebat, plane fortuita, conſulto regebat.

695. 696. Hi duo verſus non niſi unum facere debent choriambicum ſcilicet trimetrum acatalectum. Recte metrorum vetus Enarrator non amplius ſeptemdecim verſus huic ſtrophæ tribuit.

698. Ελενας, ἑλανδρος, ἑλεπτολις] Ελενας recte Ελεναυς expoſuit eruditiſſimus *Salmaſius*, nec quidquam habent ponderis quæ adfert contra *Pauwius*. Nam quod primo dicit, Helenam, ſi hoc admittatur, dici etiam ἑλανδρος, ἑλεπτολις, non potuiſſe, quia nomen ad ſolas naves quas perdiderat ſe referebat, & nec viros nec urbes deſignare poterat; hoc reſponſum accipere poteſt. Vim verbi ἑλειν in voce Helena præcipue ſpectari, unde quanquam ἑλενας propius quod ad ſonum attinet referret, illa tamen alia ἑλανδρος, ἑλεπτολις non occulte nec coacte deſignabat & ſuggerebat. Quod vero addit vir doctus, vocem ἑλενας Græcorum non Trojanorum infortunia enarrare, Poetam autem totum eſſe in enumerandis Trojanorum per Helenam cladibus, id quidem leviſſimum eſt. Cum enim de malis iſto nomine præfiguratis ageretur, æquum erat univerſa comprehendi. Et revera nihil vocibus iſtis, ἑλενας, ἑλανδρος, ἑλεπτολις, exprimitur, quod non quadantenus & Græcis & Trojanis accommodari poſſit. Ipſius autem *Pauwii* conjectura, qua vocem Ελενα ab ἑλειν ἑνα derivari vult, quaſi unum ſcilicet virum Alexandrum & unam urbem Trojam perdiderit, glaciebus Hyperboreis frigidior eſt, neque excogitari potuit minus idonea. Id enim Helenæ, ſi cuiquam unquam aliæ fœminæ, peculiare fuit probrum, quod quamplurimos perdiderit. Non autem metuendum eſt ne cuiquam denuo placeat hæc etymologia, cum ipſe ejus auctor eam miſere frigere fateatur; ſed culpam a ſe in *Æſchylum* transferre non debebat.

V. 699. Εκ των ἁβροτιμων] *Salmaſius* in Exercit. ad *Solin.* p. 78. A. legit ἁβροπηνων, *tenuiſſimo filo contextis*, neſcio an ex conjectura, an ex fide codicum.

700. 701. 702. Ionici ſunt a minore dimetri ανακλωμενοι, priores bini acatalecti, tertius hypercatalectus. πολυανδροι φερασπιδες Græcorum exercitum deſignant.

703. 704. 705. Κυναγοι κατ' ιχνος
Πλάταν αφαντον
Κελσαντων Σιμοεντος ακτας] Legendum eſt πλατᾶν Dorice pro πλατων numero plurali; Ita κατ' ιχνος πλατᾶν αφαντον eſt, *ſecundum veſtigium remorum inviſibile*. κελσαντων, cum πλατᾶν jungendum, & de Paride & Helena intelligendum.

706. Επ' αξιφυλλους] *Pauwii* conjectura qua αξιοφυλλους reponit ne φυλλου quidem αξια eſt. Quis enim unquam epitheton tale vel fando audivit? Ripæ quæ folia ferre dignæ ſunt! Hoc tamen *Pauwio* *Æſchyleum* & ſatis venuſtum videtur. Lege omnino cum *Stanleio* αεξιφυλλους. Mendum autem in antithetico hæret quem mox emendabimus.

707. Periodus eſt catalectus.

708. 709. Ιλιῳ δε κηδος ορ-
θωνυμον τελεσσιφρων] Alluſionem quæ in vocibus

cibus κηδος ορθωνυμον continetur recte explicat *Scholiaſtes*. *Pauwius* qui ορθωνυμον ad Helenam refert proculdubio errat.

V. 710. Μηνις ηλασε] Ut conſtet metrum legendum ηλασε retento augmento. Verte, *inſectata*, vel *perſecuta eſt*.

710. ad 717. — τραπεζας ατιμωσιν ὑστερῳ χρονῳ
Και ξυνεστιου Διος
Πρασσομενα το
Νυμφοτιμον μελος εκφατως τιοντας
Ὑμεναιον, ὁς τοτ' επερρεπεν
Γαμβροισιν αειδειν.] Sententiam hujus loci minime intellexit *Pauwius*. Diſtingue commate poſt τιοντας, & ita verte; *pœnas contumeliæ qua menſam Jovemque hoſpitalem affecerant, poſtero tempore exigens ab illis qui carmen nuptiale publice & clara voce celebrabant*, Hymenæum ſcilicet, cujus canendi munus ad cognatos tunc pertinebat. Hoc ſcilicet vult Poeta; Paridis fratres, cognati, & affines, qui omnes voce γαμβροις deſignantur, facinus ab eo commiſſum, rapta in contumeliam Jovis & menſæ hoſpitalis Helena, approbaverant, & auctoritate ac patrocinio ſuo propugnaverant. Hujus etiam approbationis teſtimonium publicum ediderant, Hymenæo in ejus cum Helena nuptiis palam cantato. Merito igitur ab iis etiam pœnas ejus facinoris repoſcebat vindicta divina. Ὑμεναιον appoſitio eſt ad νυμφοτιμον μελος, non ad ατιμωσιν, ut putabat *Pauwius*.

718. Μεταμανθανουσα δ' ὑμνον] Verte, *Alium vero poſtea edocta hymnum*. Cum ὑμνον jungendum eſt πολυθρηνον quod ſtatim ſequitur.

721 — 725. Κικλησκουσα Παριν
Τον αινολεκτρον,
Παμπροσθη πολυθρηνον αιων'
Αμφι πολιταν,
Μελεον αἱμ' ανατλασα] *Pauwius* pro παμπροσθη, quod aperte vitioſum eſt, legit παμπροσθη, eodem ſenſu ac ſi παμπροσθηκη ſcriptum fuiſſet. Paridem ſcilicet quoties compellabant Trojani, ut αινολεκτρον compellabant. Sed primo προσθη pro προσθηκη Græcum eſſe nego, & apud *Heſychium* προσθηκη reponendum cum *Sopingio* contendo. Qualis enim obſecro eſt iſta ratiocinatio? a θεω derivari poteſt θη, a προσθεω, προσθη, igitur in uſu olim fuerunt hæc vocabula, & partem linguæ antiquæ faciebant. Uſurpata ſemel ſaltem a Græco ſcriptore monſtrentur; aliter & φιλη a φιλημι, των a τωμι, διζη a διζημι, mox habebimus, & innumeris ſimilibus linguæ antiquæ reliquiis Lexica locupletabimur. Deinde, ſi maxime admitteretur προσθη, vix admitti poſſe videtur παμπροσθη. Το παν enim in compoſitione cum iis fere vocabulis conjungitur quæ magis ac minus recipiunt, ut παμπαιδι, παμπληθης, παμπολυς, & ſimilia. Προσθηκη autem, ſi ad unius nominis, ut hîc του αινολεκτρου, appoſitionem reſtringatur, nec magis nec minus admittit. Reponendum erit igitur, ut ſenſum quem hîc quærit *Pauwius* habeamus, αειπροσθη; nam παν eandem cum αει vim in compoſitione nunquam quod ſciam obtinet. Revera reſcribendum eſt παμπροσθεν, *plane coram, omnino ante oculos*; pro αμφι reponendum eſt αμφις, & pro πολίταν, πολιτᾶν, Dorice pro πολιτων; & ita denique totus locus vertendus; *Nomine compellans Parin ex nuptiis perniciosum, perferre coacta plane ante oculos* (id eſt, in futurum expectandam, futura enim ante oculos eſſe dicimus, ut præterita ea quæ poſt nos & a tergo ſunt) *luctuoſiſſimam ætatem* (in ſervitute ſcilicet conſumendam) *& circumcirca miſerum civium cæſorum ſanguinem*.

V. 727. αγαλακτον, *lacte privatum*.

728. Ουτος ανηρ φιλομαστον] *Pauwii* emendationem, qua pro οὗτος ανηρ reponit δουλος ανηρ, omnia hæc de Paride ſub metaphora leonis allegorice adumbrato interpretatus, probare neutiquam poſſum. Quicunque enim hanc ſtropham & antiſtropham attente & diligenter expendet, videbit, ni fallor, de leone revera hîc agi. Iſta certe verſibus 738 — 740. contenta non niſi de vero leone, & nequaquam de Paride, intelligi poſſunt. Ουτος ανηρ igitur retineri debet, & hîc ſignificat Chori Coryphæum; δεικτικως enim hîc, ut non raro alibi apud Poetas Atticos, uſurpatur. Hunc autem ſenem Poeta, ut mores atque ingenium Helenæ (ea enim eſt quæ leoni huic aſſimilatur, ut infra videbimus) magis graphice & ad vivum depingeret, hanc ſive fabellam ſive hiſtoriolam narrantem inducit de catulo leonino quem apud ſe domi aut aluerat, aut aluiſſe fingit. Hæc ſi ita explicantur nihil immutare neceſſe erit, nec pro bonis *Æſchyli* mala Recentiorum habebimus. Tantum ut metrum ſalvum ſit, legendum cenſeo, Ουτος γ' ανηρ, & ita epionicum a minore habebis dimetrum acatalectum. Antitheticus etiam optime reſpondebit, ſi, tranſpoſita particula γαρ, legas,

Χαριν τροφαις γαρ αμειβων.

732. Πολεα δ' εσχ' εν αγκαλαις] Recte *Stanleius* πολεα pro πολυν; ita εσχ' εν αγκαλαις neceſſario eſt, *tentis in*

ulnis,

ulnis, nec reddi poteſt ad *Pauwii* placitum, *hæſit in ulnis*; quæ expoſitio alias etiam minus hîc convenit.

V. 734. φαιδρωπος ποτι χειρα] Ad φαιδρωπος ſubauditur verbum εν; plene enim diſtinguendum eſt poſt σαινων. Talia aſyndeta apud *Æſchylum* ſunt innumera. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. B. v. 353. & *Valkenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 481.

745. Ut metrum cum ſtropha concordet legendum eſt omnino προσεστησεφθη; verſus enim periodus eſt catalectus.

746. Παρουτα δ᾽ ουν ελθειν] Lege παρ᾽ αυτα, *bis ſimiliter*, aut, *ſimili modo*; ita enim locus vertendus eſt; *ſimili plane modo dicerem quidem veniſſe ad Ilii urbem* Helenam ſcilicet, cujus nominatim quidem non fit mentio, ſed quæ pluribus epithetis ſtatim ſequentibus ſatis aperte deſignatur. Hîc Poeta ſcopum præcedentis de catulo leonino hiſtoriolæ clare indicat. Ut leunculus enim ille in domo Coryphæi, ſimiliter prorſus in Ilio ſe geſſit Helena. Præpoſitionem παρ comparationem denotare notum eſt.

753. Παρακλινουσ᾽ επεκρανεν δε] Omnino plene diſtinguendum eſt ad finem verſus proxime præcedentis, & tollenda diſtinctio poſt παρακλινουσ᾽, ut cum επεκρανεν cohæreat. Παρακλινουσα eſt, *ab iis quæ primo aſpectu promittebat deflectens, & in pejus mutata. Pauwii* interpretatio, juxta quam neceſſe eſt reponere ſupra v. 746. ηλθεν pro ελθειν, nequaquam admitti poteſt. Non enim ita in pejus mutata erat Helena cum primum Ilium advenerat, neque ſi ita eſſet eam cum gaudio excepiſſent, immo ne admiſiſſent quidem Trojani; ſed primum blanda ſpirans, & fauſta omnia promittens, non diu poſt omnibus in pejus mutatis erinnys urbi exitialis eſſe deprehendebatur.

V. 757. Epionicus eſt a minore dimeter catalectus

758. Periodus eſt catalectus.

767. Ut conſtet metrum lege omnino,

Το δυσσεβες γαρ εργον

quod elegantius etiam vulgato.

768. Μετα μεν πλειονα τικτει] Μετα hîc adverbialiter ponitur, quod notandum cenſui, ne *Pauwii* lapſus aliis etiam errandi occaſio ſit.

771. Omnino retinenda eſt vulgata ſcriptura αιει.

773. Periodus eſt brachycatalectus.

775. Ut metro ſuccurratur legendum puto cum *Pauwio* ποτ᾽ η ποτ᾽ αρ᾽ οταν, nam nec οπποταν nec quidquam ſimile, ne in Choricis quidem, apud Poetas Atticos deprehendi.

777. Νεαρα φαους κοτον] Nemo Interpretum explicare dignatus eſt quid ſit φαους κοτον. Vertunt quidem *lucis odium*; aſt κοτος non *odium* ſignificat ſed *iram vindictæ occaſionem exſpectantem*. Nec κοτος Αγαμεμνονος, exempli gratia, eſt *ira qua aliquis contra Agamemnonem flagrat*, ſed *ipſius Agamemnonis ira*. Ita φαους κοτος ſignificaret *iram quam lux erga aliquem gerit*, quæ interpretatio ſenſu omnino deſtituta eſt. Corruptus proculdubio eſt locus, quem ita reſtitui poſſe arbitror,

Νεαρα φυει κοτον.

Recens injuria vindictæ cupidinem parit.

780. 781. Μελαινας μελαθροισιν ατας
Ειδομεναν τοκευσιν] Ατας hîc accuſativum eſſe pluralem puto, & legendum eſſe ειδομενας, ut hoc cum illo jungatur, & utrumque a verbo φυει pendeat.

787. 788. Biſaria ratione reſtitui poſſe metrum vidit *Pauwius*, earum hanc præferendam eſſe judico,

Παλιντροποις λιπουσ᾽
Ομμασιν, οσια προσεβα, τα

790. Παραινημον απο] Malim vertere, *laudibus celebrari ſolitum.*

IN ACTUM QUARTUM.

V. 799. Laborat Metrum, quod ut conſtet legendum eſt neceſſario cum *Grotio* δυσπραγουντι.

804. Οστις δ᾽ αγαθος προβατογνωμων] Rex ab antiquis dicebatur ποιμην λαων, hinc λαοι ei ſubjecti προβατα ejus jure vocari poterant. Προβατογνωμων igitur eſt, *Rex populum ei ſubjectum ſingulorumque ingenium dignoſcendi peritus. Pauwii* προφατογνωμων nec Græcum eſt, nec, ſi eſſet, hîc conveniret.

V. 809. Ut conſtet metrum ſcribendum puto ουδ᾽ αρ᾽ επικευσω.

811. Ουδ᾽ εν πραπιδων οιακα νεμων] Οιακα penultimam neceſſario producit, quod nec ipſi *Pauwio* videtur fuiſſe cognitum. Vide Etymol. Magn. p. 460.

814. 815. Νυν δ᾽ ουκ απ᾽ ακρας φρενος, ουδ᾽ αφιλως
Ευφρων τις πονος ευ τελεσασιν] Verte, *Nunc vero neque perfunctorie neque parum amice labor hic bene-*

benevolus vos ſalutandi ac deducendi vobis impenditur feliciter hoc incepto defunctis. *Pauwius* veram loci conſtructionem non vidit, ideoque pro πονος repoſuit ποθος. Perperam omnino. An νυν enim, *nunc* cum reverſus erat Agamemnon, eum deſiderabat Chorus, priuſquam vero Trojam cepiſſet nullo ejus deſiderio tenebatur? Hoccine accommodatiſſimum? Omne ſane quod potuit feciſſe *Pauwium*, & in omnes partes ſe verſaviſſe, eâ ſolâ exceptâ in quam ſe vertere debuiſſet, affirmanti facile credo. Minime enim hoc novum.

V. 818. Πολιν οικουρουντα πολιτων] Τον οικουρουντα, *civitatem & rempublicam adminiſtrantem*, id eſt, qui adminiſtravit; de præterito enim tempore, non de futuro, loqui Chorum manifeſtum eſt ex præcedentibus, γνωση διαπυθομενος, *inquirendo cognoveris*, ut recte *Stanleius*. Nihil hîc quod ποθος pro πονος in v. 815. reſcribenti patrocinari queat.

823. 824. 825. — ανδροθνητας Ιλιου φθορας
Ες αιματηρον τευχος ου διχορροπως
Ψηφους εθεντο] Ψηφους arcte cum εθεντο cohæret, & quaſi pro uno verbo utrumque junctum haberi debet. Similem conſtructionem habes ſupra v. 181. 182. ubi vide quæ notavimus. Quod ſi appoſitio magis placet, etiam ita ψηφους εθεντο in conſtructione præcedet ανδροθνητας Ιλιου φθορας, etiamſi orationis elegantia ſimul corrumpitur.

825. 826. — τῳ δ' εναντιῳ κυτει
Ελπις προσηει χειρος ου πληρουμενῳ] Χειρος ου πληρουμενῳ elegantiſſime ponitur pro εις ὁ ουδεις θεου χειρ ψηφον εθετο, *in quod nemo deorum calculum injecerat.* Ilii ſcilicet fatum decretum erat ne uno quidem deo refragante, nec in Trojanorum urna repertum eſt quidquam præter ſpem vanam & fallacem. Quid ſit ελπις χηρος, *ſpes vidua*, quod reponit *Pauwius*, juxta cum ignariſſimis ſcio. Ipſe tamen adeo adpoſitum eſſe affirmat ut nihil magis.

827. Καπνῳ δ' ἁλουσα νυν ετ' ευσημος πολις] Ευσημος cum καπνῳ cohæret. Sententia eſt, *Urbs vero capta etiamnum fumi veſtigiis inſignis eſt.*

828. 829. — συνθνησκουσα δε
Σποδος προπεμπει πιονας πλουτου πνοας] Συνθνησκουσα hîc eſt συν πλουτῳ θνησκουσα, ideoque & προπεμπειν, *deducere, viæ comitem ſeſe adjicere*, dicitur σποδος.

831. επειπερ και παγας ὑπερκοτους] Vide de voce ὑπερκοτους, cujus vice ὑπερκοπους reponi debere cenſeo, quæ ſupra notavimus ad v. 476. 580. παγαι ὑπερκοποι hîc ſunt, laquei ſtupendi, quibus ſimiles non repeiuntur. Interpretatione *Pauwiana* nihil poteſt eſſe frigidius; nec felicius ei ceſſit conatus verſum ſequentem corrigendi pro επραξαμεσθα reponit επραξαν ατῃ, θεοι ſcilicet, ſed neminem, ni fallor, qui ad orationis nexum attendit, ſecum ſentientem habebit.

V. 833. Πολιν διημαθυνεν Αργειον δακος] Αργειον δακος hîc non eſt equus Durius, ſed ipſos ſignificat Argivos. Ita apud *Euripid. Troad.* v. 284. Ulyſſes vocatur μιαρον δακος. Iidem etiam Argivi verſu ſequente dicuntur Ιππου νεοσσος, ασπιδηστροφος λεως. Ita neque deſideratur hîc particula copulativa, neque admitti poteſt *Stanleii* conjectura ασπιδηστροφου πλεως, nihil enim adeſt ad quod referri poſſit το ασπιδηστροφου.

844. τῳ πεπαμμονῳ νοσον] Verte, *calamitate aliqua afflicto.* Interpretationis hujus veritatem ſatis aſtruunt proxime ſequentia. νοσος apud Poetas Atticos non pro corporis tantum aut animi morbo ponitur, ſed calamitatem quamcunque deſignat. Ita apud *Euripid. Ion.* v. 620. απαιδιαν νοσειν.

848. Ομιλιας κατοπτρον, eſt, ſpeculum in quod intuens vulgarium conſuetudinum indolem & æſtimationem perſpicere potes.

861. θεοισι πρωτα δεξιωσομαι] Non omnes conſtructiones inſolentiores ſtatim ſunt immutandæ. Hoc ſi licere ſtatuitur, Græci idiomatis terminos nimis coarctabimus. Nihil igitur hîc tentandum cenſeo.

872. Πολλας κλυουσαν ἡδονας παλιγκοτους] Legendum puto κληδονας παλιγκοπους, *rumores in contrarium tendentes, ſibi mutuo contradicentes.* Hanc veram eſſe loci ſententiam patet ex immediate ſequentibus. Idem ſentio circa κληδονων παλιγκοτων, vel, ut legi debet, παλιγκοπων, infra v. 883. Vide ſupra notas ad v. 476. 580.

873. 874. Και τον μεν, ἡκειν, τον δ' επεισφερειν κακου
Κακιον αλλο πημα, λασκοντας δομοις] Verte, *Atque hunc quidem rumorem, te venire, illum vero te cladem calamitate præcedente pejorem ædibus inferre, annunciantes.*

876. Lege ὠχετευετο, non ωχετευετο. Typographi forſan eſt erratum.

878 — 881. Ει δ' ην τεθνηκως, ὡς επληθυνον λογοι,
Τρισωματος τ' αν Γηρυων ὁ δευτερος
Πολλην ανωθεν (την κατω γαρ ου λεγω
Χθονος) τριμοιρον χλαιναν εξηυχει λαβων] Sanus omnino eſt hic locus, niſi quod pro τρισωματος τ' αν malim τρισωματος γ' αν. Ita verte, *Si vero tot mortes obiiſſet quot multiplicabant rumores, Geryon tricorpor revera ſecundus, multas a ſuperis, eam enim non dico quæ ſub terra eſt* (id eſt ſepulchrum, ut recte interpretatur *Stanleius*) *triparcas chlamydas accepiſſe*

ſe

ſe gloriatus eſſet. Recte autem addit, ſe non chlamydem dicere quæ ſub terra eſt, id eſt ſepulchrum, quia non improprie mortuorum veſtis dici poteſt terra qua teguntur. Simpliciſſima cum ſit hæc conſtructio, ſubtilitatis ſuæ ſpecimen edere maluit *Pauwius*. Τρισωματος τ' αν Γηρυων ὁ δευτερος interpretatur, *Tricorpor Geryon non potuiſſet cum eo paria facere, ſed herbam porrexiſſet victus*. Sæpe occubuiſſe Agamemnonem famâ nuntatum innuit Clytemneſtra, Geryonem nunquam audivi pluſquam ſemel, licet tricorpor eſſet, mortem obiiſſe. Ita igitur nulla eſt inter eos ſimilitudo, nec recte a Poeta inſtituitur comparatio. Sed hic profecto culpâ immunis eſt, qui hac una re ſimiles eſſe dicit, utrumque ſcilicet (ſi vera eſſent quæ de Agamemnone fama vulgaverat) plura habuiſſe corpora. *Pauwio* magis commode cederet Herilus ille *Virgilianus*, qui, cum tres ei animas uno corpore incluſas dederat Feronia mater, ter letho ſternendus erat. Deinde, ανωθεν eſt ὁ ανωθεν, Agamemnon ſcilicet vivens, & ne quis tamen ſuſpicaretur Geryonem eſſe τον ανωθεν, conſulto addidit Poeta, τον (ita enim reponit *Pauwius*) κατω γαρ ου λεγω χθονος; & ita Geryon ad inferos clariſſime ablegatur, nemoque reſtat niſi Agamemnon qui ὁ ανωθεν eſſe poſſit. Sed talia expoſuiſſe ſat eſt, refutare etiam minus reverenter de Lectoris ingenio ſentientis eſſet. Tantum addam, cum vir eruditus vix propriæ interpretationi fidens pro ανωθεν etiam ὁ 'νωθεν, eliſa α, reponit, eum graviter falli. Nunquam enim in initio vocis eliditur vocalis præcedente vocali brevi, ſed fit ſemper craſis, ita ut ſyllaba ex craſi orta ſemper longa relinquatur. Craſin autem talem hoc in loco vetat metrum.

V. 885. προς βιαν λελημμενης, verte, *me invita cum deprehenderer*.

893. Βουλην καταῤῥιψειεν, verte, *Auſum aliquod periclitaretur*.

895. Τοιαδε μεντοι σκηψις ου δολον φερει] Recte σκηψις, *excuſatio*, προφασις; male *Pauwius* σκεψις, *conſideratio*, *cogitatio*. Excuſationi ſcilicet dolus ineſſe poterat, non conſiderationi.

899. 900. Τας αμφι σοι κλαιουσα λαμπτηρουχιας

Ατημελητους αιεν] Verte, *ſemper lamentans quod ſigna de fortuna ac rebus tuis per faces miſſa ab excubitoribus neglecta putabam*. Ατημελητος eſt, *neglectus*, *incuratus*, neque α unquam in hac voce vim intenſivam habere reperitur.

902. 903. — αμφι σοι παθη

Ορωσα πλειω του ξυνευδοντος χρονου] Του ξυνευδοντος χρονου eſt *tempore quo una tecum dormiebam* Sed quid hoc ſibi vult, *De te plures clades videns quam tempore quo una tecum dormiebam?* Pro αμφι σοι reponendum puto αμφις σου, & ita ſententia erit; *A te ſeperata plures moleſtias experta quam toto tempore quo una tecum dormiebam*. Partûs dolores hîc eam præcipue reſpicere exiſtimo, quibus majores fuiſſe eos quos abſente marito pertuliſſet innuit.

V. 907. Quid ſit ςολος ποδηρης nemo Interpretum nobis explicare dignatus eſt, & ipſe, fateor, juxta cum ignariſſimis ſcio. Corruptum tantum eſſe ποδηρη puto, & veriſimiliter ab aliquo inſertum qui pro στυλον legit ςολον, nam ςολη ποδηρης eſt, *veſtis fœminea ad talos uſque demiſſa*. Ita veram Poetæ ſcripturam perdidimus, quam ex poſtliminio reducere non adeo in proclivi eſt. μονηρη reponerem, niſi ſtatim ſequeretur μονογενες. Re iterum poſt longum intervallum perpenſa, ſuſpicor ποδηρη ſignificare poſſe, *quod pedis vice fungitur*; ut enim humano corpori pes, ita columna tecto, ſuſtentaculum; judicet Lector.

912. Τοιοισδε τοινυν αξιω προσφθεγμασιν] Το σε hîc commode ſubaudiri poteſt.

916. Τον σον ποδ' ω 'ναξ Ιλιου πορθητορα] *Valkenar*. ad *Euripid*. *Phœniſſ*. v. 854. reponit πορθητορος, quod caſtigatius eſſe fateor, vulgatum tamen magniloquentiam *Æſchyleam* magis referre exiſtimo. Vide quæ ſupra notavimus ad v. 157. 158.

920. Ες δωμ' αελπτον ὡς αν ἡγηται δικη] Verte, *Ut jus faſque* (id eſt, ut debiti honores) *eum in domum inſperatam deducant*. Palam de honoribus qui Agamemnoni pro dignitate tribuendi erant loquitur Clytemneſtra, ſecretius autem Juſtitiam Iphigeniæ cædem ulturam intelligit.

922. Θησει δικαιως συν θεοις εἱμαρμενα] Quid hîc ſibi vult *Pauwius* minus aſſequor. εἱμαρμενα eſt, *fato congrua*, ſed non inſuper ſignificat, *uti fieri debent*. Hoc quidem exprimit præcedens δικαιως, *rite*, ut a *Stanleio* etiam vertitur.

928. 929. — μηδε βαρβαρου φωτος δικην

Χαμαιπετες βοαμα προσχανης εμοι] Χαμαιπετες βοαμα recte de adorantis acclamatione explicat *Stanleius*. Non quod tale aliquid ſit hîc revera factum, ſed cum inter Barbaros hoc quoque in uſu eſſet, & ſuperbiam plane ſimilem iſti tapetum conculcationi in admittente argueret, ideo hoc etiam diſerte reſpuit Agamemnon, iſta plane cognata eſſe ſe exiſtimare declarans. Si χαμαιπετες reſpicere ſtatuitur præcedentia illa in v. 915. χαμαι τιθεις &c. tunc particulæ μηδε & μηδε rem plane eandem bis repetitam, quaſi res fuiſſent diverſæ, disjungerent. Nam quin iſta μηδ' εἱμασι ςρωσασ' επιφθονον πορον τιθει

præ-

præcedens illud χαμαι πεσεις reſpiciant, dubitari non poteſt. απροσχαπτις pro απροσεχης Græcum non eſt. ισχανω eſt, *reprimo, retineo, inhibeo*, quæ ab hoc loco aliena ſunt. Neque apud hunc Poetam anapæſtus in quarto loco reperitur niſi errore Librarii.

V. 940. Και μην τοδ' ειπε μη παρα γνωμην εμοι] Ειπειν μη παρα γνωμην τινι, eſt, *Aliquid alicui dicere non inexſpectatum, quod præter ejus opinionem non eſt.* Hoc autem vix hîc congruum. Si hæc enim præter Clytemneſtræ opinionem dicta non eſſent, cur quærere pergit an hoc ex voto diis a metuente nuncupato faciat? cur ſententiam contrariam Agamemnoni perſuadere laborat? Præterea ειπε formâ imperativâ hîc minime convenit. Legendum puto,

Και μην τοδ' ειπες δη παρα γνωμην εμοι

Atqui hoc quidem dixiſti præter opinionem & contra ſententiam meam. Et ad hanc interpretationem accommodate reſpondet Agamemnon; *Tu quidem ſententiam quæ tibi placeat foveas per me licet, ſcito autem me animum meum neutiquam ne in proſpera quidem hac fortuna corrupturum.* Hæc enim ſequentium eſt ſententia.

943. Ευξω θεοις, ειδως γ' ευ τοδ' εξειπον τελος] *Pauwio* aſſentior nullum ſenſum hîc commode habere poſſe voculam τελος, ideoque Poetam ſcripſiſſe conjicio,

Ευξω θεοις, ειδως γ' ευ τοδ' εξειπον γ' επος

θελων quod pro τελος reponere vult *Pauwius* haudquaquam convenit. Agamemnon enim etiamſi diis voto fuiſſet obſtrictus, nulla tamen neceſſitate coactus, ſed liber plane ac volens hæc dicere poterat.

944. Τι δ' αν δοκη σοι Πριαμος ει ταδ' ηνυσεν] *Stanleius* reponit δοκει, qua de cauſa neſcio, optime enim ſe habet vulgata ſcriptura. Sed τι δ' αν δοκει Græcum non eſt; oportebat τι δ' αν εδοκει; Attici autem augmentum nunquam abjiciunt.

946. Μη νυν τον ανθρωπειον αιδεσθεις ψογον] Nulla opus eſt immutatione, ſi ſupponas ſermonem imperfectum relinqui, interpellante Agamemnone.

955. 956. Συν τοισδε μ' εμβαινονθ' ἁλουργεσιν, θεων
Μη τις προσωθεν ομματος βαλοι φθονος] Commate tantum diſtingue poſt τοισδε ad finem verſus præcedentis; deinde ita reſcribe,

Συν τοισδε μ' εμβαινονθ' ἁλουργεσι θεων
Μη τις απροσωθεν ομματος βαλοι φθονος]

Me hiſce calceis calcantem purpurea deorum ne qua e longinquo feriat oculorum invidia. ἁλουργεσι θεων, *deorum purpureis*, id eſt, quæ ad deos potius pertinent, quæque ad eorum cultum reſervari debent; hoc enim prius dixerat Agamemnon v. 931. Ita quidem locus tandem dici poteſt planus & perſpicuus. μη τι απροσωθεν conjunctim, pro *non e longinquo*, conſtructionem efficit, prout verba collocantur, coactiſſimam & intricatiſſimam nullo ſententiæ commodo compenſatam.

V. 957. Πολλη γαρ αιδως σωματοφθορειν ποσιν] Quare ſanum eſſe non poteſt σωματοφθορειν, *corpus luxu corrumpere?* Mihi profecto accommodatiſſimum videtur. Omnino certe απροσδιονυσος eſt *Pauwii* conjectura σωματοψαιρειν, *incedere molliter & ſic corpus trahere.* Hoc tantum Agamemnonem rogaverat Clytemneſtra, ut ſuper tapetia incedens domum ingrederetur, non item ut delicate incederet & corpus traheret. Sed tapetes molles requirebant inceſſum mollem. Super tapetia incedere viriliter igitur ne ipſe quidem Hercules poterat. Sed hoc, ſi diis placet, tragicum & elegans.

968. Τρεφουσα πολλης πορφυρας εις αργυρον] Utrumque bonum eſt, εις αργυρον, *pecunia quantumlibet comparandam*, & ισαργυρον, *argento contra caram.* Ex iis ſcripturam quæ ſibi magis arridet eligat Lector. At ut ισαργυρον & εις αργυρον idem revera ſignificent, nimirum, *ad valorem uſque argenti accedens*, haudquaquam concedere poſſum, nec cuiquam, ut opinor, perſuadebit *Pauwius.* Sed abſtruſius hoc, & ſic *Æſchylo* dignum. Si vero docto credas, omnium profecto mortalium abſtruſiſſimus erat *Æſchylus.* Satis quidem ingenio ſuo, fateor, erat abſtruſus, ut non nos etiam laborare ut abſtruſior fiat ſit neceſſe.

969. Κηκιδα παγκαινιστον, ειματων βαφας] Κηκιδα hîc non *tincturam* aut *fucum* ſignificat; ita enim tautologice prorſus ſubjungeretur ειματων βαφας. Κηκις apud *Harpocrationem* & Etymologici magni auctorem eſt βαμμα τι και ϛιγμα, non tinctura in genere, ſed tincturæ quoddam genus, & eodem ſenſu intelligendi ſunt *Heſychius*, *Suidas*, & *Euſtathius.* Hîc non incommode reddi poteſt *gutta*, παν ὁ τι κηκιει, *omne quod poſt inciſionem factam erumpit.*

972. 973. 974. Πολλων πατησμον δ' ειματων αν ευξαμην,
Δομοισι προυνεχθεντος εν χρηϛηριοις,
Ψυχης κομιϛρα τησδε μηχανωμενης] Locus eſt difficillimus, quem tamen ita verti poſſe puto; *Plura vero veſtimenta conculcanda vovissem, ſi reditus tuus prius domui tuæ in oraculis fuiſſet denuntiatus* (ita enim iſta Δομοισι προυνεχθεντος εν χρηϛηριοις intelligi debere cenſeo) *præmia ob animam hanc tuam ſervatam rependere moliens.* μηχανωμενη cum *Stanleio*, non μηχανωμενης legendum eſſe exiſtimo; nam ψυχης τησδε multo aptius de Agamemnone quam de Cly-

Clytemneſtra intelligitur, præſertim ſtatim ſequente ριζης γαρ ουσης. Nec obſtat quod Agamemnon jam deſignatus ſit voce πρoινεχθεντος, nam ψυχης τασδε cum κομιςρα arcte cohæret, atque ita nec conſtructionem turbat, nec ingratam aut obſcuram reddit. προινεχθεντος εν χρηστηριοις eſt, *te reduce prius facto oraculis*, id eſt, Reditu tuo prius in oraculis prænunciato. Hoc ſcilicet eſt quod vult Clytemneſtra; ſi mariti reditum antea ex oraculis cognoviſſet, plurima voviſſet veſtimenta conculcanda, mercedem diis ſoſpitatoribus & reductoribus parans ob maritum incolumem reductum. προινεχθεντος ab εν χρηστηριοις divelli non poteſt, ut ſignificet, *te prius domum reducto.* Quorſum enim plura voveret Clytemneſtra Agamemnone prius reducto, quam tunc reducto? aut, ſi prius reducto voviſſet, cur tunc reducto non pariter vovet? Sed ſi priuſquam redierat, rediturum illa certo quodam tempore cognoviſſet ex oraculis edocta, tunc voviſſet, & poſtquam jam redierat vota illa ſolviſſet. Ita omnia apta ſunt & perſpicua. Legendum autem eſt ηυξαμην, non ευξαμην.

V. 979. 980. Οταν δε τευχη Ζευς τ' απ' ομφακος πικρας Οινον, τοτ' ηδη ψυχος εν δομοις πελει] *Pauwio* particulam τε delenti omnino aſſentior. Verte, *Quando vero Jupiter paret, maturet ex uva acerba vinum* (id eſt, verſus æſtatis finem, canicularibus maxime diebus, quando ſolis ardor nimium moleſtus eſſe ſolet) *tunc etiam refrigerium in ædibus adeſt.*

981. Ανδρος τελειου δωμ' επιστρωφωμενου] *Pauwius* pro τελειου reponit τ' ηλειου, ab ελη *ſolis ardor*, & ſuper hanc emendationem plurimum & ſibi & Lectoribus gratulatur. ανδρος ηλειου eſt ſecundum eum, *marito inſtar ſolis calido.* Quidquamne opportunius poſt ψυχος? Nihil ſane. Quis enim miretur refrigerium domibus adeſſe cum in iis verſetur homo inſtar ſolis calidus? ſed pergit *Pauwius*; ανδρος τ' ηλειου eandem vim habet ac και ανδρος ηλειου, *etiamſi vir calidus in domibus verſetur.* Itane profecto? Unde igitur, obſecro, venit domibus ψυχος, quod, niſi totam vim ſcopum ac tenorem hujuſce comparationis ſubvertas, προς ανδρος, a marito præberi debebat? Ille enim ut in hyeme calorem, ita in æſtate refrigerium, domibus ſuppeditare certe dicitur. Profecto, ut nihil amplius addam, ανηρ ille ηλειος hîc plane friget.

983. Μελοι δε σοι τι περ αν μελλῃς τελειν] Quamobrem optime ſtare non poſſit hæc lectio non video. Quæ firmiter ſperamus & futura credimus, non tamen adeo certa videntur, quin deum, ut nos in iis perficiendis adjuvet, ſupplicandum exiſtimemus. Ita & Clytemneſtra, quanquam Jovem ultorem ſibi in Iphigeniæ morte ulciſcendo fore adjutorem minime dubitaret, precibus tamen eum, ut hæc res illi curæ eſſet, monendum ſimul & exorandum putabat. Certe his verbis non male exprimuntur anxietas illa & ſollicitudo inter ſpem metumque ſuſpenſa, quæ magnum aliquod facinus molientibus in ipſo exſecutionis articulo comites eſſe ſolent. Saltem hæc ita explicata magis arrident quam *Pauwii* σελειν; ſed aliorum eſto judicium.

V. 984. — 996. Lectionem, interpunctionem, & interpretationem, quas exhibet editio *Stanleiana*, retinendas cenſeo, niſi ibi tantum ubi infra aliter monebitur.

985. Δειγμα προστατηριον] Longe elegantius, meâ ſententiâ, eſt δειμα, quod repoſuit *Stanleius*, vulgato δειγμα. Δειμα quidem non tantum metus eſt, ſed id etiam omne quod metum incutit. Δειμα, φοβητρον. *Heſych.* Hîc tamen *terrorem* ſignificare puto; & in hoc ſenſu δειμα προστατηριον, δειμα ποτατοι, elegantiſſime dicuntur. Nec minus ſane, ſed multo potius magis hîc convenit vocabulum iſtud, quod metus etiam innuitur in καρδιας τερασκοπου ſequente; nam εκ τερατων εκεινων ortum eſt hoc δειμα. Τοδε δειγμα oſtentum aliquod certum denotat, quod indicari, ſaltem innui, debebat, non Spectatores aut Lectores celari, ideoque hîc minus aptum eſt. Nec cauſa erat quare Chorus rem minus aperte enuntiaret; ſolus enim in ſcena relictus erat.

989. Ουδ' αποπτυσας] Αποπτυσας retineri debere exiſtimo, pro αποπτυσαντος εμου poſitum. Constructio, ut fatetur *Pauwius*, notiſſima eſt. Vide *Eurip. Iphig. in Taur.* v. 349. 695. *Hippolyt.* v. 23. *Phœniſſ.* v. 290. *Bacch.* 1130. *Sophocl. Oedip. Tyran.* v. 60. *Antig.* 266. 419. Nec cauſa eſt quare eam hîc repudiet, cum conſtructione prorſus eadem οχλος βαλων in ſtrophe ſecunda poſitum contendat. Hîc enim æque ac ibi adſunt *Caſus primi qui primum pro ſecundo ſtatuminare poſſint commode*, ut ipſe loqui amat. αμιδος αοιδα, αποπτυσας, θαρσος ευπιθες, promiſcue pertinent ad cauſam hanc, & æque ſaltem, immo melius adhuc Chorum ipſum denotant, quam virum ipſum iſta ad locum illum alterum a *Pauwio* allata, ποτμος ευθυπορων, οχλος βαλων, προπας δομος. Minime autem prætereundum eſt, ad participium αποπτυσας e ſuperioribus repetenda eſſe δειμα & αοιδαν.

991. Periodus eſt catalectus, ut & v. 994. Nihil igitur immutandum.

V. 992.

V. 992 — 996. — χρονος δ' επει
Πρυμνησιων ξυνεμβολαις
Ψαμμιας ακατας παρ-
ηβησεν, ευθ' υπ' Ιλιον
Ωρτο ναυβατας στρατος.] Nihil hîc immutandum cenſeo, niſi quod pro παρηβησεν, exigente & metro & ſententia, reponi velim παρηκεν. Verte, *Diu autem eſt ex quo rudentium inſertionibus naves in arena hærentes litori alligavit, quando ſub Ilium adpulit, navalis exercitus.* Aliam prorſus ſententiam huic loco tribuit *Pauwius*, aliamque prorſus conſtructionis rationem ſequitur, quam cur rejiciendam putem nunc oſtendendum eſt. Is reſcribendum ſtatuit χρονος γ' επει & παρεβησεν, & ita hæc vertit; *Ex quo tempus* (longius ſcilicet) *cum rudentium inſertionibus naves in arena hærentes progredi fecit.* Sed primo doceri velim quid ſit naves in arena hærentes, & eas etiam una cum rudentium inſertionibus progredi facere; & quid πρυμνησιων εμβολα ad navium transfretationem faciant. Omnia iſta, ψαμμιαι ακατοι, πρυμνησιων εμβολα, naves ad portum adpulſas, ibique ad litus rudentibus alligatas, non ex portu ſolventes & mare trajicientes, deſignant. Sed inſtat *Pauwius*, naves iſtæ diu ψαμμιαι fuerunt in Aulide, nimirum ad litora hærebant retinaculis alligatæ, nec altum petere poterant, donec tempus eas una cum retinaculis ſuis dimittebat; id eſt, donec poſt longam moram exercitus nauticus ad Trojam properabat. At primo, παρεβησεν non eſt, *dimiſit*, ſed *trajecit*. Deinde, quare cum retinaculis ſuis trajecit? aut quid, ut ſupra diximus, retinaculis cum trajectione? Harum objectionum priorem ſenſit *Pauwius*, ideoque pro παρεβησεν, παρηκεν reponendum propoſuit; & hoc quidem recte verti poteſt, *dimiſit*. Altera vero illa adhuc diluenda reſtat, quorſum hîc retinaculorum mentio? Non enim retinacula, ſed venti adverſi, naves iſtas in Aulide tamdiu detinuerant. Nec vel hilum ad rem attinet, an una cum ſuis retinaculis, vel abſque iis, dimitterentur. Sed profecto retinacula iſta nos ad veram lectionem & interpretationem quaſi manu ducunt, & hæc de claſſis ad Trojam appulſu, non de diſceſſu ab Aulide, intelligenda eſſe demonſtrant. Durior denique etiam & inſolentior videtur formula illa loquendi, χρονος επει παρηκεν, *ex quo tempus dimiſit*, pro, *ex quo poſt longum tempus dimiſſæ fuerunt*, poſita; ſed Tragicum ſaltem hoc unum *Pauwio* condonemus.

999. — 1003. Τις δ' ανευ λυρας όμως ύμνωδει
Θρηνον Ερινυος
Αυτοδιδακτος εσωθεν
Θυμος ου το παν εχων
Ελπιδος φιλον θρασος] Hujus loci conſtructio Interpretes hactenus latuit, ita inſtituenda. Θυμος δε αυτοδιδακτος εσωθεν ου κατα το παν εχων θρασος φιλον ελπιδος ύμνωδει τον θρηνον ανευ λυρας όπως Ερινυος.

V. 1004. 1005. 1006. Σπλαγχνα δ' ουτοι ματαζει
Προς ενδικοις φρεσιν τελεσφοροις
Δινοις κυκλουμενον κεαρ.] Nihil in diſtinctione hujus loci immutandum, nec κατα hîc ſubaudiri neceſſe eſt, nec κυκλουμενον ponitur pro κυκλουνται; ſed κεαρ per appoſitionem σπλαγχνα ſequitur & explicat.

1007. 1008. *Pauwio* omnino aſſentior reſcribenti,
Ευχομαι δ' απ' εμας τι
Ελπιδος ψυθη πεσειν
Ψυθη adjective poſitum.

1010. — 1016. Quædam hinc excidiſſe apud omnes in confeſſo eſt, & res ipſa loquitur. De loco autem unde exciderunt inter *Pauwium* & me non convenit. Ille aliter, ego hoc modo verſus hoſce conſtitui debere cenſeo,

Μαλα γαρ τοι τας baſis anapæſtica
Πολλας ύγιειας ακορεστον anapæſticus dimeter
Τερμα, νοσος γαρ baſis anapæſtica
Γειτων όμοτοιχος ερειδει· parœmiacus
Και ποτμος ευθυπορων dactylica penthemimeris·
* * * * * * idem
Ανδρος γ' επαισεν αφαντον έρμα iambicus dimeter hypercatalectus:

& in antiſtropha,

Το πεσον δ' επι γαν
Θανασιμον άπαξ προπαροιθ' ανδρος
Μελαν αίμα τις αν
Παλιν αγκαλεσαιτ' επαειδων;
Ουδε τον ορθοδαη
Των φθιμενων αναγειν
Ζευς αυτ' επαυσεν επ' ευλαβεια.
Γ. ει δε &c.

Θανασιμον, cum vox pluſquam triſyllaba ſit, primam producere poteſt, eadem ratione qua αθανατος & ſimilia. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 398. Conſtitutionem horum verſuum *Pauwianam* ideo probare non poſſum, quia tertius ſecundum eum verſus antithetico minus reſpondet. Strophicus ſcilicet in trochæo vel ſpondæo, quem ille dactylum in diſſyllabum catalecticum vocat, terminatur; antiſtrophicus vero in iambo vel pyrrhichio, quem ille pariter anapæſtum catalecticum in diſſyllabum appellat. Ita hos verſus legitime ſibi invicem opponi poſſe putat vir eruditus,

 ſed

ſed fallitur. Nunquam enim licentia talis apud Veteres obtinuit. Et, ut verum dicam, omnes illi catalecti & hypercatalecti in diſſyllabum nihil niſi merum Grammaticorum commentum ſunt carminum genera non recte diſtinguentium, neque uſpiam in veteribus Poetis extare reperientur. Cum enim in carminibus tantum quæ e pedibus triſyllabis conſtant ex ipſa rei natura καταληξις iſta locum habere poſſit; de dactylis, creticis, bacchiis & palimbacchiis res in aperto eſt. Nam dactylus catalectus in diſſyllabum eſt ſpondæus, propter το αδιαφορον ultimæ ſyllabæ, ideoque & primum Iliados verſum, quia in trochæo deſinit, in exemplum dactylici catalecti in diſſyllabum adfert *Hephæſtion*. Creticus autem, bacchius & palimbacchius in diſſyllabum catalectus revera eſt vel trochæus vel pæonis dimidium; in omnibus autem carminibus quæ pedibus iſtis conſtant, pæones etiam & dipodiæ trochaicæ admittuntur, & eorum locum tenere poſſunt. Reſtat tantum anapæſtus, quem ideo etiam in diſſyllabum καταληγεσθαι non poſſe puto, quia in anapæſticis anapæſto dactylus rite opponitur. Primæ vero duæ dactyli ſyllabæ primis duabus anapæſti ſyllabis rite opponi non poſſunt, quia & ισοχρονοι non ſunt, & eadem antipathia inter has, quæ inter trochæum & iambum ſive pyrrhichium, intercedere reperitur. Vide *Daweſ.* Miſcellan. Critic. p. 62 — 66. Et reipſa catalecticorum horum in diſſyllabum anapæſticorum nullum adhuc mihi videre contigit, qui non, aut corruptus eſſet, aut talis ut alia ratione commodius eum metiri liceret. Sed de his hactenus. Strophæ autem primi verſus duo ita verti debent; *terminus enim multæ & diuturnæ ſanitatis ante ſatietatem*, id eſt, antequam homines ea ſatiati ſint, *plerumque intervenire ſolet.* ακορεστον hîc ſignificationem activam paullo inſolentius, non tamen ineleganter, obtinet, pro ὁ ουκ εκορεσε poſitum. Ejuſdem vocis eodem prorſus ſenſu uſurpatæ exemplum plane gemellum habemus infra v. 1340.

Το μεν ευ πρασσειν ακορεστον εφυ
Πασι βροτοις

Atque ita tandem repertum eſt, ni fallor, effatum illud γνωμην ethicum & breve, quod excipere debebant τα ευδικα, quodque hîc *Pauwius* deſiderabat. Sub metaphora enim ſanitatis & morbi intelliguntur felicitas & infelicitas humana in genere. Vide quæ notavimus ſupra ad v. 844.

V. 1017. 1018. Και το μεν προ χρηματων
Κτησιων οκνος βαλων] Hæc non ſana eſſe in confeſſo eſt. *Pauwius* ita reſtituere conatur,

Και το μεν αποχρημα των
Κτησιων οκνος βαλων.

Atque eas quidem ex poſſeſſionibus facultates quæ jacturis maxime obnoxiæ ſunt inertiâ abjiciente. Sed primo αποχρημα ſignificationem quæ hîc ei tribuitur neutiquam obtinere poteſt. Nunquam enim χρημα numero ſingulari, ſed χρηματα numero plurali, *bona*, *facultates*, & id genus ſimilia, ſignificat. Deinde & male etiam cum ſententia actum eſt hac interpretatione. Continuatur enim metaphora a nave deſumpta quæ in ſcopulum impegit, atque adeo aquam trahit. Hoc manifeſtum eſt e ſequentibus, Ουδ' επωντισε σκαφος. Præſentiſſimum in hoc periculo remedium eſt navem onere levare, merces in mare ejiciendo. Tali navi comparatur homo qui gravi aliqua calamitate oppreſſus fortunas maximam partem abjicere & perdere neceſſe habuerit. Sed quo ſenſu hoc οκνῳ, *ignaviæ* aut *inertiæ*, tribui poteſt? Non certe ignave ſed ſtrenue ſe gerunt nautæ, quando, ut navem conſervent, merces in mare projiciunt. Jam videamus annon melius nobis ceſſura ſit hujus loci emendatio. Ita reſcribendum exiſtimo,

Και το μεν προχρηματων
Κτησιων αχθος βαλων

Atque facultatum quidem ſuarum quæ ad manus præſto ſunt maxime onus abjiciente. Ita continuatur metaphora, & omnia jam plana ſunt & aperta. Σφενδονας απ' ευμετρου in verſu ſequente eſt, *Funda quæ modum ſervat, & non temere & inepte pluſquam exigit periculum abjicit.* Et hoc ſubjunctum το οκνος præcedens quodammodo reprobat. Quod ſi cui magis arrideat *Stanleii* ſententia ſtatuentis præpoſitionem απο ad participium βαλων pertinere, & ab eo per tmeſin ſeparari, is mecum certe nullam habebit controverſiam.

1036. Ειγε μη πλεον φερειν] Nihil hîc immutandum. μη eleganter poſt ειγε ſequitur; pronomen autem με facile ſubauditur.

1038. Γλωσσῃ αν ταδ' εξηχει] Ταδε numero plurali legitime ad πλεον, quod vi ſua plurale eſt, referri poteſt; nulla igitur mutatione opus eſt.

Notæ in SCHOLIA.

Ad v. 1033. Forte legendum, ὥστε μη επιευλαβηθηναι.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 1045. Επει σ' εθηκε Ζευς αμηνιτως δομοις] *Auratus* veriſimiliter ſane reponit αμηνιτοις. Quare hoc fecerit ſcire ſe negat *Pauwius*. Ego igitur dicam. Quia non αμηνιτως, *ſine ira*, Jupiter videbatur potuiſſe ſtatuere Caſſandram ex regina ſervam in inimicorum patriæque ſuæ vaſtatorum ædibus.

1050. Πραθεντα] Immo Hercules Jovis juſſu ad expiandam Iphiti mortem Omphalæ Lydiæ Reginæ in ſervitutem per ſpatium annuum venditus eſt. Vide *Sophocl. Trachin.* v. 252 — 284.

1056. Σοι τοι λεγουσα παυεται σαφη λογον] Verte, *Tibi quidem ſermone perſpicuo jam deſiit loqui.*

1058. Πειθοι' αν ει πειθοι', απειθοιης δ' ισως] Verte, *Obſequare ſi mihi credas, nihil vero magis inobedientia tua proficiens repugnabis*; id eſt, Si repugnes, haud magis quidquam proficies.

1059 — 1061. Αλλ' ειπερ εστι μη, χελιδονος δικην,
Αγνωτα φωνην βαρβαρον κεκτημενη,
Εσω φρενων λεγουσα πειθω νιν λογῳ] Mirifice hæc interpretatur *Pauwius*. φωνη hîc ſecundum illum eſt vox inarticulata hirundinis. Ita igitur vertit. *Si ignotam illam vocem barbaram* (hirundinis ſcilicet) *non poſſideat, ſi ei ſit aliquis vocis humanæ uſus, facile ſermo meus ad animum ejus perveniat & perſuadeat.* Quacunque ſcilicet lingua uteretur Caſſandra, modo humana eſſet & articulata, ſe ab ea intellectam fore Græce loquentem confidebat Clytemneſtra. Admirandum ſane! At ſciat Lector veteres Græcos barbaras omnes nationes χελιδονας vocare ſolitos. Teſtes ſunt Ariſtophanes Ran. v. 690 — 694. & ibidem *Scholiaſtes*, ut & in Ran. v. 93. & Avib. v. 1680. *Heſychius* voce χελιδοσι & χελιδονων μουσειον, & *Suidas* voce χελιδονων μουσεια. Verte igitur, *At ſiquidem non eſt, ſicut hirundo, linguam nacta barbaram & ignotam, intra ejus intellectum loquens* (id eſt, ea quæ intelligere poſſit loquens) *ſermone eam perſuadeam. Stanleium* vera interpretatio videtur non latuiſſe.

1073. Η μαινεται γε και κακων κλυει φρενων] Non malæ ſed male ſanæ mentis hîc Caſſandram inſimulat Clytemneſtra, quod ex verbo μαινεται ſatis ſuperque conſtat. Recte igitur *Stanleius*, *& mentis læſæ cluit.*

V. 1081. 1082. Malim hos verſus cum vetere metrorum Enarratore antiſpaſticos dicere, priorem pherecratium, alterum dochmaicum. Hæc autem æque ac ſequentia antiſtrophica ſunt, & duas ſtrophas totidemque antiſtrophas conſtituunt, Choro ſicut poſtea interloquente; quod & ab eodem Enarratore obſervatum.

1083. Τι ταυτ' ανωτοτυξας αμφι Λοξιου] Οτοτοι vox eſt lamentantis, & ὀτοτυζειν, θρηνειν *lamentari.* Ita *Heſychius*, *Suidas*, & Ariſtophanis *Scholiaſtes*, ideoque ſubjunxit Poeta θρηνητου τυχειν, *ut lamentatorem nactus ſit.* Hoc *H. Stephano* in mentem non venit quando reſcribi voluit ανωλολυξας, quanquam *Scholiaſtem* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 1044. ita etiam legiſſe video.

1100. Periodus eſt ex ſyzygia trochaica alteraque iambica. In antithetico dijambus ἐπιτριμος eſt, id eſt, epitritus tertius pentaſyllabus.

1103. ματευει δ' ὀν εφευρησει φονον] Elegantior multo & magis Græca eſt ſcriptura a *Robortello* & *Turnebo* ſuppeditata, ὀν αν εὑρησῃ φονον.

1105. Κλαιομενα ταδε βρεφη, σφαγας] Conſtructio paullo inſolentior non ideo ſtatim immutanda; ſubauditur παρεστιν ιδειν.

1107. Ημεν κλεος σου μαντικον πεπυσμενοι,
Ημεν,] Dubitanter quidem in verſu priori reponit *Pauwius* ἦ μὴν κλεος σου. Recte omnino repoſuiſſet ἦ μὴν.

1109. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus ex dijambo & antiſpaſto pentaſyllabo.

1110. Τι τοδε νεον αχθος μεγα] Melius hîc convenit vulgatum αχθος quam *Stanleii* conjectura εχθος, præſertim adjuncto νεον. Odium certe Clytemneſtræ erga maritum minime erat novum, ſed jam olim inceperat a tempore immolatæ Iphigeniæ, quod vatem latere non debebat. αχθος eſt λυπη. *Heſych.*

1112. 1113. Ita potius hi verſus conſtituendi,

Αφερτον φιλοισιν, δυσιατον· aſynartetus ex dochmaico & penthemimeri trochaica

Αλκα δ' ἑκας αποστατει; periodus catalectus:

& in antiſtropha,

Ταχος γαρ τοδ' εσται. προτεινει δε

Χειρ' εκ χειρος ορεγομενα.

1119. Malo χειρ', id eſt, χειρα, tum quia ſimplicius eſt & apertius, tum quia in immediate præceden-

tibus Clytemneſtræ, ſi non diſerta, at ſatis tamen clara, ſit mentio.

V. 1126. Φευ. στασις δ' ακορεστος γενει] Antiſpaſticum eſſe exiſtimo dimetrum hypercatalectum ex dijambo, antiſpaſto pentaſyllabo, & ſyllaba. Antiſpaſto in antiſtropha reſpondet epitritus primus. ακορεστος hîc penultimam corripit. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. B. v. 537. & quæ notavimus ad *Sophocl. Elect.* v. 122.

1127. Κατολολυξατω θυματος λευσιμου] Θυμα non Clytemneſtram ſed Agamemnonem reſpicit; θυματος λευσιμου non eſt igitur *victima digna quæ lapidetur*, ſed *ſacrificium dignum quod lapidatione puniatur.*

1130. Aſynartetus eſt ex penthemimeribus trochaicis.

1131. 1132. Σταγων, ἅτε και δορια πτωσιμος
Ξυνανυτει βιου δυντος αυγαις] Cum *Pauwio* reponendum puto αυγας. Verte, *Atque etiam captiva hæc humi procumbens una deliquio perdit vitæ occidentis ſplendores.* Lymphata ſcilicet Caſſandra, animique deliquium paſſa, humi prolapſa erat, ideoque addit Chorus, ταχεια δ' ατα πελει, *ſubita autem accidit hæc calamitas*; poſtea ad ſe rediens vaticinari pergit. Δορια eſt captiva, δορικτητος, δοριαλωτος. ἅτε Dorice ponitur pro ἥτε; ſi quis ἅδε maluerit non repugnabo. *Pauwii* emendationem refutare non eſt operæ pretium. Veritas jam detecta ſatis eum luce ſua refutabit. Verſus prior aſynartetus eſt ex dochmaicis, alter periodus hypercatalectus.

1136. Μελαγχιτων] Dantur ſæpiſſime tauri cornubus magna ſaltem ex parte nigris, quod ſatis eſt ad lectionem vulgatam ſtabiliendam. Μελαγχιτων hîc frigidiſſimum eſt, & atro carbone notari meretur.

1141. 1142. Απο δε θεσφατων τις αγαθα φατις
Βροτοισι στελλεται. κακων γαρ δη αι] Interrogationis notam poſt στελλεται poni debere *Pauwio* aſſentior; poſtulat enim ſententia. Et metrum æque poſtulat legi Βροτοις, non Βροτοισι. At particula αν, quam in verſu priore interpolavit *Pauwius*, & metro & grammaticæ æque repugnat.

1143. 1144. Πολυεπεις τεχναι θεσπιωδον
φοβον φερουσιν μαθειν] Lege omnino cum *Stanleio* θεσπιωδων. θεσπιωδον φοβον ſequente μαθειν nullum hîc ſenſum efficeret. Lectionis noſtræ ſententia eſt, *Vaticinatorum enim certe artes multorum annorum uſu acquiſitæ malorum tantum metum pro documento nobis afferunt.*

1145. Ιω, ιω extra metrum eſſe recte monet *Pauwius* Enarratorem metri veterem ſecutus. Cætera glyconium conſtituunt ex antiſpaſto & epitrito tertio pentaſyllabo.

V. 1148. Ut conſtet metrum omnino legendum,
Ου δυστην' ει μη ξυνθανουμενην. τι γαρ;

1150. Ut metrum antiſtrophico reſpondeat, legendum eſt cum *Aldo*, *Robortello*, & *Turnebo* (niſi quod hi pro ταλαιναις perperam habent ταλαινας)
Ακορεστος βοας, φευ, ταλαιναις φρεσιν
φιλοικτοις manifeſte ex gloſſemate ortum eſt ad explicationem του ακορεστος βοας margini allito.

1155. Ιω, ιω, λιγειας αηδονος μορον] Ιω, ιω, hoc in loco non tantum extra metrum ponitur, ſed & extra conſtructionem. Mera ſcilicet eſt exclamatio, & deinde ασυνδετως ſubjungitur μορον, ſubaudito verbo λεγεις, vel αἰω, vel ſimili quopiam. Ιω in conſtructione non niſi cum vocativo aut genitivo jungitur.

1156. Ut metrum antithetico accurate reſpondeat, una tantum voce tranſpoſita legendum puto,
Περιεβαλοντο γαρ οἱ δεμας πτεροφορον.

1163. Ποθεν ὁρους εχεις θεσπεσιας ὁδου] Cum θεσπεσιας in codicibus ſuis repererint *Aldus*, *Robortellus*, & *Turnebus*, minime dubitari poteſt utra lectio ſit præferenda. Hæc certe & Græca eſt, & metrum accuratius reddit.

1173. Πεπληγμαι δ' ὑπαι δηγματι φοινιῳ] Ut conſtet ſententia omnino cum *Cantero* legendum ὅπως pro ὑπαι. Ita *Sophocles Ajac.* v. 951.
Χωρει προς ἧπαρ (οιδα) γενναια δυη.
Verſus autem aſynartetus eſt ex dochmaicis. Antitheticus igitur ita etiam reformandus eſt,
Τεθηπα γ' ὑπερβαρης εμπιπτων.
Vox δαιμων redundans quæ metrum prorſus ſubvertit, Gloſſatori proculdubio debetur qui eam ad marginem adleverat. *Pauwiana* emendatio ὑπαι δηγματος φοινιω ipſa Morbonia digna eſt ad quam *Canterianam* illam ὅπως relegat vir doctus. Certe genitivus iſte Doricus nuſpiam apud Poetas Atticos, ne in melicis quidem reperitur, quod & olim monui.

1174. Aſynartetus eſt ex dochmaico & iambico dimetro brachycatalecto.

1181. Εγω δε θερμον ους ταχ' εμπεδῳ βαλω] Omnino legendum εν πεδῳ βαλω. Αιμα ſcilicet, aut tale aliquid dictura Caſſandra ſe reprimit. Vaticinia enim hæc non claris verbis concepta, ſed obſcuriora adhuc eſſe debebant, ut ex ſequentibus v. 1187. 1188. 1192. patet.

1183. Και τις σε και κακοφρονειν] *Pauwio* prorſus aſſentior pro ſecundo και reponenti πως. Hæc autem affirmative non interrogative dici puto.

1189 — 1192. Λαμπρος δ' εοικεν ἡλιου προς αντολας,
Πνεων εσηξειν ὡστε κυματος δικην

Κλυζειν

Κλυειν προς αυγας τουδε πηματος πολυ

Μειζον] Hunc locum non intellexit *Pauwius*, ideoque perperam mutavit, reponens ὡςε κυματος δικην Κλυειν προς αυδας, *ut audiatis tam clare verbis diſertis quam fluctus ſoletis audire ſtrepitum.* Sed quis unquam metaphoram ita a ſcopo aberrantem uſurpavit? Adeo perſpicue ſcilicet ſe rem totam enuntiaturam promittit Caſſandra, ut æque quæ dictura erat intelligere poſſet Chorus ac fluctuum ſtrepitum. Sermonem ſane perſpicuum & vocem clamoſam hîc confundit vir eruditus. Sed longe alia mens Poetæ. De χρηςμῳ hîc ſermo eſt. Hoc vaticinium, quod modo ediderat Caſſandra, λαμπρον, *fulgidum* ac *clarum*, *ad ſolis ortus*, id eſt, craſtina aurora, poſtquam cædes Agamemnonis fuiſſet patrata, ſeſe illorum animis vivum & adhuc ſpirans illaturum dicit, adeo ut, fluctus ad inſtar ſemper creſcentis ulteriuſque provecti, multo magis celebraretur ad viſum ejuſce cladis, id eſt, viſa clade illa. Κλυειν hîc ut ſæpe alias paſſive accipitur, & τουδε πηματος pendet ex αυγας.

V. 1200. Τμνουσι δ' ὑμνον δωμασι προσημεναι

Πρωταρχον ατην] Πρωταρχος ατη non eſt cœna Thyeſtea, ea enim in ſequentibus continetur quæ εν μερει απεπτυσαν Erinnyes, quippe quæ pœna eſſet & ultio fraternæ uxoris corruptæ. Deſignatur, ni fallor, cædes Myrtili a Pelope patrata, quæ fons & origo malorum familiæ Pelopidarum ſemper exiſtimabatur. Vide *Sophocl. Elect.* v. 506 — 517. *Euripid. Oreſt.* 992 — 999.

1201. 1202. — εν μερει δ' απεπτυσαν

Ευνας αδελφου τῳ πατουντι δυσμενεις] Recte hæc in vulgatis diſtinguuntur. Conſtructio enim certiſſime eſt, εν μερει δε δυσμενεις ουσαι τῳ πατουντι ευνας αδελφου απεπτυσαν αυτον. Verbum ſcilicet απεπτυσαν requirebat τον πατουντα, ſed immediate ſequente δυσμενεις, ad hoc potius conſtructionem deflectere voluit Poeta, & dativum poſuit. Quamnam ſententiam ex his verbis aliter diſtinguendo elicere potuit *Pauwius*, divinare nequeo. Verba certe iſta ευνας αδελφου ſola & ſeorſim ſumpta nunquam ſignificabunt *adulterium cum fraterna uxore commiſſum.*

1207. 1208. Και πως αν ὁρκος πημα γενναιως παγεν

Παιωνιον γενοιτο;] Παιωνιον πημα pro παιωνιον πηματος juxta eandem conſtructionem dicitur ac apud *Sophoclem Trachin.* v. 563. λυπηρον λυπημα, & v. 1039. λωβητον οδυναι. Vide quæ ibi notavimus.

V. 1220. Πως δητ' ανακτος ησθα Λοξιου κοτῳ] Vacillant prorſus conſtructione præclare hîc ανατος repoſuerunt *Canterus*, *Stanleius*, & *Daweſ.* in Miſc. Critic. p. 236. conjecturâ veriſimillimâ ſimul & non longe petitâ. *Pauwius* pro more ſuo, ne aliorum inventa laudare & calculo ſuo adprobare cogatur, primo locum ſanum eſſe contendit; eadem enim conſtructione qua ευ ειναι τινι ſignificat *bene cum aliquo eſſe*, etiam πως ησθα κοτῳ Λοξιου ανακτος ſignificare, *quomodo eras cum rege Loxia iraſcente.* At nec ευ ειναι τινι unquam ſignificat *bene cum aliquo eſſe*, nec ſimilem huic conſtructionem, πως ησθα κοτῳ, *quid tibi factum eſt ex ira, quid tibi ex ira evenit*, uſpiam, ut opinor, invenies. Deinde non nimium his confiſus reponendum cenſet Πως δητ'; ανακτος ησθα Λοξιου κοτος. Et hoc *Æſchyleum* magis & emphaticum eſſe pronuntiat. Sed talium ſola expoſitio pro refutatione ſufficit.

1241. — τι νιν καλουσα δυσφιλες δακος

Τυχοιμ' αν;] Recte hæc in vulgatis diſtinguuntur. δακεων plures ſpecies recenſere pergit Poeta, αμφισβαιναν, Σκυλλαν, ᾅδου μητερα.

1246. ὡσπερ εν μαχης τροπῃ] *Quaſi parta jam victoria.*

1248. Και τωνδ' ὁμοιον ει τι μη πειθω, τι γαρ;] Conſtructionem vocis ὁμοιον hîc non aſſecuti ſunt *Stanleius* & *Pauwius*, non enim adverbialiter ponitur, ſed ſubauditur εστι. Verte, *Et horum ſi nihil perſuadeam, ſimile prorſus eſt*, vel, *res ad idem redit. Quid enim? Id quod futurum eſt eveniet, ſive perſuadeam, ſive non perſuadeam.* Simili omnino ſignificatione habes ſupra v. 1058, απειθοιης δ' ισως. Vide & infra v. 1412. 1413.

1250. Αγαν γ' αληθομαντιν, οικτειρας, φρεις] Nihil immutandum. Αγαν γ' αληθομαντιν eandem omnino vim habet ac αγαν μ' αληθομαντιν.

1256. Ευφημον, ω ταλαινα, κοιμησον ςομα] Conſtructio eſt Ω ταλαινα κοιμησον ςομα ὡςε ευφημον ειναι. Similis conſtructionis forma haud raro apud Poetas Atticos occurrit. *Sophocl. Antig.* v. 802. 803.

Συ και δικαιων αδικους
Φρενας παρασπας επι λωβᾳ.

Vide & quæ notavimus ad ejuſdem *Antigon.* v. 985. 986. 1230. & *Trachin.* v. 107. 108.

1261. Η καρτ' αρ' αν παρεσκοπεις χρησμων εμων] Αραν una voce ab hujus loci ſententia prorſus alienum eſt. Non enim exſecrationes effuderat Caſſandra, ſed prædixerat tantum mox eventura. Diræ etiam Thyeſteæ, præterquam quod cum oraculis Caſſandræ nihil habent commune, ad hujus loci explicationem parum apte adferuntur. Non enim ex iis

iis diſcere poterat Chorus Agamemnonem a fœmina, non a viro, interfici debere. Hoc autem ipſa Caſſandra paullo ante ſatis clare prædixerat, ideoque hîc Chorum male intellectorum ejus oraculorum incuſat. Particula etiam αν nullum hîc locum habere poteſt; nulla enim verbo παρεσκοπεις hîc ſubeſt vis potentialis. Legendum igitur puto Η καρτ' αγαν, vel Η καρτα γ' ουν. Quin verbum παρεσκοπεις genitivum regere poſſit dubitare non debebat *Pauwius*. Gemella prorſus exempla habes apud Ariſtoph. Ran. v. 762. παραχονον διαστολην, & apud Philoſtratum, παραγινωσκοντες του δικαιου.

V. 1262. Του γαρ τελουντος ου ξυνηκα μηχανην] Μηχανη non hîc ſignificat *dolum*, ſed Copiam omnium ad rem peragendam neceſſariorum, vel Ea omnia quibus inſtructus aliquis propoſiti compos fieri debet, deſtitutus vero eo neceſſario excidit; quo ſenſu res αμηχανος, id eſt, impoſſibilis, eſſe dicitur. Verte igitur, *Non enim intelligo quibus facultatibus ad hanc rem conficiendam inſtructus ſit qui eam tentaturus ſit.*

1264. Και γαρ τα πυθοκραντα· δυσπαθη δ' ὁμως] Recte pro δυσπαθη *Stanleius* repoſuit δυσμαθη, cetera ſine ſententiæ detrimento mutari non poſſunt. Και γαρ τα Πυθοκραντα reſpiciunt ea quæ immediate præcedunt. Verte, *Nam Pythica etiam oracula Græca lingua concipi ſolent, ſed ſimul intellectu difficilia ſunt.*

1265. Παπαι, οἱον το πυρ επερχεται δε μοι] *Stanleius* pro δε μοι reponit δεμας, ſed cum optime ſtare poſſit codicum ſcriptura conjecturis non eſt indulgendum.

1269. 1270. — ὡς δε φαρμακον Τευχουσα καμου μισθον ενθησει κοτῳ] *Stanleianas* ad hunc locum emendationes prorſus non intelligo. *Pauwius* veram quidem conſtructionem vidit. Κάμου μισθον, *mei etiam mercedem*, non eſt id quod ego merita ſum, ſed id quod Agamemnon mei cauſâ huc adductæ ab ea meritus eſt. εμου μισθον, ut εμου χαριν. Neque hoc iræ ſuæ immiſcens Clytemneſtra eam acuere & augere intelligenda eſt, ſed prætexere & excuſatione munire; ideoque ὡς φαρμακον τευχειν dicitur, *quaſi medicinam quandam parare*, qua odio & indignationi populari ob maritum interfectum mederi poſſet. Hunc verum eſſe hujus loci ſenſum ſatis oſtendunt quæ immediate ſequuntur.

1273. εμαυτης καταγελωτ', *me ipſius ridicula, quæ me ridiculam & effecerunt & efficiunt.*

1276. αγαθω δ' αμειψομαι] Vitioſa proculdubio eſt vulgata lectio. *Pauwius* reſcribit αγαθων δ' αμειψομαι, *cum bonis vero vos commutabo*, id eſt, Pro vita infelici quam mihi peperiſtis nanciſcar mortem beatam. Sed fallitur omnino vir eruditus; non enim mortem hanc beatam exiſtimabat Caſſandra, ſed eam prævifam ubique tanquam calamitatem maximam deplorat. Præterea & ita reſtat in quarta ſede anapæſtus. Legendum autumo εγω δ' αμειψομαι, *ego vero viciſſim vobis ſuccedam*, id eſt, mox & ego viciſſim peribo.

V. 1277. Αλλην τιν' ατην αντ' εμου πλουτιζετε] Caſſandra nunquam cuiquam ατη fuit, nec privato, nec civitati, ſed contra, multis, ſi ei creditum fuiſſet, ſalutis auctor extitiſſet. Legendum igitur opinor,

Αλλην τιν' ατη γ' αντ' εμου πλουτιζετε.

1279. — εποπτευσας δε με Καν τοισδε κοσμοις καταγελωμενην μετα Φιλων, ὑπ' εχθρων, ου διχορροπως ματην] Lege εποπτευσας, quo minus enim hîc ſtare poſſit participium εποπτευσας, obſtat particula δε proxime ſuperveniens. Nec quia ſequitur απηγαγε, ideo etiam neceſſe eſt ut ſcribatur εποπτευσεν. Nam & alia intervenit periodus, καλουμενη — ηνεσχομην, & proprium ſibi nominativum, ὁ μαντις habet verbum απηγαγε. Hîc igitur ipſum Apollinem alloquitur Caſſandra. Verte autem, *Vidiſti autem me etiam in hiſce ornamentis irriſam, tam inter amicos quam ab inimicis, abſque controverſia immerito.*

1282. 1283. Καλουμενη δε, φοιτας ὡς αγυρτρια, Πτωχος, ταλαινα, λιμοθνης ηνεσχομην] Languidiſſime certe & frigidiſſime dicitur καλουμενη πτωχος, καλουμενη λιμοθνης (nam λιμοθνης cum καλουμενη, non cum ηνεσχομην, jungi debere manifeſtum eſt) Vix igitur dubito quin ita reſcribendum ſit, & diſtinguendum,

Καλωμενη δε, φοιτας ὡς αγυρτρια,

Πτωχος, ταλαινα, λιμοθνης, ηνεσχομην

Verte, *Quando autem vagabar miſera, inſana uti circulatrix, mendica, fame confecta, id ſuſtinui.* Similem plane errorem bis erraverunt Librarii apud *Sophoclem Oedip. Colon.* v. 265. & *Philoct.* v. 231. ad quæ loca vide quæ notavimus.

1292. 1293. Κατεισιν, ατας τασδε θριγκωσων φιλοις, Αξει νιν ὑπτιασμα κειμενου πατρος] Mirifice ſane hæc & emendat & interpretatur *Pauwius*. Reponit,

Κατεισι, κάτας τασδε θριγκουσιν φιλοι

Ἄξειν νιν ὑπτιασμα κειμενου πατρος.

Vertit, *Et haſce noxas ſepiunt amici, ut venerari poſſit reſupinationem jacentis patris.* Quid frigidius excogitari poterat? An ideo tantum Mycenas revertebatur Oreſtes, ut patrem ſcilicet mortuum veneraretur, & non potius ulciſceretur? Et quinam, obſecro, erant amici illi qui noxas haſce ſepto incluſerunt,

cluſerunt, ut tuto patris cineres venerari poſſet? Omnes alii Poetæ uno conſenſu nos docent, Oreſtem ſolo Pylade comitatum, Electrâ ſolâ conſciâ, pœnas paternæ mortis ab interfectoribus exegiſſe. Sed manifeſte erroneis refutandis nimis diu immoramur. Lege omnino,

Κατεισιν, ατας τασδε θριγκωσων, φιλοι.
Αξει νιν ὑπτιασμα κειμενου πατρος.

Deſcendet biſce calamitatibus coronidem impoſiturus, o amici. Illum huc adducet reſupinatio, id eſt, Cædes *patris jacentis*. Plene diſtinguendum eſt poſt φιλοι. Θριγκοι ſunt *domus* vel *muri pinnacula* ſive *minæ*; ita θριγκουν eſt *coronam* vel *faſtigium ædificio imponere*. Vide *Euripid. Iphigen. in Taur.* v. 74. *Troad.* 489. *Herc. Fur.* 1280. Revera enim Oreſtes coronidem calamitatibus Pelopidarum impoſuit; facinuſque ab eo patratum ultimum erat iſtius domus infortunium.

V. 1296. Πραξασαν ὡς επραξεν] *Ea fortuna uſam qua uſa eſt.*

1296. 1297. — οἱ δ' ειχον πολιν
Ουτως απαλλασσουσιν εν θεων κρισει] Quicunque ad verborum cohærentiam attendet videbit ſtatim minime eſſe opus ut reſcribatur απαλλασσοντας. Repeti enim debet απο κοινου το επει. Επει ειδον πολιν — επει δε οἱ ειχον πολιν απαλλασσουσιν.

1298. Ιουσα πραξω, τλησομαι το κατθανειν] Nullum hic ſenſum habet verbum πραξω. Forſan legendum,

Ιουσα κἀγω τλησομαι το κατθανειν.

1308. Ουκ εσ' αλυξις, ου, ξενοι, χρονῳ πλεω] Cum *Pauwio* lego πλεον, & verto; *Non eſt effugium, non, o hoſpites, magis propter temporis moram.*

1309. Ο δ' ὑστατος γε του χρονου πρεσβευεται] Verte, *At qui poſtremus quidem eſt ipſam temporis moram præmium auſert.* Ad του χρονου ſubauditur præpoſitio εκ. Πρεσβευεται hic idem eſt ac πρεσβειον φερει. His adpoſite reſpondet virgo. *Jam adeſt dies iſte; parva ſunt quæ fugâ lucrabor*, id eſt, Non niſi minimam temporis moram.

1311. Αλλ' ισθι τλημων ουσ' απ' ευτολμου φρενος] Verte, *At ſcito te miſeram eſſe factam ex animo tuo intrepido.*

1312. 1313. Κα. Ουδεις ακουει ταυτα των ευδαιμονων
Χο. Αλλ' ευκλεως τοι κατθανειν χαρις βροτῳ]
Quiſquis colloquii præcedentis nexum, tenorem ac ſcopum accuratius expendet, videbit ſtatim duos hoſce verſus & ſedem, & perſonam cui ſinguli tribuuntur, inter ſe mutuo permutaſſe, adeo ut revera verſus alter præcedere debeat & Caſſandræ tribui, prior vero ſubſequi & Choro aſſignari. Verte, *Caſſ. At mori glorioſe mortali pro beneficio imputandum eſt. Cho. Nemo ex iis qui felices ſunt hæc quæ dicis rata habet. Pauwius* reponit ουδεις αλυει, *nemo mortem effugit, ſit licet omnium feliciſſimus.* Sed hoc in loco non de morte tantum, ſed de morte violenta & cæde, agitur, quam qui non effugit feliciſſimus certe vix dici poteſt.

V. 1319. Και πως τοδ' οζει θυματων εφεστιων] Nihil hîc immutari neceſſe eſt. Particula πως non interrogative hoc in loco uſurpatur, ſed ſignificat, *quodammodo*. Verte, *& quodammodo hoc olet victimas focarias*, id eſt, Odor hic quem te ſentire innuis forſan a victimis ad focum cæſis venit.

1332 — 1335. — ἡλιῳ δ' επευχομαι
Προς ὑστατον φως, τοις εμοις τιμαορχοις,
Εχθρους φονευσι τοις εμοις τινειν ὁμου
Δουλης θανουσης ευμαρους χειρωματος] Quin τινειν ita ad φονευσι τοις εμοις referri debeat, ut per ſubauditum εκεινοις vel τουτοις, iſti plane intelligantur nullus dubitandi eſt locus. Emendatio vero *Pauwii* reponentis ὁ μου, *rependere id quod mei eſt*, nequaquam ſe mihi probat, nec ita Atticos locutos eſſe puto. Ad τινειν ſubauditur proculdubio ποινην, cujus vocis notio in ipſo verbi conceptu quodammodo etiam includitur. Una cum pœnis propter Agamemnonem interfectum exigendis, pœnas etiam luant mei, licet ſervæ, peremptæ. Perperam etiam idem vir doctus ſcribi jubet τοις τ' εμοις τιμαορχοις, interpolatâ copulâ τε. Non enim a verbo præcedente επευχομαι pendet hic dativus (nam ita eodem prorſus loco habere videretur, iiſdemque precibus imploraret Caſſandra Solis numen, mortaleſque Oreſtem & Electram, ultores ſui futuros, quod neutiquam credendum) ſed a verbo ſequente τινειν. Conſtructio ſcilicet hujuſmodi eſt; επευχομαι δε ἡλιῳ προς ὑστατον φως, τουτοις, vel εκεινοις, id eſt, τους εμους φονεας, τινειν τοις εμοις τιμαορχοις εχθροις ουσιν τουτοις τοις εμοις φονευσι, ὁμου ποινην εμου δουλης θανουσης &c.

1356 — 1339. Ιω βροτεια πραγματ' ευτυχουντα μεν
Σκια τις αντιτρεψειεν' ει δε δυστυχη,
Βολαις ὑγρωσσων σπογγος ωλεσε γραφην.
Και ταυτ' εκεινων μαλλον οικτειρω πολυ.] Locus eſt perquam difficilis, quemque minus intellexiſſe videntur quotquot hactenus mihi noti Interpretes. Res humanas teſſerarum ludo comparat Caſſandra. Iſta enim αντιτρεψειεν & δυστυχη βολαις (nam diſtinguendum eſt poſt βολαις, non poſt δυστυχη, ut illud cum hoc, non cum ſequente ὑγρωσσων, cohæreat) ad teſſerarum ludum proprie pertinent, & de iis hîc agi manifeſte oſtendunt. Si favente fortuna jactus feliciores contingant, ut jactæ teſſeræ facillime evertuntur, ita res hominum proſperæ minimo

minimo momento, etiam umbra qualibet, impulſæ, ſtatim evertuntur & ad ruinam vergunt. Si vero infeliciores obtingant jactus, ut e. g. humilem obſcuramque conditionem vitæ ſortitis ſicut ſcripturam madens ſpongia inducta ſtatim delet & obliterat, adeo ut ne veſtigium quidem relinquatur, ita horum brevi perit una cum vita ipſa etiam memoria. Atque hanc quidem ſortem illa altera, eorum qui ex illuſtri loco vertente fortuna deturbantur, multo magis commiſeratione dignam ſibi videri ſubjungit Caſſandra. Quænam autem ſit iſta γραφη, *ſcriptura*, quæ apud veteres Græcos poſt jactus infeliciores ſpongia madente inducta delebatur, ſive voce ea deſignantur numeri in ipſis teſſerarum lateribus inſcripti, ſive, quod potius crediderim, ludentum rationes cretâ ſicut hodie apud nos notatæ, quæ victo ludentum altero ludoque finito ſpongia deleri ſolent, ſive denique alia quæcunque ſcriptura nobis ſane incomperta, iis decernendum relinquimus, quibus quæ ad Veterum aleam pertinent melius perſpecta ſunt & cognita. Nihil profecto mihi reperiri contigit apud eos Scriptores qui hoc argumentum ex profeſſo tractandum ſuſceperunt, *Pollucem*, *Meurſium*, *Salmaſium*, *Souterium*, quod ad hujus loci interpretationem facere poſſit. Iſtud autem λοζαις, quod pro βολαις hic reponi, & cum ὑγρωσσων connecti, vult *Pauwius*, ab hujus loci ſenſu ac ſcopo plane alienum eſt; quanquam mire hac conjectura capitur vir doctus, hoc *Æſchylæum* ex aſſe, Tragicum, *Æſchyloque* dignum eſſe, plus ſemel exclamans. At mihi, fateor, ſicut pleraque alia ejus *Æſchylea*, ſenſu prorſus carere videtur.

V. 1340 — 1343. Το μεν ευ πραγειν ακορεστον εφυ
Πασι βροτοισιν. δακτυλοδεικτων
Δ' ουτις απειπων εργει μελαθρων.
Μηκετ' εσελθης ταδε φωνων.] Priora illa, Το μεν ευ πραγειν ακορεστον εφυ Πασι βροτοισιν, *Mortalium quenquam proſperæ fortunæ nulla unquam cepit ſatietas*, reſponſi loco ad præcedentia dicit Chorus, Caſſandrâ nondum e ſcena egreſsâ; ſequentibus vero, δακτυλοδεικτων Δ' ουτις απειπων εργει μελαθρων. Μηκετ' εσελθης ταδε φωνων, *Nemo vero te prohibens arcet ab ædibus quas digito etiam tibi oſtendimus, attamen ne adhuc intres talia vociferans*, Chorus alloquitur Caſſandram jam actu ingredientem ædes regias. Hoc ſcilicet dicere vult; Non equidem intercedo quo minus regiam ingrediare, tamen, ſi me audias, nondum introibis, priuſquam talia vociferandi fidem feceris. Nec obſtat quod de Caſſandra femina dicatur φωνων genere maſculino. Vide enim quæ notavimus ſupra ad v. 254. Caſſandrâ autem, ſpretis eorum monitis, ex ſcena, adeoque ex conſpectu, ſeſe proripiente, ad Agamemnonis fortunam contemplandam ſeſe convertit Chorus. Interpretes ſomnia hæc pro effato gnomico generaliori perperam accipiunt. Ita interpretatur *Pauwius*; μελαθρα δακτυλοδεικτα ſunt ædes fortunatæ, quas propter felicitatem beatam digito monſtaut prætereuntes. Earum fores ſemper patent, neque ab eorum ingreſſu quiſquam arcetur. At primo hoc ne verum quidem eſt; a potentiorum enim & beatiorum ædibus potius arcentur homines quam a pauperum & infeliciorum tuguriis, illæque his cunctis introire volentibus minus patent, quod vulgo notum eſt, nec forſan ipſi *Pauwio* incognitum. Deinde, etiamſi verum eſſet, hic tamen alieno plane loco poneretur; quænam enim inter hæc & præcedentia intercedit connectio? *Neminem mortalium unquam proſperæ fortunæ ſatietas cepit, ſed beatiorum fores ſemper patent, & nemo ab earum ingreſſu arcetur.* Quidquamne magis incongruum excogitari poteſt?

V. 1347. 1348. 1349. Νυν δ' ει προτερων αιμ' αποτισει
Και τοισι θανουσι θανων, αλλων
Ποινας θανατων αγαν επικρανει] Vocibus iſtis, προτερων αιμα, & τοισι θανουσι, deſignantur Myrtili cædes, cæna Thyeſtea, aliaque domus Pelopidarum piacula. Και τοισι θανουσι θανων, eſt, *Propter jam mortuos moriens*, id eſt, ut ſtatim ſubjungit Chorus, *in eorum ultionem.* Similis conſtructionis exempla notavimus ad Noſtri *Prometh.* v. 898. 973. Το αγαν manifeſte vitioſum eſt, nec per metrum ſtare poteſt. *Pauwius* ſcribendum putat ατα επικρανει, ſed & diſplicet hiatus verſum deformans, nec multum, fateor, placet locutio iſta ποινας ατα επικρανειν. Mihi certe nihil commodius ſuppetit quod reponi poſſit quam αυτος επικρανει.

1350. 1351. Τις αν ευξαιτο βροτων ασινει
Δαιμονι φυναι ταδ' ακουων;] Ut recto ſtet talo metrum interpolandum cum *Pauwio* cenſeo 'αρα, ſed non eodem quo ille loco. Ita potius verſum conſtituerem,

Τις αν ευξαιτο βροτων αρ' ασινει

Excidit nimirum το αρ a feſtinante librario minus animadverſum ob ſimilitudinem in literarum ductu cum immediate ſequente ας. Ασινει δαιμονι φυναι eſt, *fortuna cladibus parum obnoxia natum eſſe.*

1352. Non επι σκηνης, *in ſcena*, nec επι σκηνη, *ad ſcenam*, ſed ὑπο σκηνης, *poſt ſcenam*, Agamemnona trucidari facit Poeta. Recte igitur argumentum hujus

jus fabulæ emendavit *Stanleius*, emendationemque ſuam auctoritate *Philoſtrati* plane ſtabilivit. Vide *Philoſtrat*. Vit. *Apollon*. lib. VI. cap. 2. p. 244. & ibid. *Olearium*.

V. 1360. Και πραγμ' ελεγχειν ξυν νεοῤῥυτῳ ξιφει] Verte, *Et crimen evincere ex indicio gladii ſanguine recenti fluentis*. Νεοῤῥυτος, teſte *Suida*, eſt νεωστι ῥεων. Nihil igitur in hac voce eſt quod ut audacius & tumidius a *Pauwio* reprehendi mereatur.

1362. Το μη μελλειν δ' ακμη] *Nunc vero adeſt id temporis punctum quando minime cunctari licet.*

1365. 1366. — οἱ δε μελλουσης κλεος
Πεδον πατουντες ου καθευδουσιν χερι] Nihil hîc immutari neceſſe eſt; ad μελλουσης enim ſubintelligi poteſt ὡρας, quæ vox ſæpe ellipſin patitur cum adjectivo fœminini generis juncta. Vide *Boſ*. Ellipſ. Græc. voce χρονος & ὡρα. Verte, *Enimvero nos cunctamur, illi vero* (Ægiſthus ſcilicet & Clytemneſtra) *ignominiam & malam famam futuri temporis humi proculcantes manu interea non dormiunt.* Erunt forſan qui maluerint ποδειν πατουντες, & ſibi de antitheſi inter ποδειν & χερι reſtituta non parum gratulabuntur; ſed ut Aquila non muſcas, ita minutas iſtas argutias haud captabat excelſum *Æſchyli* ingenium. πεδον πατουντες pro una voce accipiendum eſt a qua pendet accuſativus κλεος. Vide quæ ſupra notavimus ad v. 181. 182. 825. & ad *Sophocl. Oedip. Colon.* 1212. *Pauwii* emendatio, & longe a veſtigiis vulgatæ ſcripturæ recedit, & ſenſu etiam prorſus caret. Nam quid eſt μελλοντος κλεους πεδον πατουντες? An, *Gloriæ futuræ viam inſiſtentes?* ita quidem intellexiſſe *Pauwium* veriſimile eſt. Sed nec hoc verba ſignificant, nec ſi ſignificarent, hujus loci ſcopo vel hilum convenirent.

1368. Του δρωντος εστι και το βουλευσαι περι] Verte, *Ejus eſt qui aliquid agere in animo habet conſilium etiam inire circa ea quæ facere debet.* His verbis ſatis declarat pars hæcce Chori ſe hujus facinoris otioſum futurum ſpectatorem, nec Regis ſui ſervandi aut ulciſcendi gratia vel minimum periculum aditurum. Hanc hujus loci ſententiam eſſe manifeſte patet e proxime ſequentibus, ubi & altera pars Chori ſe eâdem etiam ſententiâ eſſe ſatis clare oſtendit. *Pauwius* nec locum intellexit, nec in interpretatione ſua ſibi conſtat. Vertit enim, *Qui agit etiam deliberare debet*; deinde interpretatur, Cum agentibus haud ſecus quam cum deliberantibus ſentio, & in bivio hactenus ſum conſtitutus mente, an ſcilicet agendum vel deliberandum ſit. Poſtremo dicit περι adverbium eſſe, & pro περισσως poni, quod cum neutra priorum interpretationum convenit.

V. 1374. Πεπαιτερα γαρ μοιρα της τυραννιδος] Verte, *Mortem enim quam tyrannidem pati nobis* (utpote ſenibus) *maturius obvenit.* Ea enim vis vocis πεπαιτερα.

1377. Σαφ' ειδοτας χρη τωνδε μυθουσθαι περι] Verte, *Oportet ut certa ſcientia inſtructi de hoc facinore verba* (apud populum ſcilicet) *faciamus.*

1381. Πολλων παροιθεν καιριως ειρημενων] Verte, *Cum antehac multa dixerim tempori inſervientia.*

1384. 1385. — πημονην αρκυστατον
Φραξειεν, ὑψος κρεισσον εκπηδηματος] Minime opus eſt ad ellipſin præpoſitionis κατα hîc recurrere; iſta enim ὑψος κρεισσον εκπηδηματος, per appoſitionem cohærent cum præcedentibus πημονην αρκυστατον, eaque explicant & augent.

1386. 1387. Εμοι δ' αγων ὁδ' ουκ αφροντιστος παλαι
Νικης παλαιας ηλθε, συν χρονῳ γε μην] Δικης παλαιας, quod reponit *Pauwius*, nequaquam hîc convenit. Legendum autumo νεικης παλαιας, *veteris ſimultatis*. *Suidas*. Νεικη, ἡ φιλονεικια. Etymol. Magn. voce Δικη, Νεικη, ἡ φιλονεικια, εκ του νεικος.

1388. Εστηκα δ' ενθ' επαισ' επ' εξειργασμενοις] Legendum puto,

Εστηκα δ' ενθ' επεσεν επεξειργασμενος

ſtiti autem eum ubi cecidit peremptus. *Pauwius* vulgatam ita explicat, Ubi Agamemnon cecidit, ibi ego ſteti re peracta; quibus verbis denotari vult victoriam plenam. Forſan quidem, ſi de certamine ſingulari inter duos heroas, Achillem puta & Hectorem, ſermo eſſet, hic vero frigidiſſimum eſt ſchema; ut & acumen quod captat vir doctus in oppoſitione quam velut elegantem extollit inter εστηκα & επεσεν. Talia contempſit Poetæ noſtri ingenium.

1395. 1396. — του κατα χθονος
Αδου νεκρων σωτηρος ευκταιαν χαριν] Verte, *Plutonis ſubterranei mortuorum ſervatoris gratia votiva*, id eſt, ut vota perſolverem quæ ei olim nuncupaveram.

1397. Ουτω τον αυτου θυμον ὁρμαινει πεσων] Nihil hîc immutandum. ὁρμαινει fateor notione paullo inſolentiori uſurpatur; ſed apud *Heſychium* ὁρμαινειν eſt ὁρμαν, & ὁρμαν tranſitive ſæpe accipi notiſſimum eſt. του ὁρμιζει autem quod reponit *Pauwius* nihil poteſt frigidius.

1401. ει σπορητος καλυκος εν λοχευμασιν] Σπορητος ipſa *ſata* deſignat, & ſubauditur verbum εστι. Verte, *cum ſata calyces parturiunt.*

† M V. 1402.

V. 1402. Ως ὡδ' ἐχοντων] Perperam hic reſcribi jubet *Pauwius* Ων ὡδ' ἐχοντων, cauſſatus ὡς ὡδ' ἐχοντων Græce non dici. Nihil tamen apud Atticos Poetas frequentius. *Sophocl. Ajac.*. v. 915.

Ως ὡδε τουδ' ἐχοντος αιαζειν παρα.

& ibid. v. 996. ὡς ὡδ' ἐχοντων παρα στεναζειν, & ibid. v. 281.

Ως ὡδ' ἐχοντων τωνδ' ἐπισταϲθαι σε χρη.

1403. ἐγω δ' ἐπευχομαι, *Ego vero facto glorior.*

1404 — 1407. Ει δ' ην πρεποντων ὡς' ἐπισπενδειν νεκρῳ,
Ταδ' αν δικαιως ην. ὑπερδικως μεν ουν
Τοσωνδε κρατηρ' ἐν δομοις κακων ὁδε
Πλησας αραιων, αυτος ἐκπινει μολων] Verte, *Et ſi adeſſet rerum convenientium copia, adeo ut diis ſuper mortuo libare poſſemus, hoc etiam juſte fieret. Optimo quippe jure cum tantorum cratera in ædibus malorum exſecrandorum impleſſet, ipſe reverſus ebibit.* In verſu ſecundo pro ταδ' αν malim τοδ' αν; ad πρεποντων etiam ſubauditur αφθονια, παρουσια, vel ſimile quiddam. Mos ſcilicet obtinebat apud veteres Græcos, poſt fuſos fugatoſque hoſtes liberationis ac victoriæ grates effuſis libationibus diis liberatoribus pendendi. Ita Hector apud Homer. Iliad. z. v. 527 — 529.

αικε ποθι Ζευς
Δωη, ἐπουρανιοισι θεοις αιειγενετησι
Κρητηρα στησασθαι ἐλευθερον ἐν μεγαροισιν
Ἐκ Τροιης ἐλασαντας ἐϋκνημιδας Αχαιους —

Ad hunc igitur morem, cæſo Agamemnone ſibi maxime inviſo, alludit Clytemneſtra. Nec *Stanleius*, nec *Pauwius* locum intellexit, & ex hujus quidem notis nullum omnino ſenſum elicere datur.

1408. 1409. Θαυμαζομεν σου γλωσσαν ὡς θρασυστομος,
Ἡτις τοιονδ' ἐπ' ανδρι κομπαζεις λογον.] Optime hæc interpunctionibus in *Stanleiana* diſtinguuntur; pravam diſtinguendi rationem, nulla prærogativa commendatam, ſed contra tenebras conſtructioni offundentem, fruſtra tentat *Pauwius.* Quaſi ſcilicet γλωσσα θρασυστομος, ſtylo præſertim *Æſchyleo* dici non poſſit. Ἡτις ad pronomen σου referri debet.

1413. οὗτος ἐστιν Αγαμεμνων] Poſt cæſum Agamemnonem in ſcenam prodeunte Clytemneſtra, Regiæ fores apertæ relictæ erant, adeo ut in ſcenæ receſſu humi ſtratum Agamemnonis cadaver videre poſſet Chorus. Hoc igitur cadaver digito monſtrans Clytemneſtra dicit, οὗτος ἐστιν Αγαμεμνων, *Hic quem mortuum vides Agamemnon eſt.* Ita in auras abiit *Pauwii* certiſſima emendatio.

V. 1416. 1417. 1418. Τι κακον, ω γυναι, χθονοτρεφες
Ἐδανον ἠ ποτον πασαμενα, ῥυτας
Ἐξ ἁλος ὀρωμενον τοδ' ἐπεθου θυος]
Pro ὀρωμενον neceſſario legendum eſt, metro etiam cogente, ορμενον. Nihil præterea immutandum cenſeo. Quare enim ῥυτας, *rugoſi, criſpi,* epitheton maris & aptum & elegans non ſit, non video. Ορομενος apud *Heſychium* eſt ὁρμωμενος. Ita autem verte, nam non bene reddiderunt Interpretes; *Quodnam, o mulier, malum e terra nutritum eſculentum aut poculentum depaſta, hanc etiam e criſpo mari advenientem addidiſti victimam,* Agamemnonem ſcilicet.

1419. Aſynartetus eſt ex dochmaico & iambico dimetro brachycatalecto.

1420. Hic verſus ut conſtet metrum & antithetico reſpondeat ita in duos dividendus, addita particula και ad metri complementum,

Απολις δ' ἐση, και penthemimeris iambica
Μισος ομβριμον αστοις periodus catalectus.

1422. Recte vulgati δημοθρους, anapæſtum enim in ſede quarta apud hunc Poetam non invenies.

1423. Ουδεν τοδ' ανδρι τωδ' ἐναντιον φερων] Ουδεν τοδε hic idem valet ac ουδεν τοιουτο. Inſolentior eſt phraſis, fateor, non tamen ideo ſtatim exterminanda. Saltem ampliare decet.

1425. Μηλων φλεοντων ευποκοις νομευμασιν] Nihil hic temere immutandum. Νομευμα eſt *Grex*, non *Paſcuum.* Verte igitur, *Ovibus abundantibus in gregibus velleribus bene inſtructis.*

1427. ἐπῳδον Θρηκιων τε ληματων] Omnino legendum eſt cum *Cantero* Θρηκιων γ' αηματων. Similitudo literarum Λ & Α induxit in errorem Librarium cui debemus vulgatum ληματων. *Pauwii* λημα των prorſus απροσδιονυσον eſt, ejuſdem ſcilicet farinæ cum cæteris ejus *Æſchyleis* & Tragicis. Cum alias ventorum nulla fiat mentio, quis unquam divinaret voce ληματων deſignari *ventos?*

1430. 1431. — λεγω δε σοι
Τοιαυτ' απειλειν] *Edico vero me eadem plane tibi minari.*

1436. ὡσπερ ουν φρενομανει τυχα]. Retinendum cenſeo vulgatum τυχα, quanquam verſus non prorſus reſpuit ψυχα.

1437. 1438. 1439. — λιπος ἐπ' ομματων
Αιματος ευπρεπειαν πιτνω. ἐτι σε χρη
Στερομεναν φιλων τυμμα τυμμα τισαι]
Locus hic, ſi non plane deploratus, certe difficillimus eſt. Ita tamen forſan reſtitui poteſt,

λιπος ἐπ' ομματων
Αιματος ευ πρεπει απιτον' ἐτι σε χρη

φιλων

Φιλων στερομεναν
Τυμμα τυμματι τισαι.

Ita verte, *Unctio ſanguinea circum oculos non præbet ſpeciem impunitatis; adhuc oportet te amicis orbatam plagam plaga rependere.* Vim vocis λιπος hoc in loco, quantum in re adeo incerta ac difficili conjectare licet, recte explicat *Pauwius.* Eundem particulam δε ante αἱματος interpolantem non ſum ſecutus, quia inde orationem languidiorem evadere puto. Τυμματι pro altero τυμμα cum *Stanleio* repoſui, poſtulante & metro & ſententia. τυμμα enim iſtud geminatum adeo non elegans eſt, meo quidem judicio, ut plane frigeat. Affectatur ſcilicet emphaſis ubi nulla nec eſt nec eſſe debet. Quod vero cauſſatur vir doctus, hanc geminationem mire hîc quadrare, quia uno & altero ictu maritum occiderat Clytemneſtra, præ feſtinatione certe præcedentium oblitus eſt. Ex illis enim conſtat, non binis, ſed ter repetitis ictibus peremptum fuiſſe Agamemnonem. Nec ſatis cauſæ eſt quare lectioni noſtræ imputetur ambiguitas, quod prius τυμμα επεγετικως, poſterius παθητικως, ſit accipiendum, dubitationem enim omnem, ſi qua forſan ſit, ſtatim tollit verbum τισαι ſuperveniens. Facillime autem feſtinanti Librario excidere potuit ultima ſyllaba in voce τυμματι, propter vocem proxime ſequentem τισαι ab eadem ſyllaba incipientem.

V. 1447. Κειται γυναικος τησδε λυμαντηριος] Ipſam Clytemneſtram vocibus γυναικος τησδε deſignari ex proxime ſequentibus manifeſtiſſimum eſt. Δευτεραι igitur φροντιδες non ſemper ſunt σοφωτεραι.

1452. Ισοτριβης. ατιμα δ' ουκ επραξατην] Ισοτριβης εν τοις ἁπαξ λεγομενοις cenſeri poteſt, & proprie eſt ὁ προς τον ἰσον τριβεται. Nauticum videtur fuiſſe convicium, cujus ratio, quod in talibus ſæpe accidit, nobis hodie non ſatis eſt perſpecta. Nihil igitur immutandum cenſeo. Si vero retineatur hæc vox ſubintelligi debet præpoſitio απο ad ναυτικων σελματων, *quæ nautica ſuper tranſtra huc advecta eſt.* Si cum *Pauwio* ισοτριβης reponendum cenſeas, ſignificatio erit, non quod ille putabat, *Æque exercitata in tranſtris nauticis, quæ tranſtris nauticis ſe æqualiter præbebat, & claſſiario cuique non minus quam Agamemnoni præſtabat*; ſed, aut, *Æque communis & attrita ac tranſtra nautica*, aut, *quæ æque cum Agamemnone tranſtra nautica corpore preſſit, ea pro cubili uſurpans.* Quæ ſequuntur ατιμα δ' ουκ επραξατην verti debent, *poena vero eorum facinoribus haud defuit.*

V. 1456. Ευνης παροψωνημα της εμης χλιδης] Nihil hîc immutandum eſt. Ευνης cum παροψωνημα arctiſſime cohæret ac ſi unum eſſet vocabulum a quo pendet της εμης χλιδης; quaſi ſcripſiſſet Poeta ευνης οψωνημα παρα την εμην χλιδην. Verte, *Mihi vero ſuperinduxit thalami cupedias clam ſibi paratas præter delicias meas*, id eſt, quanquam adhuc forma integra & præſtanti gaudeam. Omnino autem legendum videtur παροψωνημα.

1457 — 1462. Pro τίς perperam τὶς reponi voluit *Stanleius.* Interrogative proculdubio non affirmative hæc efferenda. Chorus ſcilicet, bono rege occiſo, præ mœrore vitæ pertæſus, ſibi etiam mortem, ſed facilem & repentinam adprecatur.

1458. Verſus eſt pherecratius.

1460. Verſus periodus eſt hypercatalectus. Ita abſque ulla mutatione concordat antitheticus.

1462. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus ex epitrito ſecundo antiſpaſto & ſyllaba.

1463. Προς γυναικος δ' απεφθισεν βιον] Aſynartetus eſt ex ſyzygia trochaica & iambico dimetro brachycatalecto. Προς γυναικος eſt *mulieris manu*, Clytemneſtræ ſcilicet, ut patet ex v. 1467 — 1470. ſeq. In verſu præcedente γυναικος διαι ad Helenam referri debere recte monet *Pauwius. Helenæ* ergo *multa pertulit* Agamemnon, Clytemneſtræ *manu vitam perdidit.*

1464. 1465. 1466. Ita hos verſus conſtitui debere cenſeo ut anapæſtici ſint,

Ιω
Παρανομους Ελενα, μια τας πολλας,
Τας πασυ πολλας,
Ψυχας ολεσασ' ὑπο Τροια.

1468. Επηνθισω δι' αἱμ' ανιπτον.] *Stanleius* & *Pauwius* pro επηνθισω reponendum contendunt απηνθισω, ſed minus neceſſario. Eâdem enim analogiâ qua απανθιζεσθαι ſignificabit *flores decerpere*, επανθιζεσθαι ſignificabit *flores inſuper decerpere. Suidas*, Ανθισμαθαι μουσικης, και πεπληρωμενη μουσικης, οἱ ηδροικοτες τα ανθη της μουσικης. Non tamen mendo caret hic locus; aut enim reponendum eſt επηνθισεν, aut verſu proxime ſequente legendum eſt Ητις ει. Hæc enim de Clytemneſtra, non de Helena, dici intelligenda ſunt, & arcte cohærent cum duobus verſibus ſequentibus, ut quoquomodo tollenda ſit diſtinctio poſt ανιπτον. De Helena certe dici non potuit eam Agamemnonis animam decerpſiſſe δι' αἱμ' ανιπτον, *per cædem inexpiabilem.* Totum igitur locum ita verte; *Nunc vero perfectam maxime memorabilem* (Agamemnonis) *animam tu inſuper decerpſiſti per cædem*

inexpiabilem quæ tunc eras in ædibus, id eſt, non, ſicut Helena, domo relicta profuga.

V. 1470. Εξις τηδματος, ανδρος οιζυς] Verte, *Diſcordia nimium quam connubio juncta, viri ærumna.* Εξις vocatur hîc Clytemneſtra. Juxta eandem etiam analogiam qua Minerva αδαμαςος θεα dicitur, & παρθενος αδμης eſt *Virgo jugum maritale nondum paſſa*, τηδματος erit *quæ nimium matrimonio conjuncta eſt*, id eſt, quam optandum erat, nunquam cum viro matrimonio fuiſſe junctam. Verſus eſt periodus catalectus, τηδματος enim ſecundam neceſſario producit. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 196. 204.

1477. Δαιμον, ὁς εμπιτνεις δωμασι και] Nulla metri neceſſitate pro εμπιτνεις *Canterus* & *Pauwius* reponunt εμπιτνεις.

1479. 1480. Κρατος γ' ισοψυχον εκ γυναικων
Καρδια δηκτον εμοι κρατυνεις] Verte, *Victoria quidem mulierum opera* (Helenæ & Clytemneſtræ) *pari ambarum animo reportata, quæ cor mihi mordet, potiris.* Helenæ & Clytemneſtræ facinora ſupra inter ſe contulerat Chorus; Helena multos ſub Troja, Clytemneſtra unum, præcipuum vero & πολλων ανταξιον αλλων, domi perdiderat. Hîc eandem comparationem continuans addit, Victoriam, quam earum opera Genius familiæ Pelopidarum infeſtus reportaverat, parem in ambabus animum indicare.

1485. Nulla hîc eſt difficultas. In voce τειναχυιον Doricum α corripi poſſe oſtendimus in notis ad *Valcknenarium* ad *Phœniſſas Euripidis* v. 1559. Vide & quæ notavimus ad *Sophocl. Electr.* 1252. 1272.

1487. 1488. 1489. Εκ του γαρ ερως αἱματολοιχος
Νειρει τρεφεται, πριν καταληξαι
Το παλαιον αχος, νεος ιχωρ] Verte, *Ex illo enim tempore quo Cupido ſanguinem lambendi in viſceribus Genii illius alitur, priuſquam ceſſarit vetus calamitas, novus denuo profunditur ſanguis.* Nec *Stanleius* nec *Pauwius* locum intellexiſſe videtur, & ex hujus quidem conſtructione nullum plane ſenſum elicere datur; illius vero αγος, pro αχος minus hîc convenit.

1491. Δαιμονα και βαρυμηνιν αινεις] Verſus logaœdicus eſt dimeter. Αινεις autem non eſt hîc, *laudas*, ſed, *eſſe aſſentiris*, & eodem ſenſu intelligi debet nomen αινος quod mox ſequitur.

1493. Periodus eſt catalectus.

1499 — 1505. Verſus hoſce non revera anapæſticos eſſe ſed mixtos recte vidit *Pauwius.* Quatuor tamen priores anapæſtici ſunt, quorum primus & tertius dimetri ſunt acatalectici, ſecundus & quartus ſimiles catalecti, ultimæ enim duæ ſyllabæ vocis ιχνιων per ſynizeſin in unam contrahuntur. Verſus quintus pariter anapæſticus eſt dimeter acatalectus, ſextus ionicus eſt a majore dimeter hypercatalectus ex pœone ſecundo pro ionico ſyzygia trochaica & ſyllaba, ſeptimus logacœdicus ſimilis v. 1491.

V. 1503. Ω μοι μοι κοιταν ταν δ' ανελευθερον] *Pauwius* vocem κοιταν de lecto & uxore interpretatur, *Stanleius* de morte; peſſime uterque, & a Poetæ mente quam longiſſime. Κοιταν hîc idem ſignificat ac infra v. 1549. χαμευναν δροιτης, *vas* ſcilicet *balneatorium* in quo trucidatus tunc jacebat Agamemnon. Hoc mortis genus ανελευθερον & Agamemnone indignum exiſtimabat Chorus; ανελευθερον eſſe negat reſpondens Clytemneſtra infra v. 1530.

1514. Recte metrum reſtituit *Pauwius*,
Ως μεν αναιτιος γ' ει
dactylicus catalectus in diſſyllabam nullus datur, ut ſupra monuimus, propter ultimæ ſyllabæ indifferentiam.

1516. 1517. — πατροθεν δε συλληπτωρ γενοιτ' αν αλαςωρ] Verte, *paternus vero malus genius eſſe potuit adjutor.* πατροθεν αλαςωρ idem eſt ac ὁ παλαιος Ατρεως αλαςωρ ſupra v. 1510. memoratus. Eum Clytemneſtræ adjutorem hujus cædis eſſe potuiſſe dicit Chorus, ipſam tamen non eſſe inſontem. Perperam hîc Oreſtem deſignari arbitratur *Pauwius.*

1518 — 1521. Βιαζεται δ' ὁμοσποροις
Επιρροαισιν αἱματων
Μελας Αρης· ὁποι δε και προβαινων
Παχνα κουροβορω παρεξει] Pro ὁποι δε legendum cenſeo ὁποι γε & pro Παχνα cum *Stanleio* & *Pauwio* repono παχναν. Verte, *Adigitur vero cognatis ſanguinis profluviis niger diſcordiæ & furoris Genius ad id ſceleris faſtigium, quo quidem progreſſus glaciem & horrorem ei etiam qui liberos proprios voravit* (Thyeſtæ ſcilicet) *incutiet.* Matricidium ſcilicet Oreſtis obſcure prædicit Chorus. Nihil infelicius & omni ſenſu magis expers me vidiſſe memini quam eſt *Pauwiana* hujus loci interpretatio. Pene quot verba, totidem ſunt abſurditates. Οποι προβαινων ſecundum eum eſt ἰτοι προβαινη; κουροβορος eſt κουρος βορος, *puer vorax*; Puer autem vorax eſt Oreſtes. Huic Oreſti, ut matrem occidere ſuſtineat, non Furias cum facibus ardentibus, ſed frigus, ſi diis placet, & pruinam in pectus indit Mars. En, Lector, *Æſchylea* & vere Tragica.

V. 1544.

V. 1544. 1545. Δικη δ' επ' αλλο πραγμα θηγει βλαβης
Προς αλλαις θηγανασι μοιρα] Verte, *Vindictam vero in aliam perniciem acuit ad alias cotes fatum.* Chorus ſcilicet vaticino ſpiritu quodammodo abreptus, pœnas, quas poſtea & Clytemneſtræ matri & Ægiſtho ob cædem paternam irrogavit Oreſtes, prævidet ſimul, &, obſcurius licet, prædicit. De vindicta enim quæ non niſi poſt tempus aliquod interpoſitum conſummari debebat hîc agi, conſtat ex verbis proxime præcedentibus, ψεκας δε ληγει, *Procella vero ad tempus reſedit.* Ut prioris autem verſus conſtet metrum legendum opinor, una tantum voce tranſpoſita,

Δικην δ' επ' αλλο πραγμα βλαβης θηγει —

Ita prodibit aſynartetus ex penthemimeri iambica & iambico dimetro brachycatalecto, ſimilis v. 1542. *Pauwius* loci ſententiam minime eſt aſſecutus.

1553. 1554. 1555. Αποκωκυσαι ψυχην, αχαριν
Χαριν αντ' εργων
Μεγαλων αδικως επικραναι] Infinitiva αποκωκυσαι & επικραναι pendent a verbo τλαιη præcedente. *Pauwius* legendum conjicit, Μεγαλως αδικων, ſed adverbium μεγαλως ſenſum nullum idoneum hîc habere poteſt. Μεγαλα εργα ſunt *facinora indigna, quæ videntium animos horrore perfundunt.*

1565 — 1568. Cave *Pauwium* audias metra aliter ac in vulgatis exſtant conſtituentem. Parœmiacum & elegantius & ſæpius præcedit baſis anapæſtica.

1569 — 1575. Ονειδος ἡκει τοδ' αντ' ονειδους.
Δυσμαχα δ' εστι κριναι.
Φερει φεροντ', εκτινει δ' ὁ καινων.
Μιμνει δε μιμνοντος εν χρονῳ Διος
Παθειν τον ερξαντα. θεσμιον γαρ
Τις αν γοναν ῥαιον εκβαλοι δομων;
Κεκολληται γενος προσαψαι] Hujus antiſtrophæ veram ſententiam minus aſſecuti videntur Interpretes. Ita verte; *Convicium hoc exprobratione noſtra viciſſim videtur natum. Acerbo autem certamine dirimentur hæ lites. Abripit illa* (Iphigenia ſcilicet) *eam qui ipſam olim abripuit* (nempe Agamemnonem) *luit vero pœnas ejus interfector. Manetque* (*ſiquidem Jupiter per temporis ſpatia perennat*) *ut patiatur viciſſim is qui patravit. Quis enim prolem legitimam facile domo exturbet? Animis noſtris fixum & ratum ſedet quaſi glutine junctum Atridarum ſtirpi adhærere.* Hæc ultima Oreſtem reſpiciunt, quem paternam cædem ulturum, ſibique Mycenarum ſceptrum allaturum, mox adfore confidit Chorus. *Pauwius* antiquum obtinet; verba Poetæ fœde corrumpit, ut ſententiam ab ejus mente alieniſſimam ſimul & inſulſam plane inde eliciat.

V. 1576 — 1585. Ες τονδ' ενεβη ξυν αληθειᾳ
Χρησμον. εγω δ' ουν
Εθελω δαιμονι τῳ Πλεισθενιδων
Ορκους θεμενα, ταδε μεν στεργειν
Δυστλητα περ ονθ'. ὁ δε λοιπον, ιοντ'
Εκ τωνδε δομων, αλλην γενεαν
Τριβειν θανατοις αυθενταισιν.
Κτεανων τε μερος βαιον εχουσῃ
Παν αποχρη μοι, δ' αλληλοφονους
Μανιας μελαθρων αφελουσῃ] Cum *Stanleio* ενεβης, cum *Pauwio* μοι γ' αλληλοφονους, & ex propria conjectura ιοι γ' pro ιοντ', repono. Injecta ſcilicet a Choro ſucceſſionis mentione quæ ad Oreſtem jure pertinebat, hanc ſtatim arripit occaſionem Clytemneſtra conditionem proponendi, qua rata habita, omnia denuo conciliari, & ſibi Ægiſthoque facinoris peracti impunitatem præſtari poſſe, ſperabat. Profitetur igitur, juramento etiam interpoſito, ſe in hac deciſione Chori de regni ſucceſſione, quanquam non admodum, ut fatetur, grata, acquieturam, & propriis facultatibus quanquam oppido modicis fore contentam, modo Genius ille ſiniſter Pliſthenidarum familiæ infenſus ædibus tandem exturbetur, neque impoſterum ſuperſtites mutuis inter ſe cædibus committere permittatur; id eſt, ea lege, ut ſceleris quo ſe modo contaminaverat concedatur impunitas, & omnia præterita ſub oblivione perpetua ſepeliantur. Hæc, ni fallor, hujus pericopes eſt ſententia, hîc ſcopus. Verte igitur, *In hunc incidiſti, veritate conſentiente nec ſine afflatu divino, ſermonem. Ego igitur aſtipulor, juramento interpoſito Pliſthenidarum Genio obſtricta, me hiſce quidem conditionibus contentam fore, etſi alioquin parum gratis. Ille vero dehinc ædes haſce relinquat, ut aliam familiam cædibus mutuo illatis atterat. Poſſeſſionum autem etiamſi partem modicam habeam mihi omnino ſufficit, dummodo inſanias mutua cæde furentes domibus hiſce abegerim.* Vera hujus loci interpretatio ne per ſomnium quidem *Pauwio* innotuit. Expoſitio ejus merum eſt ænigma oraculo quovis obſcurius.

1605. Ασημα δ' αυτον αυτικ' αγνοιᾳ λαβων] Hæc de Thyeſte dicta eſſe inter omnes convenit, & res ipſa ſatis loquitur, qui tamen voce aliqua, prout oportuit, non deſignatur. *Pauwius* pro αυτον reponit αυτος.

τος, ſed neque αυτων hinc commode abeſſe poteſt, neque per pronomen iſtud αυτος, denotaretur Thyeſtes, ſed omnino Atreus, quod præcedentia expendenti ſatis liquido, opinor, conſtabit. Reſcribendum igitur puto,

Ασημα δ' αυτων ὁυτος αγροιᾳ λαβων

ὁυτος optime ad præcedens πατει τῳ 'μῳ refertur, non itidem αυτος.

V. 1608. Ωιμωξεν αι, πιπ̃ει δ' απο σφαγας ερων] Legendum exiſtimo, *Stanleium* maxima ex parte ſecutus,

Ωιμωξεν, αμπιπ̃ει δ' απο σφαγας εμων —

Verte, *Ejulavit, & humi recidit ex jugulo evomens*, ea nimirum quæ modo voraverat. *Pauwius* reponit ερων pro εμαζε; ſed lectione hac admiſſa quem ſenſum commodum hic habere poſſunt iſta απο σφαγας? *Pauwius* quidem vertit, *a ferculo cruento*; ſed neque ſignificationem hanc agnoſcunt verba iſta, nec quid ſit, *in terram cadere a ferculo*, bene intelligo.

1611. Ουτως ολεσθαι παν το Πλεισθενους γενος] Ολεσθαι hic omnino ſtare haud poteſt, augmentum enim nunquam abjiciunt Attici, neque melius conſtat ſententiæ ratio: non enim certe jam perierat univerſa Pliſthenis proſapia, viventibus adhuc Menelao, Oreſte, & Electra. Neque ſi periiſſent, ὁυτως periiſſe dici poterant, cum quomodo perierant nullibi ſit dictum. Verſus hic proculdubio ipſa eſt αρα qua Pliſthenidarum genus devoverat Thyeſtes. *Ita pereant*, id eſt, *ſicut ego nunc pereo, ad terram proſtrati*. Legendum igitur,

Ουτως ολεσθαι παι το Πλεισθενους γενος.

1619. 1620. Ουτω καλον δη και το κατθανειν εμοι

Ιδοντα τουτον της δικης εν ἑρκεσιν] Nodum in ſcirpo quærit *Pauwius* dum contendit hic ſcribi debere aut εμε aut ιδοντι. Conſtructio minime eſt obſcura; Ουτω καλον δη εμοι και το κατθανειν εμε (quæ vox απο κοινου repetitur ex uſu linguæ Græcæ notiſſimo) ιδοντα &c.

1634. Γυναι, συ τους ἡκοντας εκ μαχης νεον] Certiſſima eſt conjectura *Stanleii* reponentis τουσδ' ἡκοντος, adeo tamen ut genitivus abſolutus eſſe intelligatur nec in ſequentibus immutetur diſtinguendi ratio recepta; aliter conſtructio intricata prorſus evadit.

1640. Συ δ' εξοιεις νηποις ὑλαγμασιν] *Pauwio* omnino aſſentior reponenti νηπιος.

1645. Το γαρ δολωσαι προς γυναικος ην σαφως] Legendum puto σαφης. Verte, *Quoniam eum uxoris opera illaqueare ratio erat certa rem bene gerendi.*

V. 1649. ουτι μοι σειραφορον] Optime *Stanleius* ὁυτι μοι. *Pauwii* ουτι μοι σειραφορον aliam habet ſignificationem huic loco parum aptam, nempe, *qui non una mecum funalem ſe præbet.*

1650. 1651. — αλλ' ὁ δυσφιλει σκοτῳ

Λιμος ξυνοικος μαλθακον σφ' εποψεται] Hæc optime explicant νησιδας illas δυας quarum ſupra v. 1630. fit mentio.

1653. αλλα συν γυνη] Forſan ſcribendum αλλα νη γυνη.

1658. Αλλ' επει δοκεις ταδ' ερδειν και λεγειν γνωσῃ ταχα] Sermo hic præ iracundia abruptus eſt; γνωσῃ ταχα, *cito cognoſces qualis ſit futurus eventus*. *Pauwii* conjectura, γνωμη ταχα, id eſt ſecundum eum, γνωμη μοι εστι ταχα, *Conſilium mihi eſt in arena*, ſolœca plane eſt loquendi formula, ſaltem non Græca.

1662. την τυχην δ' ερουμεσθα] Hæc Choro certiſſime tribui debent.

1664. Αλλα και ταδ' εξαμησαι πολλα δυστηνον ὁ ερος] *Pauwio* aſſentior reponenti δυστην' οντ' ερος.

1665. μηδεν ἡματωμεθα] Legendum omnino μηδε γ' αἱματωμεθα; nam ἡματωμεθα formâ ſubjunctivâ præteriti perfecti paſſivi Græce non dicitur.

1666. 1667. Στειχετε δ' οἱ γεροντες, προς δομους πεπρωμενους τουσδε

Πριν παθειν. ερξαντα καιρον χρην ταδ' ὡς επραξαμεν] In hiſce verſibus, prout nunc leguntur, vacillant æque & ſententia & metrum; forſan ita reſtitui poſſunt,

Στειχετ' ενθενδ', ω γεροντες, προς δομους, πεπρωμενους

Πριν παθειν. ερξαντας αυτα χρην ταδ' ὡς επραξαμεν.

Verte, *Ite hinc, o ſenes, domum veſtram, priuſquam vulnerati aliquid patiamini. Acquieſcere vos oportebat hæc ita fieri tolerantes prout ea perfecimus.* τουσδε gloſſema eſt inepti Librarii qui participium πεπρωμενους de Ægiſthi ſatellitibus perperam interpretabatur. Monſtrum pro verſu hic nobis obtrudit *Pauwius*.

1668. Ει δε τοι μοχθων γενοιτο] *Pauwius* hic interpolat τι non ſine metri detrimento; ſed vocis iſtius ellipſin in conſtructionibus verborum cum genitivis uſitatiſſimam eſſe oſtendunt *Boſius* in Ellipſ. Græc. & *Perizonius* ad Ælian. Var. Hiſt. lib. x. cap. 21.

1672. Δαιμονας πειρωμενους] Recte, meâ quidem ſententiâ, repoſuit *Pauwius*, δαιμονος πειρωμενος, *fortunam tentantes.*

V. 1673.

V. 1673. Σωφρονος γνωμης δ' ἁμαρτητον κρατουντα] Hunc verſum & corruptum eſſe & in fine mutilum nemo non videt; proculdubio tamen Clytemneſtræ tribuendus Ægiſthi furorem cohibenti. Optime reſtituit *Stanleius*,

Σωφρονος γνωμης δ' ἁμαρτειν τον κρατουντα * * *

Pauwii emendatio ex ignorata vera loci ſententia orta eſt.

1675. μετειμ' ετι] Verte, *adhuc ulciſcar.*

1681. 1682. Μη προτιμησης ματαιων τωνδ' ὑλαγματων
Και συ θησομεν κρατουντε τωνδε δωματων] Optime metrum mutilum præeunte *Scholiaſte* veteri ita reſtituit & explevit *Stanleius*,

Μη προτιμησης ματαιων τωνδ' υλαγματων, εγω
Και συ θησομεν κρατουντε τωνδε δωματων καλως.

Canteri conjectura, a *Pauwio* prælata, præterquam quod minus elegans ſit, in hoc inſuper peccat, quod commatis trochaici in illa nulla habita eſt ratio. Sed quid ſibi velit μη προτιμησης, cum nullius prorſus rei facta ſit mentio quæ προτιμασθαι poſſit? Proculdubio reſcribendum Μη προστιμησης.

Notæ in SCHOLIA.

Ad v. 1108. Legendum videtur, τοις λεξοντας ἡμιν περιωσι.

1126. Lege επολολυξαι μελλει.

1151. Lege θρηνεις νομον ανομον.

1154. Hæc ad v. 1155. pertinent.

1379. Lege αδιαφορως.

NOTÆ

NOTÆ IN CHOEPHORAS.

IN ACTUM PRIMUM.

V. 22. Πρεπει παρηϊς φοινιοισι μυγμοις] Præclare reſtituit *Stanleius*, φοινιοις αμυγμοις; aliter metrum antiſtrophico minime reſpondebit. Neque *Pauwio* hunc reſarcienti feliciter ceſſit conatus. In aſynartetis enim penthemimeris prior in ſyllaba longa deſinere debet, neque ulla hîc locum habet αδιαφορια, quod & pluries olim monuimus.

23. Δι᾽ αιωνος διυγμοισι βοσκεται κεαρ] *Cantero* & *Stanleio* aſſentior reponentibus δ᾽ ιυγμοισι, niſi quod metri gratia το ιωτα paragogicum abjiciendum cenſeam. Ita reſcribendum,

Δι᾽ αιωνος δ᾽ ιυγμοις βοσκεται κεαρ

ut verſus ſit antiſpaſticus ex duobus epitritis primis & dijambo. In antiſtrophico epitrito alteri reſpondet antiſpaſtus, dijambus vero eſt pentaſyllabus; nam δωμασι, non δωμασιν, ibi etiam legi malim. Ιυγμος eſt ab ιυζειν, *exclamare* ιου, ιου, quam interjectionem lamentantis eſſe notiſſimum eſt. Ιου, σχετλιαστικον επιρρημα, αντι του οιμοι, φευ. *Suidas.* Ιου σχετλιαστικον επιρρημα ὡς το φευ και το παπαι. *Heſych.* *Turnebiana* habet ωγμοισι, quæ vox ideo minus hîc convenit, quod ωζειν unde derivatur, ſignificat *exclamare* ω, ω, quæ interjectio eſt admirantis aut plaudentis. Ωζοντες, βοωντες και λεγοντες ω, ω, και θαυμαζοντες. *Heſychius.* Οπως αδοντες ωζωσιν οἱ θεαται. Ariſtoph. *Veſp.* 1518. ubi vide *Florent. Chriſtianum.* Sonus eſt etiam a ſtertente editus; Noſter infra *Eumenid.* 123. 124.

Χο. Ωγμος
Κλ. Ωζεις, ὑπνωσσεις, ουκ αναστησῃ ταχος;

36. Θεοθεν ελακον ὑπεγγυοι] Vocem ὑπεγγυοι optime explicat *Scholiaſtes*, την αποφασιν εγγυωμενοι, η, οἱ εκ θεων ασφαλισαμενοι την μαντειαν.

V. 44. 45. — φοβου-
μαι δ᾽ επος τοδ᾽ εκβαλλειν] Antiquis in more erat, quando inferias mortuis libabant, preces immiſcere, quibus defunctorum manes placarentur, & parentantibus propitii redderentur. Vide *Sophocl. Electr.* v. 450 — 460. & quæ paullo infra in hac ipſa fabula ſequuntur. Ut preces tales pro ſe funderet proculdubio a Clytemneſtra Choro fuerat commiſſum, eaſdemque hîc per τοδε επος deſignari puto. Chorus autem ſcelus dominæ deteſtata, & ne ipſa preces has fundendo ejus quodammodo particeps fieret verita, hoc munus ſibi impoſitum præ metu iſtiuſmodi averſatur. Rationem reddit verſu ſequenti. Quod autem *Stanleius*, probante *Pauwio*, pro εκβαλλειν hîc reponi jubet εκβαλειν, mutatione hac minime eſt opus, cum vocalis brevis ante duplicem λ ſæpius corripiatur. Vide quæ ſupra notavimus ad *Agamemn.* v. 294.

46. Τι γαρ λυτρον πεσοντος αἱματος πεδῳ;] Λυτρον quod reponit *Canterus*, aſſentientibus *Stanleio* & *Pauwio*, primam producit, adeoque ſalvo metro hîc locum habere haudquaquam poteſt. Vulgata, ſi placet, ita reddenda eſt; *Quid enim? grave eſt hoc facere cum ſanguis humi fuerit effuſus.* Forſan tamen rectius legi poteſt,

Τι γαρ λυει γε πεσοντος αἱματος πεδῳ

Verbum λυειν hîc eandem poteſtatem habebit ac λυσιτελειν. Vide *Euripid. Medeam* 566. & ibi *Barneſii* notam. Verte, *Quid enim juvaret* (επος ſcilicet τοδε) *cum ſanguis humi fuerit effuſus?*

50. Choriambicus eſt dimeter acatalectus. *Pauwius* aliud metri genus coagmentare fruſtra conatus eſt, tibicinibus variis interpoſitis, aſt omnibus

aque

æque inſulſis & veriſimilitudine prorſus deſtitutis.

V. 52 — 57. Σεβας δ' αμαχον αδαματον
Απολεμον το πριν,
Δι' ωτων φρενος τε
Δαμιας περαινον,
Νυν αφισαται. φοβει-
ται δε τις] Per vocem σεβας majeſtatem regiam intelligi puto, quam hucuſque ſacroſanctam & inviolabilem habitam, nimirum inexpugnabilem, indomitam, nunquam prius oppugnatam, populi auribus inculcatam, ejuſque mentem præſtringentem, nunc tandem defeciſſe queritur Chorus, propter Agamemnonis ſcilicet cædem tamdiu inultam, interfectoribus flagitium hoc impune ferentibus. Hujus vero rei cauſam ſtatim ſubjungit, φοβειται δε τις, *metuit ſcilicet quiſque*. Nam ſi *Stanleio* & *Pauwio* auſcultes hæc interrogative poni cenſentibus, periit omnino hujus pericopes ſententia.

59 — 63. Ροπη δ' επισκοπει δικας
Ταχεια, τοις μεν εν φαει,
Τα δ' εν μεταιχμιῳ σκοτου
Μενει, χρονιζοντ' αχη βρυει·
Τους δ' ακρατος εχει νυξ] Verſum penultimum ita reſtituendum conjicio,

Μενει χρονιζοντα γ' αχη,

aut ſi mavis

Βρυει χρονιζοντα γ' αχη,

nam το βρυει ex varia lectione videtur ortum. Quidam ſcilicet libri habebant βρυει, alii μενει, ita ſcriptura margini aſcripta tandem in contextum irrepſit, & verſus fini accrevit; deinde cetera immutata ut metro quadantenus conſuleretur. Leviter autem diſtinguendum eſt in verſu ſecundo poſt τοις μεν, & ita totus locus vertendus; *Juſtitiæ vero retributio in quoſdam extemplo & palam animadvertit; quædam delicta crepuſculo quodammodo obumbrata calamitates manent tardiores, quoſdam demum nox irrita & inefficax circumtegit.* Si magis placet altera ſcriptura βρυει (quam mihi quidem magis placere fateor) tunc pro nominativo habendum το Τα, & vertendum; *Quædam vero delicta crepuſculo quodammodo obumbrata ſcaturiunt calamitates tardiores.* *Pauwius* Poetæ ſententiam ne per umbram quidem vidit.

64 — 81. Rectiſſime ſtatuit *Pauwius* hæc quæ pro ſtropha & antiſtropha vulgo venditantur revera epodum conſtituere.

64. Antiſpaſticus eſt trimeter catalectus ex dijambo antiſpaſto pentaſyllabo & epitrito ſecundo catalecto.

V. 65. Τιτας φονος πεπηγεν, ου διαρρυδαν] Conſtructio eſt, φονος πεπηγεν ὡςε τιτας vel τιτης ειναι, ου διαρρυδην. *Cædes ita depacta eſt ut vindictam certiſſime ſit accerſitura, non ita ut diffluere & aboleri poſſit.* Τιτας φονος câdem conſtructionis formâ ponitur ac παιωνιον πημα ſupra in *Agam.* v. 1208. & λυτηριον λυπημα apud *Sophocl. Trachin.* v. 563. ad quæ loca & ad *Trachin.* v. 1039. vide quæ notavimus.

66. Διαλγης ατη διαφερει τον αιτιον] Peſſime *Scholiaſtes* eumque ſecutus *Pauwius* διαφερει interpretatur per διασπαραττει. Hoc in loco ſignificare videtur *jactat, agitat.*

67. Παναρκετας νοσου βρυειν] Qualem hîc ſignificationem commodam habere poſſit epitheton παναρκετας, aut quali conſtructione ponitur genitivus νοσου conjicere nequeo, nec quidquam juvant Interpretes. Forſan reponi poteſt,

Γ' αναρκεςοις νοσοις βρυειν

ſubaudita particula ὡςε.

68. Τους δ' ακρατος εχει νυξ] Hic verſus ex oſcitantis Librarii incuria in ſedem alienam migraſſe videtur. Nimirum verbum βρυειν quod proxime præcedit oculos ejus minus attentos adeo tranſverſos egit, ut verſum quem in antiſtropha præcedente verbum iſtud præcedebat hîc quoque ſubjunxerit. Certe hoc in loco non otioſus tantum eſt, ſed ſententiæ etiam moleſtiſſime officit.

69. 70. Οιγοντι δ' ουτι νυμφικων ἑδωλιων
Ακος] Quis ex his ſententiam ullam opportunam & idoneam elicere poſſit? Vulgo de virginem vi violante interpretantur; ſed de ſanguinis proditorie effuſi, non de ſtupri, piaculo hic agitur. Neque enim aut virgo erat Clytemneſtra, aut ſtuprum vi paſſa eſt. Forſan reponi poteſt,

Ριγωντι δ' ουτι νυμφικων ἑδωλιων
Ακος

νυμφικων ἑδωλιων pendet a præpoſitione απο ſubintellecta. Verte, *Externato vero nullum a thalamo conjugiali adeſt ſolatium.*

70. 71. 72. — ποροι τε παντες εκ μιας ὁδου
Βαινοντες τον χειρομυση
Φονον καθαιροντες ιουσαν ατην] Hæc præcedentibus haud minus corrupta ſunt. In verſu altero qui hephthemimerim dactylicam conſtituit *Pauwius* ex *Turnebiana* recte repoſuit χειρομυση, *qui manus polluit.* Verſus tertius ita forſan reſtitui poteſt,

Φονον καθαιροντες ἱενοι ματαν. Aſynartetus ex penthemimeribus iambica & trochaica.

V. 73. 74. 75. Εμοι δ' (αναγκαν γαρ αμφιπτολιν.
Θεοι προσηνεγκαν. εκ γαρ οικων
Πατρωων δουλιον εσαγον αισαν] Parentheſis perperam conſtituta totius hujus pericopes & conſtructionem & ſententiam prorſus peſſundedit. Ita hæc reſtitui poſſe exiſtimo,

Εμοι δ' αναγκαν γ' αρ' αμφιπολω periodus hypercatalectus

Θεοι προσηνεγκαν (εκ γαρ οικων aſynartetus ex iambicis penthemimeribus

Πατρωων δουλιον εσαγον αισαν) aſynartetus ex penthemimeribus trochaica & iambica. Verte, *Mihi vero quippe quæ famula ſum neceſſitatem quidem impoſuerunt dii (etenim extra domum paternam ſervilem induxerunt ſortem)* Ita jam habes a quo pendeat infinitivus qui ſequitur αινεσαι. Ita ſomnia etiam *Pauwiana* in fumum abeunt.

77. Nitidius erit metrum ſi legis

Πρεποντ' αρχαισιν βιου pherecratius πολυσχηματιστος;

Verte, *prout iis convenit qui imperium in vitam meam exercent.*

78. Βια φερομενων αινεσαι, πικρον φρενων] Sententia omnino legendum exigit φερομενα γ', ut cum εμοι præcedente jungatur.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 115. Τοις αιτιοις νυν, του φονου μεμνημενη] Diſtinguendum poſt φονου non poſt νυν, genitivus enim iſte pendet a præcedente τοις αιτιοις. Ad μεμνημενη ſubintelligendum eſt επευχου quod idem valet ac μεμνησο επευχεσθαι.

122. Ερμη χθονιε, κηρυξας εμοι] Το εμοι hîc, ut ſæpe alias παρελκει. Vide quæ notavimus ad *Euripid. Heracl.* v. 573. *Sophocl. Ajac.* v. 39. *Electr.* v. 197. 498. 893. 1158. *Oedip. Tyran.* v. 727.

127. Καγω χεουσα τασδε χερνιβας βροτοις] Quid in hac lectione reprehendendum ſit non video. *Pauwius* objicit nihil hîc offerri, nec offerendum fuiſſe, diis. Eſto; ſed de diis hactenus ſermonem habuerat Electra, ideoque nunc addit, ſe haſce inferias fundere mortalibus, id eſt, defunctorum qui mortales fuerant manibus. Si cui tamen magis placet *Pauwii* ζωτας, is ſane, me haud repugnante, ſua fruatur ſententia.

129. Φιλον τ' Ορεστην πως αναξομεν δομοις] Ex *Pauwii* partim conjectura legi malim,

Φιλον τ' Ορεστην γ' ὡς αναξωμεν δομοις.

142. Και τους κτανοντας αντικατθανειν δικην] Magis fateor mihi arridet ſcriptura quam nobis conſervavit *Scholiaſtes*, αντικατακτανειν, quæ ideo forſan mutari potuit, quia ignorabat Librarius ſyllabam brevem ante κτ poſſe corripi, quod tamen ſatis probavimus ad Noſtri *Agamem.* v. 468. & ad *Eurip. Iphig. in Taur.* v. 776. *Helen.* v. 1602. & *Electr.* v. 169. 491. Pro δικην autem legendum exiſtimo δικη.

144. Κεινοις λεγουσα τηνδε την κακην αραν] Elegantior, mihi ſaltem, videtur lectio ab *H. Stephano* memorata, Κεινοις λεγωσαι.

V. 152. 153. Προς ερυμα τοδε, κακων, κεδνων
Τ' αποτροπον αγος απευχετον] Omnino *Stanleio* aſſentior reponenti επευχετον, ut conſtructio ſit αγος αποτροπον κακων, κεδνων τε επευχετον, *Piamentum quod mala avertat, & ea quæ expediunt expoſcat.* Quæ obtendit *Pauwius*, Lacrymas tam a bonis quam a malis provocari, ideo tamen averſandas & ab omnibus deprecandas, quia modum non ſervant, malis ſcilicet quam bonis addictiores, quid ſibi velint vix intelligo; certe nihil ſunt ad rem: nunquam enim efficient ut Chorus id præſtandum juſſiſſe credatur quod κεδνων eſſet αποτροπον.

154. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus trochaicis. Nam κλυε primam rite corripit ſequente vocali quanquam natura longam.

155. Ita ſcribendus eſt hic verſus,

Σεβας ω Δεσποινα 'ξ αμαυρας φρενος aſynartetus ex dochmaicis.

156 — 161. Ita horum verſuum & metra & ſententiam reſtitui poſſe puto,

Οτοτοτοτοτοτοτοι, ιω. iambicus dimeter acatalectus

Τις δορυσθενης ανηρ Euripideus

Αναλυτης δομων dochmaicus ex epitrito quarto & ſyllaba

Σκυθικα τ' εν χερσιν παλιντον' ενεργα aſynartetus ex dochmaicis

Βελη 'πιπαλλων Αρης, periodus catalectus

Σχεδια τ' αυτοκωπα νωμων βελη. aſynartetus ex dochmaicis.

Verte *Otototototototoi, O, adſit aliquis vir haſta ſtrenuus, ædium liberator, Mars quidam & Scythica tela vibrantia*

vibrantia valida (jacula ſcilicet) *manibus quatiens & gladios tumultuarie cum manubriis ex eodem ferro fabricatos rotans.* το τις optative non interrogative hic ponitur, & ab interjectione invocandi ιω pendet, adeoque verti debuit, *O adſit aliquis*, non *Quis aderat.* Σκυθικα in quibuſdam libris reperitur pro Σκυθης τα, teſte & adprobante *H. Stephano*, ut & pariter ενεργα pro εν εργω, teſte *Turnebo.* παλιντονα ſunt quæ *vi elaſtica* prædita ſunt, adeoque epitheto hoc exprimuntur haſtæ ſive jaculi tremula vibramina. Hac etiam de cauſa gladiis adduntur epitheta χειδια, αυτοκωπα, ut deſiderii ſui impatientiam teſtetur Chorus, quod exſpectare nequit donec enſis pulchre fabrefactus paretur.

V. 168. Ευξυμβολον τοδ' εστι πασι δοξασαι] Nihil hac ſcriptura magis eſſe ridiculum pronunciat *Pauwius*, plane enim contrariam ſententiam ſibi requirere ut ſubſiſtere poſſit, ideoque reponit Ου ξυμβολον. At quiſquis reſponſum Chori quod verſu proxime ſequenti continetur attentius expendet, is ſtatim videbit veriſſimam eſſe vulgatam lectionem, & contra, ipſam viri docti conjecturam revera eſſe ridiculam.

169. Πως ουν παλαια παρα νεωτερας μαθω;] Verte, *Quomodo igitur fit ut neceſſe ſit me ſeniorem a juniore diſcere?* Formæ ſcilicet ſubjunctivæ verba non raro ſignificatu proprio gaudent quo ad χρη ινα ſubauditum referuntur, monente doctiſſimo *Dawesio* Miſcell. Critic. p. 75. quem ſodes vide. Nova diſtinguendi ratio quam excogitavit *H. Stephanus* ſententiam prorſus perdit.

170. κειραιτο νιν] *hunc detondere potuerit.*

171. Εχθροι γαρ οις προσηκε πενθησαι τριχι] Verte, *Inimici enim ſunt ii quorum officium fuit capillo detonſo lugere.* Hunc autem verſum Choro recte tribui puto, propter Και μην unde incipit verſus proxime ſequens; ſed utcunque de hoc ſtatuatur perinde eſt. Nihil enim dicit hic verſus quod non ſatis clare in præcedente innuitur.

184. αφρασοι, *improviſæ.*

188. 189. Εμη δε μητηρ, ουδαμως επωνυμον
Φρονημα παισι, δυσθεον πεπαμενη] Verte, *Mea vero mater animum erga liberos haudquaquam matris nomini reſpondentem impium gerens.* Non diſplicet autem *Pauwii* conjectura δυσθεος pro δυσθεον reponentis.

190. Εγω δ' οπως μεν αντικρυς τοδ' αινεσω] Subaudi ουκ εχω vel ουκ εστι.

194. Οπως δισφρονεις ουσα μη κινυσσομην] Lege 'κινυσσομην, augmento eliſo. Verte, *Ne undique agitarer quocunque ferant venti.* Vide quæ notavimus ad *Prometh.* v. 157.

V. 195. Αλλ' ει μεν ειχε φωνην τονδ' αποπλυσαι πλοκον] Proculdubio cum *Robortello* legendum αποπλυξαι, nec quidquam amplius immutari neceſſe eſt; nodum enim in ſcirpo quærit *Pauwius.* Præcedens ειχε φωνην aperte pendet a nominativo præcedente τοδ' αγλαϊσμα a quo etiam regitur formæ potentialis verbum αποπλυξαι. Formula autem hæc αποπλυξαι τονδε πλοκον ει τετμημενος ην idem prorſus valet, diverſa licet conſtructione, ac αποπλυξαι ει οδε πλοκος ην τετμημενος. Vide *Dawes.* Miſcell. Critic. p. 148.

202. Σμικρου γενοιτ' αν σπερματος μεγας πυθμην] Ellipſis eſt præpoſitionis εκ, *ex parvo ſemine.*

210. 211. — τοις θεοις τελεσφορους
Ευχας επαγγελλουσα] Ideo hic malim τελεσφορους τυχας, quia preces Electræ jam in parte exauditæ fuerant. Eodem ſenſu habes τελεια ευγματα Ariſtoph. Theſm. v. 359 — 360. & infra v. 539. ονειρον τελεσφορον.

212. Επει τι νυν εκατι δαιμονων κυρω;] Dupliciter peccare hunc verſum cauſſatur *Pauwius.* Primo, επει cum interrogatione ſordet. At Atticis Poetis certe non ſordebat, & plura conſtructionis iſtius exempla ex Ariſtophane ſuppeditabit *Devarius.* Deinde τι κυρω non dicunt Græci, ſed τινος κυρω. Græcus tamen, ni fallor, fuit *Euripides*, qui in *Hecub.* v. 698. ita ſcripſit,

Ουκ οιδ', επ' ακταις νιν κυρω θαλασσιαις.

215. Συνοιδ' Ορεστην πολλα σ' εκπαγλουμενην] *Pauwio* omnino aſſentior verbum συνοιδα dativum perſonæ ſibi adſciſcere. Legendum igitur σ' εκπαγλουμενη, diphthongo eliſa, pro σοι εκπαγλουμενη. In pronominum enim dativis, μοι, σοι, rite eliditur diphthongus. Vide *Euripid. Mede.* v. 57. *Suppl.* v. 786. *Sophocl. Ajac.* v. 191. 354. *Electr.* v. 554. 558.

218. Αλλ' η δολον τιν', ω ξεν', αμφι μοι πλεκεις;] Hæc interrogative ponuntur, Αλλ' η, *Numquid.* Vide quæ notavimus ad *Euripid. Hippol.* v. 932.

222. Aſſentior omnino *Arnaldo* reponenti,
Ως οντ' Ορεστην τωδε σ' εγω προσεννεπω.

224 — 227. Κουραν δ' ιδουσα τηνδε κηδειου τριχος
Ακτιστεροθης, καδοκεις ορων εμε,
Ιχνοσκοπουσα τ' εν στιβοισι τοις εμοις·
Σαυτης αδελφου συμμετρου τω σω καρα] Ordinem horum verſuum a Librariis negligentibus olim fuiſſe turbatum probe vidit *Pauwius*, verumque & antiquum quadantenus, non tamen omnino, reſtituit. Ita autem abſque ulla immutatione hunc poſtliminio reduci poſſe exiſtimo,

† N 2 Κουραν

Κειραν δ' ιδουσα τηνδε κηδειον τριχας
Σαυτης αδελφου, συμμετρου τῳ σῳ καρᾳ,
Ιχνοσκοπευσα τ' εν στιβοισι τοις εμοις,
Ανεπτερωθης, κ' εδοκεις ορᾳν εμε.

V. 228. τεμν προσθεισα, *capillis adaptans unde abſciſſus eſt cincinnus.*

230. εις δε θηρειων γραφην] *Pauwio* non adverſor reponenti εν δε θηρειων γραφην, quanquam fortaſſis non minus & commode & eleganter reponi poſſet επι δε θηρειων γραφην. Per υφασμα τουτο *Æſchylus* proculdubio intelligi voluit σπαργανα quibus involutus infans Oreſtes morti furtim ſurreptus fuerat, adeoque hunc ſecum hæc adtuliſſe veluti τεκμηρια natalitia non obſcure innuit. *Euripides* vero totam hanc recognitionem quantum ejus ferebat ingenium irridere cupiens, omniaque in pejus detorquens, veſtem qua tunc indutus Oreſtes deſignari ultro ſupponit.

236. Ω τερπνον ομμα τεσσαρας μοιρας εχον] *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 415. fidenter reponi jubet ονομα, quod hîc ſtare poſſe non diffiteor. Magis tamen placet vulgata ſcriptura, quia ipſe Oreſtes ante oculos & in conſpectu tunc erat, neque in hac Electræ exclamatione ulla ejus nominis fit mentio. ομμα autem hîc, non *lumen* aut *oculus*, ſed *conſpectus* reddi debet. In Oreſtis ſcilicet conſpectu ſe ſimul aſpicere teſtatur Electra patrem, matrem qualis fuerat priuſquam patris cæde inviſa facta eſt, ſororem mactatam Iphigeniam, & ipſum Oreſtem.

240. πιστιους, lege πιστιοις.

242. 243. Μονον κρατος τε και δικη συν τῳ τριτῳ
Παντων μεγιστῳ Ζηνι συγγενοιτο μοι] Optime ſe habebit ſententia, ſive ſcripturam vulgatam retineas, ſive cum *Stanleio* reſcribas συγγενοιτο σοι. Conjectura autem *Pauwiana* Μονος — συγγενου μοι vix quidquam unquam putidius me vidiſſe memini. Quorſum, obſecro, vota faceret Electra ut Oreſtes ſibi adeſſet quem tunc præſentem tenebat? Quomodo vota facere potuit ut ipſe ſolus ſibi adeſſet, cum ſimul tres alios illi adjungit comites?

258. 259. Ουτ' αρχηγος σοι πας οδ' αυανθεις πυθμην
Βωμοις αρηξει] Dativus σοι hîc παρελκειν dici poteſt. Vide quæ notavimus ſupra ad v. 122. Non tamen otioſe omnino hîc ponitur, ſed relativi vice apud alterum dativum Βωμοις fungitur, perinde ac ſi ſcriptum fuiſſet σοις βωμοις.

246. στηραμασι] Lege στηριγμασι; nullus enim hîc Doriſmis locus.

V. 273. Αποχρημα τοισι ζημιαις ταυρουμενον,
Αυτον δ' εφασκε τη φιλη ψυχη ταδε
Τισειν μ' εχοντα πολλα δυστερπη κακα] Sive vulgatam lectionem retineas, ſive αποχρημασιν cum *Stanleio*, ſive αχρημασιν cum *Robortello* & *Pauwio* reſcribas, fruſtra omnino ſententiam ullam huic loco aptam ex his verbis exſculpere contendes. In verſu præcedente periodum terminari exiſtimo, novamque ab hoc verſu initium ſumere, quam ita reſtitui poſſe conjicio,

Απεχθων δε ταισδε ζημιαις, ταυρουμενος
Αυτος γ' εφασκε, τη φιλη ψυχη ταδε
Τισειν μ' εχοντα πολλα δυστερπη κακα.

Verte, *Oraculo vero denuntians haſce pœnas, ipſe quidem exaſperatus dixit me eas anima propria luiturum, multa hæcce ſuſtinentem injucunda mala.* Ταυρουμενος in *Turnebiana* legitur. *Pauwii* ſomniis explodendis immorari operæ haud eſt pretium.

276. 277. Τα μεν γαρ εκ γης δυσφρονων μειλιγματα
Βροτοις πιφαυσκων ειπε, ταςδε νυν νοσους] *Pauwius* monet hæc arcte cohærere, τα μειλιγματα εκ γης δυσφρονων ſcilicet, νυν vero & δυσφρονων eſſe oppoſita; qualem vero hiſce ſententiam tribuit, aut tribui poſſe putat, non imprudenter ſane ſilentio premendum cenſuit; neque enim ſciſcitanti adeo facile explicare potuiſſe opinor. Verba certe iſta εκ γης, ſive cum δυσφρονων, ſive cum μειλιγματα, jungantur, ſenſum nullum huic loco idoneum ſuggerere videntur. Quid ſi igitur reponas εξης, hac ſententia? *Exinde enim mœrentium quidem ſolamina mortalibus enuntians, dixit ea futura hoſce nobis morbos.* Nimirum Apollo ſub oraculi obſcuritate conſulto premens parricidii quod injunxerat diros exitus, ipſe per δυσφρονων μειλιγματα intellexit ſolatium quod perceptura erat Clytemneſtra ex pœnis filium matricidam exagitaturis; Oreſtes vero eadem verba interpretatus eſt de ſolatio quod reportaret Agamemnon ex pœnis ſibi, ſi paternæ cædis vindictam negligeret, irrogandis. Idem error, eadem diverſitas inter dei oraculum edentis ſenſum occultum, & Oreſtis idem oraculum interpretantis explicationem erroneam, per totam oraculi declarationem, quæ ad v. uſque 295. extenditur, obtinere cenſenda eſt. Aliter totius hujus loci expoſitionem, & diverſarum ejus partium inter ſe conciliationem, fruſtra, ni fallor, tentabis.

281. Αλλας τε φωνει] Recte *Stanleius* Αλλας τ' εφωνει.

283. Ορωντα λαμπρον εν σκοτῳ νωμωντ' οφρυν] Minus plene diſtinguendum eſt ad finem verſus præcedentis, & ita

ita verſus hic, ut opinor, levi mutatione facta reſtituendus,

Ορωντα λαμπρον εν σκοτῳ νωμων γ᾽ οφρυν

Nominativum νωμων ipſum Apollinem deſignare, & verbum præcedens εφωνει regere recte ſtatuit *Pauwius*.

V. 285. Εκ προστροπαιων εν γενει πεπτωκοτων] Verte, *Propter ſupplices ſanguine conjunctos occiſos.* Προστροπαιος & *ſupplicem* ſignificat, & *ſcelere aliquo contaminatum.* Juxta priorem ſignificationem, de Clytemneſtra dum filii miſericordiam ſupplex implorabat occiſa, intellexit Apollo; juxta alteram de Agamemnone conjugis ſceleratæ manu cadente interpretus eſt Oreſtes, hac ſcilicet conſtructione, βελος των ενερτερων πεπτωκοτων εκ προστροπαιων εν γενει.

287. Και διωκεται πολεως] Verbum διωκεται paſſive hîc accipiendum puto, & a nominativo δεμας paulo poſt ſequenti pendere; ad verba autem præcedentia, κινει, ταρασσει, ſubaudiendum accuſativum τουτον τον ιαγη.

288. λυμανθεν δεμας] Recte vertit *Stanleius laceratum corpus.* λυμανθεν nunquam ſignificat *ſceleratum*, *ſceleribus inquinatum*, prout ſtatuit *Pauwius*.

289. 290. Και τοις τοιουτοις ουτε κρατηρος μερος
Ειναι μεταχειν, ου φιλοσπονδου λιβος.] Minime mutanda eſt recepta diſtinguendi ratio. Conſtructio eſt, και τοις τοιουτοις ουτε μερος ειναι μετασχειν κρατηρος, ου μερος ειναι μετασχειν φιλοσπονδου λιβος. Per vocem μερος hîc ſignificatur ſors vel conditio alicujus, quod ei ab hominibus tribui ſolet, quodque quiſque jure ſibi arrogare poteſt. Pro ουτε autem legi malim ουδε cum nulla alia ſequatur particula copulativa.

291. 292. Βωμων τ᾽ απειργειν, ουχ ὁρωμενην πατρος
Μηνιν δεχεσθαι, ουτε συλλυειν τινα] Hæc prout nunc leguntur omni prorſus ſenſu diſtituuntur; ſive enim particulam negantem ουχ cum ὁρωμενην, ſive cum δεχεσθαι, jungas, æque laborabit conſtructio. Si prior conſtruendi ratio magis placet, deerit negandi particula quæ ſequenti ουτε reſpondeat; ſi altera, quid eſt quæſo δεχεσθαι μηνιν ουχ ὁρωμενην πατρος? Quamnam porro ſignificationem tribues verbo συλλυειν? *Stanleius* quidam interpretatur, *cum quoquam habitare*, *Pauwius*, *cum quoquam paſciſci* aut *tranſigere*; neuter tamen exemplum, quo ſignificationem ſuam verbo huic afferat, vel unicum affert, nec proculdubio adferre potuit, cum vera ejus poteſtas ſit, *Litibus inter diſſidentes componendis communem operam præſtare.* Vide igitur annon legendum ſit,

Βωμων δ᾽ απειργειν, και στερουμενον πατρας
Μη νιν δεχεσθαι, μηδε συλλυειν τινα.

Verte, *Ab aris vero eum arcere, & patria extorrem neque hoſpitio accipere, neque una lavare* (manus ſcilicet) *quenquam.* Inter exſecrationes ceteras quibus Laii interſectorem devovet Oedipus in *Sophoclis Oedipo Tyranno* v. 248. etiam hanc habes, μητε χερνιβας νεμειν quæ τῳ μηδε συλλυειν Noſtri ex aſſe reſpondet. Si cui propter præcedens τοιουτοις, στερουμενον numero ſingulari poſitum ſcrupulum injiciat, is expendat velim ſequentia, αφιλον, ατιμον, ταριχευθεντα, omnia pariter numero ſingulari ſub eadem conſtructione comprehenſa. Tranſitiones tales ſubitæ ab una conſtructionis forma ad alteram ſtyli *Æſchylei* charactera proprium & peculiarem conſtituunt. Ejuſdem etiam generis eſt Βωμων δ᾽ απειργειν, ubi ſubaudiendus eſt accuſativus παντας, quem quadantenus ſuppeditat ſequens τινα. Το μηδε pro ουτε ſatis ſtabilit hiatus alioquin verſum deformans. *Pauwii* conjectura παιδος μηνιν pro πατρος μηνιν reponentis nihil promovet, quanquam hoc vere *Æſchyleum* eſſe jactat. Quid enim eſt ουχ ὁρωμενην μηνιν παιδος? Quid δεχεσθαι μηνιν παιδος? An hæc, aut ſenſum ullum habent, aut a Græco ſcriptore unquam profecta credibile eſt?

V. 299 — 302. Και προσπιτνει χρηματων αχηνια,
Το μη πολιτας ευκλεεστατους βροτων,
Τροιας αναστατηρας ευδοξῳ φρενι,
Δυοιν γυναικοιν ωδ᾽ ὑπηκοους πελειν] In his verſibus το ασυνδετον *Pauwio* haud immerito diſplicuit, medecinam tamen minus recte adhibuit; nec mirum, altius enim latebat ulcus. Quis credat Oreſtem inter cauſas quæ eum ad cædem paternam ulciſcendam præcipue exſtimulabant propriam penuriam recenſere? quid excogitari potuit abſurdius? Proculdubio reſcribendum eſt αχηνια, diſtinctione poſt hanc vocem ſublata. Ita ſententia erit, *Atque hoc inſuper me urget, ut ne cives mortalium præclariſſimi qui Trojam animo generoſo everterunt, ex facultatum inopia ita duabus mulieribus ſervire cogantur.*

304. 305. 306. Αλλ᾽ ω μεγαλαι Μοιραι, Διοθεν
Τῃδε τελευταν,
Ηι το δικαιον μεταβαινει] Sententia eſt; *At o magnæ Parcæ, ſortiantur a Jove flagitia hæc exitum qui ſimilitudinem quandam habeat cum modo qua jus faſque tranſilierunt.*

310. 311. Αντι δε πληγης φονιας φονιαν
Πληγην τινετω] Recte monet *Scholiaſtes* hîc ſubintelligi ὁ φονευσας, ſeu potius ἡ φονευσασα. *Pauwius*

wius talem ellipſin improbat, adeoque pro πλήνην reponendum πλήνη caſu recto cenſet, ut diſertim adſit unde pendeat verbum πιτνῶ. Sed expende, quæſo, qualis inde exoritur conſtructio? Πλήνη δὲ πιτνῶ πλήνην φωνὰν ἀντὶ πλήνης φωνᾶς. Quis credat adeo aperte inſulſa ab *Æſchyli* ſtylo profecta?

V. 311. Δρασαντι παθεῖν] Subaudi ὀφείλεται, juxta Noſtri verſum a *Stobæo* laudatum,

Δρασαντι γαρ τοι και παθειν οφειλεται

ut non neceſſe ſit cum *Pauwio* reponere δρασαντα.

313. Glyconius eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo & dijambo.

315. Glyconius eſt ex antiſpaſto pentaſyllabo & dijambo. In antiſtrophico legendum eſt ἐπεμβάεις.

317. Ionicus eſt a majore dimeter acatalectus. Ισόμοιρον vox quadriſyllaba primam hîc producit. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 398.

313 — 317. Ω πατερ, αινοπατερ, τι σοι
Φαμενος, η τι ῥέξας,
Τυχοιμ' αν, εκαθεν ουρισας
Ενθα σ' εχουσιν ευναι,
Σκοτῳ φαος ισομοιρον;] Neque *Stanleius* neque *Pauwius* hujus loci ſententiam aſſecuti ſunt. Verte, *O pater, verende pater, quando huc e longinquo ſecundo vento delatus acceſſerim ubi te tenent cubilia tua, quid tibi locutus, aut quid faciens obtineam lucem tenebris præſentibus exæquatam*, id eſt, fortunam non minus impoſterum proſperam quam adverſam hactenus fuerim expertus? Verbum τυγχανειν accuſativum interdum ſibi adſciſcere patet ex *Sophocl. Oedip. Tyran.* v. 606. *Oedip. Colon.* v. 1165.

318. Χαριτες δ' ὁμοιως] ὁμοιως, *æque*, ſive hoc obtineam, ſive non.

320. Προσθοδομοις Ατρειδαις] De ſignificatione vocis προσθοδομοις forſan dubitari poteſt, quandoquidem inter ἅπαξ λεγομενα credo reperietur, de compoſitionis vero forma nulli, ne minimæ quidem, dubitationi locus eſt. Eadem ſcilicet ratione qua ab οπισθε, οπισθοδομος, a προσθε, προσθοδομος. Προσδοδομοις quod *Pauwio* potius videbatur omnino reſpuit linguæ analogia.

323. Verſus prorſus αμετρος eſt. Forſan legendum,

Πυρος γ' ἡ μαλερα γναθος.

Ita prodibit glyconius ex antiſpaſto & dijambo.

325 — 328. Hi quatuor verſus omnes ionici ſunt a minore ανακλωμενοι.

327. 328. 329. Πατερων τε και τεκοντων
Γοος ενδικος ματευει
Το παν, αμφιλαφης ταραχθεις] Pro τεκοντων *Stanleius* & *Pauwius* reponi malunt τεκεων vel τεκεων. At γοος πατερων hoc in loco eſt, non ipſorum patrum gemitus, ſed ſuperſtitum luctus quo patribus defunctis parentabatur; ſi igitur πατερων & τεκεων ab unica voce γοος ſimul penderent, vocem illam duas res toto cœlo diverſas ſimul ſignificare neceſſe eſſet; πατερων ſcilicet γοον *lamenta quibus deflentur patres mortui*, τεκεων γοον *liberorum gemitus patres deflentium.* Eâdem igitur licentiâ πατερων & τεκοντων, voces diverſas ejuſdem prope ſignificationis, hîc junxiſſe puto Poetam, ac ſupra v. 5. κλυειν ακουσαι, reprehendente, forſan non immerito, Ariſtophane.

V. 344. Periodus eſt.

350. Ionicus eſt a majore dimeter acatalectus.

351. Δωμασιν ευφορητον, *Ædificiis amplum* ab ευφορεω *abundo.*

354. Ionicus eſt a majore dimeter catalectus.

355. Periodus eſt catalectus.

356. 357. 358. Ionici a minore dimetri acatalecti.

357. Χθονιων εκει τυραννων] Minus plene diſtinguendum eſt ad finem verſus, hæc enim cum v. 359. 360. connectuntur.

358. Βασιλευς γαρ ης οφρ' εζης] Hæc parentheſi includenda ſunt.

359. 360. Μορσιμον λαχος πιμπλαντων
χερσιν, πεισιμβροτον δε βακτρον] Prior verſus ionicus eſt proxime præcedentibus ſimilis, ſed omnino legendum πιμπλαντων. Hæc autem cum ſuperioribus

Περιπολος τε των μεγιστων
Χθονιων εκει τυραννων

arcte cohærent; reponendum tantum, ut ſua ſententiæ conſtet conſtructio, πεισιμβροτου τε βακτρου. Verte, *Fatalem ſortem adimplentibus manibus ſceptroque populum regente*, id eſt, Potentia atque auctoritate tua pœnas vel præmia apud inferos pro meritis unicuique decernens. Fingit ſcilicet ſibi Electra patrem ſuum Agamemnona ſi ſub Ilio in prælio cecidiſſet eundem magiſtratum ac dignitatem apud inferos fuiſſe adepturum quibus jam potiti erant Minos, Rhadamanthus, Æacus, ipſi etiam olim, dum in vivis fuerant, reges. Μορσιμον λαχος ſignificat *ſortem unicuique a fatis decretam.*

361 — 364. Μηδ' ὑπο Τρωιας
Τειχεσι φθιμενος, πατερ,
Μετ' αλλῳ δουρικμητι λαῳ
Παρα Σκαμανδρου πορον τεθαψαι] Recta Τρωιας reponit *Pauwius*, & reſcribendum eſt etiam Τειχεσι, verſus enim periodus eſt. Porro *Pauwio* aſſentior, hæc cum præcedentibus Πολυχωστου αν ειχες ταφον cohærere, non tamen niſi prius emendata ſcriptura vul-

vulgata. Iſta enim εἰχες αν ταφον μηδε τεθαψαι orationem efficiunt plane ſolœcam, temporum ratione prorſus confuſa. Neque enim τεθαψαι reddi poteſt *ſepultus fuiſſes*, quæ *Pauwii* interpretatio eſt, ſed neceſſario ſignificat *ſepultus es*. Legendum igitur eſt περιν γ' εθαφθης ut conſtructio ſit, εἰχες αν ταφον πολυχωϛον μηδ' αν (hæc enim particula απο κοινου retrahenda eſt) εθαφθης.

V. 365. 366. Παρος δ' οἱ κτανοντες
Νιν, οὑτως δαμηναι] *Utinam qui eum interfecerunt prius ita* (id eſt, ſub mænibus Trojæ occiſi & ſepulcro vulgari conditi) *occubuiſſent*. Ipſa ſermonis indoles & ſtructura ſatis indicant hæc optative poni, ſubaudito ſcilicet juxta *Scholiaſtem* verbo ωφελον, nec quidquam innovari neceſſe eſt.

367. 368. 369. Θανατηφορον αισαν
Περσω τινα πυνθανεσθαι
Τωνδε πονων απειρον] Conſtructionem facillimam & ſimpliciſſimam non aſſecutus *Pauwius* mire hic æſtuat. Ad infinitivum πυνθανεσθαι ſubauditur ὡϛε. Verte, *Ut fatum quod mortem iis intulit e longinquo audiret aliquis harum calamitatum quibus premimur expers*. Per τινα απειρον ſeipſam intelligit Electra, quod recte monet *Scholiaſtes*. Idem ſcilicet vult ac ſi aliis verbis dixiſſet, Ut eorum mors e longinquo mihi fuiſſet nuntiata, tunc enim calamitatibus præſentibus non conflictarer.

371. Lege κρειττω Βορειου.

372. Μειζονα φωνεις· οδυνασαι γαρ] Omnino legendum,
Μειζονα φωνεις οδυνασαι
ultimæ enim verſus ſyllabæ αδιαφορια in ſyſtematibus anapæſticis nonniſi in parœmiacis locum habet.

373. 374. Αλλα διπλης γαρ τησδε μαραγνης
Δουπος ικνειται· των μεν αρωγοι] Parentheſi includenda ſunt iſta, διπλης γαρ τησδε μαραγνης δουπος ικνειται. Quid per διπλην μαραγνην intellexit Poeta ipſe ſtatim luculenter declarat; Agamemnonis ſcilicet & Oreſtis propugnatores apud Trojam perierant, illi vero qui imperium invaſerant ad omne flagitium erant prompti. *Pauwii* Poetæ mentem ne per nebulam quidem perſpexit.

377. Παισι δε μαλλον γεγενηται] Recte hæc interpretatus eſt *Scholiaſtes* vetus; hæc vero magis reſpiciunt liberos Agamemnonis quam ipſum jamdudum mortuum.

378. Ita metrum conſtituendum,
Τουτο διαμπερες ὡς penthemimeris dactylica
Ικεθ' ἁτε τις βελος iambicus dimeter brachycatalectus.

Hac metri conſtitutione contentus eſſe poterat *Pauwius*, ſed dum bono melius rimari pergit, ignorantiam ſuam ipſe prodidit, primam in verbo ἱκετο, augmento non obſtante, corripiens.

V. 379 — 382. Ζευ, Ζευ, κατωθεν αμπεμπων
Υϛεροποιναν αταν
Βροτων τλημονι και πανουργω
Χειρι (τοκευσι δ' ὁμως τελειται] Hæc prout in vulgatis nunc leguntur neque conſtructionem neque ſenſum ullum habent. Quid enim ſibi volunt iſta τοκευσι δ' ὁμως τελειται? *Parentibus vero perficitur*, id eſt, ut interpretatur *Pauwius*, Ita perficitur ut omnibus numeris ſit abſoluta vindicta. Immo, nihil adhuc perficitur, ſed ut perficiatur aliquid vota fiunt. Hæc autem, ut & ſequentia, Electræ, non Choro, tribui oportere conſtat vel ex unica voce τοκευσι, ubi proculdubio ſubaudiendum εμοις. Ut vera igitur Poetæ & ſententia & conſtructio reſtituantur ita reſcribendum exiſtimo,
Ζευ, Ζευ, κατωθεν αμπεμπων
Υϛεροποινον αταν
Βροτων, τλημονι και πανουργω
Χειρι τοκευσι γ' ἐμοις τελειτω.
Verte, *Jupiter, o Jupiter, qui ab inferis ſurſum emittis Aten mortalibus pœnas ſcelerum irrogantem, inexorabili ſua & efficaci manu parentibus etiam meis vindictam perficiat*. Ad hanc conjecturam noſtram τελειτω pro τελειται ſtabiliendam non parum confert *Scholiaſtæ* veteris interpretatio ἱνα — φυλαχθῃ. Horum verſuum quartus logaœdicus eſt alcaicus.

383. Glyconius eſt ex epitrito primo & dijambo.

386. Glyconius eſt πολυσχηματιϛος ex bacchio & choriambo, de quo metri genere fuſe diſſeruimus ad *Euripid. Helen.* v. 1318.

388. Θεοι εμπας ποτνιαι] Periodus eſt catalectus. Nihil autem hic immutandum; εμπας adverbium eſt, & ſignificat, *manifeſte, clare, certe*, *Sophocl. Ajac.* v. 1355.
Αλλ' αυτον εμπας οντ' εγω τονδ' εχθρον.

389. 390. 391. Παροιθεν δε πρωρας
Δριμυς αηται κραδιας
Θυμος, εγκοτον ϛυγος] *Pauwius* priores duos verſus de facinoroſo neſcio quo interpretatur, tertium a θεω ſive θειου a ſuperioribus repetito pendere monet, qua ſententia ipſe viderit, mihi enim ne conjicere quidem datur. Proculdubio ad præcedens τι γαρ κευθω φρενος omnia referenda, ut ſententia ſit, *Et in vultu meo & in corde acerbo ſe prodit ira, infenſum odium*.

392. 393. 394. Και ποτ' αν αμφιθαλης
Ζευς επι χειρα βαλοι,
Φευ, φευ, καρανα δαΐξας] Verte, *Atque ali-*

aliquando tandem Jupiter utrinque vigens manum eis intentet, capitibus eorum diffiſſis. Ideo ſcilicet αμφιθαλης dicitur Ζευς, quia in utroſque, Ægiſthum & Clytemneſtram, vindex & ultor ſperabatur. καρανα autem δαϊξας additur quia Agamemnon capite ſecuri diffiſſo trucidatus fuerat. Similem igitur pœnam interfectoribus auguratur Electra.

V. 395. Πιστα γενοιτο χωρα] Hic Chorum interloqui puto, eique cetera quæ ſequuntur tribuenda ad verſum uſque 408. Hunc autem verſum ita interpretatur *Pauwius*; *Fida ſint regioni, bona fides imperet regioni, ſibique fidi ſint cives.* Quam frigide, immo inſulſe! ſententia proculdubio eſt, *Certa hæc quæ imprecaris ac rata fiant huic regioni.*

397. Κλυτε δε τα χθονιων τετιμεναι] Verte, *Audite vero quæcunque numina inferorum jura tuemini.* Intelliguntur nimirum Erinnyes, ut recte *Stanleius* & *Pauwius* ſtatuerunt, ideoque participium genere fœminino poſitum. Verſus eſt logaœdicus alcaicus hypercatalectus.

403. Ποι, ποι, δη νερτερων τυραννιδες] Verſus prorſus αμετρος eſt. Legendum proculdubio δ' ενερτερων, vide ſupra v. 284. & tunc verſus erit iambicus trimeter brachycatalectus.

404. Ιδετε πολυκρατεις αραι φθιμενων] Iambicus eſt ſimilis præcedenti. Recte autem poſt Ιδετε diſtinguit *Pauwius*, quod tamen ad ſequentia, non ad præcedentia, referendum.

405. Ιδεθ' Ατρειδαν τα λοιπ' αμηχανως] Recte *Turnebus* Ιδετ'. Verſus enim antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus ex epitrito primo pentaſyllabo & tribus iambis.

409. Τονδε κλυουσαν οικτον] Reponendum omnino eſt, exigente metro, κλυουσα γ', nominativo abſolute poſito. Vide quæ ſupra adnotavimus ad *Agamem.* v. 989. Conſtructio eſt κλυουσα δε τονδε γε οικτον φιλον κεαρ αυτε πεπαλται μοι.

411. Σπλαγχνα δε μου κελαινουται] Linguæ indoles omnino poſtulat δη μοι, ita verſus erit glyconius πολυσχηματιστος.

412. Προς επος κλυουση] Melius hæc abſque tmeſi explicantur, *Ad ſermonem tuum dum eum audio.* Verſus ionicus eſt a minore dimeter brachycatalectus.

413. Οταν δ' αυτ' επαλκες] Legendum puto, Οταν δ' αυτ' επαρκεις. Verte, *Quando vero viciſſim ſuggeris.*

414. Verſus eſt proſodiacus ex ionico a minore & choriambo. Prima του απασειν vocis quadraſyllabæ hîc producitur. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 398.

416. 417. 418. Ad hunc modum & metra conſtituenda & periodi membra diſtinguenda cenſeo,

Τι δ' αν ειποντες τυχοιμεν αν; glyconius πολυσχηματιστος

Η τα περ παθομεν αχθεα periodus

Προς γε των τεκομενων periodus brachycatalectus

Παρεστι σαινειν; τα δ' ουτι θελγεται aſynartetus ex penthemimeri iambica & iambico dimetro brachycatalecto.

Verte, *Quid vero loquentes perficiemus? Num injurias, quas nos quidem a genetrice perpeſſæ ſumus, blandimentorum ope impoſterum effugere datur? at illas ullo delinimento mitigatas fore minime eſt ſperandum.*

V. 419. 420. Λυκος γαρ ὡς' ωμοφρων,
Ασαντος εκ ματρος εστι θυμος] Pro εκ ματρος omnino legendum επι ματρος. Verte, *Nam matris ira, tanquam lupus crudelis, adhuc haudquaquam demulcenda perſeverat.*

421. 422. 423. Εκοψε κομμον Αρειον, ειτε Κισσιας
Νομοισι πολεμιστριας
Απριγκτοι πληκτα, πολυπλαγκτα δ' ην ιδειν]

Horum verſuum ſententia omnium, ut opinor, Interpretum ſagacitatem hactenus eluſit. Inde vero erroris fons & origo, quod hæc Agamemnonis cædem reſpicere unanimi conſenſu ſtatuerunt. Revera tamen de ipſa Electra acerbe, nec ſine multis plagis, a matre excipi ſolita intelligenda ſunt. Hoc autem certo certius conſtat ex v. 426. ſequente,

Κροτητον ἀμον και πανάθλιον καρα

Ubi præcipue notanda Κροτητον & ἀμον. Illud enim colaphos capiti fuiſſe impactos diſertim indicat. Legendum igitur exiſtimo,

Εκοψε κομμον Αρειον, ειτα Κισσιας
Νομοισι πολεμιστριας
Απριγκτοπληκτα, πολυπληκτα τ' ην ιδειν
Επασσυτεροτριβη τα χερος ορεγματα

Verte, *Planctum Martium planxit, deinde videre licuit colaphos coma mea manu ejus implicata ex more Ciſſiæ bellatricis inflictos, multos, crebro iteratos.* Per κομμον Αρειον intelligo primum colaphum velut ſignum pugnæ datum. Απριγκτοπληκτα compoſitum eſt formatum ex adverbio Απριξ juxta ſtyli *Æſchylei* indolem. Verſus tertius iambicus eſt ſenarius ſimilis ſequentibus.

425. Ανωθεν, ανεκαθεν κτυπῳ δ' επερροθει] Omnino reſcribendum επερροθει, de re enim præterita ſermo eſt.

433. Πατρος δ' ατιμωσιν ἀρα' τισει] Omnino reponendum eſt ἀρα, nullus enim τῳ Αρα, *imprecatio*, hîc locus eſſe poteſt. Τινειν ſcilicet eſt *pœnas luere*, τισαι vero *pœnas ſumere*. Ita nominativus ſubauditus erit Clytemneſtra.

V. 437.

V. 437. Εμασχαλισθη δε θ', ως τοτ' ειδῃ] Egregie reponit *Canterus* veſtigiis veteris ſcripturæ etiamſi corruptæ inſiſtens,

Εμασχαλισθη δ' εθ', ως τοδ' ειδῃς

niſi quod τοδ' pro τοντ', poſtulante metro, *Pauwio* debemus. Reliqua hujus conjectura, ως τοτ' ειχῃς, aſſumentum eſt plane inſulſum. Quomodo enim, obſecro, quenquam quiſquam mutilaret niſi prout tunc erat quando mutilabatur?

438. Επρασσε δ' ἁπερ νιν, ωδε θαπτει] Hæc ſenſu deſtitui cauſſatur *Pauwius*, ſed inique prorſus. Ad ἁπερ nimirum ſubauditur præpoſitio κατα, ut vox iſta eadem ſignificatione hîc gaudeat ac καθαπερ; Et diſtinguendum etiam eſt poſt ἁπερ, non poſt νιν. Ita verte, *Ad normam vero eorum quæ perpetrata eſt, ita eum ſepelivit.* *Pauwii* conjectura Περασαντα . ατα & friget plane, & a veteri ſcriptura nimium quantum recedit. Verſus ionicus eſt a majore trimeter brachycatalectus.

439. 440. Μοιραν θεῖναι μωμενα
Αφερτον αιωνι σῳ] Verte, *Sortem tibi cupide machinata intolerabilem ætati tuæ*, Pauperiem ſcilicet & exilium. Verſus pherecratius eſt πολυσχηματιστος.

441. Κλυεις πατρωους δυστιμους] Verte, *Audis eximios fide erga patrem quoſcunque ingrate honoribus exutos* —— Hic, interpellante Oreſte, Electræ ſermo ſenſu imperfecto abrumpitur, alias hæc forſan aut non multum abſimilia, prout ex orationis ſcopo & ſerie par eſt credere, ſubjunctura, —— *ſub inimicorum jugo gemere.* Verſus choriambicus eſt dimeter hypercatalectus.

442. Periodus eſt catalectus. Hic autem verſus Oreſti tribuendus eſt, ſequenti vero ſermonem iterum continuat Electra, quod viderunt etiam *Stanleius* & *Pauwius*.

448. 449. 450. Τοιαυτ' ακουων εν φρεσι
Γραφου' δι' ωτων δε συν-
τετραινε μυθον ἡσυχῳ φρενων βασει] Verte, *Talia audiens animo inſcribe, per aures vero tranſmiſſum ſermonem inſculpe ſedatæ animi baſi*, id eſt, cogitationibus tuis ſeverioribus & quam maxime ſeriis.

452. Τα δ' αυτος οργᾳ μαθειν] Minime ſollicitari debet vulgata ſcriptura. Verte, *Hæc vero ipſe reſciſcere cupis.* Ad Oreſtem enim, non ad Agamemnonem, hæc referri *Pauwio* aſſentior.

454. Aſynartetus eſt ex penthemimeri & hephthemimeri iambicis.

455. 456. Aſynarteti ſunt ex penthemimeri iambico & iambico dimetro brachycatalecto. Similis etiam eſt v. 459. ubi nihil immutandum; de his enim tanquam præſentia oculis ſubjicerentur loquitur Electra.

V. 461. Τρομος μ' ὑφερπει κλυουσαν ευγματων] Hæc & ſequentia Choro recte tribuit *Stanleius*. Verſus ſimilis eſt præcedentibus 455. 456. 459.

464. Ιω πονος εγγενης] Ionicus eſt a majore dimeter catalectus. Hæc autem & ſequentia vulnus matri ab Oreſte paternæ cædis ultore infligendum unice reſpiciunt, & de vindicta illa jamdudum oraculi juſſu decreta interpretanda ſunt. Hinc πονος εγγενης, παραμουσος πλαγα, αφερτα κηδη, δυσκατάπαυστον αλγος. Atque hinc initium ſumit ſanguinearum dearum hymnus ille cujus infra fit mentio.

469. Δωμασιν εμμοτον] Nihil immutandum cenſeo. Το εμμοτον non eſt, *linamento ſanandum*, ut, referente *Pauwio*, explicuit *Arnaldus*, ſed reddi debet, *Ædibus inhærens ad ſimilitudinem linamenti ulceri infarcti.* Nimirum ut ulceri linamentum, ita Pelopidarum familiæ infortunium hoc penitus inhæſerat, ut ſcilicet cognatorum manibus perirent.

470 — 473. Των δ' εκας ουδ' απ' αλλων
Εκτοθεν, αλλ' απ' αυτων
Αιων' αναιρειν, αἱματηραν
Θεων κατα γας όδ' ὑμνος] Quocunque te vertas licet, nunquam ex his prout nunc leguntur conſtructionem quæ ſatisfaciat ullam extricabis. *Pauwii* interpretatio, Furiæ annituntur tollere quidquid in hiſce ædibus vitale eſt, non ab ædibus longinquis & exteris, quam frigida eſt & plane inſulſa! Totum certe iſtud [non ab ædibus longinquis & exteris] caudæ inſtar languidiſſimæ eſt, unde ſententiæ nihil aut ponderis aut elegantiæ accedit. Præterea mutila hæc eſſe ſatis oſtendit ſola particula ουδ, nulla negatione præcedente. Primum igitur, minus plene diſtinguendum cenſeo poſt εμμοτον ad finem verſus præcedentis. Hæc enim omnino a præcedentibus pendent, & cum iis ſunt connectenda. Deinde ita hæc emendari & ſuppleri poſſe exiſtimo,

Ουκ απο των γ' ἑκας, ουδ' απ' αλλων logaœdicus alcaicus
Εκτοθεν, αλλ' απ' αυτων, choriambicus dimeter catalectus
Αιων' αναιρειν. αἱματηραν iambicus dimeter hypercatalectus
Θεων κατα γας όδ' ὑμνος. ionicus a minore dimeter acatalectus.

Verte, *Eheu dolorem non ſedandum huic familiæ, velut linamentum ulceri, penitus inhærens, ut vita iis eripiatur, non longinquorum aut exterorum, ſed proprii*

priis ipſorum mutuo manibus. Talis dearum ſanguinearum ſub terra eſt hymnus. Αναιρειν hîc pro αναιρεισθαι ponitur more Attico, activum pro paſſivo.

V. 479. 480. Κἀγω, πατερ, τοιανδε σου χρειαν εχω,
Φυγειν, μεγαν προσθεισαν Αιγισθῳ μορον] φυγειν pro eo quod eſt *incolumem evadere* ita nude & abſque regimine poſitum vix, puto, reperietur; ſignificat potius *fugam capeſſere, ſolum vertere.* At huic ſignificationi palam adverſantur ea quæ ſtatim ſubjicit Electra. Quomodo enim, ſi poſt mortem Ægiſtho illatam hæc fuga ſaluti ſuæ conſulere cogeretur, votum ſuum quo dapes ſolennes & libamina nuptialia ex hæreditate propria, & paternis etiam ex ædibus, ad buſtum Agamemnonis afferenda nunc promittit, patria extorris perſolvere poterat? Reponendum igitur exiſtimo,

Φυγειν με γ' ου, προσθεισαν Αιγισθῳ μορον

Ut ne exulare cogar cum mortem Ægiſtho intulerim.

482. 483. — ει δε μη, παρ' ευδειπνοις εση
Ατιμος εν πυρεισι κνισωτοις χθονος] Certiſſima eſt *Canteri* emendatio reponentis εμπυροισι. Legendum tamen pro ει δε μη, puto ουδε μη, aliter non video quo ſenſu, aut qua conſtructione ſequi poſſit Κἀγω — οισω. Verte igitur, *Neque vero unquam apud lautiores hujus regionis neglectus carebis ſacrificiis nidoroſis.* Ατιμος hic eadem conſtructionis forma qua ατιμασμενος dativum regit. *Pauwii* emendatio, εν πυραις reponentis nihili eſt. Sacrificia enim publica πυραις dicta nuſpiam deprehendo. εμπυρα, *ſacrificia, holocauſta, nidorem emittere,* adeoque κνισωτα recte dici, nemo, opinor, præter *Pauwium* dubitabit.

490. Μεμνησο δ' αμφιβληστρον ῳ σ' εκαινισαν] Μεμνημαι accuſativo æque ac genitivo jungitur. Vide Lexica. Nihil igitur immutandum.

495. 496. 497. Ητοι δικην ιαλλε συμμαχον φιλοις,
Η τας ὁμοιας αντιδος βλαβας λαβειν,
Ειπερ κρατηθεις γ' αντινικησαι θελεις] Si *Pauwio* credas, ητοι, η, contraria exhibere debent, ideoque reſcribendum contendit μη 'πινικησαι, *ſi ipſe victus contra vincere nolis.* Mihi equidem, fateor, ipſa ſuppoſitio, Agamemnonem ab inimicis oppreſſum ipſos viciſſim ulciſci nolle, ridicula prorſus videtur ac futilis. Vulgatam igitur ſcripturam omnino retinendam cenſeo. Nec particulæ iſtæ ητοι, η, contraria exhibere neceſſario debent; ſufficit ſi res quomodocunque diverſas diſtinguant. Ita hoc in loco precatur Electra, ut aut ipſe Oreſtes auxiliante juſtitia divina ab interemptoribus pœnas ſumat, aut ſaltem hi modo alio quocunque eodem exitio quo Agamemnonem mactaverant ipſi ſternantur.

V. 500. Οικτειρε θηλυν αρσενος θ' ὁμου γονον] Quid in hac ſcriptura tantopere *Pauwium* offenderit, ut eam quaſi barbariem meram traducat, non bene intelligo. Eſſe certe non poteſt, quod idem ſubſtantivum duobus jungi videtur adjectivis, quorum alterum caſu quarto, alterum caſu patrio, ponitur; ſimiliter enim plane peccat, ſi peccatum quidem hoc eſt, quod certiſſime non eſt, cum το αρσενος hîc non pro adjectivo ſed pro ſubſtantivo ſit habendum, utraque ejus conjectura. Idem etiam confiteri videtur, ſi αρσενα γονον fuiſſet ſcriptum, hoc quidem nulli reprehenſioni expoſitum fuiſſe futurum. Quid igitur hîc deſiderat vir doctus? γονον παιδων, & γονον τεκνων, pro παιδας & τεκνα uſurpari notiſſimum eſt. Quare ideo αρσενος γονον pro αρσενα pariter uſurpari non poſſit, non video. Certe αρσενος γομον, quod primo ſubſtituendum proponit *Pauwius, maris* ſcilicet *ſarcinam,* ut ipſius verbis utar, riſum haud modicum debet omnibus non inſulſis. Nec magis ad rem eſt altera ejuſdem conjectura, αρσενος θ' ὁμου γοον; de prole enim hîc agi, non de lamentationibus, abunde conſtat, & ex præcedente νεοσσους, & ex ſequente σπερμα Πελοπιδων τοδε.

506 — 509. Ακου', ὑπερ σου τοιαδ' εσ' οδυρματα.
Αυτος δε σωζη τονδε τιμησας λογον'
Και μην αμομφητον δε τινα τον λογον,
Τιμημα τυμβου της αναιμωκτου τυχης] In horum verſuum ordine jam olim turbatum fuiſſe ex codicibus ſcriptis conſtat; ordinem certe qui in vulgatis obtinet ipſa ſententiæ ratio aperte reſpuit. Quinetiam nec perſonis ſatis apte hæc diviſa videntur. Utrique incommodo ita forſan obviam iri poſſe exiſtimo,

Ορ. Ακου', ὑπερ σου τοιαδ' εσ' οδυρματα,
Τιμημα τυμβου, της τ' αναιμωκτου τυχης·
Αυτος δε σωζη τονδε τιμησας λογον

Χο. Και μην αμεμφη τονδε τιμᾳ τον λογον.

Verte; *Or. Audi, tua enim gratia fiunt hi queſtus, in tumuli compenſationem, & infortunii tui nondum defleti. Ipſe vero ſalutem obtines hunc honorans ſermonem. Cho. Atque equidem ſermonem hunc abſque reprehenſione honorat ille:* id eſt, nullum indicium edit quo teſtetur hunc ſermonem ſibi diſplicuiſſe, adeoque eum probare jure cenſendus eſt Agamemnon. In verſu ultimo reſtituendo præivit *Canterus,* niſi quod ille τίμα formâ imperativâ, ego τιμᾷ formâ indicativâ prætulerim. Idem etiam hunc verſum cum ſequentibus Choro tribuendum mecum ſentit. *Pauwii* balbutiem *Cantero* expro-

exprobrantis commenta circa hæc ne unius quidem ſunt aſſis.

V. 513. ἐκ τινος λογου, *qua ratione urgente.*

515. Θαρουντι δ' ου φρονουντι] Recte *Pauwius* Θαρουντι.

531. Και πως απευκτον ουκ αφ' ην ὑπο στυγος] στυγος hîc caſu recto, non patrio, poni arbitror, ut in conſtructione verſus ſequentis accuſativum ſuppeditet verbo infinitivo ατωσαι jungendum. Ita igitur hæc diſtingui oportere exiſtimo,

Και πως (απευκτος ουκ αφ' ην ὑπο) στυγος;

Verte, *Et quid fecit deteſtandum iſtud monſtrum? Non certe ab illa invulnerata evaſit.*

532. Ουτοι ματαιον ανδρος οψανον πελει] A veteri *Scholiaſte* diſcimus verſum hunc litera χ ad marginem adſcripta olim fuiſſe notatum, eum tamen hujus notæ ſcopum minime aſſecutum credo. Non enim hoc opinor improbabant Antiqui, quod οψανον ab οψις derivatum hîc ponitur; Quid enim in hoc adeo enorme? ſed potius quod Clytemneſtra fœmina voce ανδρος denotatur, cujus quidem catachreſis rara admodum, puto, ſi modo aliqua, exſtant exempla. Si cui tamen minus placet hæc interpretatio, diſtinguendum tunc erit poſt ματαιον ut hæc ita vertantur, *ſpectrum hoc viri eſt, non futile quiddam.*

540. ὡστε συγκολλως εχειν, *ita quaſi ad amuſſim ſe habere.*

542. Οφις τε πασιν σπαργανοις ὁπλιζετο] Recte vidit *Pauwius* nec πασιν nec ὁπλιζετο hîc locum habere poſſe; ejus autem conjecturas, παις εν σπαργανοις ἐπηυλιζετο, vel ὡρμιζετο, in medio relinquo, cum nemini eas arriſuras ſit mihi perſuaſiſſimum. Legendum exiſtimo,

Οφις γε, παις εν σπαργανοις ὡς, ἱζετο

Verte, *Serpens quidem velut infans in faſciis collocabatur.*

555. Δολῳ τε και ληφθωσιν] Particula τε emphaſin haud negligendam hoc in loco ſermoni impertit. Vide quæ ſupra notavimus ad *Perſ.* 972. Verte, *Dolo etiam viciſſim capiantur.* Το γε quod mavult *Pauwius* plane hîc friget.

562. μιμουμενω, *imitantes.*

563. Και δη θυρωρων ουτις αν φαιδρᾳ φρενι

Δεξαιτ'] *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 1001. recte repoſuiſſe videtur κ' ει δη.

564. — επειδη δαιμονα δομος κακοις] *Pauwio* omnino aſſentior præferenti lectionem *Robortellianam* κακει, ut præcedat ſcilicet diſtinctio, & vox iſta cum ſequentibus jungatur.

571. 572. Η και μολων επειτα μοι κατα στομα

Ερει, σαφ' ισθι, και κατ' οφθαλμους βαλει] Horum verſuum ſecundus proculdubio corruptus eſt, cum nullam ſententiam quæ commoda ſit exprimat. *Pauwius* reſcribit,

Ερπει, σαφ' ισθι, και καθ' οφθαλμους βαλει

Non potuit pejus. Nam & in verbo ἑρπει nulla temporum habetur ratio, cum præcedentia αμειψω, ευρησω, & ſequens βαλει, verbum temporis futuri, aut formæ ſaltem potentialis, quæ pariter ſignificatione futuri temporis quadantenus gaudet, plane poſtulent. Deinde καθα βαλει, & Græcum non eſt, & ſi eſſet quam maxime, non tamen ſignificare poſſet, *momento quo nictabit.* Denique οφθαλμους βαλειν minime eſt, *oculis nictare*, ſed *oculos injicere.* Forſan igitur ſcripſerit Poeta,

Ελθοι, σαφ' ισθι, και κατ' οφθαλμους βαλοι

Ad præpoſitionem κατα ſubauditur accuſativus εμε, *atque in me oculos injecerit.*

V. 575. Φονου δ' Ερινυς ουχ ὑπεσπανισμενη] Verte, *Erinnys vero cæde haud parce ſe ingurgitans.*

576. Ακρατον αἱμα, *ſanguinem merum, haud mixtum.*

582. Ξιφηφορους αγωνας ορθωσαντι μοι] Verte, *Dum pugna hac gladiatoria rite defungar.*

583 — 591. Πολλα μεν γ' αια τρεφει
Δεινα και δειματων αχη
Ποντιαι τ' αγκαλαι κνωδαλων
Ανταιων βροτοισι
Πλαθουσι, βλαστουσι και πεδαιχμιοι
Λαμπαδες πεδαοροι,
Πτηνα τε και πεδοβα-
μονα, κανεμοεντων
Αιγιδων φρασαι κοτον.] Hæc adeo fœde corrupta ſunt, ut fruſtra ſane laboret neceſſe ſit quiſquis ex iis ſenſum commodum exſculpere contendet. *Pauwii* φλυαριας conſulto prætermitto, ne Lectori tædio ſim, dum ſigillatim expendo quæ ne ſpeciem quidem veri præ ſe ferunt. Condonari autem mihi æquum eſt, ſi, deficientibus codicibus, ipſe etiam aliquando ſcopum minus fuero aſſecutus. Ita igitur forſan hæc reſtitui poſſe puto,

Πολλα μεν γαια τρεφει Euripideus
Δεινα δειματων αχη· idem
Ποντιαι τ' αγκαλαι κνωδαλων antiſpaſticus dimeter hypercatalectus
Ανταιων βροτοις dochmaicus
Πλαθουσι· βλαστουσι και πεδαιχμιοι aſynartetus ex penthemimeri & dimetro brachycatalecto iambicis
Λαμπαδες πεδαοροι· Euripideus
Πτηνα τε και πεδοβαμονες dactylicus trimeter
Ανεμοεντων dactylicus dimeter
Αιγιδων φρασαι κοτον. Euripideus.

† O 2 Verte,

Verte, *Multa quidem terra nutrit quæ terrorem horribilem incutiunt; marinæque ulnæ plenæ ſunt ferarum hominibus inimicarum; emicant etiam inter cælum & terram fulgura ſublimia; atque animalia & volucria & pedeſtria ventoſarum procellarum horrent rabiem.* Ita quatuor elementa, terram, mare, ignem, aera, percurrens Poeta, unumquodque aliquid quod terrori incutiendo natum eſt fovere, ſtatuit. Si cui ſcrupulus oboriatur, quod pluralia, πλητα, πεδοκαμπες, verbo ſingulari junguntur, is ſciat, non neutra tantum, ſed & interdum aliorum generum pluralia, præſertim neutris per copulativam juncta, verbum ſingulare ſibi adſciſcere. Exempla ſuppeditabit *Methodus nova diſcendi linguam Græcam Gallice ſcripta* p. 411.

V. 592. Exigente metro & favente ſententia reſcribe,

Αλλ' ὑπερτολμον μεν αν-

particula μεν excidiſſe videtur propter ſimilitudinem cum ultima ſyllaba vocis præcedentis.

594. Και γυναικων φρεσιν τλημονων] Recte interpretatur *Pauwius*, *animo audacium*. Ita ſupra v. 381. habes τλημονι και παιουργῳ χειρι. Et *Sophocl. Electr.* v. 277.

Η δ' ὡδε τλημων, ὡστε τῳ μιαστορι
Ξυνεσ' Εκεινῳ ουπιν' εκφοβουμενη.

595. Metri gratia legendum,

Και παντολμους

quanquam vocem hanc εν ἁπαξ λεγομενοις eſſe credo.

596. ατασι συννομους, *calamitatibus contubernales.* In fine autem hujus verſus abſolvitur ſententia.

597 — 600. Ξυζυγους δ' ὁμαυλιας;
Θηλυκρατης απερω-
τος ερως παρανικᾳ
Κνωδαλων τε και βροτων] Hæc prout nunc diſtincta leguntur ſenſu prorſus carent. Quod ſi diſtinctionem in fine verſus primi quæ ſententiam jugulat tollas, cuncta facillime procedunt. Ita autem metra conſtituenda cenſeo,

Ξυζυγους δ' ὁμαυλιας
Θηλυκρατης απερωπος ε-
ρως παρανικᾳ
Κνωδαλων τε και βροτων.

Verte, *Conjugales vero conſociationes pecudum atque hominum evertit cupido pervicax fœminarum dominator.* απερωπος repoſuit *Pauwius*, me non repugnante, cum Etymologici magni auctor vocem illam interpretetur per απαραιτητος.

601. 602. Ita potius metra conſtituenda cenſeo,

Ιςω δ' ὁστις ουχ dochmaicus
Υποπτερος φροντισιν δαεις periodus hypercatalectus

Verte, *Cognoſcat is quiſquis eſt qui ſtudiis alta petentibus non jam edoctus eſt.* In quibuſdam codicibus legitur ὑποπτερος, quam lectionem ſibi magis placere teſtatur *H. Stephanus*, at qua conſtructione non ſatis aſſequor, quanquam pluribus illam verbis declarare ſategerit.

V. 603. 604. 605. Ita hæc etiam metra conſtituta malim,

Ταν ἁ παιδολυ- dochmaicus
μας ταλαινα Θεστιας μησατο aſynartetus ex penthemimeri trochaica & dochmaico
Πυρδαη τινα προνοιαν trochaicus dimeter acatalectus.

Pruritu corrigendi exſtimulatus *Pauwius*, vulgatam lectionem ineptam eſſe cauſſatur, & pro τιν reponit τα τ', accuſativum προνοιαν ad ſequens participium αιθουσα, ut inde pendeat, rejiciens. At infeliciter omnino; nam προνοιαν quidem μησασθαι Scriptoris eſt ſatis ſobrii, ſed προνοιαν αιθειν ne ipſe quidem *Æſchylus* dicere ſuſtinuerit.

606. Κ' αιθουσα] Omnino eliminandum eſt το και, quod vidit & *Pauwius.*

608. Periodus eſt catalectus.

609. Συμμετρον τε δια βιου] Ut antithetico melius reſpondeat metrum *Canterus* reſcribit δια, probante *Pauwio*; ſed nihil innovandum. Antitheticum enim emendatiorem ex *Turnebiana* infra dabimus. Verſus eſt pherecratius ex epitrito quarto & antiſpaſto catalecto cujus ſecunda quæ longa eſſe debebat in duas breves ſoluta eſt.

610. Μοιροκραντον ες ημαρ] *Uſque ad diem a fatis decretum.*

611. 612. Αλλα δη τιν' εν λογοις ςυγειν
Φονιαν Σκυλλαν] Ita metra conſtitui debent,
Αλλαν δει τιν' εν
Λογοις ςυγειν φοινιαν Σκυλλαν.

Αλλαν pro Αλλα ex conjectura eſt *Canteri* δει pro δη ſuppeditat editio *Turnebiana*. εν λογοις, verte, *in fabulis Poeticis celebratam.*

613. εχθρων ὑπαι, *inimicorum manibus.*

616. Πεισθεισα δωρεσι Μινω] Et metro & ſententia ſuadente legendum,

Πεισθεισα δωροισι Μινω

619. 620. Πνεονθ' ἁ κυνοφρων ὑπνῳ.
Κιγχανει δε μιν Ερμης] Veram & germanam ſcripturam ſubminiſtrat editio *Turnebiana*, aſtipulante etiam metro,

Πνεοντ' αγαιοφρον' ὑπνῳ,

niſi quod in *Turnebiana* minus recte legitur πνεονθ' αγαιοφρονι. Verte, *Ipſum vero inconſulte placido ſomno ſpirantem comprehendit Hermes.* In verſu enim præcedente

cedente plenius diſtinguendum eſt poſt νοσφισασ'. Εϱμη χθονιον ſive πομπαιον hic intelligi cenſuerunt Interpretes cuncti, tam vetus, quam recentiores ante *Pauwium*. Hic vero Mercurium lucri præſidem deſignari mavult, ut ſignificetur, non lucrum Scyllæ, ſed Scyllam lucro, ceſſiſſe, eique pœnas dediſſe. Nihil certe potuit infelicius.

V. 621. 622. 623. Επει δ' επεμνησαμεν αμειλιχων
Πονων, αχαιρως δε, δυσφιλες γαμη-
λευμ', απευχετον δομοις] Ita forſan hæc legi poſſunt,

Επει δ' επεμνησάμην αμειλιχων aſynartetus ex penthemimeri & dimetro brachycatalecto iambicis

Πονων, αχαιρον δε δυσφιλες γαμη-
λευμ', απευχετον δομοις Euripideus.

Verte, *Quandoquidem autem mentionem fecerim moleſtiarum ingratarum, importuna quidem res eſt conſors inamabilis, quam abominatur familia.* Metri gratia repoſui επεμνησάμην, cum Chori dux, ſive Choragus qui cæteris præcinit, numero fere ſingulari de ſe loqui ſoleat.

624. Γυναικοβουλους τε μητιδας φρενων] Ut & conſtructioni & ſententiæ ſua conſtet ratio, omnino legendum exiſtimo,

Γυναικοβουλων τε μητιδας φρενων.

Verte, *Et fœmineorum animorum inſidias ſtruentium furores.* Hoc autem in verſu terminatur ſententia; ad finem igitur plene diſtinguendum.

625. 626. Επ' ανδρι τευχεσφορῳ
Επ' ανδρι δηΐοις επικοτῳ σεβας] Veram hujus loci ſententiam ne per ſomnium quidem viderunt Interpretes. Verſione qualicunque prolata, ſe officio ſuo probe ſatisfeciſſe arbitrati ſunt, num verba ſenſum quem iis tribuunt exprimant interim ſecuri. *Stanleius* vertit, *Contra maritum etiam hoſtibus formidandum & verendum.* At επικοτος *iratum* ſignificat (Vide *Prometh.* v. 162. *Sept. ad Theb.* v. 792.) nunquam vero *formidandum*, nec, quod *Pauwio* placet, *inviſum*. Quali autem quæſo conſtructione quaſi per appoſitionem τῳ επικοτῳ hic ſubjungitur σεβας? *Pauwius* quidem ellipſin comminiſcitur præpoſitionis κατα vel δια, ut ſententia ſit, *hoſtibus inviſum propter majeſtatem.* Sed quis obſecro unquam cuiquam inviſus fuit, propter majeſtatem? Nihil tamen hic immutandum cenſeo, niſi δηΐοισιν pro δηΐοις, metri gratia, quod vidit & *Arnaldus*, probante *Pauwio*. Ita autem verte; *Viro arma tractanti, Viro contra hoſtes furenti, ineſt decus quiddam venerandum.* Ad σεβας ſcilicet fit ellipſis uſitatiſſima verbi ſubſtantivi εστι.

V. 627. 628. Τιων δ' αθερμαντον εστιαν δομων
Γυναικειαν ατολμον αιχμαν] Certiſſima eſt emendatio *Stanleii* reponentis Τιω δ'. Verte, *Contra vero approbo ædium penetralia omni perturbatione immunia, animos mulierum inaudaces.*

631. 632. — εικασει δε τις
Το δεινον αυ Λημνιοισι πημασι] Recte εικασειν repoſuit *Pauwius*, metro poſtulante. Recte etiam pro αυ *Stanleius* reſtituit αν. Neque enim particula iſta carere poteſt conſtructio, ut ſit quod vim potentialem verbo εικασειν impertire poſſit.

633. 634. Θεοστυγητῳ δ' αχει
Βροτων ατιμωθεν οιχεται γενος] Conſtructionem hujus loci non aſſecuti ſunt Interpretes. Βροτων regitur a præpoſitione ὑπο ſubintellecta. Vide *Boſii* Ellipſ. Græc. Verte autem; *Calamitate vero ex deorum odio orta periit genus iſtud ab hominibus deteſtatum.*

638. 639. Metra ita recte conſtituit *Pauwius*,

Διανταιαν οξυπευκες
Σουται διαι δικας.

Conſtructio eſt κατα διανταιαν ὁδον σουται.

640. 641. Το μη θεμις γαρ, ου
Λαξ πεδον πατουμενον] Nihil hic innovandum; antithetica enim infra emendabimus. Το μη θεμις eſt τουτο ὁ μη θεμις εστι πραχθεν. Verte igitur *Quod enim contra jus faſque patratum eſt non calce humi calcatur*, id eſt, non negligitur, ſicut vile quiddam nullius æſtimationis quod pedibus conculcari ſolet. Hac ſignificatione eodem verbo uſus eſt Noſter in *Agamem.* v. 1366.

οἱ δε μελλουσης κλεος
Πεδον πατουντες, ου καθευδουσιν χερι.

Vide quæ ibi notavimus.

642. 643. Το παν Διος
Σεβας παρεμβαντες αθεμιστως] Recte repoſuiſſe videtur *Pauwius* αθεμιστοι, *nefarii ſunt, impii*, adeoque deorum favore indigni. Perperam autem hic interpolat particulam αρ', de metro ſollicitus. Prima enim in αθεμιστοι, voce pluſquam triſyllaba, rite producitur. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 398.

645. 646. Ita, ut antitheticis reſpondeant, conſtituantur metra,

Προσχαλκευει δ' αισα φασγα-
νουργος, τεκνον δ' επεισ-

647. φερει δωμασι] Ut conſtet metrum reponi poteſt,

— φερει τε δωμασι.

648. Αιματων παλαιτερων] *Scholiaſtæ* veteri & *Pauwio* aſſentior, hæc a præcedente τινειν pendere, eorumque expoſitionem laudo.

In

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 288. Forſan legendum Λυμαινειν, το χαλᾶν.
516. Legendum videtur, ὡς διςαζω ὁπον εμφθῃ.
527. Forſan legendum, ὡς παιδα αυτον εκτιθηνησαι εν τοις αναγραφοις. απο κοινου, το ιδειν.
Ad v. 546. Forſan legendum, τῳ αυτῳ γαλακτι.
586. Lege εναντιον.
587. γινωσι και αυξωσι] Hæc inſerviunt interpretationi verbi βλαςουσι, non παιδευσι.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 653. 654. Τριτον τοδ' εκπεραμα δωματων καλω,
Ειπερ φιλοξενος εστιν Αιγισθου βια] Ita hæc vertenda exiſtimo; *Tertia hac vice exclamo ut aliquis ex ædibus prodeat, ſiquidem Ægiſthus hoſpites benevole excipere amat.* Nimirum ειπερ pendet a proxime præcedente εκπεραμα. Ita *Pauwius Stanleium* minus intellectæ conſtructionis inſimulans ipſe conſtructionem non intellexiſſe deprehenditur.

655. *Pauwio* aſſentior reponenti Εαν γ' metri gratia.

663. 664. Αιδως γαρ εν λεχθεισιν ουκ επαργεμους
Λογους τιθησιν] Pro ουκ reponendum exiſtimo ουν, quam particulam ſæpius abundare notiſſimum eſt; haudquaquam tamen eſt ſupervacanea, ſed vim propriam habet quæ reſpondet τῳ *quidem.* Verte, *Pudor enim inter loquendum ſermones quidem obſcuros reddit.*

664. 665. — ειτε θαρσησας ανηρ
Προς ανδρα, κἀσημηνεν εμφανες τεκμαρ] Pro κἀσημηνεν omnino legendum κἀσημην' αν, ut adſit particula quæ vim potentialem verbis ειπε & εσημηνε impertiat. Verte, *Vir virum fiduciam ſumens alloqueretur, & documentum certum declararet.*

678. αλλως, *alia de cauſa, aliis negotiis intentus.*

682. Ειτ' ουν μετοικον, *ſive ut inquilinus,* nempe ſepeliatur, prout ſequitur.

687. Τοις κυρουσι, *iis quos res propius tangit.*

694. 695. Και νυν Ορεστης (ην γαρ ευβουλως εχων)
Εξω κομιζων ολεθριου πηλου ποδα,
Ita potius parentheſis conſtitui debet,
Και νυν (Ορεστης ην γαρ ευβουλως εχων)
Εξω κομιζων ολεθριου πηλου ποδα.

696. 697. Νυν δ' ηπερ εν δομοισι βακχειας καλης
Ιατρος ελπις ην παρουσαν εγγραφει] Pro καλης *Pauwius* recte repoſuit κακης. Porro pro εγγραφει legendum etiam εγγραφεις. Verte, *Nunc vero ſpem illam quæ licentiæ inſanæ in ædibus medicinam afferebat, cum præſto adeſt, in cenſum tuum refers.* Hæc enim (quod vidit & *Scholiaſtes*) pendet a nominativo præcedente αρα. Quæcunque ſcilicet dira illa Furia, quæ Pelopidarum familiæ adhærebat, in cenſum & peculium ſuum retulerat ea pro deperditis haberi poterant; adeoque εγγραφειν eandem hîc vim habet ac apud Romanos *Fiſco addicere.* Vide *Budæum* Comment. Ling. Græc. p. 587. 588.

V. 699. Κεδνων εκατι πραγματων, *juſtis de cauſis.*

704. Καταινεσαντα και κατεξενωμενον] Nihil immutandum. Verte, *Cum promiſerim & hoſpitio fuerim exceptus.* Conjectura *Pauwii,* κατεξηλουμενον pro κατεξενωμενον, mero tantum tibicine orationem locupletat; quippe quæ nihil ſententiæ adponit quod non optime jam expreſſerat το καταινεσαι. Præterea hîc requiritur vocabulum quod rationem reddat quapropter impium eſſet non declarare amicis hoc negotium. Tali autem munere optime fungitur vulgatum κατεξενωμενον.

705. Ουτοι κυρησεις μειον αξιως σεθεν] Tanta cum alacritate in errorem ruit *Pauwius,* ut ne tunc quidem cum rectum vidit ſe continere poſſit quin erroneum aliquid ſimul inſerciat. Ita pro αξιως recte αξιαν repoſuit, recte etiam ſtatuit αξιων a verbo κυρησεις hîc regi, μειον vero adverbialiter poni; ſed ſimul moniti hujus ſui rationem reddit plane infirmam, cauſſatus ſcilicet verbum κυρεω cum caſu patrio Græce jungi, adeoque το μειον regere haud poſſe. Hanc autem ejus cavillationem jam ſupra ſatis refutavimus ad v. 212. Idem reſponſum accipiant quæ iterat infra ad v. 712.

713. ὡς ὑπευθυνῳ] Recte interpretatur *Scholiaſtes,* Tanquam homini qui mihi rationem geſtorum reddere debet.

717. Φιλαι δμωΐδες] Lege φιλαι, nam φιλος apud Poetas Atticos primam ſemper corripit, quod & olim ſæpius monuimus.

724. Νυν γαρ ακμαζει πειθω δολια] Recte *Pauwius* repoſuiſſe videtur δολιαν.

In

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 691. pro κινουμενη forſam χειρουμενη.

697. ταξον αυτην αφανιδιισαι αρα· ώς προς το ελπις δ' απειδωκεν] Fruſtra hæc ſollicitat *H. Stephanus.* Sententia *Scholiaſtæ* eſt Poetam ſcribere debuiſſe παρουσα, ut cum αρα jungeretur, ſed conſtructionem detorquere maluiſſe ſcribendo παρουσαι, ut ad ελπις referatur.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 735 — 739. — προς μεν οικετας
Θετο σκυθρωπων εντος ομματων γελων,
Κευθουσ' επ' εργοις διαπεπραγμενοις. καλως
Κεινη, δομοις δε τοισδε παγκακως εχει,
Φημης υφ' ης ηγγειλαν οἱ ξενοι τορως] Ita hæc diſtingui oportere cenſeo,

— προς μεν οικετας
Εθετο σκυθρωπων εντος ομματων γελων·
Κευθουσ'. επ' εργοις διαπεπραγμενοις καλως
Κεινη, δομοις δε τοισδε παγκακως, εχει,
Φημης υφ' ης ηγγειλαν οἱ ξενοι τορως.

Verte, *Coram famulis quidem riſum intus ſub oculis triſtibus collocavit abſcondens. Feliciter illi, propter facinora quæ patrata ſunt, peſſime vero hiſce ædibus, conſultum eſt eventu illo cujus famam clare nuntiarunt hoſpites.* Pro Θετο repoſui Εθετο, quia augmentum, quod ſæpe monuimus, nunquam abjiciunt Attici.

746. 747. Τα μεν γαρ αλλα τλημονως ηντλουν κακα,
Φιλον δ' Ορεστην, της εμης ψυχης τριβην] Nihil hîc innovandum; vulgatæ enim conſtructio, etiamſi imperfecta, recte tamen ſe habet. Plena ſcilicet conſtructio eſſe debebat, φιλον δ' Ορεστην τεθναναι, τουτο δη το κακον τλημονως αντλειν ου δυναμαι, ſed mentione Oreſtis injecta, quem labores in ejus nutricatione exantlati Nutrici chariſſimum, ut ſolet, reddiderant, illa ſtatim animi teneritudine abrepta filum ſermonis abrumpit, & in nutricationis incommodis recenſendis anili plane garrulitate exſpatiatur. Hæc igitur εν ηθει dicta recte monuit *Stanleius.*

749. 750. Και νυκτιπλαγκτων ορθιων κελευσματων
Και πολλα και μοχθηρ'] Κελευσματων ab adjectivo πολλα (addo & μοχθηρα) pendere, ut πολλα και μοχθηρα κελευσματων idem valeat ac πολλα και μοχθηρα κελευσματα, recte monuit *Stanleius.* Addo etiam, και πολλα και μοχθηρα idem valere ac πολλα τε και μοχθηρα, ne cui forſan moleſtiam faceſſat particula και intra paucorum verborum adeo breve ſpatium ter repetita. Subaudiendum autem eſt verbum ην vel ησαν, qua ellipſi nulla apud Græcos ſcriptores frequentior. Emendationes igitur ſuas invenuſtas plane, certe minime neceſſarias, ſibi habeat *Pauwius.*

V. 752. προτω φρενος, *cum animi attentione.*

754. 755. Η λιμος, η διψη τις, η λιψουρια
Εχει] Cave aliquid immutes; pleraque in Nutricis hujus ſermone ασυνδετα ſunt; atque hoc quoque εν ηθει. Verte, *Aut fames, aut ſitis aliqua, aut urinandi libido, eum urget.*

755. νεα δε νηδυς αυταρκης τεκνων.] Verte, *tenera vero infantium alvus ſibi ipſi ſufficit,* id eſt, nullius opem aut clamat aut exſpectat. Ad finem autem hujus verſus plene diſtinguendum cum *Pauwio* cenſeo.

756. 757. 758. Τουτων προμαντις ουσα. πολλα δ' οιομαι,
Ψευσθεισα παιδος σπαργανων φαιδρυντρια,
Γναφευς τροφευς τε ταυτον ειχετην τελος.] Ita hæc diſtingui debere opinor, *Pauwio* partim præeunte,

Τουτων προμαντις ουσα. πολλα δ' οιομαι
Ψευσθεισα, παιδος σπαργανων φαιδρυντρια,
Γναφευς τροφευς τε ταυτον ειχετην τελος.]

Verte. *Hæc cum hariolari deberem, ſæpe vero, opinor, decepta, quippe faſciarum pueri purgatrix, lotrix nutrixque eodem fungebantur munere.* Προμαντις ουσα, ψευσθεισα, φαιδρυντρια, nominativi ſunt abſoluti, pro Προμαντεως ουσης, ψευσθεισης, φαιδρυντριας, poſiti. Vide quæ notavimus ad *Euripid. Iphig. in Taur.* v. 947. & ſupra ad *Agamem.* v. 989. Hinc conſtat falli *Pauwium* exiſtimantem ειχετην exigente metro ſcriptum fuiſſe pro εχετον; nam ſi hoc ſubſtituis prorſus confunditur temporum ratio, non enim de re præſenti ſed de præterita hîc agitur. Origo autem erroris fuiſſe videtur, quod non animadverterat vir doctus participium ουσα æque tempus præteritum ac præſens reſpicere poſſe, adeoque cum

ψευσθεισα

ψευδεται hoc in loco junctum ad tempus præteritum ſignificandum determinari.

V. 765. η πως;] *Cantero* omnino aſſentior reponenti Τι πως; nam η πως pro η ερωτας πως. quod *Pauwio* placet, Græcum eſſe haud credo. *Valckenarius* quidem ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 923. mavult Πως φης; at mihi ſaltem veriſimilior, ſaltem non deterior, videtur *Canteri* conjectura.

770. γαθουση] Lege γηθουση; Doriſmis enim nullus hic locus.

771. Εν αγγελω γαρ κρυπτος ορθουται φρενι] Locum proculdubio corruptum ita reſtitui poſſe arbitror,

Εν αγγελω γαρ κρυπτος ορθωσει φρενα.

Verte, *Is enim qui ſub perſona Nuntii occultus eſt animum tibi eriget.* Emendationem noſtram confirmat, tum Chori exhortatio præcedens, ut Nutrix ea quæ ipſa tunc mandaverat Ægiſtho renuntiaret γηθουση φρενι, *animo læto*, lætitiæ autem futuræ rationem obſcure licet hoc verſu reddit; tum Nutricis reſponſum, quod clare indicat Chorum verbis præcedentibus fauſtum quiddam auguraſſe. Emendationum *Pauwianarum* prima ne Græca eſt quidem, altera manifeſte abſurda.

772. Αλλ' η φρονεις ευ τοισι νυν ηγγελμενοις] Αλλ' η, *nunquid.* Vide quæ notavimus ad *Eurip. Hippolyt.* v. 932. Hæc enim interrogative dicuntur. Verte, *An recte vero ſapis hæc dicens poſt ea quæ jam nunc nuntiata fuerunt?* Ad dativum enim ſubaudienda præpoſitio επι.

773. Αλλ' ει τροπαιαν Ζευς κακων θησει ποτε.] Recte diſtinguendi ratio ſententiam hujus verſus aperte explicabit,

Αλλ', ει τροπαιαν Ζευς κακων θησει ποτε

Conſtructio imperfecta ita ſupplenda, Αλλ' ευ φρονειν σοι δοξω ει Ζευς &c.

778. Μελει θεοισιν ὧνπερ αν μελη πεερι] Malim Μελοι θεοισιν.

783. 784. 785. Δος τυχας, τυχειν δε μοι κυριως
Τα σωφρονειν ευ μαιομενοις ιδειν
Διαδικασαι πας επος] Metrum pariter laborat, & ſententia, & conſtructio, nec quidquam adjuvant Interpretes; quorum ſane verſiones nec Græcorum ſenſum exprimunt, nec ſententiam ullam quæ intelligi poſſit exhibent. Quid enim quæſo dicere volunt iſta *Pauwii*, Adſequi vero me præcipue ea, quæ prudentibus ſunt, recte quærentibus perſpicere juſtitiæ ductu verbum omne? Deſtituentibus autem codicibus ad conjecturas oppido incertas neceſſario recurrendum. Forſan igitur reſcribi poteſt,

Δος τυχειν τ' ευχας, μοι δε κυριως aſynartetus ex penthemimeribus trochaicis

Τοις ευ μαιομενοις ιδειν glyconius

Διαδικασαι παν επος. Euripideus.

Verte, *Da & precum nos compotes fieri, mihi vero præcipue, ut iis qui hæc recte cognoſcere cupiunt, omne quod dictura ſum verbum comprobare poſſim.* Vocem σωφρονειν eliminavi, tum quia metrum prorſus corrumpit, tum quia gloſſa fuiſſe videtur, quam olim *Scholiaſtes* aliquis τοις ευ μαιομενοις ιδειν interpretatus ad marginem adſcripſit, unde in contextum tandem irrepſiſſe veriſimile eſt.

V. 787 — 791. Quinque hi verſus pro ſtrophæ hujus parte non ſunt habendi, ſed ſyſtema diverſum ſeorſim conſtituunt inter ſtropham & antiſtropham inſertum, quale jam v. 321 — 329. habuimus. Quiſquis enim experimentum facere velit, is ſtatim deprehendet, ne unum quidem horum verſuum ullis machinis antithetico ita exæquari poſſe, ut utrorumque aut idem aut par ſit metrum. *Pauwio* certe hoc tentanti infeliciſſime ceſſerunt conatus.

787. Penthemimeris eſt iambica.

788. Ut conſtet metri ratio ita hic verſus reformandus,

Τον εσω μελαθρων θες, ω Ζευ. periodus hypercatalectus.

789. 790. 791. Επει μιν μεγαν αρας,
Διδυμα και τριπλα
Παλιμποινα θελων αμειψει] Lege αρας, ab αειρω, ut conſtet metrum. αρας autem nominativus eſt abſolutus, pro σου μιν μεγαν αραντος. Vide ſupra ad v. 756. Verte, *Siquidem eum in altum tollas* (conceſſa ſcilicet victoria) *duplices & triplices pœnas ſibi viciſſim ſubeundas lubens in hujus gratiæ compenſationem exſolvet.* *Pauwius* Poetæ ſententiam ne per nebulam quidem vidit, *Stanleio* tamen viro longe doctiori putidiſſime inſultare non erubuit.

792 — 795. Ισθι δ' ανδρος φιλου πωλον ευνιν ζυγεντ' εν αρματι
Πηματων, εν δρομω προστιθεις
Μετρον.] Ita hæc melius conſtitui poſſe exiſtimo,

Ισθι δ' ανδρος φιλου πωλον ευ-
νιν ζυγεντ' εν αρματι
Πηματων, δρομω προστιθεις μετρον.

Verte, *Scito vero pullum orbum amici viri currui cladium junctum eſſe, ſimul curriculo terminum imponens.* *Pauwius* pro ισθι reponit ιχι, me non magnopere reluctante, quanquam & ſcripturam vulgatam ferri

ſerri poſſe ſentiam. Nimirum ιδοι προςπηθεις idem valet ac ιδοι και ὁμου προςπηθειν.

V. 795. 796. 797. — τις αν σωζομενον ῥυθμον
Τουτ' ιδειν δαπεδον,
Ανομενων πηματων ορεγμα] Horum nec ſententia ſatis conſtat, nec conſtructio, nec metrum. Ita forſan reſtitui poſſunt,

Τις αν σωζοι μεν αν ῥυθμον
Τουτ' ιδων γε δαπεδον
Ανομενων πηματων ορεγμα;

Verte, *Quis moderationem aliquam retinere poſſit hoc intuens ſolum*, aream ſcilicet in qua clades fuerant conſummatæ.

798. Οι τ' ισωθε δωματων] Potius legendum,
Οι δ' ισωθε δωματων Euripideus
Hinc ſcilicet incipiunt monoſtrophica.

799. Πλουταγαθη μυχον νομιζετε] Metri ratio exigere videtur ut tranſpoſitis vocibus legatur,
Πλουταγαθη νομιζετε μυχον periodus hypercatalectus

μυχον enim primam corripit, nec in aſynartetis membri prioris ſyllaba finalis ulla gaudet αδιαφορια. Verior autem certe eſt *Turnebianæ* ſcriptura Πλουτογαθη.

801. 802. Αγετε των παλαι πεπραγμενων
Λυσαθ' αἱμα προσφατοις δικαις] Interpretes cuncti quotquot hunc verſum cum antithetico conciliandum ſuſceperunt το πεπραγμενων ejiciendum uno ore exclamant. Mihi quidem in ſyſtemate monoſtrophico eum collocanti eadem non eſt cauſa. Sententiam tamen expendenti vox illa nullum locum habere poſſe videtur, adeoque tanquam inepti cujuſdam Librarii gloſſema eliminandum aſſentior. Verte; *Agite, eorum qui olim exſtiterunt ſanguinem redimite recenti vindicta*. In verſu autem ultimo metri ratio poſtulare videtur ut vocibus tranſpoſitis legatur,

Λυσαθ' αἱμα δικαις προσφατοις.

Ita verſus erit antiſpaſticus dimeter hypercatalectus.

803. Aſynartetus eſt ex penthemimeri & dimetro brachycatalecto iambicis.

804 — 810. Τοδε καλως κταμενον. ω
Μεγα ναιων στομιον, ευ
Δος ανιδειν δομον ανδρος,
Και νιν ελευθερειως
Λαμπρως τ' ιδειν φιλιοις
Ομμασι δνοφερας
Καλυπτρας] Male diſponuntur metra, necnon laborat conſtructio; vitio utrique ſuccurrere forſan poteris reſcribendo,

Τουδε καλως κταμενου. penthemimeris dactylica.
Ω μεγα ναιων στομιον, anapæſticus dimeter brachycatalectus
Ευ δος γ' ανιδειν δομον' ανδρα· parœmiacus
Και νιν ελευθερειως penthemimeris dactylica
Λαμπρως τ' ιδειν φιλιοις anapæſticus dimeter brachycatalectus
Ομμασι δνοφερας baſis anapæſtica
Καλυπτρας.

Verte, *Hoc fortiter occiſo. O qui magnam ſpeluncam occupas, da hominem hunc fauſte inviſere domum ſuam, & ut libere ac fulgide introſpiciat propriis oculis obſcuros ejus receſſus.* Quod ad primum verſum, qui a præcedente verſu pendet & cum eo jungi debet, attinet, *Pauwius* contra & ad finem verſus præcedentis plene diſtinguit, & ſcripturam vulgarem in hanc ſententiam interpretatur; *Ægiſthus jure occiſus eſt.* At pace viri docti dicere liceat, Ægiſthus nondum occiſus fuerat, adeoque nec Chorus de occiſo loqui poterat. Per μεγα στομιον ναιων Apollinem intelligo, non Ditem; neque enim hîc de Agamemnone ab inferis remittendo agitur, ſed de Oreſte Apollinis juſſu ædes patrias reviſente. Certe de Agamemnone mortuo, cujus præter cineres & umbram tenuem nihil erat reliquum, dici non poterat eum ελευθερειως, & λαμπρως, & φιλιοις ομμασι, ιδειν δομων δνοφερας καλυπτρας. At vulgo notiſſimum eſt, Apollinem ſpeluncam Delphis inſediſſe apud Græcos creditum, indeque oracula illa longe lateque celebrata edidiſſe. Ita infra Noſter de eodem Apolline v. 954.

Μεγαν εχων μυχον χθονος.

Quin & Strabo diſertis verbis στομιου mentionem facit lib. IX. p. 641. ὑπερκεισθαι δε του στομιου τριποδα ὑψηλον. Et Dio. Caſſius lib. LXIII. §. 14. και το μαντειον κατελυσεν, ανθρωπους ες το στομιον, εξ οὑ το ἱερον πνευμα ανῃει, σφαξας. Adde quod illa quæ ſequuntur infra v. 813 — 816. Apollinem certiſſime reſpiciunt, neque aut de Plutone, aut de Mercurio, quoquomodo intelligi poſſunt. In verſu tertio ανδρα pro ανδρος præeunte *Pauwio* repoſui. Per δνοφερας καλυπτρας intelligo ædium penetralia, in quibus recondebantur theſauri Regii, quorum etiam paullo infra occurrit mentio. *Pauwius* interpretatur, Inſidias quas ſtruxerat Oreſtes; ſed neque hunc ſenſum agnoſcunt Poetæ verba, nec, etiamſi agnoſcerent, video, cui bono precaretur Chorus ut inſidias iſtas aſpiceret Agamemnon, adhuc vero minus aſſequor quomodo eas ελευθερειως & λαμπρως intueri dicatur.

V. 812. Πραξιν, *ſucceſſum*.

† P V. 813.

V. 813 — 816. Πολλα δ' αλλα φανει χρηίζων,
Κρυπτα' ασκοπον δ' επος λεγων,
Νυκτα προ τ' ομματων σκοτον φερει,
Καθ' ἡμεραν δ' ουδεν εμφανεστερος] Ut vocalium hiatus inſuavis evitetur, in verſu ſecundo lego Κρυπτα γ'. Ita verte, *Multa vero alia occulta revelabit lubens* (Apollo ſcilicet, illa enim quibus compellatur Mercurius parentheſi includenda) *ſermonem vero captu difficilem proferens & noctu tenebras ante oculos præfert, & interdiu nihil eſt luculentior.* Hæc puto reſpiciunt Apollinis oraculum jam ſupra v. 267 — 295. relatum, quod non immerito obſcurum Choro videbatur.

817. 818. Και τοτε δη πλουτον
Δωματων λυτηριον] Verte, *Et tunc quidem divitias ædium in expiationem* — Intelligit nimirum Chorus largitionem ex theſauris Regiis, quam poſt facinus patratum diſpenſare debebat Oreſtes, ut populi favorem aucuparet, & cædis invidiam amoliretur, & quodammodo ita expiaret, ut jure facta a civitate cenſeretur.

819 — 822. Θηλυν ουριοστατην
Ομου κρεκτον γοητων νομον μεθησομεν
Πολει] Chorus quid facto opus eſſet poſt cædem peractam in anteceſſum meditans, in verſibus præcedentibus donativum populo ex theſauro Regio dandum ad facinus expiandum ſtatuit, in his vero luctum publicum pro Agamemnone, qui nondum publice deploratus fuerat (vide ſupra v. 428 — 431.) celebrandum auguratur, ut hoc pacto in populi animis excitaretur contra Ægiſthum & Clytemneſtram indignatio, & erga Oreſtem & Electram commiſeratio. Verte, *Et ſimul fœmineum propitium ſtridulum plorantium cantum per urbem diſpergemus.* *Pauwio* autem aſſentior particulam copulativam hinc excidiſſe; legendum igitur puto,

Θ' ὁμου κρεκτον γοητων pherecratius
Νομον μεθησομεν iambicus dimeter brachycatalectus.

822. 823. — τα δ' ευ,
Εμον, εμον κερδος αεξεται τοδ'] *Pauwio* aſſentior plene diſtinguenti poſt τα δ' ευ, & reponenti Εμον γ' εμον. Verſus aſynartetus eſt ex penthemimeri & dimetro brachycatalecto iambicis.

825. Συ δε θαρσων] Nihil immutandum. Verbum enim ad quod participium hoc & ſequentia cuncta referri debent infra deprehendemus.

825. 826. — ἐπαν ἡκῃ
Μερος εργων] Verte, *Quando obvenerint agendi partes.* Ea autem quod attinet quæ de duabus hujus operis partibus, quarum una matrem, altera Ægiſthum, reſpicit, ad tædium uſque ingerit *Pauwius*, iis ne minimam quidem anſam præbent Poetæ verba, ſed phantaſiæ ejus propriæ mera ſunt figmenta,

V. 827. 828. 829. Επαυσας πατρος εργω,
Θροουσα
Προς σε, τεκνον, πατρος αυδαν;] In his verbis, prout nunc leguntur, ne umbra quidem adeſt conſtructionis, neque ex iis ulla quæ non inepta ſit exſculpi poteſt ſententia. *Pauwius* contendit dativum εργω regi a præpoſitione επι in επαυσας, ut ordo ſit, αυσας πατρος αυδαν επι πατρος εργω θροουσα προς σε, τεκνον. Quiſquamne unquam aut Græce aut lingua quavis alia ita locutus eſt? Επαυσαι εργω eſt, Facinore ſtatim vel audito vel viſo exclamare, non, diu poſt facinus peractum exclamare. Quid autem eſt πατρος αυδαν? Si *Pauwio* credis, patris morientis verba poſtrema quibus ultionem popoſcerat. At Agamemnonem verbis poſtremis ultionem popoſciſſe unde didicerit? Certiſſime non ex Poeta, cui verba illa poſtrema prorſus ſunt ignota; adeoque commentum tale ad ſententiam ejus declarandam adhiberi omnino nec debet nec poteſt. Mihi extra dubium eſt *Stanleii* emendationem veriſſimam eſſe reponentis in horum verſuum tertio ματρος. Ita igitur hæc reformari debere exiſtimo,

Επαυσας πατρος εργον
Θροουσα προς σε, τεκνον, ματρος αυδᾳ, antiſpaſticus trimeter catalectus

Verte, *Alta voce exprobrans facinus in patrem compellanti te filii nomine voce materna.*

830. Periodicus eſt hypercatalectus.

831. 832. Hi duo verſus non niſi unum conſtituere debent antiſpaſticum trimetrum brachycatalectum, nam Περσεως hîc vox diſſyllaba eſt.

834. Periodus eſt hypercatalectus.

835. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus.

835. 836. 837. — ενδοθεν
Φονιαν ατην τιθεις
Τον αιτιον δ' εξαπολλυς μορου] Hîc tandem verbum deprehendimus ad quod tot participia præcedentia referri debent. Reſcribendum enim exiſtimo,

— ενδοθι
Φονιαν ατην τιθει
Τον αιτιον γ' εξαπολλυς μορον. aſynartetus ex penthemimeri iambica & dochmaico.

Verte,

Verte, *Intus ſanguineam cladem infer, cum auctorem necis exitio dederis.*

V. 832. 833. 834. Τοις ὑπο χθονος φιλοισιν,
Τοις τ' ανωθεν προπρασσων
Χαριτος οργας λυπρας] Vocibus iſtis τοις ὑπο χθονος φιλοισι deſignatur Agamemnon, his vero τοις ανωθεν, Electra. προπρασσων χαριτος οργας λυπρας eſt, *pro amore quo tibi conjuncti ſunt triſtibus eorum iris morigeratus.*

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 819. Θηλυν] γεννητικον, malim γυναικειον.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 842. 843. Γενοιτ' αν αχθος δειματοσταγες φονῳ
Το προσθεν ἑλκαινοντι και δεδηγμενῳ] Vulgatam hanc ſcripturam ſincerrimam judico. *Stanleius* (qui quantum ex ejus verſione conjicere datur Poetæ mentem minus eſt aſſecutus) hæſitans αἱματοσταγες reſcribendum proponit; credo quia putabat ſermonis accurati rationem exigere, ut compoſiti hujus membrum prius aliquid eſſet natura ſtillativum. Oblitus ſcilicet fuerat, Noſtrum ſupra *Agamem.* 187. 188. dixiſſe

Σταζει δ' εν θ' ὑπνῳ προ καρδιας
Μνησιπημων πονος.

Pauwius pro φονῳ reponendum cenſet φοβῳ, cauſſatus cædem ita aperte commemorare non e re fuiſſe Ægiſthi. Quaſi vero cædem hanc a ſe patratam celari potuiſſe ſperaret Ægiſthus, ac non potius eam palam ſibi arrogaret, & jure factam profiteretur. Vide Noſtri *Agamemnonem* apud finem. Præterea doceri velim qualiſnam ſit φοβος ὁ προσθεν. Annon metus ne Oreſtes reverſus in patriam cædem paternam ulciſceretur? At metus hic mortuo Oreſte prorſus fuiſſet ſublatus. Denique an φοβῳ vel φονῳ ἑλκαινειν aliquis aptius dici poſſit Lectorum judicio relinquo. Verte autem, *Onus eſſet timoris plenum homini a cæde præcedente ulcere laborante & ſauciato.*

844. Πως ταυτ' αληθη και βλεποντα δοξασω] Βλεπειν apud Poetas Atticos idem quod ζην ſignificare nemo, opinor, eſt qui neſcit. Βλεποντα autem hoc in loco τῳ θνησκοντος verſu abhinc tertio opponi, adeoque alterum ab altero ſtatuminari, certiſſimum eſt. Quod igitur commentus eſt *Pauwius*, το θνησκοντος per appoſitionem ad δειματουμενοι λογοι ita ſubjungi, ut ad Oreſtem ſimul referatur, futiliſſimum eſt; cum de uno tantum Oreſte mortuo, non de pluribus, ſermo eſſet, adeoque participium illud neceſſario ad λογοι tantum ſit referendum.

845. Η προς γυναικων δειματουμενοι λογοι] *Stanleius* conjicit δειματουμενων, ſed fruſtra. Tales enim conſtructionis ὑπαλλαγαι, præſertim in adjectivis, ſtyli *Æſchylei* charactera peculiarem imprimis conſtituunt. Eâdem prorſus formâ ſupra *Agamem.* 49. 50. habes εκπατιοις αλγεσι παιδων.

V. 848 — 850. Hæc Choro tribui oportere cenſeo, quæ in ſcena præſens certe aderat, quod de Nutrice ne verbulo quidem innuit Poeta, hoc proculdubio facturus ſi cum Ægiſtho fuiſſet reverſa.

849. 850. — ουδεν αγγελων σθενος
Ὡς αυτος αυτον ανδρα πευθεσθαι περι] Hæc corrupta eſſe apud omnes convenit, variiſque conjecturis viri docti medicinam adhibere conati ſunt, quarum nulla tamen, meâ ſententiâ, plene ſatisfacit. Forſan reſcribendum,

Ὡς αυτον αυτου ανδρα πευθεσθαι περι.

αυτον αυτου ſcilicet juxta eandem analogiam qua formantur ἑαυτον, σεαυτον, αυτον εκεινον, αυτον ἑκαστον, & ſiqua ſunt ſimilia. Noſtram conjecturam adjuvat quod apud *Aldum* & *Robortellum* pro αυτον legitur αυτου. Verte, *Nihil eſt quod tantum ponderis nunciorum ſermonibus addit ac ſi homo ab iis ipſe ſciſcitetur.*

854. Ουτοι φρενα κλεψειεν ωμματωμενην] Legendum omnino κλεψει' αν. Hac enim particula hic carere non poteſt ſermonis accurati norma. Ne addam, verbum hoc neceſſario referri debere ad propiora numero ſingulari, αγγελον, αυτος, παρων, μαθων, nec niſi inſulſe a remotioribus, ξενοις, ξενων, nominativum unde pendeat repetere poſſe.

855. 856. Ζευ, Ζευ, τι λεγω; ποθεν αρξωμαι
Ταδ' επευχομενη, κἀπιθεαζουσ';] Ita enim hæc diſtinguenda cenſeo. Verte, *Jupiter, Jupiter, quid dicam? unde incipiam hæc vota concipiens & impetu abrepta?*

858. Πως ισον ειπουσ' ανυσωμαι] ειπουσ' ανυσωμαι idem valet ac ανυσωμαι ὡστε ειπειν, notâ conſtructionis formâ. Verte, *Quomodo efficiam ut quod æquum eſt dicam?*

V. 859. Νυν γαρ μελλουσι μιανθεισαι] Conſtructio ſequentium prout nunc leguntur adeo conturbata eſt & ſalebris obſita, ut nemo eam Interpretum hactenus quoquomodo extricare potuerit. Opportune ſuccurrit editio *Robortelliana* veram ſcripturam μιανθηναι ſuppeditans.

861 — 865. Η παιν θησειν Αγαμεμνονιων
Οικων ολεθρον δια παντος,
Η πυρ και φως επ' ελευθερια
Δαΐων, αρχας τε πολισσονομους.
Εξει πατρωων μεγαν ολβον.] & conſtructioni & ſententiæ laborantibus (nam ut cætera præteream, quis η θησειν η ἑξει conciliare ſe poſſe ſperet?) ita reſcribendo ſuccurri poſſe exiſtimo,

Η παιν θησει γ' Αγαμεμνονιων
Οικων ολεθρον δια παντος.
Η πυρ και φως επ' ελευθερια
Δαιων, αρχας γε πολισσονομους
Εξει, πατρωων μεγαν ολβον.

Verte, *Aut plane conſummabit* (Oreſtes ſcilicet, neque enim ad alium hæc referri poſſunt, adeoque eum diſerte nominari minus erat neceſſe) *domus Agamemnoniæ exitium in perpetuum, aut ignem & lucem ob libertatem recuperatam accendens, imperia quibus regitur civitas obtinebit, magnas progenitorum opes.* *Pauwio* placet hæc conſtructio, πειραι μελλουσι θησειν, πειραι μελλουσιν ἑξειν, atque hoc vel pueros videre ait. Credo equidem, hactenus enim bene, nemo negat; at ſi porro rogetur quomodo πειραι εχειν, aut αρχας πολισσονομους, aut πατρωων μεγαν ολβον, dici poſſint, id ſane penitus ignoro, & pueris, opinor, oculatior ſit oportet, qui hoc etiam explicare poterit.

867. Διωπις μελλει θειοις Ορεστης] Interpretes omnes reponunt θειος, metro nempe id exigente. Non animadverterunt autem, & adjectivum διωπις ſubſtantivum deſiderare, & epitheton θειος Oreſti juveni rudi, qui nullum adhuc virtutis ſpecimen ediderat, non niſi inepte tribui poſſe. Legendum conjicio,

Διωπεις μελλει θωοιν Ορεστης

Duobus ſcilicet *lupis* aut *lyncibus*. Hac enim appellatione propter flagitiorum atrocitatem Ægiſthus & Clytemneſtra non indigni forſan videbuntur.

871. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus. πως κεκρανται δομοις recte in notis explicat *Stanleius*.

914. Ουτοι σ' απερριψ' εις δομους δορυξενους] Poſt απερριψ' diſtinguendum *Pauwio* aſſentior. Subaudiri autem videtur πεμπουσα, aut participium quiddam ſimilis ſignificationis, quod in verbo απερριψα quadantenus continetur, & inde repetendum. Ita conſtructio erit, Ου τοι απερριψα σε, πεμπουσα εις δομους δορυξενους. *Non te projeciſſe dici poſſum, cum ad ædes amicas miſerim.* Ita interpretatus eſt etiam *Scholiaſtes* vetus.

V. 915. Διχως επραθην] Quomodo Oreſtes dupliciter venditus? Parum ſatisfacit *Pauwii* reſponſum, & Strophio & Ægiſtho eum venditum. Strophio certe non venditus fuerat, ſed ejus fidei commiſſus. Dicendum igitur opinor, διχως non certum numerum, nempe binarium, hîc denotare, ſed, augendi gratiâ poſitum, indefinite accipi debere.

918. ματαις, *libidines, amores meretricios.*

927. σ' οειζει] Legendum σ' φειζει facta ſcilicet ex σοι ο craſi.

928. Omnino legendum οσον γ' præeunte *Pauwio.*

930. Lege Εχρητε, more Attico retento augmento.

935. 936. 937. Omnes aut dochmaici aut ex dochmaicis aſynarteti.

939. *Scholiaſte* veteri & *Pauwio* præeuntibus legendum puto ελασε.

941. Θεοθεν δε φερ θανειν ωρμημενος] Nihil immutandum. Vox enim diſſyllaba eſt θεοθεν. Similis contractionis, præſertim in voce θεος, apud Poetas Atticos mille occurrunt exempla. Verſus autem hic cum duobus ſequentibus aſynarteti ſunt ex dochmaicis.

942. 943. Επολολυξατε δεσποσυνων δομων
Αναφυγὰς κακων, και κτεανων τριβὰς] *Stanleius* reponendum cenſet αναφυγᾶς & τριβᾶς, caſu patrio, ut a præpoſitione επι in επολολυξατε pendeant, quem præter morem ſecutus eſt etiam *Pauwius.* Mihi fateor ſcriptura vulgaris verior eſſe videtur, voceſque iſtas pro accuſativis habeo, quæ a verbo επολολυξατε pendent; præpoſitionem vero επι in verbo hoc compoſito genitivum δεσποσυνων δομων regere exiſtimo. Certe tot genitivorum inter ſe mutuo connexorum coacervationem, επ' αναφυγης δομων κακων, και επι τριβης κτεανων δομων, hac ſententia, *quod ædes male effugerint, & quod ædium facultates fuerint diſſipatæ*, neque Græcam linguam, neque ullam ſane aliam, admittere facile crediderim. Verte autem, *Exclamet de ædibus regiis malorum effugia & facultatum diſſipationes.*

944. Verſum undecimum deſiderari, qui dochmaicus eſſe debebat, cum *Cantero* exiſtimo.

946. 947. Εμολε δ' ᾧ μελει κρυπταδιου μαχας
Δολιοφρων ποινα] Hæc certiſſime Ægiſthum, qui pugna occulta per inſidias Agamemnonem trucidaverat, reſpiciunt, non Oreſtem, ut putavit *Pauwius.* Nulla enim adhuc huic advenerat pœna, nedum pœna δολιοφρων, *dolos meditans.*

Ut

Ut temporum autem ratio accuratius ſervetur, malim ᾧ 'μιλειν, id eſt, ᾧ ὁμιλειν. Vide Homer. Odyſſ. Ε. 6. Π. 465.

V. 948. Εθιγε δε μαχη χερος ετητυμως
Διος κορα·] *Stanleii* emendationem lubens amplector reponentis μαχαιρας. Lege igitur,

Εθιγε δε μαχαιρας ετητυμως
Διος κορα·

Pauwius mavult, Εθιγε δ' εν μαχη χερος, & ad Oreſtem refert, de quo tamen in hac Antiſtropha nullus eſt ſermo.

953. Ταπερ ὁ Λοξιας ὁ Παρνασιος] Legendum puto Ταν-περ, nempe την δικην. *Pauwius* metro cavens vocem hactenus inauditam, ὁ Παργνασιος, excogitavit; ſed nihil opus eſt; in dochmaicis enim epitrito quarto pentaſyllabo ſatis reſpondet antiſpaſtus.

954. Μεγαν εχων μυχον χθονος επ' οχθει·] Tollenda eſt diſtinctio ad verſus finem. Cum autem & οχθει vox ſit nihili, & præterea vacillet metrum, forſan reponendum eſt εποχθησας, *indignatus.*

955. 956. 957. Αξεν αδολως δολιαν
Βλαπτομεναν εν χρονοις
Θεισαν εποιχεται.] Hæc adeo miſere corrupta ſunt, ut nec metrum, nec constructionem, nec ſententiæ vel umbram, expiſcari detur. *Stanleius* in verſu ultimo pro Θεισαν conjicit ποας, ſed, & conjectura hac admiſſa nihil adjuvantur cetera, & vir eruditus non animadverterat τισας ultimam producere, adeoque ſalvo metro hîc ſtare non poſſe. *Pauwius* medicam manum infeliciſſime adhibuit; lectionem dedit non minus ac vulgata omni ſenſu expertem. Ipſe non vertit, ut ſolet, nec quiſquam ſane vivit mortalium qui eam vertere poteſt. Liceat autem meam tandem conjecturam proferre, ſi non veram, ſaltem vero propiorem, nec a veſtigiis veteris ſcripturæ multum abludentem. Forſan igitur reſcribi poteſt,

Αξεν. ἁ δ' ὁλως δολιαν
Βλαπτομεναν χρονιο-
θεισα γ' εποιχεται

Verte, *Adduxit. Illa vero doloſam mulierem noxa omnino irretitam diu cunctata aſſequitur.* Verbum Αξεν, id eſt ηξεν, a nominativo præcedente ὁ Λοξιας pendet. Βλαπτομεναν autem interpretor de βλαβη illa, quæ a diis hominum mentibus & conſiliis inferri credebatur. *Sophocl. Ajac.* v. 455.

ει δε τις θεων
Βλαπτοι, φυγοι γ' αν χ' ὡ κακος τον κρεισσονα —

958. 959. Κρατειται πως το θειον παρα το μη
Υπουργειν κακοις] Verbis Poetæ Interpretum *Grotii* & *Stanleii* verſiones non ſatis reſpondent. Hoc vidit & *Pauwius*, ideoque reſcribi voluit, παρα του μη ὑπουργειν, ſed minus recte. Ita enim id a quo κρατειται το θειον eſſet το μη ὑπουργειν κακοις. Id quod divinitati imperat eſſet propria imperii ſui indoles, quod nemini non qui rem attente expendet ſubabſurdum, opinor, videbitur. Legendum igitur forſan,

Κρατει και πως το θειον &c.

Verte, *Imperium etiam obtinet quodammodo divinitas ex eo quod malis operam non præſtat.*

V. 960. Ad finem hujus verſus plene diſtinguendum, quod vidit & *Pauwius.*

961. 962. Παρα το φως ιδειν, μεγας τ' αφηρεθην
Ψαλιον οικων] Ut constructionis conſtet ratio legendum videtur μεγα τ' αφηρεθη. Verte, *Adeſt tempus lucem videndi, magnumque ſublatum eſt ab ædibus frænum.* Nam genitivus οικων pendet a præpoſitione in αφηρεθη. Pro παρα etiam lege πάρα, id eſt, παρεστι. Verſus autem prior aſynartetus eſt ex dochmaicis, alter trochaicus monometer.

963. 964. Αναγε μαν δομοις, πολυν αγαν χρονον
Χαμαιπετη σε κεισθ' αει,] Ita hunc locum reſtitui poſſe exiſtimo,

Ανα γε μαν δομοις, πολυς αγαν χρονος
Χαμαιπετη σε κεισθ' αει,

Ανα pro αναστηθι, ut *Sophocles Ajac.* v. 194.

Αλλ' ανα εξ ἑδρανων

Eleganter autem opponitur τῳ χαμαιπετη κεισθαι. Verte, *Reſurge demum quidem ædibus, tempus eſt valde longum ex quo humi proſtratus continuo jaces.*

965. Ταχα, *mox.*

968. Απας ελατηριον] ελατηριον ſenſu huic loco conveniente uſurpatum nuſpiam deprehendo. Legendum igitur puto Απας λυτηριον. Hanc enim vocem apud Poetas Atticos *id quod expiare aptum eſt* deſignare notum eſt. Ita *Sophocles Elect.* v. 445.

αρα μη δοκεις
Λυτηρι' αυτῃ ταυτα του φονου φερειν

& apud eundem ibid. v. 637. habes ευχας λυτηριους δειματων.

968 — 972. — τυχα
Δ' ευπροσωπῳ κοιτᾳ
Το παν ιδειν, ακουσαι θρεομενοις,
Μετοικοδομων
Πεσουνται παλιν, παρα το φως ιδειν.] En iterum locum miſere corruptum, qui Interpretum omnium ſagacitatem fruſtra hactenus exercuit. Forſan ita reſtitui poteſt,

τυχει
Δ' ευπροσωπῳ κοιτᾳ

To

Το παν ιδειν, ακουσαι δ'. ἱεμενοι antiſpaſticus trimeter brachycatalectus

Μετοικοδομειν

Πιτνουνται παλιν. παρα το φως ιδειν. aſynartetus ex dochmaicis.

Verte, *Obtingat autem ut omnia in quiete ſerena conſtituta videamus & audiamus. Tentantes vero res novas moliri retro ruent. Adeſt tempus lucem videndi. Stauleius* conjecerat ἱεμενοις, ſed qua conſtructione aut ſententia hariolari nequeo. *Pauwius* emendatione etiam ſua nos donavit, qua nihil planius eſſe jactat; ipſe tamen eam vertere non eſt auſus, diffidens, opinor, & conſcius eam revera a nemine poſſe verti.

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 843. Forſan legendum ὡς απο μαχαιρας.

902. Lege εχειν η τοις θεοις εχθροις.

926. προς ανδρα νηπιον] Forſan legendum προς ανδρος νηπιου. Immo forſan totum hoc proverbium iambico ſenario ita includebatur,

Κλαιειν προ τυμβου και προς ανδρος νηπιου

quod ut huic loco accommodaret προς τυμβον pro τυμβου poſuiſſe potuerit *Scholiaſtes*.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 982. Παιδας τε χειροιν και ποδοιν ξυνωρειδα] *Pauwius* παιδας hîc caſu patrio poſitum contendit; ſed præterquam quod Doriſmis nullus hîc locus, παιδος ξυνωρις ſolœca eſt locutio; oportuit ſaltem παιδων. Sed nihil immutandum, ξυνωρειδα enim per appoſitionem παιδας ſequitur.

984. Στεγαστρον ανδρων διεξαθ'] *Pauwio* aſſentior præferenti ſcripturam *Robortellianæ*, ανδρος.

990. Εχει γαρ αισχυντηρος ὡς νομου δικην] Et ſimplicior & longe veriſimilior meo judicio eſt *Canteri* emendatio, ὡς νομος, quanquam vulgatam ferri poſſe non inficias eo, conſtructione ſcilicet ea quam indicavit *Pauwius*, Εχει γαρ δικην ὡς αισχυντηρος νομου.

991. Ητις δ' επ' ανδρι] Verte, *Illa vero quæ in virum* &c. Nam Ητις verbum quod regat, εφυ, ex quarto abhinc verſu accerſit.

993. Φιλον τεως, νυν δ' εχθρον, ὡς φαινει, κακον] Recte monet *Scholiaſtes* hæc ad præcedens τεκνων βαρος referri oportere. Verte, *Aliquandiu dilectum, nunc vero, ut oſtendit, exoſum malum.*

994 μυραιναγ' η 'χιδν' εφυ] Hiatus vitandi gratia *Pauwius Robortellianam* ſecutus pro η recte reponit ητ', id eſt ητοι.

995. Σηπειν θιγουσ' αν αλλον ου δεδηγμενον] Interpretes hunc locum quaſi omnino ſanus eſſet ſecuri prætereunt. Scrupulus tamen mihi oboritur propter particulam αν, quæ, cum nullum adſit verbum cui vim ſuam potentialem impertiri poſſit, munere ſuo deſtituta plane abundat. Legendum igitur puto,

Σηπειν θιγουσαι αλλον ου δεδηγμενον

ſubaudita ſcilicet particula ὡστε. Conſtructio quippe eſt, ὡστε θιγουσαι σηπειν &c. quam conſtructionis formam haud parum etiam adjuvat verbi præcedentis εφυ peculiaris indoles, εφυ ὡστε σηπειν.

V. 998. Αγρευμα θηρος] Recte *Stanleius*, *capturam feræ*. Ideo autem hanc appellationem Clytemneſtræ inditam arbitror, quia feræ poſtquam fuerint captæ raro manſueſcunt, aut feritatem nativam deponunt, ſed cuſtodes etiam & alentes oblata occaſione adoriuntur.

Ibid. και νεκρου ποδενδυτον] ποδενδυτον ſubſtantive accipi, & *cadaveris involucrum* ſignificare, puto. Subjungitur Δρυτης κατασκηνωμα, *loculi operimentum*, per appoſitionem additum. His autem forſan aſſimilatur Clytemneſtra, quia extrinſecus ſpecioſa nihil ſæpe intus niſi quod funeſtum eſt includunt.

999. 1000. Δρυτης κατασκηνωμα, δικτυον μεν ουν.
Αρκυν δ' αν ειποις και ποδιστηρεις πεπλους.] Plene poſt κατασκηνωμα diſtinguendum cenſeo; tum reliqua, ſublata poſt μεν ουν diſtinctione, ita vertenda; *Caſſes vero utique dicere poſſis, reticulum, & ſtolam ad pedes uſque demiſſam.* Hæc ſcilicet oculis in Clytemneſtræ amictus forte injectis ſubjicit Oreſtes, ornatus muliebres veluti tot retia quibus illaqueantur hominum affectus reputans. Miram hîc conjecturam affert *Pauwius*, και ποδιστηρεις τριβους, quam vel memoraſſe ſatis eſt. Vulgata ei diſplicuit quia non intelligebat, ſed hoc ei fere ſolenne.

1004. πολλα θερμαινοι φρενι] Verte, *multa conſilia animo foveat*; malim tamen fateor,

πολλα δ' ορμαινοι φρενι

multa incepta animo moliatur.

V. 1007. 1008. 1009. Verſus hi proculdubio anapæſtici ſunt. Interjectiones iſtæ αι, αι, ε, ε, ut ſolet, extra metrum ſunt. Quod ſi *Pauwii* conjectura διαπεραχθεντι admittatur, ſyſtema erit anapæſticum omnibus numeris abſolutum, ex dimetro acatalecto, baſi, & parœmiaco. Vide autem & mirare peritiam hominis qui *Hephæſtionem* edidit, & nil niſi metra crepat. Antiſpaſticum trimetrum brachycatalectum nobis obtrudit ex duobus pæonibus, tertio & ſecundo, & ſpondæo conſtantem.

1010 — 1017. Hæc omnia Oreſti certiſſime tribuenda ſunt, cujus mens jam vacillare incipit. Certe πατροκτονον ὑφασμα nunquam a Choro proficiſci poterat.

1010. Εδρασεν η ουκ εδρασε] Ægiſthus ſcilicet. Mente enim jam vacillans Oreſtes ſubdubitare etiam videtur num Ægiſthus revera patrem interfecerat; adeoque an non in innoxium animadverterit. Sed hæſitationem hanc ſtatim amolitur res ante oculos poſita, paterna ſcilicet veſtis ex vulnere cruentata. Hanc igitur velut teſtem advocat, μαρτυρει δε μοι.

1012. Φονου δε κηκις ξυν χρονω ξυμβαλλεται] Verte, *Cædis vero tinctura cum tempore concurrit.* Κηκις, βαμμα τι. Etymol. Mag. Κηκις, βαμματικον συμμα. *Suid.* Κηκις, συμμα. *Heſych.*

1014. Νυν αυτον αινω, νυν αποιμωζω παρων] Hæc quaſi ſibi indignatus dicere videtur Oreſtes. Poſt cædem ſcilicet peractam, detumeſcente rabie, miſericordia tandem & angor animum vel inviti occupant.

1016. παθος, caſum, id quod modo acciderat.

1018. 1019. 1020. Ουτις μεροπων ασινη βιοτον
Δια παντ' απημος αμειψεται.
Ες μοχθον δ' ὁ μεν αυτιχ', ὁ δ' ηξει.]

Ita reſcribendo & metrum & ſententiam, quæ non minus laborat, reſtituere potes,

Ουτις μεροπων ασινη βιοτον
Δια παντος απηος αμειψεται' ες
Μοχθον δ' ὁ μεν αυτιχ', ὁ δ' ηξει.

Ita ſyſtema habes anapæſticum. Pro ατιμος, quæ vox nunquam quantum meminerim *impunitum* ſignificat, repoſui ατηος. Δια παντα etiam pro κατα παντα uſurpari neſcio. Ad ὁ μεν αυτιχα autem verbum ηκει, quod ſuppeditat ſequens ηξει, repetendum eſt.

1021 — 1024. Αλλ' ως γ' αν ειδη, τουτ' αρ' ουδ' ὁπη τελει,
Ωσπερ ξυν ἱπποις ἡνιοστροφων δρομου
Εξωτερω. φερουσι γαρ νικωμενον
Φρενες δυσαρκτοι.] Recte hæc diſtinguit *Pauwius*, plene quidem poſt τελει, ſublata autem diſtinctione poſt εξωτερω. Nollem vero το νικωμενον ſollicitatum, cum ſenſus manifeſtus ſit, νικωμενον ὑπο φρενων δυσαρκτων.

V. 1024. 1025. — προς δε καρδια φοβος
Αδειν ἑτοιμος ηδ' ὑπορχεισθαι κοτω] Verte, *Terror enim apud cor cantare & ſubſultare paratus eſt præ furore.* Jam ſcilicet terroribus ingruentibus, ſe ad inſaniam prope adactum ſenſerat Oreſtes. Φονος, quam vocem τω φοβος ſubſtituit *Pauwius*, quomodo locum hic habere poſſit non video. Cæde enim peracta, φονος non amplius in corde Oreſti obverſabatur, ſed potius εκ φονου φοβος.

1027. 1028. Recte & hic diſtinctionem vulgarem mutavit *Pauwius*.

1029. Και φιλτρα τολμης τησδε πλειστηριζομαι] Fœde metrum deturpat *Pauwius* corrigendi prætextu anapæſtum in ſedem quartam inferciens. Πλειστηριζομαι derivatur a πλειστηρης, *abundans, cumulatus.* Vide infra *Eumenid.* v. 766. & quæ ibi notavimus. Verte autem, *Incitamenta ad hoc facinus patrandum abunde mihi adſunt.* Ita πλειστηριζομαι erit *abunde habeo.* Dubitat tamen *Pauwius* an verbum hoc agnoſcat Græcia: Quaſi vero magis agnoſcat ejus commentum πολυ στηριζομαι? Vix, opinor, exemplum adducere poterit, ubi στηριζομαι, aut tranſitive cum accuſativo uſurpatur, aut *affirmo, aſſevero* ſignificat.

1037. 1038. Peſſime hic diſtinctionem mutari voluit *Pauwius.* Si ei credis actum eſt de conſtructione, quæ in vulgatis facillima eſt. Quidnam ſit Græciſmus, quem crepat, notus, mihi prorſus ignotum eſt.

1040. 1041. Τα δ' εν χρονω μοι παντας Αργειους λεγω
Και μαρτυρειν μοι, ὡς επορσυνθη κακα.] Optime *Stanleius* pro ὡς reſtituit πως. Malim etiam Τάδ' quam Τὰ δ'. In verſu priori το μοι arcte præcedenti εν χρονω adhæret. εν χρονω μοι idem ſcilicet valet ac ὁποτε χρονος μοι επιτηδειος. Verte, *Horum, quando tempus mihi erit opportunum, omnes Argivos velim teſtes eſſe, quomodo mala hæc excitata ſunt. Pauwius*, ut ſolet, locum non intellexit, ideoque corrupit.

1042. Εγω δ' αλητης] Subaudi verbum ειμι, *proficiſcor.* Vide *Boſii* Ellipſ. Græc.

1044 — 1047. Hæc certiſſime Choro tribui debent.

1044. 1045. Αλλ' ευ τε πραξας, μηδ' επιζευχθη στομα
Φημαι πονηραις, μηδ' επιγλωσσω κακα.] Ita hæc levi brachio corrigi poſſunt,

Αλλ' ευ τ' επραξας, μηδ' επιζευχθης στομα
Φημη πονηρα, μηδ' επιγλωσσω κακα·

ευ τ' eſt ευ τοι. Verte, *At tu bene quidem feciſti, neque malæ famæ os tuum adjungas, neque mala ominare.*

V. 1048. 1049. 1050. Hæc rurſus Oreſti tribuenda ſunt.

1067. Πιτνουσας γονιας επιλειδη] Miror *Stanleium* aut etiam *Pauwium* iſtud πιτνουσας γονιας concoquere potuiſſe. At hunc quidem minus mirum quem ne iambus quidem in anapæſtici prima ſede moratur. γονιας proculdubio vox eſt nihili. Omnino legendum exiſtimo,

Πιτνουσας φονιος γ' επιλειδη.

V. 1068. Παιδομοροι μεν πρωτον υπηρξαν] Egregie reſtituit Παιδοβοροι *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 1576.

1069. Μοχθοι ταλανες τε Θυεστου] Pro copulativa τε, quæ ſtructuram ſcabram plane efficit, malim ταλανες γε.

1076. Μετακοιμισθεν μενος ατης] *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 1576. reponit Μεγα κοιμισθεν, ſed vulgatam ſcripturam veriorem judico. Verte, *Tandem aliquando ſopitus noxæ furor.*

NOTÆ

IN

EUMENIDES.

IN ACTUM PRIMUM.

V. 17. Τεχνης δε νιν Ζευς ενθεον κτισας φρενα] Τεχνης ενθεον *Pauwio* ſuſpectum eſt, quia neſcit an ita locuti ſunt Græci, ideoque τεχνη reponi mavult. At hac admiſſa conjectura ſenſus oboritur a Poetæ mente plane alienus, nempe, Artis cujuſdam ope Jovem Phœbi mentem afflatu divino impleviſſe. Ενθεος τεχνης igitur juxta eandem analogiam dicitur ac εμπειρος τεχνης, ſcilicet, εκ θεου τεχνην εχων, εκ πειρας τεχνην εχων.

28. Minus plene diſtinguendum eſſe ad finem verſus recte ſtatuit *Pauwius.*

34. 35. Η δεινα λεξαι, δεινα δ' οφθαλμοις δρακειν,
Παλιν μ' επεμψεν εκ δομων του Λοξιου] Facillima eſt conſtructio, etiamſi eam minus aſſecuti ſunt Interpretes. Verbum ſingulare επεμψεν regitur a neutris pluralibus, δεινα λεξαι επεμψεν, δεινα δε δρακειν επεμψε. Id certe quod vatem e templo retraxit nihil aliud erat niſi viſa illa horrenda quæ poſtea accurate deſcribit. *Pauwius*, qui contendit verbum hoc ab eodem nominativo pendere ac præcedens δειν, ipſe, ſi phraſin ſuam mutuari liceat, miſere balbutit. Non dii quos invocaverat eam a templo remiſerant, ſed viſa iſta infra commemorata.

V. 38. Δεισασα γαρ γραυς, ουδεν, αντιπαις μεν ουν,] Peſſime diſtinctionem immutando conſtructionem turbavit & corrupit *Pauwius.* Optime ſe habent vulgata, niſi quod diſtinctio poſt γραυς omnino tolli debet. Verte, *Nihil enim verita, quippe quæ anus ſim, adoleſcentulæ quidem indole ſimilis.*

40. Ορω δ' επ' ομφαλω μεν ανδρα θεομυση] θεομυση vox eſt nihili ſenſu omni deſtituta. Vera proculdubio ſcriptura eſt θεομιση, at repugnat metrum ſpondæum loco ſexto non admittens. Legendum igitur puto,

Επ' ομφαλω μεν ανδρα θεομιση δ' ὁρω.

Ita etiam rhythmus longe ſuavior prodit.

44. Αιτει μεγιστω σωφρονως εστεμμενον] *Arnaldi* vel potius *Hemſterhuſii* conjectura, Αιτει μεν οιος minime videtur neceſſaria. Vide *Valcken.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 994. σωφρονως, *modeſte.*

V. 45.

V. 45. τηδε γαρ σαφως ερω] Verte, *hac enim phraſi uſa perſpicue dicam.* Recte expoſuerunt *Scholiaſtes* & *Stanleius*. *Pauwius* male το τηδε interpretatus eſt, *hactenus*.

54. Εκ δ' ομματων λειβουσι δυσφιλη βιαν] Quid ſit λειβειν βιαν me non aſſequi profiteor; legi igitur malim δυσφιλη γ' ιον, *odioſum virus*.

59. μη μεταστενειν πονων] Per ellipſin uſitatiſſimam ſubauditur ὡστε. Verte, *ita, ut ejus non pœnituerit poſtea.* Ad πονων ſubaudiri ενεκα recte monet *Pauwius*.

68. Πιπτουσι δ', *jacent vero.*

68. 69. — αἱ καταπτυστοι κοραι

Γραιαι, παλαιαι παιδες,] Optime ſe habet in vulgatis diſtinguendi ratio, nec audiendi *Stanleius* & *Pauwius* in pejus utrique immutantes.

76. Βιβωντ' ανατει] Quem ſenſum idoneum το ανατει hîc habere poſſit non video. Scripturam igitur *Aldinæ* & *Robortellianæ* præfero, Βιβωντ' αν αει.

85. — οισθα μεν το μη 'δικειν·

Επει δ' επιστα, και το μη 'μελειν μαθε.] Recte hæc explicat *Pauwius*. Legendum autem επιστῃ, Ita enim Attici, nec Doriſmis hîc locus.

92. 93. — σεβει τοι Ζευς τοδ' εκ νομων σεβας,

Ορμωμενον βροτοισιν ευπομπῳ τυχῃ] Quid per voces iſtas, εκ νομων, ſignificare aut voluerit aut potuerit Poeta, plane mihi incompertum eſt, nec quidquam adjuvant Interpretes, immo, quod mirere, *Stanleius* hæc in verſione ſua prorſus prætermiſit. Legendum igitur puto εκνομων. Nimirum inter cetera munera Mercurio a Jove delata hoc etiam apud Græcos veteres unum fuiſſe, neque id infimum, vulgo credebatur, ut iter jubente numine aliquo ſuſcipientibus ducem ſe ac comitem adjungere non dedignaretur. Ita Jupiter apud Homerum ad hunc modum Mercurium alloquitur Iliad. Ω. v. 334.

Ερμεια, σοι γαρ τε μαλιστα γε φιλτατον εστιν
Ανδρι εταιρισσαι, και τ' εκλυες, ᾧ κ' εθελῃσθα —

& infra v. 460. ipſe Mercurius

Ω γερον, ητοι εγω θεος αμβροτος ειληλουθα
Ερμειας· σοι γαρ με πατηρ ἁμα πομπον οπασσεν —

Ita igitur illa Noſtri vertenda, *Jupiter quidem munus hoc tibi tribuens in honore habet quod mortalibus itinera fauſtis auſpiciis gubernat.*

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 55. forſan περικειμενον εαυταις.

59. το της αναστροφης] Legendum videtur την της αναστροφης, hæc enim ad πονων commentatum *Scholiaſtem*, imperite licet, veriſimilime eſt.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 96. Αλλοισιν εν νεκροισιν, ὡς μεν εκτανον,] *Pauwio* aſſentior plene poſt νεκροισιν diſtinguenti. Malim etiam ὡς μιν εκτανον, Agamemnonem ſcilicet.

99. Recte μειων ὑπο interpretatur *Pauwius*.

103. Recte etiam *Pauwius* ὀρᾳ pro ὁρᾳ, & ex *Robortelliana* καρδια pro καρδιας reſtituit.

105. Εν ἡμερᾳ δε μοιρ' απροσκοπος βροτων] Verte, *Interdiu vero mortalium conditio proſpicientiæ eſt expers.*

119. Φιλοις γαρ εισιν ουκ εμοις προσικτορες] Verte, *Nam numina quæ mihi amica ſunt nulli adeunt ſupplices.* Poetæ mente nihil poteſt eſſe apertius. Hoc ſcilicet dicere vult Clytemneſtra, Oreſtes e veſtris manibus dum dormitis impune evadet, dei alicujus ex potentioribus patrocinio tutus, quem interim ſupplicis ritu adibit; exinde vero nulla amplius vindictæ ſpes mihi ſupererit, nam numina ea quæ ſola mihi amica ſunt, inferna puta, nulla adeunt ſupplices, neque igitur Oreſtem horum aliquem aditurum credibile eſt. Expoſitio *Pauwiana* omni veriſimilitudine deſtituitur.

137. 138. Ουδ' αιματηρον πνευμ' επουρισασα τῳ

Ατμῳ κατισχναινουσα νηδυος πυρι.] Hæc corrupta eſſe apud omnes in confeſſo eſt; neque enim aut ſententiam commodam aut conſtructionem qualemcunque exſculpere datur. Varia conjiciunt & *Stanleius* & *Pauwius*, quæ tamen haudquaquam mihi ſaltem ſatisfaciunt. Judicet ipſe Lector; neque enim longis ambagibus eum fatigabo. Certiſſimum mihi videtur το τῳ quod verſum priorem claudit non articulum eſſe, ſed pro τῃ poni, quod apud Noſtrum non infrequens. Quorſum enim hic articulus, cum nec emphaſin augeat, neque ad perſpicuitatem quidquam conferat, elegantiæ vero plurimum detrahat, & pro tibicine inſulſo merito ſit habendus? Quod ſi etiam pro πυρι forſan reponas πυρος, & conſtructioni & ſententiæ ſua reſti-

tuetur integritas. Ita autem verte; *Neque poſtquam procellam ſanguineam alicui adflaveris, deinde eam remittas vapore ex inteſtinis exhalante debilitans.* Ex tali ſcilicet vapore veternum Eumenidibus obortum exiſtimaſſe cenſenda eſt Clytemneſtra.

V. 142. Ιδωμεθ' ει τι τουδε φροιμιον ματα] φροιμιον non, ut putabat *Pauwius*, ad verba quæ Chorus ipſa modo ediderat referendum eſt, ſed ad exclamationes illas, ιπου, μαραπι, quibus e ſomno eam excitaverat tandem Clytemneſtra. Vide paullo infra v. 155. & ſeqq. Nihil igitur innovandum.

143. Aſynartetus eſt ex dochmaicis.

145. Aſynartetus eſt ex dochmaicis; nam omnino ποτοι, non ω ποτοι, legendum, ut antithetico metrum reſpondeat.

148. Aſynartetus eſt ex iambica penthemimeri & dochmaico.

149. Ut fulciatur dochmaici catalectica omnino legendum Διος γ'.

152. Repone τοκεων, præeunte *Arnaldo.*

155. ονειδος, *exprobratio.*

156. Aſynartetus ex dochmaico & baſi iambica.

157. 158. Ita hæc diſtinguenda,

Μεσολαβει κεντρῳ dochmaicus

Υπο φρενας, υπο λοβον. iambicus dimeter brachycatalectus.

Hanc diſtinguendi rationem, qua horum verſuum alter cum præcedentibus, non cum ſequentibus, jungitur, omnino exigit dativus εμοι verbo ελθειν additus, cujus aliter minus recte procedit conſtructio.

159. 160. 161. Παρεστι μαστικτορος

Δαϊου, δαμιου,

Βαρυ το περιβαρυ κρυος εχειν.] *Pauwius* recte & παρεστι ex veteribus editionibus reſtituit, & minus plene poſt δαμιου diſtinguit. Verte, *Idem mihi ſentire videor ac ſi a carnifice flagellifero inimico gravem pergravem cruciatum ſuſtinerem.* Nimirum παρεστι εχειν idem valet ac εκ των παροντων εχω.

163. *Pauwio* aſſentior plene diſtinguenti poſt πλεον, & in verſu ſequente φονολιβη reponenti.

167. 168. Προσδρακειν αιματων

Βλοσυρον αιρωμενον αγος εχειν] Hæc corrupta eſſe metrum ab antithetico diſſidens & ſententia parum commoda ſatis declarant. Ita forſan reſtitui poſſunt,

Προσδρακειν, αιματων

Βλοσυρον αρομενον αγος εχειν

Ad εχειν ellipſi notiſſima ſubauditur ωστε. Verte, *Piaculum horrendum ſanguinum in ſe recipientem.* *Pauwii* ερομενον, quod ex aſſe *Æſchyleum* eſſe pronuntiat, quo ſenſu locum hîc habere poſſit hariolari nequeo.

V. 169. 170. 171. Εφεστιῳ δε, μαντι, σῳ μιασματι

Μυχον εχρανας τ' αυ-

τοσσυτος, αυτοκλητος,] *Stanleio* omnino aſſentior reponenti μαντικον pro μαντι σῳ, ipſo Poeta paullo infra v. 180. emendationem aperte ſatis indicante. Nam εφεστιον quidem illud μιασμα quod Apollini hîc exprobrant Eumenides, non oraculum innuit quo impulſus Oreſtes matrem interfecerat, nec ipſius Oreſtis profugi ac ſupplicis in ipſa templi penetralia, quæ quandam inde pollutionem contraxiſſe videri poterant, intruſionem, ſed piaculum longe antiquius, quando ipſe ſcilicet Apollo αυτοσσυτος, αυτοκλητος, Themida ex antiquorum deorum proſapia de oraculi Delphici poſſeſſione vi dejecerat, cuſtode receſſus iſtius Pythone ſerpente prius ibidem interempto, cujus rei hiſtoriam fuſe expoſuit *Euripides Iphigen. in Taur.* v. 1234 — 1283. quem vide. Horum autem verſuum ſecundus dochmaicus eſt.

172. Παρανομων θεων] Hac appellatione hîc deſignantur dii recentiores, qui, Jove ſummum imperium obtinente, poteſtate & dignitate plurimum pollebant, non ſine deorum antiquiorum invidia atque indignatione. Ita Noſter in *Prometheo* v. 149 — 151.

Νεοι γαρ οιακονομοι κρατευσ' Ολυμπου·

Νεοχμοις δε νομοις Ζευς αθετως κρατυνει,

Τα πριν δε πελωρια νυν αϊστοι.

In numero autem antiquiorum iſtorum numinum erant etiam Eumenides, quæ eædem & Erinnyes, quippe quæ ex terra natæ eſſent, teſte Heſiodo Theog. v. 185. Hinc ſcilicet illæ lacrymæ & exprobrationes.

173. Παλαιγενεις δε μοιρας φθισας] Verte, *Poſtquam jura & poſſeſſiones priſcorum numinum invaſeris.* In ſtylo enim *Æſchyleo* παλαιγενεις μοιρας idem valet ac παλαιγενων θεων μοιρας. Vide quæ notavimus ad *Chœph.* v. 845. & *Agamemn.* v. 49. 50. Ita hæc etiam reſpicient Themida ex oraculo Delphico ab Apolline vi exturbatam. Atque hanc quidem hujus loci expoſitionem veram eſſe omnino crederem, niſi ſtatim ſuccurreret locus alter ubi exprobrationem huic non valde diſſimilem iterum oggerere videntur eædem Eumenides. Nempe infra v. 730. 731.

Συ τοι παλαιας δαιμονας καταφθισας

Οινῳ παρηπατησας αρχαιας θεας.

Hinc ſane oboritur mihi ſuſpicio per μοιρας hîc deſignari poſſe *Parcas*, & Poetam reſpicere traditionem

nem aliquam fabuloſam, quæ poſt tot ſæcula elapſa plane obliterata, mihi ſaltem incomperta, eſt. Statuant eruditiores.

V. 177. 178. Ποτιτροπαιος δ' ων, ἑτερον ἐν κάρα

Μιαστορ' εκεινου πασεται] Verſum alterum & corruptum eſſe & mutilum ſatis indicat metri antithetico haudquaquam reſpondentis claudicatio. Forſan reponi poteſt,

Μιασμ' εκειθι 'πασεται.

Verte, *Scelere cum jam contaminatus ſit, piaculum aliud præter iſtud in caput ſuum derivabit.* Ita Chorus reſpicere intelligetur, & quodammodo prænuntiare, cædem Neoptolemi ab Oreſte in ipſo Apollinis templo Delphico & ante aras trucidati haud multo poſt patratam. Vide *Euripid. Andromach.* v. 1073 — 1165. Verſus autem ſtrophici antiſpaſto non male hîc opponitur epitritus quartus.

188. κακου τε χλουνις, ουδ' ακρωνια] Vertendum exiſtimo, *malique exuberantia & cumulus.*

189. *Stanleio* aſſentior hîc reponenti λευσμος, & in v. 186. καρανιστηρες, nec non *Cantero* in v. 200. pro εις reſcribenti ὡς.

190. Υπο ῥαχιν] De ſyllabæ modulo fruſtra ſollicitus eſt *Pauwius*; litera enim ρ vocem inchoans duplicis conſonantis vim obtinet apud Atticos, quod luculenter oſtendit *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 159. 160.

192. — πας δ' ἐφηγειται τροπος

Μορφης] Pro πας, *Stanleius*, prout ex ejus interpretatione conjicere datur, videtur legiſſe πως, ſed minus recte.

195. πλησιοισι τριβεσθαι μυσος] Optime interpretatur *Scholiaſtes* vetus, προστριβεσθαι. Hæc enim pendent a particula ὡστε ſubintellecta. Verte, *Adeo ut aſtantibus affricetur pollutio. Pauwius* non intellexit, ideoque ad conjecturas illico decurrit. Vide quæ notavimus infra ad v. 238.

203. Εχρησα ποινας του πατρος πεμψαι τιμην] Vocem ultimam corruptam eſſe vel ex hoc certiſſime conſtat, quod priorem ſemper producit. Admittendam igitur cenſeo *Canteri* conjecturam τι μη; ita *Sophocl. Ajac.* v. 677.

Αρχοντες εισιν, ὡσθ' ὑπεικτεον' τι μη;

ubi vide notas noſtras. Quinetiam πεμπειν ποινας an pro eo quod eſt *ſumere* vel *exigere pœnas* unquam poni, vel ſoleat, vel poſſit, valde hæreo. Malim igitur ita verſum totum reformare

Εχρησα ποινας του πατρος πεμψας' τι μη;

Oraculum edidi pœnas paternæ necis ſumendas eſſe, cum eum miſerim. Quidni hoc juberem?

V. 204. Κἀπειθ' ὑπεστης αἱματος δεκτωρ νεου] Verte, *Et deinde pollicitus es te patrocinaturum cædi recenti*, id eſt, ſtatim poſt cædem peractam.

209. κομπαζων γερας καλον] Verte, *De munere gloriare quod decus tibi afferat.* Quapropter *Pauwius* hæc immutata voluerit nondum aſſequor.

211 — 214. Τι γαρ; γυναικος ἡτις ανδρα νοσφιση,

Ουκ αν γενοιθ' ὁμαιμος αυθεντης φονος.

Η καρτ' ατιμα και παρ' ουδεν ηρκεσω

Ηρας τελειας και Διος πιστωματα.] In editionibus omnibus antiquioribus, quas ſequitur etiam *Pauwius*, verſus primus Apollini tribuitur, ſecundus Choro, tertius vero & quartus itidem Apollini. Sed hac diſtributione admiſſa, nunquam ex his ſententiam commodam eruere poteris. Primum, ουκ αν γενοιθ' nunquam ſignificabit, *ne fiat*, ut *Pauwius*, aut, *patranda non eſt*, ut *H. Stephanus* interpretati ſunt. Vera iſtius formulæ ſententia eſt, *non poteſt fieri ut ſit*; V. G. hoc in loco, cum uxor ſcilicet maritum prius interfecerit, ut αυθεντης φονος, mulieris iſtius cædes propriis etiam filii manibus patrata, ſit ὁμαιμος, huic tanquam conſanguineo imputanda; quia revera filius a patre tantum, non etiam a matre ſanguinem communem derivare credebatur. Atque hoc ita ſe habere ſerio contendunt infra Oreſtes v. 609. & Apollo v. 661 — 669. Vinculum autem iſtud conſanguinitatis quod a patre deductum ad eam quoque pertinebat uxor mariti cæde ipſa abrupiſſe ac penitus aboleviſſe cenſebatur. Deinde το ηρκεσω repudiat conſtructionis pariter ac ſententiæ ratio, & reponendum eſſe ηρκεσ' αν, quod a nominativo πιστωματα pendebit, ipſa ſtructuræ indoles ſatis declarat. Minus etiam plene diſtinguendum eſt poſt φονος, & pro Η καρτ' omnino reſcribendum Ἠ καρτ'. Ad hunc modum hæc reſtituta ita prodibunt;

Τι γαρ; γυναικος ἡτις ανδρα νοσφιση

Ουκ αν γενοιθ' ὁμαιμος αυθεντης φονος,

Ἠ καρτ' ατιμα, και παρ' ουδεν ηρκεσ' αν,

Ηρας τελειας και Διος πιστωματα.

Verte, *Quid enim? mulieris quæ maritum vita privaverit cædes manu qualicunque patrata non poteſt fieri ut conſanguinea ſit, aut nullo omnino in honore habebuntur, nec quidquam valebunt, Junonis jugalis & Jovis fœdera.*

218. Ορκου τε μειζων τη δικη φρουρουμενη] Omnino legendum μειζον adverbialiter.

219. 220. Η τοισιν ουν κτεινουσιν αλληλους χαλας,

Το μη γενεσθαι, μηδ' εποπτευειν κοτῳ] Recte *Pauwius Canterum* ſecutus pro Η repoſuit Ει, & non

 impro-

improbabiliter etiam ex propria conjectura ἱκνῆσθαι pro γενῆσθαι, perperam vero, nec ſine conſtructionis detrimento inſigni, το mutavit in τῳ. ſtructura enim hæc eſt, Ει ουν χαλας τοισι κτεινουσιν αλληλοις το μη αυτους επισχεθαι, μηδε σε εποπτευειν τουτο συν κοτῳ.

V. 222. Τα μεν γαρ οιδα καρτα σ' ενθυμουμενην] Verte, *Hæc enim novi equidem vehementer te animo moliri.*

226. Και πονον πλεω πεδον] Legendum puto πονου πλεω, *plus laboris,* ut recte vertit *Stanleius.*

227. 228. Ευ. Τιμας συ μη συντεμνε τας εμας λογῳ.
Απ. Ουδ' αν δεχοιμην ὡς' εχειν τιμας σεθεν.] Verte, *Eum. Ne tu decurtes jura mea oratione tua. Ap. Jura tua ne acciperem quidem ut ea mihi haberem.* Eandem habet Τιμη ſignificationem ſupra v. 209.

V. 229. Μεγας γαρ εμπας παρ' Διος θρονοις λεγῃ] Εμπας, *omnino,* proculdubio adverbium eſt; vide *Sophocl. Ajac.* v. 122. 1355. nec quid ſibi voluerit *Pauwius* ſatis intelligo cum adjectivum eſſe ſtatuerit.

230. Μετειμι τονδε φωτα και κυνηγετης.] Recte, meâ ſententiâ, *Stanleius* repoſuit κυνηγετις. Vim enim augendi quam particulæ και hîc tribuit *Pauwius,* in hujuſmodi conſtructione nullam habere poteſt. Vide enim quam inſulſe diceretur, *hunc hominem perſequar etiam venatrix.*

IN ACTUM TERTIUM.

V. 238. 239. Αλλ' αμβλυν ηδη προστετριμμενον τε προς Αλλοισιν οικοις, και πορευμασι βροτων.] Optime interpretatur *Scholiaſtes* vetus, αλλοις προστετριμμενον το μυσος. Significat enim Oreſtes, pollutionis, quam ex materna cæde contraxerat, virulentiam jam tempore interpoſito emarcuiſſe, & apud ædes congreſſuſque hominum, inter quos exinde verſatus fuerat, magna ex parte depoſitam paullatim evanuiſſe.

252. Καταπλακεις] Scribe κατεπλακεις. Formatur enim, quod recte monet *Pauwius,* a καταπιπλημι. Vide Etymol. Magn. voce Εμπλησθαι.

258. Ουδ' αυτε γ' ουκ αλκαρ εχων] Mihi magis placet ſcriptura *Robortellianæ* & *Turnebianæ,*

Ὁδ' αυτε γ' ουν αλκαρ εχων

Hic igitur iterum quidem præſidium nactus.

260. Υποδικος θελει γενεσθαι χερων] Syllabam excidiſſe ſatis conſtat ex antithetici metro, nec minus errantem Librarii manum prodit ipſa phraſis, ὑποδικος χερων, quæ haudquaquam ſignificare poteſt, *judicium ſubiens ob manuum facinus.* Forſan Poeta ſcripſerit,

Υποδικος θελει γενεσθαι χάτερων

Judicium etiam aliorum ſubire vult, noſtro ſcilicet non acquieſcens.

266. Βοσκαν φερνιμαν πωματος δυσποτου] Recte ex *Canteriana* & *Stephaniana Pauwius* repoſuit πωματος. Verſus aſynartetus eſt ex dochmaicis

267. σ' ισχανας, *cum te extenuaverim.*

268. Αντιποινους τινης ματροφοντας δυας] Neque metri ſatis conſtat ratio neque conſtructionis. Reſcribendum puto,

Ιν' αντιποινους τινης iambicus dimeter catalectus
Ματροφονας δυας. dochmaicus.

Verte, *ut viciſſim pœnas luas matricidis debitas.*

V. 269. Οψει δ' εκει τις αλλον ηλιτεν βροτων] Legendum potius puto αλλος. Eandem autem vim hoc in loco habet τις αλλος ac ὁστις αλλος, ut viciſſim ὁστις pro τις interdum ponitur. Vide notas noſtras & *Johnſoni* ad *Sophocl. Ajac.* v. 179. & *Triclinium* ad eand. Tragœd. v. 1070. Ita minime erit neceſſe ſcripturam immutare verſus abhinc quarti; conſtructio enim erat Οψει δ' εκει εχοντα της δικης επαξια ἑκαστον οστις αλλος βροτων ηλιτεν &c.

270. Dochmaicus eſt.

275. Aſynartetus eſt ex dochmaicis.

280. μαραινεται χερος] Verte, *& a manu evaneſcit.* Fit ellipſis ſcilicet præpoſitionis απο.

285. Οστις προσηλθον αβλαβει ξυνουσια] Legendum omnino exiſtimo ὁστις προσηλθ' αν. Verte, *Cuicunque mihi contingeret congredi colloquio innocuo.*

294. Τιθησιν ορθον η κατηρεφη ποδα,] Recte monet *Pauwius* ορθον & κατηρεφη non ſatis bene ſibi opponi. Forſan igitur legi poteſt κατηρεφη ποδα, ut ſententia ſit, *rectum ſtatuat aut proclivem pedem,* ſed tunc tolli debet diſtinctio poſt ποδα, ut alterum hoc periodi disjunctivæ membrum arctiſſime cum ſequentibus φιλοις αρηγουσ' cohæreat.

297. Κλυει δε και προσωθεν ων θεος] Nulla opus eſt innovatione. Participium enim maſculino genere poſitum, ubi de fœmina ſermo eſt, haud raro apud Atticos uſurpatur. Vide quæ notavimus ſupra ad *Agamem.* v. 253. & ad *Sophoc. Antig.* v. 997.

V. 302.

V. 302. *Αναιματον βοσκημα δαιμονων σκια.* Cum *σκια* a præcedente infinitivo *ερρειν* pendeat, ſtructuræ ratio omnino exigit ut reſcribatur *σκιαν*. Verte, *Umbra incruenta dæmonum cibus.*

309. *λελογχε*] Malim *λελογχεν*, ut ſyllaba catalectica plenior efferatur.

311. *Ως επινωμα στασις ἅμα,*] Omnino legendum cum *Cantero* *ἁμὰ*, & ad verſiculi finem paullo plenius diſtinguendum. Minus vero recte pro *ὡς* *Stanleius* repoſuit *ὢν*, nam, ut alia quæ dici poterant omittam, verbum *επινωμαν* genitivo junctum vix, credo, alibi reperietur.

312. *Ευθυδικαι θ' ἡδομεθ' ειναι*] Ita forſan ſuppleri poteſt metrum,

Ως ευθυδικαι θ' ἡδομεθ' ειναι

Vocula *ὡς* Librario inattento facile excidere poterat, præſertim verſu proxime præcedente ab eadem vocula incipiente.

313. 314. *Τους μεν καθαρας*
Χειρας προσνεμοντας] Verſum alterum metri anapæſtici ratio plane repudiat. *Turnebus* monet in quibuſdam exemplaribus legi *χειρας εχοντας*, cujus de fide ut dubitemus nullam ſane cauſam video. Sed neque ita plene conficitur negotium; verſus enim in trochæo deſinet, verſu ſequenti a vocali incipiente. Duos igitur hoſce verſiculos non niſi unum componere cenſeo, ita forſan reſtituendum,

Τον μεν καθαρας χειρας εχοντα γαρ

Conjecturam noſtram plurimum firmant ſequentia *ασινης διοιχνει* numero ſingulari poſita.

318. *Χειρας φονιας επικρυπτει*] Syllabæ defectu laborat verſus ita forſan ſupplendus,

Χειρας φονιας ειτ' επικρυπτει

Pauwius reponit *οἱ επικρυπτει*, & hoc vere peritis nitere ſpondet; at periti tales nondum, credo, ſunt nati.

319. Scribe *θανουσιν*, ut fulciatur metrum.

322. 323. 324. *Ματερ ἁ μ' ετικτες, ω ματερ*
Νυξ αλαοισιν και δεδορκοσι,
Ποινᾶν κλυθ'.] Veram ſcripturam, *Ποινὰν*, proculdubio nobis ſuggerit *Scholiaſtes*, hæc ita interpretatus, *ζωσι και θανουσιν εκδικον.* Quorſum enim obſecro *το εκδικον*, niſi ut expoſitio ſit vocis *Ποινὰν*? *Pauwius* tamen miro ſtupore occæcatus lectionem hanc commentitiam eſſe, neque ex *Scholiaſtæ* verbis colligi poſſe, pronuntiare ſuſtinuit. Ita igitur hæc reſtituenda & interpunctionibus diſtinguenda cenſeo,

Ματερ, ἁ μ' ετικτες, ω ματερ
Νυξ, αλαοισιν και δεδορκοσι
Ποινὰν, κλυθ'.

Hac ſcilicet lectione admiſſa egregie ſibi conſtat ſententia, & in verſus tertii parte ultima appoſitiſſime ſequitur particula cauſativa *γαρ*. In vulgata vero quo jure cœcorum & videntium mater dicatur nox, me non plane aſſequi fateor. *Scholiaſtæ* autem pariter aſſentior, appellatione cœcorum & videntium deſignari mortuos ac vivos, quanquam interpretationis hujus ineptiam vel pueros videre affirmat *Pauwius*. Sed talia quidem effutire longe eſt facillimum, probationibus vero idoneis aſtruere non cujuſvis forſan hominis. *Βλεπειν* apud Poetas Atticos idem quod *vivere* ſignificare nemini non notiſſimum eſt. Vide quæ notavimus ſupra ad *Choeph.* v. 844. *Sophocl. Ajac.* v. 907. 1086. & *Ejuſd. Electr.* v. 66.

V. 325. Periodus eſt catalectus.

326. 327. 328. Ita opinor melius conſtituentur hi verſus,

Τονδ' αφαιρουμενος πτωκα, glyconius
Ματρῴου ἁγνισμα κυριον φονου. aſynartetus ex penthemimeri & dimetro brachycatalecto iambicis

Ματρῴου pro *Ματρῳον* ex conjectura eſt *Pauwii*, quam ſtabilire videtur ipſa ſententiæ indoles.

334. *αιων βροτοις*] *Aldinæ*, *Robortellianæ*, & *Turnebianæ*, ſcripturam *αιωνι βροτοις*, veriorem exiſtimo; hanc enim a Librariis profectam nemo, opinor, ſuſpicabitur.

335. 336. *διανταια Μοιρ'*, *obnitens Fatum.*

336. 337. Horum verſuum metra recte conſtituit *Pauwius.*

337. *Θανατων τοισιν αυτουργιαι*] Reponendum puto,

Θανατων τῳ γ' αν αυτουργιαι

Ita ſcilicet evitatur duriſſima illa a numero plurali ad ſingularem in ſequentibus tranſitio, & ſubjunctivæ formæ verbo *ξυμπεσωσιν* ſuppeditatur particula potentialis *αν* quæ in vulgatis deſideratur.

339. 340. 341. Ita conſtituantur hi verſus,

Τας δ' ὁμαρτειν, οφρ' αν γαν ὑπ-
ελθῃ· θανων δ' ουκ αγαν ελευθερος.

Pro *τοις* repoſui *τασδ'*, *haſce* ſcilicet *Furias*, requirente, ut mihi videtur, & ſententia & ſtructuræ ratione. Ita enim tandem habet quo referri poſſit *τουτο λαχος*, & quod cujuſmodi ſit indolis exponat.

349. *Ταδ' εφ' ἁμιν εκρανθη*] De *ἁμιν* ultimâ correptâ vide notas noſtras ad *Sophocl. Ajac.* v. 216.

353. 354. 355. *Παλλευκων δε πεπλων*
Αμοιρος, ακληρος ετυχθην.
Δωματων γαρ ειλομαν] Verſibus hiſce cum antiſtrophicis minime convenit. Ita forſan reſti-

reſtitui poſſunt, quanquam in ſcriptura adeo corrupta conjecturæ ut incertiores ſint neceſſe eſt,

Επ δε πολλευχων πολιν Euripideus
Αμμορος, ακληρος επηξεν. parœmiacus
Δωματων γαρ ειλομαν Euripideus

Egregium autem peritiæ in re metrica ſuæ ſpecimen edidit *Pauwius*, dum in horum verſuum primo, interpolata voce εγω ante πολιν, antiſpaſticum pherecratium trochaico Euripideo ισοδυναμειν ſtatuit. Idem tamen paullo ante *Arnaldum* ludibrio habuerat immerito, ισοδυναμιαν non intelligere cauſſatus. Nec in verſu ſequenti reſtituendo felicius ſe geſſit; nam παντας', quod ad ſupplendum metrum verſui præponit, pro mero tibicine merito eſt habendum inſulſo ſane atque inficeto.

V. 356 — 360. Ανατρεπας, ὁταν Αρης
Τιθασσος ων φιλον ἑλῃ·
Επι τον, ω, διομεναι
Κρατερον ονθ' ὁμοιως
Μαυρουμεν ὑφ' αιματος νεου.

Verſus hoſce miſere corruptos & ſenſu omnino deſtitutos ita forſan reſtitui poſſe exiſtimo,

Ανατρεπας' ὁταν Αρει
Πιθανος ων φιλον ἑλῃ,
Επιτονως διομενα
Κρατερον οντ' αν ὁμοιως
Μαυρομαν ὑφ' αιματος νεου.

Verſuum quatuor priorum metrum pæonicum eſt ex duobus pæonibus quartis; verſus quintus ex antiſpaſticorum κατ' αντιπαθειαν genere eſt diameter hypercatalectus, ex epitrito quarto ditrochæo & ſyllaba, ſimilis v. 173. 183. Paullo plenius autem poſt Ανατρεπας diſtingue, cetera vero ita verte, *Quando Marti aliquis morem gerens amicum interficit, inſtanter perſequens eum, ſtrenuus ſit licet, æque propter ſanguinem recentem peſſundarem.* Pro Αρης τιθασσος ων, quod in vulgatis legitur & ſenſu revera caret, ſomnia ſua fruſtra oggerente *Pauwio*, cum in *Stephaniana* legatur πιθασος, in *Turnebiana* τιθασος, repoſui Αρει πιθανος ων, non longe a veſtigiis veteris ſcripturæ recedens. Ita αφρων ων apud *Euripid. Iphig. in Taur.* v. 574.

Οτ' ουκ αφρων ων μαντεων πεισθεις λογοις

Vocem vero πιθανος ſenſu quem expoſui apud Atticos ſcriptores uſurpari teſtis ſit Xenophon Cyropæd. edit. *Hutchinſ.* p. 124. πιθανοι δ' οὑτως εισι τινες, ὡστε πριν ειδεναι το προσταττομενον προτερον πειθονται. Επιτονως ſuppeditat editio *Turnebiana*, neſcio annon & antiquiores. διομενα & μαυρομαν numero ſingulari poſui, propter ειλομαν numero itidem ſingulari præcedens. Hi autem verſus non revera quinque ultimis antiſtrophæ ſecundæ verſibus opponuntur, quorum quippe metra omnium præter ultimum dactylica ſunt, & nihil cum hiſce habent commune, ſed quinque iis verſibus qui in vulgatis ſtropham tertiam conſtituunt. Librariorum ſcilicet oſcitantia factum eſt, ut quinque ii verſus qui ſtropham tertiam conſtituere debebant, nunc antiſtrophen ſecundam claudant; qui vero antiſtrophen ſecundam claudere, & ſupraſcriptis opponi, debebant, nunc pro ſtropha tertia nobis obtrudantur.

V. 361. — 365. Σπευδομεναι δ' αφελειν
Τινα τασδε μεριμνας
Θεων δ' ατελειαν εμαι-
σι λιταις επικραινειν,
Μηδ' ες αγκρισιν ελθειν.] In his conſtructionem non abſolvi, ſed imperfectam & ſuſpenſam relinqui, nemo non videt. Expendat Lector annon forſan ita ſcripſerit Poeta,

Σπευδομενοι δ' αφελειν
Δια τασδε μεριμνας
Θεοι γ' ατελειαν εμαι-
σι λιταις επεκραναν,
Μηδ' εις αγκρισιν ελθειν.

Verte, *Dii vero Jovem hiſce curis levare ſtudentes immunitatem ab omni alia juriſdictione meis precibus conceſſerunt, & ut rationem cuiquam reddere non teneret.* Δια pro Τινα egregie jam reſtituerat *Pauwius*, ut & in verſu ultimo εις pro ες, metro ut accuratius evaderet cavens, cetera ipſa ſententiæ indole, quaſi manu ducente, ipſe immutavi.

366. 367. 368. Ζευς γαρ αἱματοσταγες
Αξιομισον εθνος τοδε λεσχας
Ας απηξιωσατο.] Ita hos verſus reformari debere cenſeo ut ſtrophicis conſentiant,

Ζευς γαρ αἱματοσταγες
Αξιομισον εθνος τοδε λεσ-
χας απηξιωσατο.

Ex verſu tertio ejeci το ἁς, quo elegantius carebit orationis ſtructura. εθνος τοδε recte interpretatur *Scholiaſtès* το των φονων.

369 — 373. Hi verſus ſtrophen tertiam conſtituunt, ita, leviſſime licet corrigendi & conſtituendi,

Δοξαι δ' ανδρων και μαλ' ὑπ' αιθερι
Σεμναι, τακομε-
ναι κατα γαν μινυθουσιν ατιμοι
Ημετεραις εφοδοις μελανειμοσιν,
Ορχησμοις τ' επιφθονοις ποδος.

Pro επιφονοις, quæ vox eſt nihili, repoſui επιφθονοις, *odioſis*, metri etiam ratione id requirente.

V. 374

V. 374 — 378. Μαλα γαρ ουν ἁλλομενα
Αγκαθεν βαρυπεση
Καταφερω ποδος ακμαν,
Σφαλερα τανυδρομοις
Κωλα δυσφορον αταν.] Hi verſus, ut ſupra monuimus, quinque ultimis ſtrophæ ſecundæ verſibus opponi debent, & antiſtrophen ſecundam claudere. Verſus duo ultimi ita forſan emendari poſſunt,

Σφαλερα και τανυδρομοις
Κωλ᾽ ουν θεισα, δυσφορον τ᾽ αταν.

Ita totus hic locus vertatur; *Vehementer enim proſiliens deſuper defero pedis impetum graviter cadentem, iis etiam qui longe effugerunt artus vacillantes tandem reddens, calamitatemque vix tollerandam.* In verſu primo ἁλλομενα primam corripit; vide quæ notavimus ad *Euripid. Bacch.* v. 606. & Noſtri *Agamem.* v. 294. In ſecundo, pæoni quarto rite opponitur creticus. In quarto, particulam και ad ſupplendum metrum, favente etiam ſententia, interpolavi. In ultimo, quem mutilum eſſe ſatis demonſtrat & metri ratio & ſtructuræ, ſupplevi verba ουν θεισα, ut utriſque quodammodo ſaltem ſatisfiat. Nolim tamen quenquam putare, me hæc pro ipſiſſimis Poetæ verbis obtrudere; hoc enim in homine a ſcriptis codicibus deſtituto non tantum arrogantiæ eſſet nimiæ, ſed riſu etiam excipi jure mereretur.

379 — 383. Strophæ tertiæ, prout eam ſupra conſtituimus accurate reſpondebit hæc antiſtropha ita etiam leviter correcta & ordinata,

Πιπτων δ᾽ ουκ οιδεν τοδ᾽ ὑπ᾽ αφρονι
Λυμᾳ᾽ τοιον ε-
πι κνεφας ανδρι μυσος πεποταται,
Και δνοφεραν τιν᾽ αχλυν κατα δωματος
Αυδαται πολυστονος φατις.

Verte, *Cadens vero propter noxam mentem ei auferentem hoc non intelligit; tale veluti tenebræ piaculum circa hominem volitat, & obſcuram quandam caliginem per ædes obtinere pronunciat multa gemens fama.* Οιδεν pro οιδε præſtant editiones *Aldina* & *Robortelliana.* μυσος penultimam corripere notiſſimum eſt, accentu igitur circumflexo perperam in vulgatis notatur. Poſſet etiam legi in verſus ſecundi fine & tertii initio, τοιον αρ᾽ ὡς κνεφας. Harum lectionum utram malit eligat Lector; vulgarem vero corruptam eſſe certiſſime demonſtrat metrum.

V. 384. Μενει γαρ᾽ ευμηχανοι] Veriſimillimum mihi videtur Poetam ſcripſiſſe,

Μονει γαρ, ευμηχανοι.

388 — 391. Ατιμ᾽ ατιετα διομεναι
Λαχη θεων διχοστατουν-
τ᾽ ανηλιω λαμπα, δυσοδοπαιπαλα
Δερκομενοισι και δυσομματοις ὁμως.] In tota hac ſtropha nullum reperitur verbum cujus ope fulciri & ſuſtentari poſſit conſtructio. Metra etiam verſiculorum horum quatuor melius, meâ quidem ſententiâ, diſponi & conſtitui poterant. Forſan ita immutati germanam Poetæ ſcripturam propius repræſentabunt,

Ατιμ᾽ ατιετα διεπομεν iambicus dimeter acatalectus
Λαχη, θεων διχοστατουντ᾽, ανηλια, iambicus ſenarius
Δυσοδοπαιπαλα, dactylicus dimeter
Δερκομενοισι και δυσομματοις ὁμως. aſynartetus ex dochmaico & iambico dimetro brachycatalecto.

Verte, *Inhonoram neglectam adminiſtramus provinciam, a deorum præſentia longe remotam, luminis ſolaris exſortem, vix inveſtigandam tam a videntibus quam cæcis.* Conjecturam noſtram διεπομεν firmant, quæ infra ſequuntur v. 933. 934.

Παντα γαρ αὑται τα κατ᾽ ανθρωπους
Ελαχον διεπειν.

Vocem λαμπα in verſu penultima effurcillavi, cum nihil in antithetico reperiatur quod ei reſpondeat, & gloſſematis meri ſpeciem præ ſe ferat ad marginem adſcripti, αλαμπη ſcilicet pro interpretatione vocis ανηλια. Primam autem producere poteſt Δυσοδοπαιπαλα cum vox ſit pluſquam triſyllaba. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 398. Ita autem antithetica conſtitui debent,

Γερας παλαιον, ουδ᾽ ατιμιας κυρω,
Καιπερ ὑπο χθονα ——

394. Εμον κλυων θεσμον] Verte, *meum audiens magiſterium.*

399. Ταξιν εχουσα, και δυσηλιον κνεφας] Forte, Λαξιν, Dorice pro ληξιν, *portionem, ſedes aſſignatas.*

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 276. δικαν ετι εικαγε ειναι] Legendum potius videtur, ου δικαν ετι &c.

296. ὑδρανοις βωμοις] Lege υδραινοις βωμοις.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 401. Απο Σκαμανδρου την καταφθατουμενην] Legendum puto cum *Stanleio* γην καταφθατουμενην, *Heſychii* auctoritate præcipue inductus, qui καταφθατουμενην interpretatur κατακτωμενην, κυριως δε το εκ προκαταληψεως. Verte, *Terram incolens ex præda mihi exemptam.* Cæteroquin, cum vox hæc εν ἁπαξ λεγομενοις ſit, redargui vix poſſet *Pauwii* conjectura reponentis potius γην κατὰ φθατουμένην.

403. Των αιχμαλωτων χρηματων] *ex præda bello capta.*

404. αυτοπρεμνον, *funditus.*

406. 407. 408. Ενθεν διωκουσ' ηλθον ατρυτον ποδα,
Πτερων ατερ ῥοιβδουσα κολπον αιγιδος,
Πωλοις ακμαιοις τονδ' επιζευξασ' οχον.] Imperite omnino *Pauwius* reſcribendum ſuadet ουκ επιζευξασ', cauſſatus ſe non intelligere quid ſit διωκουσ' ατρυτον ποδα, quid ῥοιβδουσα κολπον αιγιδος, *ſi Minerva cum venerit.* Quod ad ατρυτον ποδα attinet, nihil aliud verbis iſtis ſignificatur, niſi eam curſu indefeſſo, id eſt, nulla interpoſita requie, adveniſſe; nequaquam vero pedibus iter confeciſſe, quod de aera trajiciente imaginari plane eſſet ridiculum. Altera vero illa, ῥοιβδουσα κολπον αιγιδος, hoc tantum exprimunt, nempe deam tanta cum velocitate aera tranaſſe, ut ex ipſo motus incitatioris impetu ſtrideret ægidis ſinus, quod æque eveniſſe potuit, ſive pedibus, ſive curru fuiſſet uſa; nam alis eam non fuiſſe uſam diſerte memoratur. Nolim ſcilicet tantam abſurditatem viro docto temere imputare, ut eum crediderim cum *Scholiaſte* ſenſiſſe, deam ægide pro velo uſam navigationem quodammodo per aera inſtituiſſe. De ſcripturæ vero vulgaris veritate minime dubitabit Lector, ſi attendit, verſum tertium, admiſſâ *Pauwii* conjecturâ, non inutilem tantum & ſupervacaneum, ſed inſulſiſſimum plane evadere. Quorſum enim omnino currus mentio, quorſum rhedariorum, quorſum denique ακμαιων præcipue, ſi curru prorſus non uſa eſſet Minerva?

409. Και νυν δ' ὁρωσα τηνδ' ὁμιλιαν χθονος] Scripturam dedit longe & elegantiorem & veriſimiliorem *Canterus*, Καινην δ' ὁρωσα. De ſenſu locutionis iſtæ ὁμιλιαν χθονος vide quæ notavimus infra ad v. 714.

411 — 415. Τινες ποτ' εστ'· πασι δ' ες κοινον λεγω·
Βρετας τε τουμον τωδ' εφημενω ξενω,
Ὑμας θ' ὁμοιας ουδενι σπαρτων γενει,
Ουτ' εν θεαισι, προς θεων ὁρωμεναις,
Ουτ' ουν βροτειοις εμφερεις μορφωμασι] Ex his verſibus prout nunc leguntur nulla prorſus extricari poteſt conſtructio. Emendationem varie tentarunt viri eruditi; nemini tamen feliciter ceſſerunt, meâ quidem ſententiâ, conatus. Expendat Lector annon ita potius ſcripſerit Poeta,

Τινες ποτ' εστ'· πασι δ' ες κοινον λεγω
Βρετας τε τουμον τωδ' εφημενω ξενω.
Ὑμεις δ' ὁμοιαι γ' ουδενι σπαρτων γενει,
Ου μεν θεαισι προς θεων ὁρωμεναις,
Ουτ' ουν βροτειοις εμφερεις μορφωμασι.

V. 416. Λεγειν δ' αμομφον οντα τους πελας κακως] Lege omnino τον πελας.

419. αιανη recte interpretatur *Scholiaſtes* σκοτεινα. Interpres videtur legiſſe αιανης, prout in *Turnebiana* etiam legitur, forſan verius.

421. κληδονας τ' επωνυμους] *& famam nomini conſentaneam.*

422. πευσῃ ταχα] *percontatura es forſan.*

425. Και τῳ κτανοντι τουτο τερμα της σφαγης;] Optime *Stanleius*, τερμα της φυγης. Emendationis veritatem plane ſtabilit Eumenidum reſponſum. Obnititur tamen *Pauwius*, & vulgatum τερμα της σφαγης interpretatur, *omne quod cædes meruit*; ſed exemplis adductis probari oportuit verba iſta ſignificationem talem habere poſſe, hoc vero, ut ſolet, oblitus eſt vir doctus.

431. Δυοιν παροντοιν ἡμισυς λογος παρα] Verte, *Duo cum adſint, dimidium cauſæ jam explicatum teneo.*

438. σεβουσαι γ' αξιαν τ' επαξιων] Vulgatam ſcripturam minus recte procedere vidit *Pauwius*, ut veram tamen reſtituerit non ei obtigit. Forſan legendum,

σεβουσαι γ', αξιαι τ' επαξιων.

Verte, *Te quidem cum veneremur, & dignæ ſimus quibus condigna rebribuantur.*

472. Πραξας γαρ εν σοι παντα χη ταδ' αιτιω] Structura hujus loci mihi perquam ſuſpecta eſt. *Pauwius* præpoſitionem cum verbo jungens, εμπραξας σοι, interpretatur, *tibi committens, tibi permittens mea.* At exemplum ſimilis locutionis deſidero. Forſan Poeta ſcripſerit,

Πραξας γαρ εν σοι παντα, και ταδ' αιτιω.

Verte,

Verte, *Quamcunque enim fortunam apud te expertus fuero, in ea acquieſcam.*

V. 473. 474. Optime hujus loci conſtructionem explicat *Pauwius.*

475. Φονους διαιρειν οξυμηνιτου δικας] *Robortelliana* habet φονου διαιρειν, quæ ſcriptura mihi, fateor, magis arridet, quanquam & vulgatam ferri poſſe, modo ſublato Doriſmo δικης reponas, non diffiteor. Quamcunque eligas eadem fere prodit ſententia.

476. 477. 478. Αλλως τε και συ μεν κατηρτυκως ὁμως
Ικετης προσηλθες καθαρος αβλαβης δομοις·
Ομως δ' αμομφον οντα σ' αἱρουμαι πολει]

In his verſibus non vacillat tantum conſtructio, ſed & prorſus periit; neque unius ſunt aſſis quæ commentus eſt *Pauwius.* Poetam puto ſcripſiſſe,

Αλλως τε, κ' ει συ μεν, κατηρτυκως ὁπως
Ικετης, προσηλθες καθαρος αβλαβης δομοις,
Ομως δ' αμομφον οντα σ' αἱρουμαι πολει.

Verte, *Et præterea, etiamſi tu quidem ſupplicis ritu adornatus adveniſti purus innocuus ædes meas, nihilominus tamen velim ut nihil habeat urbs mea quod tibi imputet.*

480. Και μη τυχουσαι πραγματος νικηφορου] Ut procedere poſſit conſtructio legendum videtur,

Κ' ει μη τυχουσαι πραγματος νικηφορου
Χωρησιν αυθις ——

Verte, *Si inſuper victoriam non conſecutæ recedant.*

482. αιανης νοσος, *gravis morbus.*

483. 484. Τοιαυτα μεν ταδ' εστι αμφοτερα μενειν
Πεμπειν δε δυσπημαντ' αμηχανως εμοι] Corruptiſſima hæc ita forſan reſtitui poſſunt,

Τοιαυτα μεν ταδ' εστι αμφοτερ' ει μενεις,
Πεμπειν δε και δυστηνον αμηχανον εμοι.

Verte, *Ita hæc in utramque partem ſe habent ſi manes, amandare vero te etiam infelicem plane nequeo.* αμηχανον primam hîc producit. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 398.

486. 489. *Pauwium* recte reſtituiſſe exiſtimo, in horum verſuum primo ὁρκιοις pro ἱερκιων, & in altero ορθωματα pro ὁρκωματα.

490. 491. 492. Κρινασα δ' αστων των εμων τα βελτατα
Ἡξω, διαιρειν τουτο πραγμ' ετητυμως·
Ορκον περωντας μηδεν εκδικον φρεσιν] Minerva nunc ſcenam relinquit, judices delectura & adductura; optime igitur ſe habet vulgata ſcriptura Ἡξω κρινασα, *Reveniam poſtquam ſelegero*, nec *Pauwiana* conjectura ἡκω pro ἡξω ſubſtituente opus eſt. Conſtructio ſcilicet eſt, Ἡξω κρινασα τα βελτατα των εμων αστων, ὡστε αυτους διαιρειν ετητυμως τουτο πραγμα. Quid vero de horum verſuum ultimo dicemus? Quid eſt ὁρκον περωντας? *Stanleius* quidem vertit, *juratos*; *Pauwius*, nihil apertius eſſe exclamans, ſententiam tamen quam hiſce tribui velit ſilentio prudenter preſſit. Sed analogiam aut rationem edoceri velim juxta quam περαν ὁρκον idem ſignificare poſſit ac *jurejurando firmare.* Primaria certe notio verbi περαω eſt *tranſire, tranſgredi.* Ita apud *Sophocl. Oedip. Colon.* v. 151. περας γαρ, περας. Hæc autem, ſi non plane repugnans, alieniſſima certe eſt ab ea poteſtate quæ hîc eidem verbo tribuitur. Deinde, Quid eſt περαν φρεσιν ὁρκον κατα μηδεν εκδικον? quæ *Pauwii* quidem conſtructio eſt; aut quid juxta *Stanleium*, περαν φρεσιν μηδενα ὁρκον εκδικον, *nullum iniquum juramentum animis proferre?* An animis tantum, & non verbis conceptis, clara voce, juramentum proferebant Judices Areopagitæ? An cavendum erat ne juramentum iſtud ita prolatum non eſſet iniquum? Proculdubio corrupta eſt vulgaris ſcriptura, ita forſan reſtituenda,

Ορκον περωντας μηδε τι 'κδικον φρονειν.

Verte, *Neque juramentum tranſgredientes iniquum quidquam animis fovere.*

V. 493. Νυν καταστροφαι νεων
Θεσμιων] Verte, *Nunc patefient exitus novarum legum.* Non enim everſio, ſed introductio, novarum legum, id erat quod averſabantur Eumenides. Καταστροφη, vox de fictis fabularum dramaticarum eventis proprie uſurpata, hîc ad veros ipſarum rerum ſucceſſus exprimendos transfertur.

494. 495. Ita conſtituantur hi verſiculi, in quorum ſecundo interpolavi particulam τε, ut metrum antithetico reſpondeat,

Θεσμιων, ει κρατησει periodus catalectus
Δικα τε και βλαβα iambicus dimeter brachycatalectus.

Verte, *Si vicerit cauſa & noxa.* Antiſtrophici pariter ita conſtituantur,

Μαιναδων τωνδ' ερερψει
Κοτος τις εργματων.

499. Πολλα δ' ετυμα παιδοτρωτα] ατιμα, quod pro ετυμα reponit *Stanleius*, cum ſecundam producat, reſpuit metrum.

501. Metrum accuratius antithetico reſpondebit ſi cum *Pauwio* pro ει in verſus initio legis επ.

508. 509. Ληξιν ὑποδοσιν τε μοχθων
Ουκετ' ου βεβαια·] Legendum puto ὑποδυσιν, cum ὑποδοσις in nullo quod ſciam Lexico aut vetere aut recentiori reperiatur. Verte, *Ærumnarum requiem ſuffugiumque haudquaquam certa.* Hæc ſcilicet a verbo præcedente πιυσεται pendent.

V. 509. 510. — πλα-

μων δὲ τις ματαν παρηγορει] Recte το τις quod metrum reſpuit ejecit *Pauwius*. Ex margine irrepſiſſe videtur gloſſema, nimirum ad πλαμων referendum.

514. 515. Non male pro Ιω in utroque verſiculo *Pauwius* reſtituit Ω, jubente metro? aut potius vox illa pro monoſyllaba habenda eſt. Vide quæ ſubjunximus ad finem notarum in *Euripidem*.

520. 521. 522. Εσθ' όπου το δεινον ευ

Και φρενων επισκοπον

Δειμαινει καθημενον] *Pauwius* το δεινον recto caſu poni ſtatuit, & interpretatur *vis* & *audacia*. At το δεινον proprie ſignificat omne id quod terrorem incutere aptum eſt. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Antig.* v. 249. 1109. Atque ita quidem, cum homo viribus & audacia inſignis juſtam imbecillioribus timendi cauſam præbeat, is recte juxta eandem analogiam dicitur ανηρ δεινος. At το δεινον abſolute poſitum, cum vox ſit media, ad laudem vel vituperium pro re nata indifferenter adhibita, apud nullum ſcriptorem Græcum, ni fallor, ſignificare *vim* & *audaciam* deprehendetur. Porro adverbium ευ quem locum hîc habere poſſit non conſtat. *Pauwius* quidem vel ad δειμαινει, vel ad καθημενον, æque referri poſſe contendit. At quid ſodes eſt φρενων επισκοπον ευ καθημενον? Si cum δειμαινει jungatur, quis locus quæſo relinquitur particulæ copulativæ και? Quid obſecro eſt ευ δειμαινει και επισκοπον? Quocunque te vertas licet, inepta tamen prorſus & inſulſa prodit ſententia. Præterea δειμαινει certiſſime repudiat metrum. Antiſpaſticus enim, quod ſupra monuimus, trochaico *Euripideo* haudquaquam ισοδυναμει. Quod autem ſubſtitui poſſe ſuggerit *Pauwius*, δειμαει, ſcriptoribus Græcis omnino eſt ignotum. Neque ſane colligi poteſt ex eo, quod δειμαομαι formâ mediâ apud *Heſychium* comparet, ideo verbum etiam activum δειμαω fuiſſe in uſu. Age vero, omnia *Pauwio* concedamus, te, Lector, judicem appello, annon etiam ita ſolœca plane & incondita evadit oratio. Quopropter legendum potius exiſtimo,

Εσθ' όπου το δεινον ευ

'Χει, φρενων τ' επισκοπον

Δειμα γ' εγκαθημενον.

Verte, *Aliquando id utile eſt quod timorem incutit, & terror animi moderator inſidens.* In verſiculo ſecundo 'χει ponitur pro εχει, vocali unde incipit vox iſta eliſâ, propter diphthongum quæ verſum præcedentem claudit. Syſtema ſcilicet hoc, cum ex ſolis conſtet trochaicis, iiſque hephthemimeribus, una triemimeri excepta, ab initio ad finem uſque continuo carmine per συναφειαν decurrit, neque permittitur ulla, vel αδιαφορια in ultima ſyllaba, vel concurrentium vocalium longæ & brevis abſque eliſione, licentia.

V. 523. 524. Ξυμφερει

Σωφρονειν ύπο στενει] Στενος ſubſtantivum idem quod το δεος ſignificans vocabulum eſt nihili, Græcis ſcriptoribus, opinor, ignotum. Vix dubito quin reponendum ſit ύπο σθενει, *vi compulſum*.

525. 526. Τις δε μηδεν εν φαει

Καρδιας ανατρεφων] Quid ſit εν φαει καρδιας ανατρεφειν τι, juxta cum ignariſſimis ſcio. *Pauwius* quidem interpretatur, *in corde lucido a quo tenebrarum mala caligo exulat, in corde puro in quo lux æqui & boni.* Eſto ſi placet. At hic ſermo erat de timoris utilitate ad hominum affectus immoderatos reprimendos, & intra æqui bonique cancellos continendos. Quid ad hunc ſcopum civitas aut homo corde lucido puroque nihil enutriens? Vide autem quam bellula ex hac interpretatione prodit ſententia. *Quis urbs aut homo nullam æqui bonique lucem corde nutriens amplius veneretur juſtitiam?* Vetus ſcriptura erat καρδιαν, non καρδιας quod *Canteri* tantum conjecturæ debemus. Forſan igitur legi poteſt,

Τις δε μηδεν' εν φοβον

Καρδιᾳ γ' ανατρεφων

Ita hæc optime cum præcedentibus cohærebunt.

527. 528. Η πολις βροτος θ' όμοι-

ως ετ' αν σεβοι δικαν;] Solœca eſt oratio; præcedente enim particula disjunctiva η, ſequi debebat, non particula copulativa τε, ſed eadem disjunctiva η iterum repetita. Legendum igitur proculdubio Η πολις. Ita constructio erit, τις δε η πολις &c.

529. Μητ' αναρκτον βιον] Ut verſus hic cum antithetico paria facere poſſit, forſan legendum,

Μητ' αναρκτον ουν βιον, Euripideus.

532. 533. 534. Hi tres verſus non niſi duos revera conſtituere debent,

Παντι μεσῳ το κρατος θεος ωπασεν, dactylicus tetrameter

Αλλ' αλλα δ' εφορευει. idem trimeter;

& in antiſtropha pariter,

Κερδος ιδων, αθεῳ ποδι λαξ απ-

ισης· ποινα γαρ επεστι·

το κρατος verti debet *primatum*. Παντι autem pro άπαντι jam reſtituerat *Pauwius*, & αλλ' pro αλλα *Arnaldus* metro utrique conſulentes.

V. 538.

V. 538. 539. 540. Ita hi verſus conſtituendi,

> Εκ δ' ὑγιειας dactylicus dimeter
> Φρενων, ὁ πασιν φιλος periodus catalectus
> Και πολυευκτος ολβος choriambicus dimeter catalectus;

quibus reſpondebunt antiſtrophici,

> Και ξενοτιμους
> Επιστροφας δωματων
> Αιδομενος τις εστω.

Mire & circa rationem metricam, & circa modulum ſyllabæ primæ in φιλος, quæ ſemper apud Atticos corripitur, hîc ceſpitat *Pauwius*.

545. Ποδι λαξ ατισης] *H. Stephanus* pro ατισης periculo ſuo reſcribi jubet πατησης, non ſine inſigni, fatendum eſt, veriſimilitudinis ſpecie, adeo ut ipſi etiam *Cantero*, viro in re metrica haud vulgariter exercitato, imponere potuerit. Hinc vero evidentiſſime patet, quam neceſſaria plane eſt rei metricæ aliqua ſaltem peritia ei qui Poetarum veterum ſcripta recognoſcere, & ex ingenio reſtituere ſatagit. Hanc enim conjecturam falſam eſſe, nec admitti poſſe, evincit ipſa metri ratio bene intellecta, quod *Pauwium* etiam non latuit.

555. Πανωλεθρος ου ποτ' αν γενοιτο] *Pauwius* metro conſulens recte reſtituit Πανωλεθρος δ' ου, requirente etiam quodammodo ſtructuræ nitore.

556. Τον αντιτολμον δε φαμι παρβαδαν] Aſynartetus eſt ex penthemimeri & dimetro brachycatalecto iambicis. Omnino enim, ſi metro conſultum velis, legendum eſt παρβαταν.

557. Τα πολλα παντοφυρτ' ανευ δικας] Excidit vox diſſyllaba quæ ſenarium claudebat. Forſan reponi poteſt βιᾳ, vel cum *Pauwio* poſt παντοφυρτ' interpolari αγοντ'. Ceteræ hujus conjecturæ ineptiores ſunt quam ut expendi ſerio mereantur.

V. 558. καθησειν, recte *Stanleius*, *demergere*.

562. Δην· μεσᾳ δυσπαλεταις δινᾳ] Ita juxta *Turnebianam* verſus hic reficiendus,

> Δην, εν μεσᾳ δυσπαλει τε δινᾳ·

præpoſitionem εν ſuadente metro ex conjectura interpoſui.

563. Pro θερμουργῳ *Pauwius* cogente metro repoſuit θερμῳ, non male, ut opinor.

564. 565. Τον ουποτ' αυχουντ' ιδων αμηχανοις Δυαις λεπαδνον, ουδ' υπερθεοντ' ακραν] ουποτ' αυχουντ', *nunquam gloriantem*, ab hujus loci ſententia plane alienum eſt. λεπαδνον adjectivum adhærentem ſignificans merum commentum eſt *Pauwii*, Græco ſermoni ignotum. Nec ſi omnia viro docto concederemus quæ nulla probatione fulta aſſumit, vox tamen iſta hîc locum habere poſſet; non enim calamitatibus hominem, ſed homini calamitates, adhærere dicendum erat. Legendum autem exiſtimo,

> Τον ουκετ' αυχουντ' ιδων αμηχανοις
> Δυαις, λεπαιον ουδ' υπερθεοντ' ακραν·

Verte, *Videns eum non amplius gloriantem calamitatibus immerſum unde ſe extricare nequit, & præruptum rupis jugum haud exſuperantem.*

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 510. ἡ δ' ὡδε τλημων] Verba ſunt *Sophoclis Elect.* v. 277.

533. εσθ' όπη δεους] Lege δεος, hæc enim ad v. 520. ſunt referenda.

537. ἰδειν γιγνωσκε] Mutila ſunt hæc; proculdubio ſcripſit *Scholiaſtes*, ἡ δυσσεβεια εστιν ἡ ἰδειν γιγνωσκε.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 570. Η τ' ουν διατορος Τυρσηνικη] Claudicat hujus verſus metrum; ex initio ſcilicet excidiſſe videtur vox triſyllaba, puta αχρειον, vel ſimile quiddam. Sed germana Poetæ ſcriptura abſque exemplarium veterum ope vix ſperanda eſt.

574. Σιγαν αρηγει, και μαθειν θεσμους εμους] Verbum αρηγειν notionem exprimit rei de qua agitur parum aptam. Legi potius velim ανωγει, præeunte Homero Iliad. B. 279. & ſeqq.

> παρα δε γλαυκωπις Αθηνη,
> Ειδομενη κηρυκι, σιωπαν λαον ανωγει,
> Ὡς ἁμα θ' οἱ πρωτοι τε και ὑστατοι υἱες Αχαιων
> Μυθον ακουσειαν, και επιφρασσαιατο βουλην.

Per θεσμους autem εμους, non Judices Areopagitas, prout *Stanleio* viſum eſt, ſed ipſam legem de curia Areopagitica in perpetuum conſtituenda, ab ipſa Minerva infra v. 686 — 711. latam, deſignari intelligo. Non ſane θεσμων numero plurali, ſed θεσ-

† R 2 μος

μοι numero ſingulari, appellantur Judices ſupra v. 487. & infra v. 618. 684. Tota ſcilicet curia & eſt inſtitutio & ita dicitur, non vero ſinguli judices tot inſtitutiones.

V. 575. Πολιν τι ποιων] Malim Πολιν γε ποιων. Intricatioris certe eſt ſtructuræ vulgata ſcriptura.

577. ὧν εχεις αυτος κρατει] Verte, *quæ ad te proprie pertinent ea ipſe adminiſtra.*

579. εσι γαρ δομων] Cum in verſu proximo iterum ſtatim ſequatur δομων, vox ea locum hîc etiam habere vix poteſt. Legendum igitur exiſtimo,

εσι γαρ δ' ὑμων

το δ' pro τοι, non pro τε, hîc poni accipiendum eſt; in hac enim particula diphthongum elidi ſolere ſæpius monuimus. Vide notas noſtras ad *Sophocl. Ajac.* v. 86. 178.

584. Οπως επεσε, τηνδε κυρωσαν δικην] Lege επεση, vide ſupra ad v. 85. κυρωσαν quod in quibuſdam exemplaribus reperitur, a Librariis profectum videtur verentibus ne, ſi participium maſculinum de fœmina uſurparetur, ſolœca prodiret oratio; ſed vide quæ ſupra notavimus ad v. 297.

596. Περι τουδ' επειδης] Recte reſtituit *Pauwius*, Προς του δ' επειδης;

601. Πεποιθ', *confidenti ſum animo.*

602. Νεκροισι νυν πεποιθι μητερα κτανων] Quamobrem πεποιθι formâ imperativâ vocis mediæ poni non accipiatur non intelligo. Verte, *I nunc & mortuis confiſus ſis cum matrem interfeceris.*

605. Recte verſus hujus ſententiam explicuit *Pauwius*, ut nulla opus ſit innovatione.

610. 611. Ita hi verſus interpunctionibus diſtinguendi,

Πως γαρ; σ' εθρεψεν εντος, ω μιαιφονε,
Ζωνης. απευχη μητρος αἱμα φιλτατον;

618. Recte *Canterus* & *Pauwius* metro obſequentes, μαντις ων δ'.

621. Ο μη κελευσει Ζευς ολυμπιων πατηρ] Omnino reponendum, præeunte quadantenus *Stanleio*, Ο μη 'κελευσεν, aliter turbabitur prorſus temporum ratio. ειπον ὁ κελευσει putus eſt ſolœciſmus.

622. Recte hæc diſtinguit & interpretatur *Pauwius.*

623. Βουλη πιφαυσκω δ' ὑμμ' επισπεσθαι πατρος] Unde obſecro Doriſmus ὑμμε in Poeta Attico? Forſan reponendum ουν.

627. μητρος μηδαμου τιμας νεμειν] Vertendum puto, *matris reverentiam nullo in loco habere.* Atque ita quidem ſi vulgata retineatur ſcriptura; nam νεμειν τιμας, pro eo quod eſt *pœnas luere*, Græcum eſſe haud exiſtimo. *Pauwianam* tamen conjecturam τιμας μενειν veriorem eſſe haud negaverim.

V. 633. Ψηφω διαιρειν τουδε πραγματος περι] Ψηφω διαιρειν junctim accipiendum eſt, idemque valet ac ψηφιζειν. Ita ſuſpicio omnis circa præpoſitionem περι ſtatim evaneſcit, neque ulla innovatione opus eſt.

635. Τα πλεισ' αμεινον' ευφρονι δεδεγμενη.] Diſtinguendum cenſeo poſt αμεινον', & ευφρονι δεδεγμενη vertendum, *vultu ad lætitiam compoſito excipiens.* Nam *Pauwii* interpretationem ευφρονι cum αμεινονα jungentis, *Bona quæ talia videntur iis qui bene ſapiunt*, prorſus non intelligo. Diſtinguendum etiam puto poſt δεδεγμενη, ſed minus plene.

636. 637. Δροιτη, περωντι λουτρα, κ'απι τερματι
Φαρος παρεσκηνωσεν] Δροιτη pendet a præpoſitione in παρεσκηνωσεν, *juxta lavatrinam explicuit more tentorii.* Ita neceſſe non erit cum *Pauwio* reponere περιεσκηνωσεν, aut πεσκηνωσεν, utrumque Atticorum Poetarum conſuetudini plane repugnans, quippe qui neque augmentum unquam abjiciunt, neque in ſede pari anapæſtum, in tragœdia ſaltem, admittunt. Commate autem poſt τερματι diſtinguendum cenſeo.

653. 654. — τα δ' αλλα παντ' ανω τε και κατω
Στρεφων τιθησιν, ουδεν ασθμαινων μενει] Diſtinguendum puto poſt ασθμαινων, ut μενει referatur ad στρεφων.

655. Πως γαρ το φευγειν τουδ' ὑπερδικεις ὁρα] το φευγειν non hîc ſignificat *incolumem evadere*, ut putaſſe videtur *Pauwius*, vide quæ notavimus ad *Choeph.* v. 480. ſed vocabulum eſt juridicum idem ſignificans ac εγκλημα ὁ φευγει, *crimen cujus accuſatur.* Quomodo igitur *Pauwii* conſtructio τουδε cum ὑπερδικεις jungentis ſtare poſſit non video. το φευγειν τουδ' ὑπερδικεις eſt, *crimen huic imputatum diluis.*

664. οἱοι μη βλαψη θεος] Structura eſt οἱοι τουδε το ερνος θεος μη βλαψη. In tali vero conſtructione nemini, opinor, vel umbra dubitationis relicta erit de verbo βλαπτειν dativo perſonæ, cum adſit etiam accuſativus rei, juncto.

670. τ' αλλα δ' ὡς επισταμαι] Ad τ' αλλα ſubauditur præpoſitio κατα. Verte, *& rebus in aliis quantum poſſum.* Conſtructio ſcilicet eſt τευξω μεγαν κατα τε τα αλλα, και επεμψα τονδε &c.

685. Πρωτας δικας κρινοντες αἱματος χυτου] Egregie κρινουσας repoſuit *Stanleius*, quod cum θεσμον, *judices*, nomine multitudinis, jungendum.

687. Αιει δ' ἑκαστων τουτο βουλευτηριον] *Canterus* reponit Αιει δικαστων, *Pauwius*, Αιει δικασταις; utraque conjectura probabilis eſt, erga hanc vero magis propendeo.

V. 988.

V. 688 — 691. Παγον δ' Αρειον τονδ' Αμαζονων ἑδραν,
Σκηνας θ', ὁτ' ηλθον Θησεως κατα φθονον
Στρατηλατουσαι, και πολιν νεοπτολιν
Τηνδ' ὑψιπυργον αντεπυργωσαν τοτε] Verbum αντεπυργωσαν regitur a nominativo αἱ Αμαζονες e primo horum verſuum repetendo. Ita enim inſtituenda eſt conſtructio, Αι Αμαζονες δε αντεπυργωσαν παγον Αρειον τονδε, ἑδραν σκηνας τε αυτων των Αμαζονων, και πολιν τηνδε νεοπτολιν ὑψιπυργον, τοτε ὁτε ηλθον στρατηλατουσαι κατα φθονον Θησεως. Σκηναι idem hîc ſignificat ac σκηνωμα, *habitaculum*. *Pauwius* veram conſtructionem partim videt, partim haud aſſecutus eſt. Erunt forſan cui arridebit Θησεως κατα χθονα, mihi fateor magis placet ſcriptura vulgata.

693. 694. 695. — εν δε τῳ σεβας
Αστων, φοβος τε συγγενης το μη 'δικειν
Σχησει] Verte, *In hoc vero inſtituto civium reverentia, & reverentiæ cognatus timor, eos ab injuria inferenda coercebit.*

696. 697. Αυτων πολιτων μη 'πικαινουντων νομους.
Κακαις επιρροαισι] Cum præclare reſtituiſſet *H. Stephanus* επικαινουντων, *Pauwius* tamen vulgatam ſcripturam mordicus tuetur, ſed profecto infelicius non poterat. Ex comparatione enim aquæ cœno pollutæ, & ex ſequentibus κακαις επιρροαισι, lectionem hanc plane ſtabiliri contendit, cum nihil contra magis ſit manifeſtum quam his ipſis *Stephani* emendationem confirmari. Novis enim acceſſionibus vel influxibus non interimitur quidquam ſed immutatur, nec cœno immixto deſtruitur aqua, ſed potui tantum minus idonea efficitur. Præpoſitionem etiam επι in compoſito multo magis conjecturæ *Stephanianæ* quam ſcripturæ vulgatæ convenire nemo non videt.

699. 700. Το μητ' αναρχον μητε δεσποτουμενον
Αστοις περιστελλουσι βουλευω σεβειν] *Pauwius* το περιστελλουσι elegantiſſimum eſſe pronunciat, ſed non intellectum *Stanleio* exprobrat. Ipſe interim nos docet ſententiam eſſe, Nec anarchiam nec tyrannidem ſibi induant. Peſſime vero accidit quod elegantiæ hæ ſermoni Græco penitus ſunt ignotæ. Verbum enim περιστελλειν nude poſitum non *ſibi* ſed *alii induere* ſignificat; ut ſententia vero quam tantopere extollit *Pauwius* prodeat, reſcribi oporteret περιστελλομενοις. Verbo dicam, corrupta eſt vulgata ſcriptura, adeoque minime mirum ſi a *Stanleio* haud fuerit intellecta. Proculdubio reponendum, unâ tantum literâ immutatâ, περιστελλουσα.

714. Βαρειαν τηνδ' ὁμιλιαν χθονος] Phraſin ὁμιλιαν χθονος & hîc & ſupra v. 409. uſurpatam optime explicat *Pauwius*.

V. 719. Μαντεια δ' ουκ ἐθ' ἁγνα μαντευση μενων] *Pauwius* το μενων hîc minus appoſitum eſſe cauſſatus reponendum cenſet μελων, *iſta curans*; ſed doceri velim quomodo μελων ita nude poſitum ſignificare poſſit *iſta*, potius quam *quidvis aliud, curans*; oportuit certe τωνδε μελων. Si quid immutandum ſit, malim μολων, *hinc profectus*.

730. 731. Συ τοι παλαιας δαιμονας καταφθισας
Οινῳ παρηπατησας αρχαιας θεας] Scripturam vulgarem nolim hîc immutari ſine veterum exemplarium auctoritate & conſenſu. Veriſimillimum eſt ad fabuloſam aliquam traditionem hîc alludi, quæ, ut innumera ejuſdem generis alia, dudum obſolevit, aut ſaltem a viris doctis qui Poetam noſtrum commentariis illuſtrarunt nondum fuerit animadverſa. Vide quæ notavimus ſupra ad v. 173. *Pauwii* certe conjectura admitti non poteſt; præterquam enim quod horum verſuum alter ex ejus officina inſuaviſſimus prodit, το καταφθιους ſignificationem *fallendi*, quam ei tribuit, nuſpiam, opinor, habere deprehendetur.

736. Ως αμφιβουλος ουσα θυμουσθαι πολει] Verte, *Quippe quæ nondum ſtatuerim an urbi iraſci debeam.*

750. Ημιν γαρ ερρειν, η μεσου τιμας νεμειν] Verte, *Nobis enim adeſt aut peſſum ire, aut honores noſtros in futurum obtinere.*

753. 754. Γνωμης δ' απουσης πημα γινεται μεγα.
Βαλουσα τ' οικον ψηφος ορθωσεν μια] Γνωμην in verſu priori unius judicis ſuffragium ſignificare, prout vertit *Stanleius*, non ſententiam omnium judicum decretoriam, prout innuit *Pauwius*, vel hinc liquido conſtat, quod, ſi abſit ſententia talis decretoria, non ſtatim ſequitur πημα μεγα, *exitium ingens*. Res enim in eodem ſtatu manet quo antea fuerat, nempe non adhuc deciſa. Contra ex unius ſuffragii abſentia recte dicitur magnum detrimentum ſequi, cum ex unico ſuffragio ſæpe pendeant hominis & vita & fortunæ. Emendatio igitur *Pauwii* reponentis Βαλουσαν, cum ſubſtantivo γνωμην ex præcedentibus repetendo jungendum, admitti non poteſt. Præterquam enim quod βαλλειν οικον pro eo quod eſt *domum evertere* vix Græcum putem, ſatis eam refellunt quæ modo monuimus. Statuendum eſt igitur participium activum βαλουσα, juxta conſuetudinem Atticis ſcriptoribus familiarem, pro paſſivo βληθεισα poni, & eadem ac hoc, aut potius quidem media, poteſtate hîc gaudere. Ψηφος βαλουσα igitur eſt *calculus in urnam injectus*. Malim etiam pro ορθωσεν legi ορθωσ' αν.

762. και του παντα κραινοντος, *& ejus qui univerſa gubernat.*

V. 763.

V. 763. αἰδοῖος, *reverentia dignatus.*

766. Το λοιπον εις ἁπαντα πλειστηρη χρονον] Verte, *Deinceps in omne tempus futurum quamvis longiſſimum ſit.* πλειστηρης derivatur a πλειστος, juxta eandem analogiam ac ισηρης apud *Euripid. Iphig. in Taur.* v. 1472. ab ισος. Eandem ſcilicet ſignificationem habet ac ὁ πλειστος. De adjectivis iſtis derivativis in ηρης deſinentibus vide quæ notavimus ad *Euripid. Electr.* v. 498.

772. 773. 774. Αμηχανοισι πεεξομεν δυσπεεξιαις
Οδυς αδυμοις, και παεοργιδας πορους
Τιθεντες] Scabra omnino & vix explicanda eſt conſtructio, necnon verbum πεεξομεν nullam hujus loci ſententiæ appoſitam habet ſignificationem. Vix dubito quin reponendum ſit φρεξομεν, *obſtruemus*, & ita diſtinguendum,

Αμηχανοισι φρεξομεν δυσπραξιαις
Οδυς, αθυμοις και παρορνιδας πορους
Τιθεντες, —

775. Ορθουμενον δε] Scribe omnino juxta *Turnebianam* Ορθουμενοις δε.

777. Αυτοισιν ἡμεις ισμεν ευμενεστεροι] Legendum puto ισομεθ᾽.

781. Verſus hic in duos dividi debet,
Ιω θεοι νεωτεροι iambicus dimeter acatalectus
Παλαιους νομους dochmaicus.

785. Ιου, ιου, αντιπαθη] Magis mihi arridet ſcriptura quam in exemplaribus ſuis reperit *Scholiaſtes*, αντιπενθη. Vide ejus interpretationem quæ veriſſima eſt. Verſus eſt hephthemimeris iambica.

787. Χθονιαφορον, εκ δε του] Legendum puto χθονοφθορον, atque ita verſus erit ionicus a majore dimeter catalectus. Neque enim tantum apud me valet aut *Scholiaſtæ* aut *Pauwii* auctoritas, ut iis credam aſſeverantibus χθονιαφορον ſignificare poſſe τον εις την γην φερομενον. Si revera exſtaret vox iſta aliud prorſus denotaret, nempe, *gravia & triſtia inferentem*, juxta notionem quam τῳ χθονια tribuit *Heſychius*, βαρεα ſcilicet, φοβερα μεγαλα. Nulla ſcilicet eſt compoſitionis analogia, quam quidem noverim, juxta quam ex voce χθων prodibit, aut χθονιαφθορον, aut χθονιαφορον, aut χθονηφορον. Το η in compoſitione interponi non ignoro, ſed tunc efficeretur χθονηφορος, ut λαμπαδηφορος, non χθονιηφορος, quæ vox ex χθονιος tantum, ut ſupra monuimus, derivari poteſt, idque diverſa prorſus ſignificatione.

790. Βροτοφθορους κηλιδας εν χωρᾳ βαλειν] Rectius *Turnebiana*, *Stanleius*, & *Pauwius*, βαλει.

791. 792. — τι ῥεξω;
Γενωμαι;] Commate tantum diſtinguendum eſt poſt ῥεξω. Verte, *Quid agam, deveniam?*

V. 792. 793. — δυσοιστα
Πολιταις επαθον] Recte hæc interpretantur *Scholiaſtes* & *Stanleius*. Dativus inſtrumenti apud Atticos Poetas frequentiſſimus eſt. Vide quæ notavimus ad *Euripid. Iphig. in Taur.* v. 570. *Pauwius* vertit, *non ferenda civibus nedum mihi*; ſed præterquam quod veram conſtructionem haud aſſecutus eſt, iſta, *nedum mihi*, nequaquam dicit ipſe Poeta, ſed tantum *Pauwius*.

794. 795. Ιω, μεγαλα τοι
Κοραι δυστυχεις] μεγαλα adverbialiter poſitum cum δυστυχεις jungendum recte monuit *Pauwius*.

805. δαιμονων σταλαγματα] *Pauwio* perquam ſuſpecta eſt hæc lectio, & a Monacho profecta videtur, ideoque ſcribendum cenſet δαΐων. Quaſi ſcilicet δαιμονες ante Monachorum tempora Græcis fuiſſent ignoti. At ſtillas iſtas exitioſas de quibus hîc ſermo eſt non ad hoſtes ſed ad dæmonas pertinere, & ab hiſce ſolis emitti creditas, ſatis conſtat ex præcedentibus v. 733. 785 — 790. & ſequentibus v. 833 — 835. 861 — 866.

806. Βρωτηρας αιχμας σπερματων ανημερους] Voce αιχμας denotari exiſtimo herbarum noxiarum caules ex terra cuſpidum inſtar emicantes, quibus prævalentibus ſemina hominum alimento apta ſtrangulari & enecari neceſſe erat. Hoſce autem caules, quia neque ulli hominum uſui erant nata, neque cultura ita domari poterant ut naturam inutilem exuerent, appoſite Poeta ανημερους appellat. Eandem ſcilicet peſtem jam paullo ſupra ſe terræ illaturam interminata fuerat Chorus v. 788 — 790.

Λιχην αφυλλος, ατεκνος
πεδον επισυμενος
Βροτοφθορους κηλιδας εν χωρᾳ βαλει.

808. κευθμωνας ενδικου χθονος] Malim ενδικοις; nam quid ſit ενδικος χθων prorſus ignoro. Verte, *receſſus hujus terræ quibus te contentam eſſe æquum eſt.* Stylus *Æſchyleus* conſtructionis formam vulgatæ plane oppoſitam magis amare ſolet, ut ſcilicet adjectivum epitheton, quod ad ſubſtantivum caſus genitivi proprie pertinet, deflectatur, & ad ſubſtantivum aliud a quo pendet genitivus iſte adaptetur. Vide ſupra *Agamem.* v. 49. 50. *Choeph.* v. 845. *Eumenid.* v. 173. & quæ ibi notavimus.

828. Δυσκηλον χθονα] *Terram quæ culturæ non cedit*, aut *ulla induſtria manſueſieri poſſit.* *Pauwius* literaturam ſuam hîc profundit, nihil tamen efficit; nemini enim, opinor, perſuadebit vocem δυσκηλον aut a verbo κηλεω aut ſaltem a themate obſoleto cui pariter verbum iſtud originem debet, non rite formari,

mari, aut id quod *deliniri* & *manſueſieri vix poteſt* non ſignificare.

V. 843. Verſus hic melius in duos dochmaicos dividetur.

848. 849. 850. — απο γαρ με τιμαν δαμιαν
Θεων δυσπαλαμοι
Παρ᾽ ουδεν ηραν δολοι] Nihil innovandum ſine codicum auctoritate cenſeo. Fatendum quidem eſt απαιρειν τινα τιμων locutionem eſſe vix alibi obviam. Sed neque απαιρειν τινα τιμων juxta conjecturam *Stanleianam*, neque απαιρειν τινος τιμων juxta *Pauwianam*, ullis, opinor, exemplis ſe tueri poterunt. Verte, *Deorum enim doli vix amoliendi parum abfuit quin a me honores publicos abſtulerint.*

859. 860. Recte γυναικειων ϛολων interpretatur *Pauwius*, vide infra v. 1030. Recte etiam pro ὁσιων reponit ὁσιων.

862. 863. Recte hæc de diſcordiis civium inteſtinis interpretatur *Pauwius*.

864. 865. Μηδ᾽ εξελουσ᾽ ὡς καρδιαν αλεκτορων,
Εν τοις εμοις αϛοισιν ἱδρυσῃ καρδ.
Εμφυλιον] Pulcherrima conjectura *H. Stephani* reponentis ἱδρυσῃς Αρη omnibus qui eum ſecuti ſunt Interpretibus merito placuit. *Pauwio* autem vox εξελουσα ineptire videtur, quia εξελουσα καρδιαν non poteſt ſignificare, *cor extollens*; & de hoc quidem, opinor, nulla erit controverſia. Reponendum igitur putat εκχεουσ᾽, ita ſcilicet ſenſum illum aptiſſime exprimi jactans; ut lætitiam enim nimiam, ita & θρασος nimium εκχειν καρδιαν. At certe neque lætitia, neque θρασος, ſed ipſa Erinnys, hîc καρδιαν εκχειν diceretur. Quanquam autem καρδιαν, aut præ lætitia, aut, ſi velis, etiam audacia, εκχεισθαι recte dici haud negaverim, attamen, aut hominem aliquem aut deum καρδιαν τινος εκχειν, pro eo quod eſt cor alicujus extollere, id eſt, arrogantia inflare, Græce dici, id ſane pernego. Revera *Scholiaſtes* vetus virum doctum in errorem induxit, & optime ſe habet vulgata ſcriptura. Tantum diſtinguendum eſt poſt ἱδρυσῃς, & ita inſtituenda conſtructio; Μηδε ὡς εξελουσα καρδιαν αλεκτορων ταυτην ἱδρυσῃς εν τοις εμοις αϛοις, δηλονοτι Αρη εμφυλιον &c. Αρη enim per appoſitionem ſequitur καρδιαν αλεκτορων plenioris explicationis gratia.

867. Θυραιος εϛω πολεμος, ου μολις παρων] *Scholiaſtes* μολις παρων interpretatur μακραν, quem ſecutus *Pauwius* vertit, *abſens vix*, & de bello longe a finibus geſto intelligit; ſed neque locutionis indoles, neque linguæ idioma, interpretationem talem ferre poſſunt, neque hîc de bello longe a finibus, potius quam in proximis, geſto agitur, ſed de bello externo contra gentes hoſtiles, præcipue vero barbaras longe ab Athenienſium finibus diſſitas, ſuſcepto, prout inteſtino civium opponitur. Mihi igitur videtur ου μολις παρων idem hîc ſignificare ac μολις ου παρων, *bellum non diu binc abſuturum*. Reſpicere enim hîc Poetam puto bellum iſtud Athenienſibus a Spartanis paullo poſt Oreſtis tempora illatum, in quo Codrus pro ſalute patriæ propriam profudit vitam; hunc enim veriſimile eſt verſu proximo deſignari,

Εν ᾧ τις εϛαι δεινος ευκλειας ερως —

V. 888. 889. Αλλ᾽ ει μεν ἁγνον εϛι σοι πειθους σεβας
Γλωσσης εμης μειλιγμα και θελκτηριον] Ita, ut mihi videtur, inſtituenda eſt conſtructio, Αλλ᾽ ει μεν μειλιγμα και θελκτηριον της εμης γλωσσης εϛι σοι ἁγνον σεβας πειθους. Verte, *Verum ſiquidem delinimentum & blanditiæ linguæ meæ apud te babeantur pro ſuadela ſincera & reverentiam merita*. Conſtructio *Pauwiana* ſubaudientis præpoſitionem κατα ſententiam prorſus ſubvertit. Vide infra v. 973.

893. 894. Εξεϛι γαρ σοι τηδε γ᾽ ευμοιρου χθονος
Ειναι δικαιως ες το παν τιμωμενη] Reponendum cenſet *Pauwius*, τησδε γ᾽ ευμοιρου χθονος, *ab bac felici terra* quam lectionem per ellipſin præpoſitionis ὑπο locum hîc habere poſſe non omnino negaverim. Magis tamen, fateor, placet conjectura *Canteri*, τησδε γ᾽ εμμοιρῳ χθονος, ideoque magis placet quod ſequitur adverbium δικαιως participio τιμωμενη jungendum. Forſan vero melius adhuc & veterem ſcripturam propius legi poteſt, τηδε γ᾽ ευμοιρῳ χθονος *felices bic quidem ſedes conſequi*; nam infinitivum ειναι cum ευμοιρῳ, non cum τιμωμενη jungi debet. τηδε eſt τηδε τῃ χωρᾳ.

898. Ως μη τιν᾽ οικον ευθενειν ανευ σεθεν] *Pauwius* reponit ευθενειν admodum probabiliter. Eum vide infra ad v. 947.

910. Και βελτιων εκπεφυκοτος] Recte *Stanleius* repoſuit βροτων.

913. Των δυσσεβουντων δ᾽ εκφορωτερα πελοις] Fruſtra hîc aut conſtructionem aut ſenſum ullum inveſtigabis. legendum puto,

Των δ᾽ ευσεβουντων εκφορωτερα πελοις.

Ex verſu præcedente repetendus eſt accuſativus τα σπερματα. Verte, *Piorum vero ſemina ut partum maturum ſortiantur magis efficias*. Εκφερειν dicuntur fœminæ quæ uterum ad exactos menſes proferunt, & maturum pariunt. Vide *Budæum* Comment. Ling. Græc. p. 406. 412.

V. 914.

V. 914. Στεργω γαρ ανδρος φιτυποιμενος δικην] Legi oportere exiſtimo juxta *Turnebianam* φιτυποιμενος. Ανηρ φιτυποιμην. *Homo eſt cui cura prolem pecudum tenellam educandi & continuandi committitur.*

916. 917. 918. — Των αρειφατων δ' εγω
Πρεπτων αγωνων, ουκ ανεξομαι το μη ου
Τηνδ' αστυνικον εν βροτοις τιμαν πολιν] Nihil hîc innovari velim; minime certe neceſſaria videtur *Pauwii* reponentis αφεξομαι conjectura, cum æque ſe tueri poſſit vulgata ſcriptura ανεξομαι; *non ſuſtinebo ut non celebrem reddam*, id eſt, nullum mihi impedimentum obſtabit, quo minus celebrem reddam. Ita ſcilicet conſtructio paullo intricatior inſtituenda eſt; εγω δε ουκ ανεξομαι το μη ου τιμαν εν βροτοις τηνδε πολιν, ὡστε αστυνικον αυτην ειναι των αρειφατων πρεπτων αγωνων. Verte, *ipſa vero haud ſuſtinebo ut urbem hanc inter mortales illuſtrem non reddam, adeo ut victrix evadat inclytorum certaminum bellicorum.* Genitivus αγωνων ab αστυνικον pendet, quod *Pauwio* non animadverſum fraudi fuit. Eadem ſcilicet conſtructione καλλινικον invenies apud *Euripidem Phœniſſ.* v. 1065.

Καλλινικος ων αινιγματων

& *Mede.* v. 764.

Νυν καλλινικοι των εμων εχθρων, φιλαι,
Γενησομεσθα

919. Aſynartetus eſt ex monometro trochaico & iambico dimetro brachycatalecto; nulla enim, quod pluries monuimus, αδιαφορια gaudet prioris in aſynarteto membri ſyllaba catalectica.

921. 922. Ita potius horum verſuum metra conſtitui velim,

Ταν και Ζευς ὁ παγκρατης, pherecratius
Αρης τε φρουριον θεων νεμει, iambicus trimeter brachycatalectus.

Antiſtrophica loco ſuo reſtituentur.

923. 924. Ρυσιβωμον Ελλανων αγαλμα δαιμονων] Verte, *Decus altaria protegens numinum Græcorum.*

925. Α τ' εγω κατευχομαι] Conſtructionis ratio omnino exigit ut reſcribatur Αι τ', *Cui etiam.*

927. Επισσυτους βιου τυχας ονησιμους] Verte, *effuſas opes vitæ utiles.*

928. Γαιας εξαμβρυσαι] *Pauwius* recte, ut opinor, reſtituit εξαμβρυσαι.

932. αυτου κατανασσαμενη] recte *Arnaldus*, *hic collocans.*

935. Ο δε μη κυρσας βαρεων τουτων] Recte, ut videtur, reſtituit *Pauwius*, Ο δε δη κυρσας.

937. 938. Τα γαρ εκ προτερων αμπλακηματα νιν
Προς τασδ' απαγει, σιγων ολεθρος,] απλακηματα, cum ex etymologia ſignificationem neceſſario habeat ei quam hujus loci ſententia exigit plane oppoſitam, minime hîc convenire cenſeo. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Oedip. Tyr.* v. 480. *Trachin.* v. 122. Nullum igitur video effugium quo minus dicendum ſit, αμπλακηματα primam corripere; quod non adeo durum forſan videbitur recolenti vocalem brevem ante πλ corripi apud *Eurip. Phœniſſ.* v. 1507. & ante κτρ apud Heſiodum Scut. Herc. v 3. 16. 35. 80. 86. *Pauwio* autem aſſentior plenius diſtinguenti poſt απαγει, & diſtinctionem poſt ολεθρος tollenti.

V. 942. Ταν εμαν χαριν λεγω] Verte, *Beneficium meum quod collatura ſum memoro.* Sententiam plane non intellexit *Pauwius.*

943. 944. Φλογμους τ' ομματοστερεις φυτων
Το μη περαν ὁρον τοπων] Nulla ex his verbis elici poteſt conſtructio, quam quidem redintegrare variis conjecturis, ſed ſucceſſu parum felici, conatus eſt *Pauwius.* Ita forſan hæc reſtitui poſſunt, metris etiam rectius & ad ſtrophicorum normam conſtitutis,

Φλογμους τ' ομματοστερεις
Φυτων το μη περαν ὁρον τοπων

Hæc ſcilicet cum verbis præcedentibus arctius connectenda ſunt, quæ huc etiam deducta iterari debent. Ita enim procedit conſtructio Το τε φλογμους ομματοστερεις φυτων μη περαν ὁρον τοπων, και τουτο την εμην χαριν λεγω.

948. 949. Συν διπλοισιν εμβρυοις
Τρεφοι χρονω τεταγμενω γονος] *Stanleio* aſſentior reſtituenti,

Συν διπλοισιν εμβρυοις
Γαια τρεφοι

Pauwium etiam laudo diſtinctionem poſt τεταγμενω tollentem, & poſt τρεφοι reponentem.

953. Οι επικρανει] Recte metro conſulens reſtituit *Pauwius* Οι επικραινει. Vide infra v. 972. Hîc autem interponenda eſt interrogationis nota. Verſu etiam abhinc tertio reponendum διαπραξουσιν.

963. Κυρι' εχοντες Θεαι] *Stanleius* & *Pauwius* reponi jubent εχουσαι, ſed contra codicum auctoritatem quidquam innovari minime eſt neceſſe. Vide quæ notavimus ſupra ad v. 297. 584. & ad *Soph. Antig.* v. 997.

964. *Pauwius* ſyllabam primam vocis Θεαι privilegio loci produci poſſe aſſerit. Privilegium iſtud mihi prorſus ignotum atque hactenus quidem inauditum eſt. Hoc pro certiſſimo haberi poteſt, privilegium iſtud nunquam apud Poetas Atticos obtinuiſſe. Verſus revera dochmaicus eſt.

V. 968. Dactylicus eſt trimeter; nullus hic proſodiacus, nulla ανακλασις. Mera ſunt iſta *Pauwii* ſomnia, quid ſit metrum proſodiacum, quid ανακλασις, minime intelligentis.

977. Νικᾳ δ' αγαθων] Verte, *Bonos vero expugnat*. Notanda eſt conſtructio rarior verbi νικαν cum genitivo.

979. Recte monet *Pauwius* ſcribendum Ταν δ'.

982 — 986. Vide *Pauwium* qui horum conſtructionem bene expoſuit. αντιφονους ατας per appoſitionem ſequitur ποινας, & πολεως ab ἁρπαλισαι pendet.

987. 988. Χαρματα δ' αντιδοιεν
Κοινοφιλει διανοιᾳ] Recte proculdubio *Robortelliana* αντιδιδοιεν, id eſt, αντι φονων και επι φονοις ποινην διδοιεν. Nominativus πολιται ex præcedente πολεως repetendus eſt. Recte etiam *Aldina* κοινοφιλει exigente metro.

992. Recte *Pauwius* & pro εὑρισκει reſtituit εὑρισκειν, & conſtructionem expoſuit.

996. 997. 998. — και γην, και πολιν
Ορθοδικαιον
Πρεψετε παντες διαγοντες] Minus accurate hæc interpretatus eſt *Pauwius*; Verte, *Et terram & urbem juſtitia ſtabilitam inclareſcetis omnes continuantes*.

999. Χαιρετ' εν αισιμιαις πλουτου] Metrum nimium quantum ab antithetico diſſidet, nec ſuſpicione omnino vacat vox αισιμιαις. Ita forſan ex veterum codicum auctoritate reſcribi poteſt,

Χαιρετε, χαιρετ' εν αζημιαις πλουτου,

Ita verſus erit aſynartetus ex penthemimeribus dactylica & trochaica. Χαιρετε iteratum ſuppeditat editio *Turnebiana*, αζημιαις pro αισιμιαις *Robortelliana*. *Suidas* in voce Αζημιος· κυριως δε ζημια, ἡ της ζωης μειωσις, η το εν ζωῃ μικρον. Etymolog. Magn. Ζημια, ἡ των οντων προς το ζην μειωσις, ἡ του κερδους και της ωφελειας ατη, ἡ τα προς το ζην μειουσα, ἡ την ζωην μειουσα, τουτεστι την στερησιν. Verſiculo huic ita a nobis reſtituto accurate reſpondebit antitheticus

Χαιρετε, χαιρετε δ' αυθις επιδιπλοιζω

Verte, *Salvete, ſalvete vero iterum reduplico.*

1008. Πεμψω φως ἱερον τονδε προσπομπων] Cum verſus proxime ſequens a vocali incipiat, verſum hunc in trochæo deſinere certum eſt; recte igitur *Stanleius* laudante *Bentleio* repoſuit προπομπων. At ſi *Pauwio* credis προσπομπων *Æſchyleum* eſt, ideoque non mutandum; *Æſchyleum* vero eſſe contra leges metricas peccare vix cuiquam, opinor, perſuadebit vir doctus.

1010. Κατα γης συμεναι, το μεν ατηριον] Verſus cretico terminatur cum proximus a conſonante incipiat. Recte igitur *Bentleius* in Diſſertat. *Anglice* ſcripta de Epiſtolis Phalaridi aſcriptis p. 140. reponit ατηρον.

V. 1011. Χωρας κατεχειν] Infinitivum eſt pro imperativo, conſtructione notiſſima. Vide *Euripid. Oreſt.* v. 802. *Sophoc. Electr.* v. 9. *Oedip. Tyran.* v. 470. 1479. *Antig.* v. 1156. *Pauwius* infinitivum hoc & ſequens πεμπειν ab ιτε συμεναι pendere ſtatuit; ſed hoc omnino prohibet particula copulativa και connectionem inter ιτε & συμεναι intercipiens.

1030. 1031. Παιδων, γυναικων, και στολος πρεσβυτιδων.
Φοινικοβαπτοις ενδυτοις εσθημασι] Diſtinctionem poſt πρεσβυτιδων tollendam cenſeo, & plene diſtinguendum poſt εσθημασι.

1032. Τιματε, και το φεγγος ὁρμασθω πυρος] Recte ſe habet vulgata ſcriptura; populum ſcilicet Athenienſem ibi præſentem (vide ſupra v. 569) alloquitur Minerva. *Pauwii* conjectura Τιμᾳ τε reponentis haudquaquam ſe tueri poteſt; neque enim εσθημασι τιμᾳ τε pro εσθημασι τιμητοι, quod ille vult, hic accipi poteſt, nec ad vetulas magis quam ad puellas & mulieres pertineret το τιμᾳ, nec denique omnino cum εξικοιτ' per ellipſin præpoſitionis συν vocem iſtam connecti patitur propria ipſius indoles. Addi poteſt virum doctum Doriſmum in ſyſtema iambicum ultro infarcire contra Poetarum Atticorum conſuetudinem.

1033. ὁμιλιαν χθονος] Vide quæ ſupra notavimus ad v. 714.

1035. Verſus hic in duos melius ita dividetur,
Βατ' εκ δομων, baſis iambica
Μεγαλαι φιλοτιμοι penthemimeris anapæſtica.

1040. 1041. Ita melius hæc metra conſtituentur,
Και τιμαις και θυσιαις anapæſticus dimeter brachycatalectus
Πεισισπλαι, τυχᾳ τε. antiſpaſticus dimeter brachycatalectus.

1047. Aſynartetus ex dochmaico & penthemimeri iambica.

1048. Aſynartetus eſt ex penthemimeri dactylica & monometro trochaico.

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 595. ὡς το, Μη δε εμην ιοτητα] Hæc ad v. 597. referenda ſunt.

601. ὡς ὑμιν επεμψεν] Legendum videtur ὑμας; nullos enim adjutores Eumenidibus miſerat Clytemneſtra.

Ad v. 606. Recte hæc reſtituiſſe videtur *Pauwius*.

607. Varie hæc emendare conati ſunt *Hen. Stephanus* & *Pauwius*; eorum tamen conjecturas vix magis quam vulgatam ſcripturam intelligo. Forſan reſcribi poteſt, ει δ᾽ ουν τιθηνει, τουτου αιτια ει συ. Τι ζωσαν ουκ εδιωκες; ὁςε ἠδη αποθανουσα δια την σην αιτιαν αποθανειν.

612. ὁμονιδης τε το παιδα λεγειν] Forſan reſcribendum ὁμως τ᾽ αναιδης τουτον παιδα λεγειν.

Ad v. 599. *Stanleius* ex *Harpocratione* verſum in hoc Scholio citatum ita reſtituit,

Ουτος μεν ουν μοι δευρ᾽ αει τεινει λογους.

Vide etiam *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 1215.

663. Lege ὡς παρακαταθηκην.

738. η ὁπι αν ισαι γενωνται &c.] Hæc ad v. 744. pertinent; κ᾽αν ισοψηφος κριθη] ὁπι εαν ισαι γενωνται &c.

854. Ελθουσαι χθονα] λειπει ὁ και. Quid ſibi velit hoc Scholion non intelligo.

N O T Æ

I N

S U P P L I C E S.

V. 4. Λεπτολαδων] Ad explendum metrum reponi poteſt, aut cum *Stanleio* Ταν λεπτολαδων, aut cum *Pauwio* Λεπτοψαμαθων. Eligat Lector.

5. Νειλου. διαν δε λειπουσαι] Hephthemimeris eſt anapæſtica, quales in ſyſtematibus anapæſticis apud Poetas Atticos aliquando, ubi non plene terminatur ſententia, deprehenduntur. Tales in hoc ipſo ſyſtemate ſunt etiam v. 14. 26. 33. 37. Similes etiam apud Noſtrum alibi occurrunt, ut *Agam.* 47. 66. *Choeph.* 862. *Eumenid.* 309. Hoc tantum inter parœmiacum & hephthemimerin anapæſticam intereſſe puto, quod prior αδιαφοριας privilegio, ſententiâ terminatâ, gaudet; altera iiſdem quibus ceteri ſyſtematis verſus legibus aſtricta tenetur, & per συναφειαν cum illis ſerie continuata connectitur.

7. Δημηλασια hîc ſubſtantivum eſſe *Pauwio* aſſentior.

8. Parœmiaci hujus ſyllabam catalecticam præcedit ſpondæus contra legem a *Daweſio* velut ratam fixamque Miſcell. Critic. p. 224. traditam. Vide quæ notavimus ad *Agamem.* v. 374. & *Sophocl. Oedip. Tyr.* v. 1334.

9. Τον φυξανορα γαμον] Verte, *Nuptias ſponſum averſatas*, id eſt, tales ut nos a ſponſalibus omnino abigant.

V. 14. Κυδισ᾽ αχεων επικρανι] Lege επικρανιν, ut fulciatur ſyllaba catalectica, cum ſententia nondum terminetur, & verſus proxima ſequens a conſonante incipiat. Sententiam hujus loci neque *Stanleius* intellexit neque *Pauwius*, optime vero expoſuit vetus *Scholiaſtes*, quanquam ejus interpretatio perperam ad v. 2. referatur. Duo ſcilicet erant αχεα, nuptiæ inceſtæ & exilium; his penſitatis, Danaus αχος id quod neque pietatem neque famam violabat prætulit & decrevit ſubeundum, exilium ſcilicet, quod igitur hîc dicitur κυδισ᾽ αχεων, *ex calamitatibus honeſtiſſimam*.

15. δια κυμβαλιον] Recte *Canterus* & *Stanleius*, aſtipulante etiam *Robortelliana*, δια κυμ᾽ ἁλιον.

18. Βοος εξ επαφης] Vide infra v. 45 — 49. & Noſtri *Prometh.* v. 847 — 850.

19. ευχομενον τετελεςαι] Ad ευχομενον ſubaudiendum ειναι. Conſtructio ſcilicet eſt, ευχομενον ειναι εξ επαφης και εξ επιπνοιας. Verte, *Unde demum genus noſtrum, quod originem traxiſſe gloriatur ex contrectatione vaccæ œſtro percitæ & ex afflatu Jovis, propagatum fuiſſe certum eſt.*

23. Ιεροςεπτοισι κλαδοισι;] Egregie repoſuit *Stanleius* εριοςεπτοισι plaudente etiam præter morem *Pauwio*.

24. Ω πολις, ὡν γη και λευκον ὑδωρ] Proculdubio veriſſima eſt vulgata ſcriptura; ſi enim reponatur Ω πολις,

πολις, ω γη, ex placito *Stanleii*, jam paullo infra in v. 34. non tantum dii ſuperi & inferi & tertio loco Jupiter ſoſpitator, ſed & πολις, & γη, & ὑδωρ, æque invocabuntur, ut Ægypti prolem fluctibus ſubmergant, quod aperte eſt abſurdiſſimum.

V. 28. δεξαιθ' ἱκετιν] Legendum puto δεξαιθ', ut infra πεμψατε.

32. χερσῳ τηδ' εν ασωδει] Ασωδης *Heſychio* eſt αμμωδης. *Scholiaſtes* derivari docet ab ασις voce Homerica Iliad. Φ. v. 321. quam ipſe την ψαμμον deſignare vult, rectius vero, ut puto, *Euſtathius* per την ιλυν interpretatur. Vide ejus parecbolas, edit. *Rom.* p. 254. 1238. Ita ασωδης idem ſignificabit ac ιλυωδης. Nihil certe innovandum eſt.

36. Omnino legendum ομβρεσφορησιν τ', ut & v. 39. πατραδελφειαν, quod utrumque prius monuit *Pauwius*.

40. Των δ' αεκοντων, επιβηναι] Recte hæc ita in vulgatis diſtinguuntur, neque audiendus eſt *Pauwius*, qui αεκοντων cum λεκτρων, repugnante ipſa vocum iſtarum notione, conjungit. αεκοντων a πατραδελφειαν pendet; neque obſtat genus maſculinum de fœminis uſurpatum, hoc enim apud Poetas Atticos non inuſitatum fuiſſe oſtendimus ſupra & *Eumenid.* v. 963.

41. Recte *Turnebiana* επικεκλομενα.

42. Διον πορτιν ὑπερ- penthemimeris dactylica
ποντιον τιμαορ',] Per Διον πορτιν Ionem deſignari conſtat ex particula copulativa qua vox hæc cum voce prolem ſuam Epaphum denotante, νυν ſcilicet, connectitur. Πορτις etiam nomine inſignitur Io apud Dionyſium Periegeten v. 141, & pluries apud Nonnum, qui antiquiores ut plurimum exſcribere ſolent. ὑπερποντιον etiam appellatur, quia oeſtro percita Boſporum Mæoticum tranſnare cogebatur. Vide *Prometh.* v. 730 — 733. 791.

46. 47. 48. — επωνυμια
Δ' επεκραινετο μορσιμος αιων
Ευλογως] επεκραινετο paſſivam hic habet poteſtatem. Verte, *cognomini vero proli vita inter homines a Parcis congruenter aſſignabatur.*

49. 50. Επαφον τε γεννας ε-
antiſtrophe
οντ' επιλεξαμενα,] Apud Poetas hoſce tragicos ſententiam non ſemper intra ſtropham terminari deprehendo, ſed interdum in antiſtropham etiam exundare. Vide infra v. 589. 590. & *Euripid. Hippolyt.* v. 130. 131. *Rheſ.* v. 350. 351. Nullum vero adhuc exemplum vidi ſtrophæ in media voce deſinentis, nec per leges metricas licentiam talem fuiſſe permiſſam exiſtimo, cum in medio & imperfecto adhuc vocabulo canticum ſuſpendi, & converſionem Chori a dextra ad ſiniſtram fieri, vix ſit credibile. Corrupta igitur hæc eſſe minime dubito, præſertim cum γεννας εοντ' pro, *eodem genere orto*, vix Græce dicatur, & poſt επικεκλομενα νυν τας προγονου inanis prorſus ſit tautologia, & nihil ultra exprimat, oggeſtum iſtud Επαφον τε γεννας εοντ' επιλεξαμενα. Reſcribendum igitur exiſtimo,

Επαφον τ' εγεννασε. antiſpaſticus dimeter brachycatalectus;
antiſtrophe
Ον γ' επιλεξαμενα
Νυν τ' εν ποινομοις.

Ad εγεννασε ex præcedente Ζηνος repetendus eſt nominativus Ζευς.

55. 56. 57. Τα τε νυν επιδειξω
- Πιστα τεκμηρια, τα τ' αγομενα
Οιδ' αελπτα περ οντα φανειται. Horum neque metrum neque ſententiam ſatis conſtare apud omnes in confeſſo eſt. Ita forſan reſcribendo utriſque conſultum erit,

Τα τε νυν επιδειξω
Πιστα τεκμηρια γ'. ουκ αγομεα δ', αελπτα περ οντα, φανειται.

Aliter hæc reſtituere conatus eſt *Pauwius*, ſed mihi ſaltem non ſatisfacit: judicet Lector.

57. 58. Γνωσεται
Δε λογους τις εν μακει] Verte, *Sermones vero de hac re audiet aliquis explicatiores*; id eſt, Cum opportunum erit hæc fuſius explicabo. Huic autem promiſſo plene ſatisfacit Chorus infra v. 299 — 345.

61. Δοξασει τις ακουων] Το τις hic locum minime habere poteſt, cum vox eadem jam paullo ſupra præceſſerit; neque aptius videtur τιν, quod ſubſtituit *Pauwius*, cum de οτι generaliter & abſolute, non de οτι τινι hic agatur. Legendum igitur puto,

Δοξασει πως ακουειν

Veriſimile eſt Librarium imperitum metro veritum pro πως repoſuiſſe τις, & deinde ad hanc emendationem accommodaſſe etiam vocem quæ ſequitur ακουειν, reſcribendo ακουων. Sed de metro non eſt ut ſolliciti ſimus, cum metra tantum metris, non ſingulis pedibus pedes ſingulos, præſertim diſſyllabos, reſpondere ſit neceſſe. Vide quæ notavimus ad *Eurip. Hecub.* v. 931. *Oreſt.* 171. *Phœniſſ.* 1054. 1321.

V. 62. 63. Οπα τας Τηρειας
Μητιδος οικτρας αλοχου] Reponendum puto Μηνιδος, ut conſtructio ſit, οπα μηνιδος οικτρας τας Τηρειας αλοχου, *vocem indignationis flebilis Tereæ conjugis.* His enim deſignari Procnen conſtat ex copulativa τε in verſu ſequente, quæ cum hac Philomelam etiam connectit. *Pauwianam* emendationem partim non intelligo, partim vulgata longe deteriorem exiſtimo.

65. 66. Ατ' απο χωρων ποταμων τ' ειργομενα
Πενθει νεον οικτον ηθεων] Quid ſit οικτον ηθεων prorſus non intelligo. Legendum videtur ηθαδων cum χωρων ποταμων τ' jungendum. Verte, *Quæ a locis & fluviis conſuetis prohibita* (a Circis ſcilicet abacta) *plangit planctum novum. Pauwius* quærit an Luſcinia a fluviis arcetur, & neminem hoc dicturum aſſumens reponit πολεων. At ab ipſo viciſſim etiam quærere liceat an a locis generaliter arceantur Luſciniæ, & an urbes, donec a Circis arceantur, frequentare ſolent. Quod vero ηθεων cum οικτον jungit, & interpretatur, *ingenii & animi ſui planctum*, loquelam certe novam Græciſque plane incognitam nobis obtrudit. Ut conſtet autem metrum & antithetico reſpondeat, legendum etiam exiſtimo,

Πενθει νεον τιν' οικτον, ηθαδων·

Ita verſus erit iambicus trimeter brachycatalectus.

67. Ξυντιθησι δε παιδος] id eſt συν νεῳ οικτῳ τιθησι.

69. Ωλετο προς χειρος ιο, εν] Omnino reponendum cenſeo,

Ωλετο προς χειρος ιου

Præpoſitionem εν per tmeſin a participio τυχων ſejunctum hîc per conſtructionis regulas ſtare non poſſe recte viderat *Pauwius*, ſed cum huic incommodo obviam ire ſtudens reponit 'πι, aliud vulnus non minus grave metro ultro infert; una enim ſyllaba redundat verſus. Vulgatam ſcripturam gloſſemati originem debere veriſimile eſt. Adſcripſerat ſcilicet aliquis margini ιο, pro interpretatione vocis ιου, vel pro varia forſan lectione; deinde Librariorum ſolertia ex ambobus fabricavit ιο εν.

71 — 74. Ita hæc & emendanda eſſe & conſtituenda vel ipſa metrorum indoles ſatis declarat,

Τως και εγω φιλοδυρτος Ιαονιοισι νομοισι hexameter heroicus

Δαπτω ταν ἁπαλαν Νειλοθερη παρειαν, pentameter elegiacus;

Antiſtrophica etiam ita conſtituenda,

Αλλα θεοι γενεται, κλυετ' ευ το δικαιον ιδοντες
Ει και μη τελεον δοντες εχειν παραταν.

Veriſimile eſt vulgatum παρ' αισαν Librario deberi, qui penultimam in voce ſtrophica παρειαν longam eſſe autumans ad eundem modulum vocem etiam antitheticam reformare voluit.

V. 75. Verſus periodicus eſt ex monometris iambico & trochaico & ſyllaba. Aliud certe egit *Pauwius* cum metrum emendare conatus eſt.

76. Γοεδνα δ' ανθεμιζομαι] Verte, *Dolori vero dona decerpo.* Intelligit nimirum capillos, quos eodem tempore lacerare cenſenda eſt Chorus. De voce γοεδνα vide *Scholia* ad Noſtri *Perſas* v. 1063.

77. 78. 79. Δειμαινουσα φιλους ταςδε φυγας αερεας απο γας,
Ει τις εςι κηδεμων] Ita inſtituenda videtur conſtructio; Δειμαινουσα φιλους ει τις τουτων των φιλων εςι κηδεμων τηςδε φυγης απο γης αερειας. Verte, *De amicis anxia, num eorum ſit aliquis qui tutamen ſuſcipiat hujuſce fugæ ab aeria terra.* Voce φιλους nimirum deſignantur Argivi, quos fugitivis, utpote ex eadem proſapia ortis, amicos eſſe æquum erat credere.

84. Ex fine verſus excidit vox monoſyllaba, puta adverbium ευ aut ουν, aut ſimile quiddam.

86. 87. 88. Εςι δε κἀκ πολεμου τειρομενοις βωμος Αρης φυγασι
Ρυμα, δαιμονων σεβας.] Quomodo ipſe Mars bello oppreſſis & fugientibus pro altari aut tutamine eſſe poſſit haudquaquam intelligo. Forſan legendum una voce, ad normam compoſitorum *Æſchyleorum* Αρηφυγασι, *iis qui ex prælio effugerunt & pugnam impoſterum detrectant.* Ita conſtructio erit Εςι δε και τειρομενοις εκ πολεμου Αρηφυγασι ρυμα βωμος, δαιμονων σεβας. Verte, *Eſt autem & bello oppreſſis pugnamque detrectantibus altare præſidium, numinum ſcilicet reverentia.* Nam δαιμονων σεβας per appoſitionem ſequitur βωμος, plenioris explicationis gratia. Notum eſt Supplices apud deorum altaria confidentes violare nefas apud Græcos antiquos fuiſſe habitum, creditumque deos contumelia tali laceſſitos pœnas ultrices ab impiis violatoribus exigere ſolere. Vide infra v. 197. 198. *Pauwius* diſtinguendi rationem immutando ſententiam plane perdit; bene igitur fecit quod verſus duos priores vertere non eſt auſus, nam certiſſime vertere non potuit, neque ſecundum ejus diſtinguendi rationem quiſquam alius, ut opinor, mortalium poterit.

89. Ει θειη Διος ευ παναληθως] Hæc male inter ſe cohærere, & ſenſum omnino nullum habere poſſe, recte vidit *Pauwius*, adeoque reponit Ειθ' ειην Διος, inter-

interpretatus, *Utinam Jovis eſſem vere.* Quid autem eſt Jovis eſſe? Exponit vir doctus, utinam Jupiter vere curam mei gereret, eumque haberem mihi inſpectorem. Aſt ειναι Διος *Jovis* aut *natum aut miniſtrum eſſe* Græce forſan ſignificare poteſt, nunquam vero, ni fallor, ſignificabit, *Jovis eſſe curam.* Sed hoc etiam concedamus. Quid obſecro eſt Διος ειναι ευ. Nemo certe Scriptorum Græcorum ita unquam locutus eſt. Aliter igitur inſtituenda videtur emendatio. Forſan ſcripſerit Poeta,

Ειθ' ειη 'κ Διος ευ παναληθως.

Verte, *Utinam hæc Jovis ope nobis revera bene vortant.* Metrum quod attinet, verſus dactylicus eſt tetrameter, cui accurate reſpondebit antitheticus ſi *Aldinam* & *Robortellianam* ſecutus legis ασφαλης, non juxta editiones recentiores ασφαλως. Miram autem circa rem metricam ignorantiam in nota ad antitheticum prodit *Pauwius*, dum verſum dactylicum pro dactylo creticum admittere, & ſyzygiam iambicam οκτασημον, id eſt ex ſpondæo & anapæſto conflatam, quæque revera diſpondæo æquipollet, epitrito primo ισοδυναμειν ſtatuit.

V. 90. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus anapæſticis.

93. Μελαιναι ξυντυχιαι] Nihil hîc innovandum cenſeo; antitheticum potius ita emendaverim,

Τι συντεινουσι ποςοι,

Verſus glyconius eſt ex eo πολυσχηματιστων genere cujus notitiam dedimus ad *Euripid. Helen.* v. 1318. Conſtat autem hîc ex bacchio & choriambo.

102. Proculdubio legendum eſt δ' απιδων, prout recte monet *Pauwius.*

104. 105. 106. — βιαν
Δ' ουτιν' εξοπλιζει
Ταν απειρων δαιμονιων] Neque metri ſatis conſtat ratio neque ſententiæ; utriſque ſatisfiet ſi verſus ſecundus ita reſtituatur,

Δ' ουτις εξοπλισει penthemimeris trochaica

Verſus ſequens epichoriambicus eſt dimeter acatalectus, cujus etiam antitheticus ita reſtitui debet,

Δυσπαραβουλοισι φρεσι

Illa autem ita verte, *Nemo vero tale ſibi robur circumponere poteſt ut numinum animadverſioni non ſit obnoxium. Pauwii* emendatio & expoſitio ineptiores ſunt quam ut expendi mereantur.

107. Αυτοθεν εξεπραξεν ιμπας] Verbum εξεπραξεν accuſativum ποινας ex præcedente αποινον repetendum ſibi accerſit. ιμπας vox eſt Attica minime ſollicitanda. Vide quæ notavimus ad *Eumenid.* v. 229.

V. 110. *Pauwio* aſſentior οιον metri gratia reponenti, & ſtatuenti verbum ναζει poteſtate tranſitiva hîc gaudere.

114. Και διανοιαν ματολιν] Legi malim,

Και δι' ανοιαν γε ματολιν,

Particulam γε pro metri fulcro jam interpolaverat *Pauwius.*

115. 116. — ατᾳ
Δ' απατᾳ μεταγνους] Veram ſcripturam, αταν ſcilicet, exhibent *Aldina Robortelliana* & *Turnebiana.* Verte, *Damnum ſuum ex fruſtratione demum deprehendens.* Verbum μεταγινωσκειν in primaria ſua ſignificatione poſt cognoſcendi hîc uſurpari puto. Per απατας autem intelligi debet Danaidum ex Ægypto fuga, qua fruſtrabantur conſilia earum patrui. Mire hîc æſtuat *Pauwius*, nec quidquam tamen quod intelligi poſſit extricat. Nimirum veram hujus loci ſententiam ne per nebulam quidem vidit.

117. 118. Τοιαυτα παθεα μελεα θρεομενα λεγω
Λιγεα βαρεα δακρυοπετη] Ita inſtituenda eſt conſtructio, Λεγω τοιαυτα παθεα μελεα, θρεομενα λιγεα βαρεα δακρυοπετη. Horum verſuum alter periodus eſt ex monometris trochaico & iambico.

122. Inter varias virorum doctorum conjecturas ſimpliciorem & veriorem exiſtimo *Stanleianam*,

Ζωσα γοοις με τιμω.

123. Choriambicus eſt trimeter acatalectus.

124. 125. Καρβανα δ' αυδαν
Ευαχοεις] Legendum exiſtimo duobus verſibus in unum coaleſcentibus

Καρβαναν δ' αυδαν ευαχοοις. Anapæſticus dimeter acatalectus.

Verte, *Barbaram vero vocem bene intelligas.* Alloquitur ſcilicet Chorus ſoli Argivi numen ſive genium.

126. ιμπιτνω ξυν λακιδι] Optime interpretatur *Scholiaſtes* vetus, τῳ διαῤῥηγμῳ ιμπιπτω. Verte, *Impetum facio dilacerans in texta linea aut Sidonium capitis tegmen.* Veſtium in luctu dilaceratio res eſt notiſſima.

129. 130. Θεοις δ' εναγεα τελεα, πελομενων καλως,
Επιδρομαν' οθι θανατος απη] Corrupta hæc eſſe videntur; certe ab Interpretibus hactenus parum fuerunt intellecta. Nemo explicare potuit quid ſibi velit οθι θανατος απη, ſed omnes ſub ſilentio ſalebras haſce tranſmiſerunt. Non etiam optime cohærent iſta εναγεα τελεα επιδρομενα θεοις prout conſtructio vulgo inſtituitur. Ita autem, leviſſima mutatione facta, reſtitui hæc poſſe exiſtimo,

Θεοις

Θεοις δ' εναγεα τελεα, τελομενων καλως,
Επι δρομω γ', οπ θανατος απη.

Εναγης dicitur omne id quod religione aliqua, ſive voti, ſive ſacramenti, ſive piaculi, ſive alia demum quavis, obſtrictum & innexum tenetur. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Oedip. Tyran.* v. 670. Quando autem res cujus intuitu votum ſuſceptum fuerat effectum erat ſortita, tunc votum ſive εναγες iſtud recte dicebatur τελειον. Quodcunque ſcilicet voverat ſupplex tunc ſolvi debebat. Verte igitur, *Diis vero ſolvi debent vota conſummata, rebus noſtris felicem eventum ſortitis, quod iter huc facientes mortem evaſerimus.* Vide infra v. 140 — 145.

V. 140. Recte ita diſtinguit *Pauwius,*

Δομος, αλλα ςεγαν, δορος

ut δορος cum δομος connectatur & a voce hac pendeat.

143. 144. Recte *Aldina* & *Turnebiana,*

Ουδ' μεμφομαι τε-
λευτας. εν δε χρονω

149. Trochaicus eſt dimeter hypercatalectus.

152. Εχουσα σεμν' ενωπι' ασφαλες] Malim ασφαλως, quod & in exemplaribus ſuis legiſſe videtur vetus *Scholiaſtes*; adverbium certe hoc cum verbo præcedente επιδετω jungi debet, ideoque poſt ενωπι', comma ponendum eſt.

153 — 156. Παντι δε θενουσι, δι-
ωγμοισι δ' ασφαλιας
Αδμητας αδμητα
Ρυσιος γενεσθω] Neque metrorum ſatis conſtat ratio neque constructionis; ita utriſque conſuli poſſe exiſtimo,

Παντι δε θενει διωγμοις trochaicus dimeter acatalectus

Ασφαλειας', αδμητος αδμητα choriambicus dimeter hypercatalectus

Ρυσιος γενεσθω.

Primi verſus reſtitutio partim *Cantero*, partim *Pauwio*, debetur, tertii *Pauwio*; ασφαλειας' ex noſtra eſt conjectura. His autem ſimiliter ita conſtituantur ſtrophici,

Ουδ' μεμφομαι τελευτας.
Εν δε χρονω πατηρ ο παντοπτας
Πρευμενεις κτισει.

V. 160. 161. 162. Ει δε μη, μελανθες
Ἡ λιοκτυπον γενος
Τον γαιον,] Pro ἡ omnino legendum ἧ, *ubi, quo.* Gigantes enim terrigenæ hic deſignantur, qui Olympum expugnare & Jovem imperio exuere conati, hujus fulminibus transfixi & denigrati in Tartara ſunt detruſi. *Pauwius* ſententiam non aſſecutus eſt, ideoque ſcripturam veterem corrupit; recte tamen monet ſcribendum per diæreſin Τὸν γαΐον.

165. 166. Recte hæc explicat *Pauwius.*

169. Iambicus eſt dimeter brachycatalectus.

169. 170. Ω Ζευ, Ιους ιω
Μηνις μαςειρ' εκ θεων] Ιους μηνις non poteſt eſſe *odium in Ionem*, prout interpretatus eſt *Pauwius.* Aliter igitur inſtituenda eſt constructio, ita ſcilicet; Μηνις εκ θεων μαςειρα εςι Ιους, *Ira a deorum aliquo Jûs eſt perſecutrix,* id eſt, Ionem perſequitur.

171. 172. ατας Γαμετας, *noxam ab uxore tua metuendam.*

180. 181. Νυν εχων παλιντροπον
Οψιν εν λιταισιν] Nitidius procedet ſtructura ſi legas Νυν τ' εχων. παλιντροπον οψιν, *vultum averſum.*

183. Jam olim recte monuerat *Canterus* ſex ultimos ſtrophæ verſus hic eſſe repetendos.

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 9. αμειτονα των κακων &c.] Hæc & quæ ad hujus *Scholii* finem uſque ſequuntur ad v. 14. referri debent.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 187. φυλαξαι ταμ' επι δελτουμενας] Malim φυλαξαι δ' αμ' επι.

188. Ορω κονιν αναυδον αγγελον ςρατου] Omnino reponendum eſt κονιν γ', ut fulciatur ultima του κονιν ſyllaba quæ proculdubio brevis eſt.

189. αξονηλατοι, *axi circundatæ.*

V. 193. αγγελων πεπυσμενοι] Verte ad mentem *Pauwii, a nunciis de noſtro adventu edocti.*

195. τονδ' επεγνωται ςολον, *hanc ſuſceperit expeditionem.*

196. ειναι vox Attica non eſt; reſcribe οιναι. Vide quæ notavimus ad *Prometh.* v. 345.

201. συνωνυμων, id eſt ικτηριων, prout monuit & *Pauwius.*

V. 202.

V. 202. 203. — και τα χρει' επη Ξενους αμειϐεσθ'] Verbum αμειϐεσθαι accuſativo & rei & perſonæ ſeorſim jungi notiſſimum eſt, & exempla affatim ſuppeditabunt Lexica. Quare ideo non utrique ſimul jungatur non video, præſertim aſtipulante aliorum verborum analogia, ut ποιειν, εργαζεσθαι, αδικειν, βλαπτειν, αφαιρεισθαι, διδασκειν, διχαζειν infra v. 293, & ſimilium, quæ duobus jungi ſolere accuſativis nemo eſt qui neſcit. Nihil igitur hic innovandum, neque Græcæ conſtructionis varietatem ex levi ſuſpicione decurtandam cenſeo.

205. Φθογγη δ' επεσθω, πρωτα μεν το μη θρασυ] Hæc cum ſequentibus non bene cohærent, præſertim interveniente in verſu ſequente particula adverſativa δε. Veram igitur ſcripturam quadantenus indicari puto in *Turnebiana*, quæ μη θροα habet. Forſan legendum,

Φθογγης δ' επεσθω πρωτα μεν το μη 'θροον.

Verte, *Deinde vocem quod attinet imprimis cavete ne plures ſimul loquamini.*

215. Μη νυν χολαζε, μηχανης δ' εσω κρατος] Qualis ſit hæc μηχανη cui hic attribuitur aut victoria aut robur nemo ex Interpretibus hactenus explicuit, nec mortalium quenquam explicare poſſe puto. Ex ſcriptura, ni fallor, corrupta orta eſt difficultas, & legi forſan poteſt,

Μη νυν χολαζε, μη καμης δ' ες το κρατος.

Verte, *Ne nunc otioſa ſis, ne defatigere autem donec votis ſis potita.* Anſam corrumpendi ſuppeditaſſe forſan potuit Librariorum inſcitia ignorantium το ante duas conſonantes κρ vocem proximam incipientes produci poſſe.

216. Θελοιμ' αν ηδη σοι πελας θρονους εχειν] Satis hæc ſunt intellectu facilia, nec verſionem *Stanleianam* muto. Sententia ſimpliciſſima eſt; *Utinam certamine ac periculo hoc jam defuncta eſſem, ut juxta te more conſueto aſſiderem.* Miras ad hunc verſum & præcedentem turbas ciet *Pauwius*, quaſi omnia hæc ad Jovem eſſent referenda, cui tamen non niſi ſumma cum ineptia applicari poſſunt. Quid enim obſecro Jovi μηχανης opus erat ut in negotio hujuſmodi victoriam conſequeretur? Aut quorſum optaret Chorus ut prope eam Jupiter thronum ſuum collocaret. Unde autem didicit vir doctus filias ſediſſe ſupplices, patrem vero ſupplicem non ſediſſe? Nihil certe tale innuit Poeta, nec ex ipſa rei indole credibile eſt.

217. Recte hujus verſus ſententiam exponit *Pauwius*; ut & v. 223. 224. poſt *H. Stephanum* verba συγγνων & συγγονον; & v. 232. εν αλλοις δ' εσμος ως πελειαδων.

V. 240. χαμειϐεσθε τονδε τον τοπον] Pulcherrime reſtituit *Stanleius*, τονδε τον τροπον, ad modum ſcilicet quem ipſe Danaus paullo ſupra v. 232 — 239. iis præiverat. Obnititur tamen pro more *Pauwius*, & τοπον retinendum mordicus contendit; quam fruſtra vero vel ex eo patet quod locum quem tunc tenebant virgines ipſe Danaus eas occupare, incolumitatis gratia, non ita pridem v. 196 — 198. juſſerat; eas autem proinde illic conſediſſe conſtat ex v. 231. 232. nec locum permutandi cauſa ulla deinceps ſupervenerat.

247. Απροξενοι, *nullius indigenæ ope aut conciliatione uſæ.* Vide infra v. 926.

256. Η τηρον ιερου ραϐδον] Reprobat hæc *Pauwius*, *Æſchylea* non eſſe exclamans, &, ſi eſſent, eum balbutiei reum arguere paratus eſt. Reponit autem, ſcriptura antiqua minime aſtipulante,

Η ζητον ερκοις ραϐδον

Septi ſacri conſtitutum cuſtodem virgiferum. At primum quærere liceat, apud quem ſcriptorem Græcum uſpiam repererit ζητος, non dico ραϐδος, ſed, ιερευς, βασιλευς, aut ejuſmodi quiddam, pro *Sacerdote*, *Rege*, &c. *conſtituto & electo?* Quod ſi nullum hujuſmodi locutionis proferri poſſit exemplum, ut proferri non poſſe confido, rectius certe retinebimus ſcripturam veterem, quamvis inſolentior viſa fuerit, quam ſolœciſmis Neotericorum Poetam Atticum inquinabimus. Deinde doceri velim, quamobrem ιερον ſignificare non poſſit *ſeptum ſacrum*, ut ερκος ſubjungere ſit neceſſe? Ut mihi quidem videtur, ubicunque βωμος (vide autem ſupra v. 198.) ubi ιερον. Certe inter ιερον & ναον diſtinguit Thucydides. Vide *H. Stephani* Theſaurum. Cum tamen Græci ſermonis analogia vocem τηρον vix agnoſcere videatur, expendat Lector annon forſan rectius legi poſſit,

Η 'ταιρον ιερου ραϐδον

Aut delubri miniſtrum virgiferum.

257. Περι τουτ' αμειϐου και λεγ' ευθαρσως εμοι] *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 1331. verſum hunc rectius legi verſui 263. ſubjectum, quam in hac ſede, ſtatuit; ſed non animadverterat, præ feſtinatione opinor, vir doctiſſimus, emphaſin hujus verſus præcipue in voce εμοι poſitam, particulam vero γαρ in verſu ſequente plane otioſam eſſe ac ſenſu prorſus carere, niſi hunc verſum immediate præceſſiſſe ſupponatur.

259. Recte *Canterus* Πελασγος ut & v. 264. *Pauwius* την τε pro τηνδε.

V. 267.

V. 267. πεδὶ τάπι παδε κρατω] *Stanleio* aſſentior reponenti πεδι, κάπι παδι, κρατω, ſenſu quem expoſuit ipſe; πεδι, regionum harum quas modo v. 262. & ſeqq. memoravi, κάπι παδι, & in hiſce regionibus quibus tu nunc appuliſti; id eſt, in terra Apia ſive Peloponneſo, quam ſatis clare a ceteris provinciis ſupra v. 261. diſtinguit Poeta per πεδι χθονα, contrapoſitam τω, παση αιαι, ceteriſque quæ ſequuntur regionibus, & infra v. 277. Αργειαν χθονα diſerte appellat.

270. Απις γαρ ελθων εκ περας Ναυπακτιας] Περας caſu patrio Græcum non eſſe *Pauwio* aſſentior; donec igitur ex vetuſtis codicibus melius edoctus fuero, *Turnebianæ* ſcripturam amplector,

Χωρας γαρ ελθων Απις εκ Ναυπακτιας

nam conjecturas quidem *Pauwianas* caſſa nuce non emerim.

273. 274. Τα δη παλαιων αἱματων μιασμασι
Χρανθεισ' ανηκε γαια μηνι και δικη] Vulgatam ſcripturam μηνι και δικη corruptam eſſe vix dubitari poteſt. *Aldus* & *Robortellus* ex codicibus ſuis ediderunt μηνιται ακη, unde *Pauwius* repoſuit μηνει τ' αιανει, ſed repugnante & ſententia & metro; nam in hac conſtructione, præſertim interveniente copulativa τε, ut dativus μηνει αιανει a participio χρανθεισα pendeat, & cum eo jungatur, omnino neceſſe eſt, unde abſurda plane exoritur ſententia. Vox vero αιανης penultimam certiſſime producit, quod ex pluribus Pindari locis probari poteſt. Veram autem ſcripturam eruere non adeo in promptu eſt, neque mihi γηγενη δακη reponenti conjectura mea plus æquo arridet.

284. Και ταυτ' αληθη παντα προσφυοιμ' λογῳ] Προσφυειν λογῳ, pro eo quod eſt *Sermoni adhæreſcere, in eadem narratione perſeverare*, duriſſima videtur locutio, cujus exemplum vix, opinor, alibi invenies. Scriptura *Robortelliana*, προσφησω, minus adhuc convenit. Nam ſi a φαω, φημι deducatur, ſignificabit, *alloquar*, quod & hîc minime opportunum, & λογῳ inaniter plane inſulſeque adderetur; ſi a φαω *luceo*, verbum hoc neutrale eſt, nec tranſitive in notione oſtendendi unquam uſurpatur. Ex corrupta tamen hac ſcriptura veram, ni fallor, lectionem eruere licet, nempe προσθησω. Verte, *Atque ſermoni meo addam, hæc omnia vera eſſe.*

290. Κυπριος χαρακτηρ] *Pauwius* pro Κυπριος hîc reponi vult Κυταιος, a Κυτα urbe Colchidis. At quare Cypriis Ægypto vicinis Colchos prætulerimus nullam ſane cauſam video.

292. 293. 294. Ινδους τ' ακουω νομαδας ἱπποβαμοσιν
Ειναι καμηλοις αστραβιζουσας, χθονα
Παρ' Αιθιοψιν ασυγειτονουμενας] Αστραβη ephippium ſive *ſellam equeſtrem* ſignificare pleniſſime conſtat, tum ex *Suidæ* & *Heſychii* auctoritate, tum ex exemplis e Demoſthene, Luciano, & Machone comico apud *Athenæum*, ab *H. Stephano* in Theſauro ſuo congeſtis. Hac autem interpretatione admiſſa aſtruitur plane ac ſtabilitur *Stanleii* emendatio reponentis αστραβιζουσας, cum ipſas mulieres, non earum tantum reculas, quod *Pauwio* aliorum inventis ſemper iniquiori viſum eſt, camelis vectas ſatis clare indicetur. Nec minus erravit idem vir doctus, quando infinitivum ειναι arctius cum νομαδας copulari debere monuerit; certiſſime enim a verbo ακουω pendet, & conſtructio ita inſtituenda eſt, Ακουω τε ειναι Ινδους νομαδας. Infeliciſſime vero ei ceſſit nimia ſua in voce ασυγειτονουμενας exponenda ſubtilitas. Revera enim ασυγειτων, prout in Theſauro ſuo monet *H. Stephanus*, generalius ponitur, & voci Latinæ *finitimus*, *conterminus*, reſpondet, nec vicinarum urbium aut regionum unam alterâ magis reſpicit, prout ex loco ab illo allato ex Plutarchi Romulo p. 32. E edit. *Pariſ.* ασυγειτονα της Ρωμης πολιν, maniteſte patet. Ibi enim ασυ, ſi ad alterutram, ad Romam potius quam ad πολιν referri debere, ſatis declarat ipſa orationis indoles. Hinc etiam nova emendationi *Stanleianæ* accedit confirmatio. Accuſativus enim χθονα ut ab αστραβιζουσας pendeat neceſſe eſt, cum verbum ασυγειτονεισθαι, ſi nomen quod immediate regat ſubjicitur, dativo, nunquam vero accuſativo, jungatur. Ita igitur totum locum verte; *Indaſque eſſe audio nomadas, quæ camelis equinum greſſum habentibus vectæ per terram equitant, Æthiopibus conterminas.* Comma proinde poſt αστραβιζουσας tollendum eſt, & poſt χθονα tranſponendum; αστραβιζειν vero tranſitive juxta eandem qua ἱππαζεσθαι analogiam, accipitur.

V. 295. Recte *Stanleius* κρεοβοτους.

301. Optime hæc exponit *Pauwius*. *Stanleii* conjecturam prorſus ſubvertit regis percontatio verſu ſequente comprehenſa.

302. Και χρυσῆα γ' Ηρας παντα των παλλαγματων] Omnino legendum cenſeo cum *Stanleio*,

Κ' ου χρυσῆα γ' Ηρας

cetera minime immutari velim. *Pauwius* ad hunc locum aliud egiſſe, nec ſe ipſe ſatis intellexiſſe, videtur. Ego certe eum haudquaquam intelligo.

305. Βουν την γυναικ' εθηκεν Αργεια θεος] Certiſſima eſt *Canteri* conjectura reponentis, Βουν την; minime vero admitti poteſt *Pauwiana*, Αργειας θεος, ſi nulla alia de cauſa, at certe propter ambiguitatem vocis

θεος,

θεοις, poſt amborum, Jovis & Junonis, ſub nomine βασιλεων, mentionem diſertam in verſu præcedente factam. Neque verum eſt quod obtendit vir doctus, ſatius fuiſſe Ιω Αργειαν quam Ηραν Αργειαν hîc commemorare. Nam de Ione hîc agi rex minime poterat dubitare, at quiſnam fuerit deus qui eam in vaccam mutaverit, hunc certius edoceri oportebat.

V. 307. Φασι πρεποντα βουθορῳ ταυρῳ δεμας] Scripturam veriorem & elegantiorem in quibuſdam codicibus reperiri teſtatur *H. Stephanus*, quam & *Turnebiana* repræſentat, nempe ἐμπρεποντα, *ſimilem*. Ita *Euripid. Bacch.* v. 915.

Πρεπεις δε Καδμου θυγατερων μορφῃ μια.

308. αλοχος οχευς Διος] Pulcherrime reſtituit *Pauwius* οχευς prout in codicibus etiam ſuis totidem literis ſcriptum repererat *Robortellus*.

312. Τι ουν] Malim Τι δ' ουν, ut vitetur hiatus.

315. Rectius reponit *Pauwius* εκ τωνδ'.

316. παντα, id eſt, κατα παντα, per præpoſitionis ellipſin.

317. Και μην Κανωβον κἀπι Μεμφιν ἱκετο;] Hunc etiam verſum ſublatâ interrogationis notâ Chori tribui oportere cenſeo.

318. Pro φυτυει metri gratia lege φιτυει. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Ajac.* v. 1313.

319. Recte reſtituit *Stanleius* Τις ουν.

321. Λιβυη μεγιστον τησδε γης καρπουμενη] *Aldus* edidit,

Λιβυη μεγιστον γης καρπουμενη

Robortellus,

Ου Λιβυη μεγιστον γης καρπουμενη

unde conſtat vocem τησδε primum interpolaviſſe *Turnebum*. Hinc reponendum conjecit *Pauwius*,

Ου τε Λιβυη μεγιστα γης καρπουμενου

Sed & emphaſin, quam inſignem particulæ τε tribuit vir doctus, indoles ejus minime admittit, & rationem, quapropter καρπουμενου ſcripturæ codicum καρπουμενη ſubſtituerit, nullam adfert ipſe, nec quiſquam, credo, facile hariolabitur. Legendum igitur exiſtimo,

Ου και Λιβυη μεγιστα γης καρπουμενη

Verte, *Ex quo etiam Lybia, quæ maxima terræ parte* (Africa ſcilicet) *fruitur*. Anapæſtum in nomine proprio ſedes ſenarii etiam ſecundam & quartam recipere apud Poetas Atticos ſolere notiſſimum eſt.

325. 326. 327. Præclare hæc, diſtinguendi ratione rite conſtituta, ita reſtituit *Stanleius*,

Δαναος· αδελφος δ' εστι πεντηκοντοπαις
Και του γε Δαναου, τουνομ' ευφρονως λεγω
Αιγυπτος·

malim tamen πεντηκοντάπαις.

V. 337. Τι φης ἱκνεισθαι τωνδ' αγωνιων θεων] *Pauwius* teſtatur ſe non credere Græcos verbum ἱκνεισθαι jungere genitivo ſolere, ideoque pro τωνδ' reponit τονδ', & ſubintelligi vult βωμον, vel παγον. At certe ellipſis talis exemplo prorſus caret, neque apparet quamobrem τονδε, aut βωμον, aut παγον, magis quam quidvis aliud, deſignare aptum ſit. Facilis autem & uſitata eſt ellipſis præpoſitionis επι, & verbum εφικνεισθαι genitivum adſciſcere extra dubium eſt.

340. η το μη θεμις λεγεις] Fit ellipſis verbi ſubſtantivi ειναι.

350. ἑδρας, *ſedes*.

353. Aſynartetus eſt ex dochmaicis.

354. *H. Stephanus* egregie reſtituit Ιδε με τον ἱκετην.

355. Aſynartetus eſt ex dochmaicis. De antithetico loco ſuo videbimus. Egregie hîc nugatur *Pauwius*, quod Lector etiam non monitus ipſe facile comperiet.

356. αλλα Πιστος] Nihil innovandum cenſeo. Aſyndeta talia ab *Æſchylei* ſtyli charactere minime ſunt aliena.

362. χαρισμυθητων] Cum vox hæc ſenſum habeat perquam commodum Criticorum audaciæ minime indulgendum. Vide ſupra v. 348.

364. Recte reponit *Pauwius* metro conſulens,

Ιδοιτο δητ' ανατον φυγαν.

366. Ut metrum antithetico reſpondeat legendum puto,

Συ δε παρ' οψιγονου μαθε γεραον φρεν' αν

το πειρ Librariorum incuria in verſum proximum deſcendit & ejus fini adcrevit.

367. 368. 369. Exciderunt verſus quarti vox ultima, verſus quintus integer, & ſexti vox prima; ita enim hæc conſtituenda cenſeo,

Ποτιτροπαιον αιδουμενος ου * *
* * * * * * *
* * * ἱεροδοκα θεων λημ-
ματ' απ' ανδρος ἁγνου.

370. Recte hæc interpretatur *Scholiaſtes*.

373. 374. Vere, meâ ſententiâ, hæc ita reſtituit *Pauwius*,

Εγω δ' αν ου κραινοιμ' ὑποσχεσιν παρος
Αστων γε πασι τωνδε κοινωσας περι.

375. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus ex dijambo antiſpaſto & ſyllaba.

376. Dochmaicus eſt.

378. *Pauwio* aſſentior reponenti πειρατα, & plenius diſtinguenti poſt ιδειν.

379. Lege θρονοις, præeunte *Pauwio*.

† T V. 380.

V. 380. Παν επικρανεις· αγος φυλαξαν] Antitheticus aſynartetus eſt ex penthemimeribus, ſpondaica (ſive, quæ ισοδυναμος eſt, dactylica) & iambica. Dactylicæ autem penthemimeri haudquaquam æquipollet trochaica; legendum igitur conjicio,

Παν συ γ' επικρανεις· αγος φυλαξου.

397. Metri gratia malim juxta *Robortellianam* & *Turnebianam* legere

Μηπτ' ουν γενοιμαν ὑποχειριος.

Quod in editionibus iſtis præcedit, Μητ' ουν, ex gloſſemate videtur ortum.

398. 399. 400. Aſynarteti ſunt ex dochmaicis.

398. 399. 400. — ὑπατρον δε τοι

Μηχαρ ορειζομαι γαμου δυστροπος

Φυγᾳ] ὑπατρον cum φυγᾳ jungendum eſſe, ideoque reponendum φυγαν, minime dubito. Aſtipulatur etiam quadantenus *Robortelliana*, quæ habet φυγος. Hanc autem locutionem illuſtrant iſta *Sophoclis in Oedip. Tyran.* v. 813 — 815.

— την Κορινθιαν,

Αστροις το λοιπον εκμετρουμενος, χθονα

Εφευγον.

407. Αμφοτεροις ὁμαιμων ταδ' επισκοπει] Vacillat conſtructio; nec quid ſit κατα ταδ', quod ſuggerit *Pauwius*, ſatis aſſequor. Poetam ſcripſiſſe puto,

Αμφοτερ' ουν ὁμαιμων ταδ' επισκοπει

Verte, *Utramque igitur hanc conſanguineorum cauſam inſpectat Jupiter in partem alteram inclinans.*

408. 409. — νεμων εικοτως

Αδικα μεν κακοις, ὁσια δ' εννομοις] Αδικα hic per metonymian poni videtur pro αδικιας αποινα. Certe ενδικα, quod ſubſtitui mavult *Canterus*, minus apte τῳ ὁσια opponitur.

410. Τωνδ' εξ ισου ῥεπομενων] Hæc reſpicere videntur præcedentia; τωνδε, δηλονοτι αδικων μεν κακοις, ὁσιων δε εννομοις, εξ ισου ῥεπομενων.

412. 413. 414. Conſtructionem recte exponit *Scholiaſtes* vetus.

414. μηδ' αγαν οινωμενον] *Pauwio* aſſentior οινωμενον ſententiæ ſcopo minus eſſe congruum, nec multum præſtat conjectura ejus γανωμενον, *lætitia perfuſum*; neque enim de lætitia aut triſtitia magis hic agitur quam de vino. Forſan legi poteſt, μηδ' αγαν οκνουμενον, *neque admodum pigrum.* Adverbium tamen αγαν non omnino hic mihi ſatisfacit, & credide.im Poetam potius ſcripſiſſe μηδε γ' ουν οκνουμενον, *neque adeo pigrum.*

415. 416. Οπως ενατα παντα, πεωτα μεν πολει,

Αυτοισι δ' ὑμιν, εκπελευτησει καλως] Accurata Græcæ linguæ ſtructura exigere videtur ut reponatur εκτελευτηση, præcedente ὁπως. Verborum ſequentium ερα ψεται & διοσμεδῃ alia quidem eſt ratio, cum interveniat particula μη. Nam ὁπως μη futuro indicativo, nunquam vero aoriſto primo ſubjunctivo vocis vel activæ vel mediæ, ſubjungi ſolere luculenter oſtendit *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 228.

V. 417. Και μητε δηεις ῥυσιων εφαψεται] Verte, *Et neque contentio hæc in pignora manus injiciat*, id eſt, clarigationi anſam præbeat.

421. Ος ουδ' εν ἁδου τον θανοντ' ελευθερει] Malim cum *H. Stephano* Ος ουδ' εν ἁδου &c. Similem autem ſententiam habemus ſupra in *Eumenid.* v. 175. 176.

Υπο τε γαν φυγων

Ουποτ' ελευθερουται.

430. ῥυσιαδιοισι recte interpretatur *Pauwius*, *vi abreptam.*

434. Ut metrum antithetico reſpondeat forſan legendum,

Και φυλαξαι δη κοτον.

435. Aſynartetus eſt ex penthemimeribus trochaicis. Ceteri hujus ſtrophæ verſus ſunt dochmaici.

437. 438. Δικας αγομεναν

Ιππηδον, αμπυκων] Metra ab antitheticis diſſident, & quanquam ea conciliari poſſe putat *Pauwius* reſcribendo,

Δικας αγομεναν ιπ-

πηδον, αμπυκων

fruſtra tamen eſt; verſus enim alter, in ſtropha erit penthemimeris trochaica, in antiſtropha dochmaicus purus, quos ισοδυναμους eſſe minime dici poteſt. Legendum igitur hic puto,

Δικαν αγομεναν

Ιππου, κραμπυκων.

Verte, *Equæ in morem abductam.* Ιππηδον ex gloſſemate ortum videtur. Hanc ſcilicet vocem margini adſcripſerat aliquis velut interpretationem vocum iſtarum δικαν ιππου.

438. 439. 440. — κραμπυκων

Πολυμιτων πεπλων

Τ' επιλαβας εμων] Verte, *Et prehenſiones vittarum mearum, & peplorum multis liciis textorum.*

441. Ιδη γαρ, ποιει ταδε και δομοις] Ut conſtet metrum legendum exiſtimo,

Ιδη γαρ, ποιειν ταδε γε και δομοις,

443. αιτησιν penultimam habere communem certum eſt, adeoque hic corripitur. Vide *Euripid. Oreſt.* v. 530. & *Barneſii* ad *Euripidem* indicem.

445. 446. Ita hæc metra conſtituenda,

Ταδε φερειν δικαι-

α Διοθεν κρατη.

V. 449.

V. 449. 450. — *και γεγομφωται σκαφος*
Στρεβλαισι ναυτικαισιν, ὡς προσηγμενον] Rectius hæc diſtinguit *Stanleius*, & optime interpretatur, nec ulla mutatione opus eſſe exiſtimo.

452. *Stanleius* recte reponit *χρηματων*.

453. *Και μεγ' ἐμπλησας γομον*] *Stanleium* *ἐμπλησαι* pro *ἐμπλησας* recte reſtituiſſe extra dubium eſt: utrum vero vulgata ſcriptura *γομον*, an conjectura *Pauwiana* *δομον*, præferenda ſit, Lectorum judicio remitto. Si *ἐμπλησθειν* in cumulandi ſignificatione accipere liceat, optime ſe tueri poterit vulgata lectio. Ut verſus autem hic cum proxime ſequente ſedem permutet minime videtur neceſſe; verbum enim *ἐμπλησαι* ab *ὡστε* ſubaudito pendet, quod *Stanleium* effugiſſe miror.

455. *γλωσσα τοξευσασα* nominativus eſt ad morem genitivi abſolutus. Vide *Euripid. Iphig. in Taur.* v. 349. 695. 947. *Troad.* v. 203. *Bacch.* v. 1130. *Melanip.* v. 43. *Sophocl. Oed. Tyr.* v. 60. *Antig.* v. 266. 419. & Noſtri *Agam.* 989.

457. *Αλγεινα θυμου καρτα κινητηρια*] Hunc verſum cum præcedente ſedes mutuo permutare debere *Stanleio* omnino aſſentior. Quo enim ſenſu hoc in loco commoda ſtare poſſit, etiam poſt *Pauwii* explanationem, non intelligo. Verte, *Acerba, iram valde commoventia.*

458. *ὁμαιμον αἱμα*, recte *Pauwius*, *cædes conſanguinea.*

461. *Η καρτα νεικους τουδ' εγω παρειργομαι*] Neminem Interpretum hujus verſus ſententiam aſſecutum puto. Vertendum exiſtimo, *Aut valde me circa hanc litem ſententia fallit.* Hanc interpretationem firmant ſequentia, præcipue vero, *γενοιτο δ' ευ πραξις γνωμης εμης.*

467. *Τυχη γυναικων ταυτα συμπρεπει πελει*] Hunc etiam verſum Choro tribuendum cenſeo. Verte, *Fortunæ mulierum hæc convenire apta ſunt*; id eſt, æque in adverſa fortuna malorum effugium, ac in proſpera ornamentum, ſubminiſtrant.

475. *Ηκουσα μακιστηρα καρδιας λογον*] *Pauwius* *μακιστηρα* interpretatur *ſermonem prolixum, haud conciſum, minime obſcurum.* At certe virginum ſermo haudquaquam dici poterat prolixus, quanquam minime obſcurum eſſe, non diffiteor, neque prolixi ſane eſſe ſolent ſermones a corde venientes. Præterea vix perſuadere mihi poſſum genitivum *καρδιας* non potius a voce præcedente *μακιστηρ*, quam a ſequente *λογον*, pendere. Forſan igitur reſcribi debet,

Ηκουσα γ' αικιστηρα καρδιας λογον.

Verte, *Audivi ſermonem qui cor mihi cruciat.*

V. 484. *δια μαχης ἡξω τελους*] Non improbo emendationem *Pauwianam* reponentis *τελος*, *tandem*; ferri tamen poſſe puto etiam ſcripturam vulgatam, quæ reddi poteſt, *ad extremum pugnæ certamen deſcendam.*

490. Structuræ concinnitas poſtulat ut legatur *Κλαδους γε τουτους.*

500. *Αιδοιον ευ ῥεοντα προς ξενον λαβειν*] *Canterus*, *Stanleius*, *Pauwius*, uno ore *προξενον* reponendum ſtatuunt, quibus haud ægre aſſentior; at *ευ ῥεοντα* abſque codicum auctoritate immutari nolim. Significare poteſt, aut *facilem*, aut *proſpera fortuna utentem.* Ex conjecturis autem *Pauwianis*, *ευ νοουντα* nimis a veteri ſcriptura recedit, & alterâ *ευ κραινοντα*, *bene imperantem*, nihil minus aptum excogitari potuit. In hoc enim negotio imperare prorſus noluit Argivorum rex, ſed totius rei arbitrium ut penes populum eſſet ſtatuit.

507. 508. — *φυλαξαι μη θρασος τεκη φοβον.*
Και δη φιλον τις εκταν' αγνοιας ὑπο] Loci hujus ſententia facilis eſt & expedita; *cave ne confidentia in præſenti deinceps terroris mihi ſit cauſa*; *aliquando quidem contigit ut amicum aliquis ex ignorantia interfecerit, idemque mihi, etiamſi amico, omnibus tamen ignoto, facile accidere poterit.* *Pauwius* miris cavillationibus hæc ſollicitat, quas ſigillatim expendere, operæ non eſt pretium.

512. *αγοντας ἐφεστιον*] Conſtructio eſt, *αγοντας ὡστε ἐφεστιον ειναι*, *deducentes ut ad aras ſupplex conſideat.*

513. *Τουτῳ μεν ειπας*] Hoc *Pauwio* friget; ni fallor tamen Lectori magis frigebit ejus conjectura *Τουτῳ μεν ευ παν.* Vulgatæ ſcripturæ ſententia eſt, *Huic* (patri ſcilicet noſtro) *dixiſti quæ dicenda erant, quæ dici ejus intererat.* Nam *τουτῳ* ad ipſum Danaum non ad comites ei adjunctos referendum eſt.

524. *Συ και λεγων ευφραινε και πρασσων φρενι*] *ευφραινειν* non eſt *lætari*, ſed *lætum reddere*; Legendum igitur puto *φρενα.* Verte, *Tu & verbis & factis tuis animum mihi exhilara.*

525. *ερημωσει*, recte *Pauwius*, *te ſolam relinquet.*

528. *τοια χρη λεγειν*] *Cantero* aſſentior reponenti *ποια*; quanquam forſan ferri poteſt & vulgata ſcriptura, ut idem valeat ac *τα οια*; juxta eandem ſcilicet analogiam qua *ὁ* pro *ὁς* ſæpius uſurpatur.

531. *Εγω δε ταυτα πορσυνων ελευσομαι*] *πορσυνῶν* tempore futuro hic ſcribi debere, vel ex ſyllabæ modulo ſatis conſtat. Verte, *Ego autem hæc perficere aggrediar*, vel, *perfecturus ibo.*

532. *Πειθω δ' ἑποιτο και τυχη πρακτηριος*] Minime ſollicitanda eſt hæc ſcriptura, cujus ſententia luculentior

 tior

tior eſſe non poteſt; *Conanti vero contingat ut populum perſuadeam, & ab eo quæ cupimus obtineam.*

V. 534. Proſodiacus eſt dimeter acatalectus.

535. 536. Ita hæc metra conſtitui debent,

Τελειοτατον κρατος ολ- proſodiacus ſimilis præcedenti

βιε Ζευ, πειθου τε και γενεσθω. aſynartetus ex dochmaico & penthemimeri iambica;

& in antiſtropha,

Γενος, φιλιας προγονου

Γυναικος νεωτν ευφρον' αιτον.

544. Γενου πολυμνηστωρ εφαπτωρ Ιους] Subſtantiva duo ita per appoſitionem conjuncta raro, ni fallor, alibi reperies. Quinetiam πολυμνηστωρ vocem Græcam eſſe vix credo. Legendum igitur forſan,

Γενου πολυμναστου γ' εφαπτωρ Ιους

Verte, *Nobis te præbeas Jûs multum expetitæ liberatorem.* Hanc enim vocis εφαπτωρ ſignificationem eſſe conſtat ex v. 320. ſupra

Επαφος αληθως ρυσιων επωνυμος.

545. Διας τοι γενος ευχομεθ' ειναι] Recte, meâ ſententiâ, reprobavit *Pauwius Stanleii* conjecturam Διος, ſed nihilo feliciores ſunt eæ quas ipſe ſubſtituit; neque enim aut Διας, pro Διας γυναικος, aut Διαι γενος, id eſt, *ex Jove oriundæ*, Græci ſermonis indolem atque uſum agnoſcere puto. Forſan legendum eſt,

Ιους τοι γενος ευχομεθ' ειναι.

546. ενοικοι, *inquilinæ*; nempe in Ægypto, genere revera Argivæ. Verſus ſequens hanc interpretationem adeo non reſpuit, quod cauſatur *Pauwius*, ut eam luculentiſſime confirmet. Qui enim poſtliminio in antiquam patriam revertitur, is certe in peregrina pro inquilino habendus erat.

548. Logaœdicus eſt alcaicus. Quis crediderit, notâ *Pauwii* lectâ, eum *Hephæſtionis* libellum oculis unquam uſurpaſſe, nedum edidiſſe? Bene tamen interpretatur vocem επωπας.

549. Aſynartetus eſt ex penthemimeribus iambicis.

552. Dactylica eſt hephthemimeris. Mire hujus verſus ſcripturam corrupit *Pauwius*, dum metro imperitiſſime ſimul & infeliciſſime conſuluit.

553. 554. 555. Conſtructionem horum verſuum recte exponit *Pauwius*. ει αισα (quod ab eo omiſſum) cum ιαυζει jungi debet. Verte, *prout æquum erat.*

561. Παμφυλον τε γαιν διορνυμενα] Vocem γαιν prorſus excludit metri ratio, & a male ſedula correctrice manu profectam eſſe veriſimile eſt.

562. Τους ποταμους δ' αενναους] Recte *Pauwius* reponit ποταμους τ' pro ποταμους δ', ſed non adhuc germana Poetæ verba habemus; veram ſcripturam ſuppeditat *Robortelliana*,

Παρ ποταμους τ' αεναους.

In hac ſcilicet antiſtropha non terminatur periodus ſed in proximam etiam ſtropham continuatur conſtructio.

V. 564. Tollenda eſt diſtinctio in verſus fine collocata; hæc enim cum ſtropha ſequente continuata conſtructione cohærent.

565. Ικνειται δ' εισικνουμενα βελει] Quin hæc corrupta ſint dubitari nequit; quo enim ſenſu hîc ſtare poteſt εισικνουμενα? Legendum eſt forſan,

Ικνειται διαπονουμενα βελει.

Cum enim hæc continua ſerie ſuperioribus ſubjungantur optime abeſſe poteſt particula δε. *Pauwius*, quem non latuit ulcus, reponendum conjicit εξιχνουμενα, aut potius εισιδνουμενα, utrumque infeliciter admodum. εξιχνουμενα, *ex veſtigio ejecta*, nullum ſane ſenſum niſi abſurdiſſimum ac plane ridiculum ſuppeditat, cum omne animal quocunque abactum propria tamen ſemper veſtigia premat. εισιδνουμενα ipſa compoſitionis indoles ſatis reprobat; non enim ſignificat, *incurvata*, ſed, *intro incurvata.* Quomodo autem juvenca, dum intro incurvatur, aut, ut *Pauwii* verbis utar, dum incurvatione retrorſum facta ipſa in ſe flectitur, iter peragere, aut omnino progredi, poſſit, Lectori æſtimandum relinquo.

570. Cum *Pauwio* legendum puto Υδωρ τε Νειλου.

572. 573. — οδυναις τε χειροδα-
λητοις θειας Ηρας] Ut ultimi verſus metrum antithetico par ſit forſan legendum,

— οδυναις τε χειροδα-
λημοσι θειας Ηρας. choriambicus dimeter catalectus.

584. Βια δ' απημαντῳ σθενει] Verte, *Vis autem a Junone intentata robore invicto* &c. παυεται, *aboletur.*

585. Periodus eſt catalectus ut & v. 587.

586. Periodus eſt acatalectus.

596. 597. — και τοδ' αν γενος λεγων
Εξ Επαφου κυρησαις] Sententia aperta eſt, & conſtructio ſimpliciſſima. Verte, *Atque hoc genus ab Epapho ortum dicens a veritate non aberraveris.* Τοδε dicitur δεικτικως, & de ipſa Choro intelligendum; & ita recte interpretatus eſt vetus *Scholiaſtes.* Cum vero hæc non intellexiſſet *Pauwius*, ſcripturam vulgarem, ut ſolet, corrupit.

600. Πατηρ φυτουργος. αυτοχειρ αναξ] Excidit vox diſſyllaba ex verſus fine, prout ex antithetico conſtat. Forſan ſupplendum βροτων cum ſequente γενους jungendum.

V. 602.

V. 602. το παν μηχαρ] Conſtructio eſt κατα το παν εϛι μηχαρ, Verte, *In re omni ſubſidium eſt efficax.*

603. 604. Τηι᾽ αρχας δ᾽ ου τινος θοαζων
Το μειον κρεισσονων κρατυνει] Conſtructio paullo eſt intricatior, quam tamen miris ambagibus magis adhuc involvit *Pauwius.* Το μειον aut adverbialiter, aut ſaltem per ellipſin præpoſitionis κατα, accipiendum eſt. Verte, *Haud vero ſub dominatu alicujus conſtitutus ideo minus imperat potentioribus,* id eſt, minus iis qui potentiores ſunt imperat.

605. Ου τινος ανωθεν ἡμενου σεβει κατω] Omnino reponendum exiſtimo σεβει κρατος.

V. 607. Pro δουλιος recte, opinor, *Pauwius* reſcribit βουλιος.

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 290. καθ᾽ ὑμας] Legendum videtur και ὑμας.

341. dele κατ᾽ εχθραν.

444. απο κοινου δε το μη τλαιης ιδειν] Hæc *Scholii* præcedentis fini ſubjungi debent.

498. Verſus eſt *Sophocleus Ajac.* v. 157. qui ita in editis legitur,

Προς γαρ τον εχονθ᾽ ὁ φθονος ἑρπει.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 621. *Stanleii* interpretationem recte corrigit *Pauwius.*

625. πρευφρων αν] *Pauwio* omnino aſſentior vulgatam hanc ſcripturam optimum habere ſenſum, ideoque minime eſſe ſollicitandam.

625. 626. — μηποτ᾽ εισοπιν χρονου
Πολιν πεχυναι] Linguæ indoles & analogia poſtulare videntur ut legatur χρονῳ. Verte, *nequando tempore futuro civitatem opacet.*

628. Αμηχανον βοσκημα πημονης πελειν] *Stanleius* reponit αμηχανου, ſed ferri etiam poteſt, præſertim in ſtylo *Æſchyleo*, vulgata ſcriptura.

630. ὡς ειναι ταδε] Recte interpretatur *Stanleius*; ὡς enim pro ὡστε non raro accipitur. Vide *Devarium* & Lexica. *Euripid. Ion.* v. 40. & ibid. *Barneſium.*

638. Νυν ὁτε και θεοι] ὁτε nullum hic ſenſum commodum habere certiſſimum eſt. Legendum puto,
Νυν ετι και θεοι. penthemimeris trochaica ſeu potius dochmaicus.
Conjecturæ noſtræ favet particula και proxime ſequens.

639. 640. Ita potius hæc metra conſtitui debent,
Διογενεις κλυοιτ᾽ dochmaicus
Ευκταια γενει χεοντας· ionicus a majore dimeter acatalectus;
& in antiſtropha,
Υψον ιδωντ᾽, απο-
μωσουσιν σεω γυναικων.

641. Dochmaicus eſt.

642. Nihil innovandum; de antithetico enim infra videbimus. Summam autem rei metricæ imperitiam hic prodit *Pauwius.*

V. 643. 644. Recte, metri ratione exigente, hos verſus mutuo tranſponit *Pauwius.*

643. Τον αχορον βοαν] Huic Martis epitheto lucem plurimam affundunt illa *Euripidis* in *Phœniſſ.* v. 801 — 807. quæ conferre operæ erit pretium.

645. 646. Εν αροτοις
Θεριζοντα βροτους εν αλλοις] Εν αροτοις, eſt *in ipſis ſementibus, antequam germinaverint ſegetes*; id eſt, cum proles ſata quidem eſt, ſed nondum nata, ſaltem non adulta. Vide *Budæi* Comment. p. 846. Legendum etiam opinor αλλως, *ordine inverſo & præpoſtero.*

647. 648. 650. Ex horum verſuum metris cum antitheticis collatis conſtat periodicum catalectum pherecratio legitime opponi.

654. 655. Διον ενδημιοι
Πρακτορα τε σκοπον] In horum verſuum altero, & claudicat metrum, & particula copulativa τε locum non ſuum obtinet, Forſan reponi poteſt,
Πρακτορ᾽ αυτεπισκοπον
Vindicem propriis oculis inſpicientem. Ita Πρακτορα ſubſtantivum erit, & αυτεπισκοπον adjectivi vice fungetur.

659. Μιαινοντα᾽ βαρυς δ᾽ εφιζει] *Pauwio* aſſentior, μιαινοντα, *inquinantem*, epitheton eſſe dei vindicis & iniquos punientis minus aptum. Forſan Poeta ſcripſerit αμυνοντα, *vices rependentem.* Apud *Heſychium* αμυνει eſt ανταποδωσει. Vide etiam Lexicographos recentiores.

665. 666. Pæonici ſunt dimetri brachycatalecti.

V. 669.

V. 669. 670. Μηδ' επιχωειοις

Πτωμασιν αιμαπσαι πεδον] Verſus prior iambo uno, alter ſyllaba una, antithetico ſuo eſt brevior. Utrique ſua reſtituetur integritas ſi forte reſcribas,

Μηδ' επιχωειοις τεις

Πτωμασιν αἱμαπσαι πεδον τοδ'.

Pauwius in verſu priori reponit ποτε, ſed infeliciter omnino; ita enim hi duo verſus idem prorſus dicunt ac duo præcedentes, nec ſententiæ quidquam addunt. Minus etiam accurate dicitur peſtis terram cruentare. Ad ſequentis finem idem vir doctus appendit articulum τας, cum voce proxima ηβας, jungendum, quæ tamen articulo elegantius ac rectius carebit. Verſus autem alter logaœdicus eſt alcaicus.

672. Εστω μη Αφροδιτας] Omnino legendum μηδ' Αφροδιτας.

675. 676. 677. Horum verſuum ſententiam & conſtructionem recte, ſi quid video, explicuit *Pauwius*.

680. Τον ξενιον Δι' ὑπερτατον] Recte repoſuiſſe videtur *Pauwius*,

Τον ξενιον γ' ὑπερτατον.

686. 687. 689. 690. Dochmaici ſunt. In horum verſuum metro declarando turpiſſime ſe dat *Pauwius*.

689. Αχεος, κιδαρις] Neque metrum hujus verſus ſatis conſtat nec ſententia. Proculdubio legendum eſt,

Αχεος, ακιδαεις

Emendationem hanc plane ſtabiliunt iſta *Sophoclis* in *Oedip. Colon.* v. 1286. 1287.

Οτε μοιρ' ανυμεναιος,

Αλυρος αχορος, αναπεφηνε.

Αλυρος apud *Sophoclem* idem prorſus valet ac hic ακιδαεις. *Pauwii* conjectura, κιθαρις metro parum ſatisfacit, vocemque ipſam minime agnoſcit Græcæ linguæ idioma.

691. Βοαν τε δημων εξω πυλων] Præeuntibus *Stanleio* & *Pauwio*, ita hunc verſum reſtituendum cenſeo,

Βοαν τ' ενδημων εξοπλιζων

Εξοπλιζων pro εξω πυλων conjecturæ certiſſimæ *Stanleii* debetur; τ' ενδημων pro τε δημων conjecturæ *Pauwii* vix minus certæ.

695. Recte repoſuit *Arnaldus* ſuadente metro Λυκειος.

697. Recte *Stanleius* χαριτοπολιν, exigente & ſententiæ & conſtructionis ratione.

702. Nihil innovandum. In voce επιδοιεν ſyllabam catalecticam præcedit choreus iambo antithetico æquipollens.

V. 706. Φυλασσοι τ' ατιμιας τιμας] Vocem ατιμιας corruptam eſſe ſatis declarat & metri ratio & ſententiæ. *Canterus* reponit ατιμιας, metro certe repugnante, forſan etiam ſermonis idiomate. *Pauwii* conjectura, εκπαγλως γε, nemini opinor nimium arridebit. Non omnino male reſcribi forſitan poteſt ατιτας γε.

708. Aſynartetus eſt ex dochmaico & penthemimeri iambica. Dochmaicus conſtat ex epitrito primo, qui in antiſtropha pentaſyllabus eſt, & ſyllaba. Ita omnes *Pauwii* circa metrum curæ ex ejus imperitia ortæ ad nihilum recidunt. ευκοινομητις eſt, *recte reipublicæ conſulens*.

709. Recte, ut opinor, hunc verſum interpretatus eſt *Pauwius*.

715. Recte hujus etiam verſus conſtructionem explicat *Pauwius*.

738. ει βεβαδυναμεν βοη] βοην idem quod βοηθειαν hîc ſignificare, quod aſſerit *Scholiaſtes*, vix crediderim; hucuſque ideo *Pauwio* aſſentior. Cur vero juxta candem analogiam qua Græce dicitur βοηδρομειν, dici etiam non poſſit βοη βεβαδυκεν non ſane video. Non tamen repugno, ſi quis malit cum *Pauwio* reſcribere βεβαδυναμ' εν βοη.

758. Δωλοφρονες δε και δολομητιδες] Verſus proculducio aſynartetus eſt ex penthemimeribus trochaicis, ſed mutilus, nec antithetico ſatis reſpondet. Recte repoſuit *Stanleius* Δολοφρονες; ita vero metro forſan integritas ſua plene reſtitui poteſt,

Δολοφρονες δ' ετι, και δολομητιδες.

759. Aſynartetus eſt ex dochmaicis. In *Robortelliana* accuratius metrum quod attinet legitur φρεσιν.

770. Εχοντας οργας, χρη φυλασσεσθαι κρατος] Οργας hîc *indolem*, non *iram*, ſignificat, quod & alibi ſæpius in his notis monuimus. Κρατος recte exponit vetus *Scholiaſtes*, την βιαν. Verbum φυλασσεσθαι formâ mediâ ponitur, & vim habet activam. Ita Ariſtoph. Eccleſ. v. 826.

— ὡς γ' εγω φυλαξομαι.

Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 97. & ſeqq. & *H. Stephani* Theſaurum. Κρατος pro κατα κρατος, *pro viribus*, juxta interpretationem *Pauwianam*, minime agnoſcit Græci ſermonis idioma.

783. Proculdubio legendum cum *Pauwio* γα βουνις, præſertim accedente *Heſychii* auctoritate.

784. 785. — ποι φυγωμεν Απιας

Χθονος] Verte, *Ad quam Apiæ terræ partem fugiamus?* Neque enim ellipſin præpoſitionis απο, præcedente particula ποι, propter ambiguitatem inde orituram, admitti poſſe puto. Præterea, nulla ſane erat cauſa quare cuperent Danaides relinquere

linquere terram Apiam, cujus rex & incolæ eas in clientelam ſuam modo receperant. Latebras tantum circumſpiciebant, quibus occultæ hoſtium inſequentium violentiæ ſe ſubducere poſſent.

V. 787. Recte *Arnaldus* Νιφοεν, exigente metro.

789. Αμπλαξ δ' ὡσει] Metrum ab antithetico plurimum diſcrepat. *Robortellus* edidit, Αμπτησας' ὡς, *Aldus*, Αμπτησας ὁσει. Forſan legendum,

Αμπλαγξ' ὡσει penthemimeris ſpondaica.

Verte, *ſurſum volitans ſicut.* Diſtinctionem autem plenam, non in fine verſus præcedentis, ſed in fine verſus qui hunc præcedit, abhinc ſcilicet ſecundi, ponendam cenſeo. Antitheticus ſimiliter ita conſtituendus,

Ταδ' εγχειμφθηται

Ταδ', *huic fæminæ*, δεικτικως, id eſt, *mibi.* χερσιν pro mero gloſſemate habeo, quod ex margine in contextum irrepſit. *Pauwii* conatus ſatis ſe ſubvertunt ipſi.

790. Particulam γε, ut fulciatur metrum, poſt κονις interponendam eſſe *Pauwio* aſſentior.

791 Αφυκτον δ' ουκ ετ' αν πελοι κεαρ] Sententiam hujus verſus me non intelligere fateor. Nam ut αφυκτον ſignificare poſſit *eum qui non illibenter fugerit*, juxta interpretationem *Pauwianam*, prohibet linguæ analogia. Forſan legendum, Αφεικτον, hac ſententia; *Etiamſi ſicut pulvis per aera diſſipata eſſem, nondum tamen ab horrore liberaretur cor.*

792. Recte *Pauwius* metri gratia ſubſtituit Μελαγχρως.

802. *Pauwius* metro cavens ordinem verborum recte, meâ ſententiâ, ita immutavit;

-δικτος, ερημας, οιοφρων.

804. Πτωμα *Pauwius* recte interpretatur, *lapſum.*

805. 806. Nihil hîc immutandum. De antitheticis videbimus infra. Ita autem conſtructionem inſtitui debere exiſtimo; Πριν βια κυρησαι γαμου δαϊκτορος καρδιας. Verte, *Priuſquam per vim adigar ad nuptias quæ cor mibi diffindunt.*

811. Alterum ιλθετω ejiciendum eſſe certum eſt, nec *Pauwium* latuit.

813. 814. Τα' αμφ' αὐτας ετι πορει

Ευρω γαμου και λυτηρια;] Metra ab antitheticis nimium quantum diſſident. Ita forſan reſcribendo conciliari poſſunt, non ſine aliquo etiam ſententiæ compendio,

Τονδ' ετ' αμφ' αὐτας πορον

Και γαμου λυτηρ' εὑρω.

Verte, *Hoc adhuc, quod ad meipſam attinet, remedium & nuptiarum impedimentum inveniam.* Λυτηρ primam naturâ habet longam, quæ proinde corripi haudquaquam poteſt. Vide quæ adnotavit vir longe longeque *Pauwio* in re metrica peritior, eruditiſſimus *Clarkius* ad Homer. Iliad. Α. v. 314.

V. 816. *Pauwio* aſſentior particulam και rectius abeſſe, prout in *Turnebiana* revera abeſt.

817. 818. Ita potius hos verſus conſtitui debere cenſeo,

Τελεα δε μοι πατερ, penthemimeris iambica

Πελομενα μοι λυσιμα. iambicus dimeter brachycatalectus.

λυσιμα primam certe corripit, adeoque dactylus eſſe non poteſt. Vide *Clark.* ubi ſupra.

819. Μαχιμα δ' επιδε, πατερ] Μαχιμα ſignificat, *ſtrenue, fortiter*, prout recte vertit *Stanleius*; adverbialiter enim ponitur, ut paullo infra βιαια. Ipſam pugnam ſignificare, quod *Pauwio* placet, per ipſam etymologiæ rationem haudquaquam poteſt.

820. Βιαν ει φιλεις ὁρων] Recte ὁραν ex *Turnebiana* reſtituit, & ſententiam vere explicuit *Pauwius.* φιλεις hic eſt, *ſoles.*

827. ματαισι πολυθροοις, *petulantiis multiloquis.* Hinc adjectivum ματαιος.

830. 831. Metra hæc ita rectius conſtituta leguntur in *Robortelliana*,

Ταλαινα. τι δ' αιτιον σεθεν

Θνατοις τελειον εστι;

833. Οδε μαρπτις ναϊος, γαϊος] Ex *Heſychii* auctoritate legendum videtur μαρπτις, monente *Stanleio.* Verte, *Raptor hic ex nave in terram deſcendit.*

834. 835. 836. Των προ μαρπτι χαμιοις, ιοφ' ομ.

Αυδη χακκας νο

Δυϊαν βοαν αμφαινω] *Pauwius* Των προ vertit, *Ob hæc jam ante vim adhibitam*, ſed qua conſtructione, & ad quæ referri debet genitivus των, prorſus tacet, neque ego ſane conjicere queo. Ita autem hæc forſan reſtitui poſſe exiſtimo,

Τον προμαρπτιν χαμιουσ', ιου φοβω. aſynartetus ex penthemimeribus trochaicis

Αυδη κακ χακας, ὁ, ὁ, hephthemimeris trochaica

Δυϊαν βοαν αμφαινω. hephthemimeris iambica.

χαμιουσ' *Turnebianæ* auctoritate ſe tuetur. Verte, *Raptorum ducem præ timore animo deficiens heu aſpicio. Iterum etiam ex timiditate, o, o, lamentabilem clamorem edo.*

837. Aſynartetus eſt ex penthemimeribus iambicis.

839. Βαιτι φυγα προς αλκαν] Per αλκαν hîc denotari, non Argivorum urbem, quod *Pauwio* placet, ſed deorum

deorum ſimulacra & aras, conſtat ex v. 738. 739. ſupra

Ομως αμεινον, ει βραδυνοιμεν βοη,
Αλλως λαθεσθαι τωνδε μηδαμως ποτε.

Confer & v. 780. 781. His autem dictis virgines ad deorum aras & ſimulacra ſtatim confugiſſe intelligendum eſt; quod & ex præconis verbis infra v. 859. Λειφ' ἑδραια, & ex virginum reſponſo v. 865. 866. colligi etiam poteſt.

V. 840. Dochmaicus eſt. Hujus autem verſus & ſequentis ſententiam & conſtructionem recte explicuit *Pauwius*.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 848. Αποκοπα κρατος] Penthemimeris eſt dactylica. Vox pluſquam triſyllaba primam aliter brevem producere poteſt. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 398. Hîc autem imperfecta abrumpitur virginum oratio, interpellente præcone. Dicturæ nimirum erant, Se vulſiones, punctiones quaſcunque, immo capitis abſciſſionem, ſubituras, potius quam in navem ſe trudi paterentur. Diſtinctionis igitur ratio minime eſt immutanda.

851. Cum *Pauwio* plene diſtinguo poſt πορον.

852. Δεσποτας ξυν ὑβρει] Verte, *cum tali contumelia quali æquum eſt dominum accipere ſervum fugitivum aut rebellem.*

853. 854. Γομφοδιτω τε δορι δι' ὁλου,
Αιμον' ἱζω σ' επ' αμιδα] Cæſura in his metri portiunculis vim ectaticam nullam habet, quod ſæpius olim monuimus. Ita igitur hæc metra conſtitui oportere cenſeo,

Γομφοδιτω τε δορι, penthemimeris dactylica
Δι' ὁλου αἱμον', monometer trochaicus
Ιζω σ' επ' αμιδα. penthemimeris iambica.

Plenius diſtinguo poſt αμιδα. Γομφοδιτον δορυ idem valet ac apud Homerum Iliad. Α. v. 245. 246. σκηπτρον ἡλοισι πεπαρμενον. *Pauwii* conjectura Νυμφοδιτω δορι, *haſta quæ ſponſo geritur, & cui annexa eſt ſponſi cauſa*, conjecturas omnes quaſcunque hactenus vidi mira ſua ſuavitate longe longeque ſuperat.

855. 856. 857. Ησυδουπα τιπτε
Κελευω βια μεθεσθαι
Ιχαρ, φρενος αταν] Hæc manifeſte corrupta ſunt, & parum adjuvant aut *Stanleii* aut *Pauwii* conjecturæ, utpote minime probabiles. Forſan reſcribi poteſt;

Ει συ δουπα penthemimeris trochaica
Ιουπειτα κελευω ionicus a majore dimeter brachycatalectus
Βια μεθεσθαι penthemimeris iambica
Ιχαρ φρενος αται. pherecratius.

Verte, *Si impoſterum vociferari perrexeris, vi valida te cogo dimittere mentis inſaniam.*

V. 860. *Pauwius* αποιν' recte vertit, *abſque pœna.*

861. Egregie *Stanleius* reponit ειδοιμ'.

863. Pulchre etiam *Stephanus* αεξομενον, probantibus *Cantero*, *Stanleio*, & *Pauwio.*

864. Logaœdicus eſt alcaicus.

865. 866. 867. Αγιος εγω βαθυχαιος
Βαθρειας, βαθρειας
Γερον. συ δε ναϊ, ναϊ] Nullam excogitare queo analogiam juxta quam ſenſu commodo prodire poſſit compoſitum βαθυχαιος. *Heſychius* χαιος interpretatur αγαθος; quis autem, obſecro, tulerit βαθυαγαθος? Ita forſan igitur hæc reſtituenda,

Αγιος εγω βαθυγειου
Βαθρειας, βαθρειας, γερον. periodus
Κη. Συ δε ναϊ, ναϊ penthemimeris iambica.

Verte, *Sancta ego ſum fertili huic, ſedi, ſedi, addicta, ſenex. Præc. Tu vero in navem, in navem.*

868. 869. 870. Βαση ταχα
Θελεος αθελεος
Βια, βια τε πολλα φρουδα] Ita potius hæc metra conſtitui debere cenſeo,

Βαση ταχα θελεος, iambicus dimeter brachycatalectus
Αθελεος, βια, penthemimeris trochaica
Βια τε πολλα, φρουδα. hephthemimeris iambica.

Plene diſtinguo poſt φρουδα. Verte autem, *Ibis ſtatim, volens nolens, vi, vique multa, hinc abducta.*

871. Βατεαι βαθμι πεπεραγκοπαθων] Hæc manifeſte corrupta ſunt; forſan reſcribi poteſt,

Βατ' επ' αμιδα πριν κακοπαθειν trochaicus dimeter acatalectus

aſtipulante quadantenus *Robortelliana*, quæ diſerte exhibet Βατ' επ' αμιδα. Quod ſi aliarum editionum veſtigia potius ſequi lubet, legi poteſt,

Βατ' επι βαριν πριν κακοπαθειν.

Verte,

Verte, *Ad navem properate priuſquam male habeamini.* Hic etiam conjecturas ſuaviſſimas proponit *Pauwius*.

V. 873. Hunc verſum cum quinque ſequentibus Danaidibus recte tribuit *Stanleius*.

874. Και γαρ δυσπαλαμως ολοιο] Quo ſenſu particula copulativa Και hîc locum habere poſſit minime aſſequor; præſertim cum promontorium Sarpedonium non in Argolide ſed in Cilicia quærendum ſit, prout recte monuit *Stanleius*. Quapropter legendum exiſtimo,

Ει γαρ δυσπαλαμως ολοιο logaœdicus alcaicus;

Verte, *Utinam enim infeliciter periiſſes.*

881. Hic verſus in duos dividendus,

Ιυζε και βοα, iambicus dimeter brachycatalectus

Πικροτερ' αχων trochaica penthemimeris.

Quod ſi ιυζε vocem diſſyllabam hîc eſſe ſtatuas (atque hoc quidem mihi verius videtur) tunc verſus integer aſynartetus erit ex penthemimeribus trochaicis.

882. Οἴζυος ονομ' εχων] Dochmaicus eſt vel penthemimeris iambica. Duarum enim primarum ſyllabarum vocis Οἴζυος, ſi pro quadraſyllaba habetur, fit ſynizeſis. Pro εχων autem, quam vocem vix admittit ſententia, malim εχειν, ſubaudita particula ὡστε per ellipſin uſitatiſſimam.

884. 885. 886. Λυμαοις ὁ πρὸ γας ὑλασκει·

Περιχαμπτα βρυαζεις

Ος ερωτας] Corrupta hæc eſſe omnes agnoſcunt Interpretes. Ita forſan reſtitui poſſunt,

Λυμασις, ὁ πρὸ γας ὑλασκεις,

Περιχεμπτα βρυαζεις

Οσ' ερευγεις.

Verte, *O peſtis, quæ terræ tuæ nomine latras, maxime exſcreanda effundis quæcunque eructas.* Περιχεμπτα & ὅσ' ex *Stanleii* ſunt conjectura. περιχεμπτα eſt περισσως χεμπτα, juxta eandem analogiam qua formantur περιπαθης & ſimilia.

886. 887. 888. Ita potius hæc metra conſtitui debere exiſtimo,

Οσ' ερευγεις. ὁ μεγας Νειλος ionicus a minore dimeter hypercatalectus

Υβριζοντα σ' αποτρεψειεν antiſpaſticus dimeter hypercatalectus

Αἴστον ὕβριν. penthemimeris iambica.

889. Βαριν εις αντιστροφον] Verte, *in navem revertentem.* Dum enim altercantur Virgines & Præco, credibile erat navem circumactam a remigio proram pelago obvertiſſe, quippe in Ægyptum cum captivis reverſuram.

V. 891. Ολκη γαρ ουτοι πλοιζμων ου δαμαζεται] Corrupta eſt & ſenſu prorſus caret hæc ſcriptura. *Pauwius* reponit ουδαμ' αζεται, quam conjecturam & pulcherrimam agnoſco, & veriſſimam exiſtimo. Vide infra v. 910.

892. 893. 894. Οι, οι, πατερ, βρετεωσα

Ροπαται, μαλδαγει. *

Αραχνος ὡς βαδην.

Οναρ, οναρ μελαν] Corruptiſſima hæc verba variis conjecturis emendare & reſtituere conati ſunt viri docti, *H. Stephanus*, *Canterus*, *Pauwius*. Eorum emendationes ſingillatim expendendo Lectoris tempus non teram, propriam proponere contentus. Ita igitur forſan reſcribi poſſe exiſtimo,

Οι, οι, πατερ, βρετεα σε iambicus dimeter catalectus

Ρυοιτο μ', ὁλκα δ' αγει μ', periodus catalectus

Αραχνος ὡς βαδην,

Οναρ, οναρ μελαν.

Verte, *Hei, hei, pater, ſimulacra tua me protegant; ſpectrum vero, ſpectrum nigrum, me tractu abducit, inſtar araneæ gradatim.* *Pauwio* aſſentior βρετεωσα a βρετας nulla, quæ legitima ſit, analogia derivari, adeoque eſſe revera vocem nihili. Quod vero addit Virgines a ſimulacris & aris jam abſceſſiſſe, certiſſime fallitur. Vide quæ ſupra notavimus ad v. 839. Porro ideo ſpectrum nigrum iterat Chorus, quia raptor Ægyptius, ac proinde fuſcus, erat. Vide ſupra v. 727. 728. 753. Hæc jam olim exaraveram, cum vir & eruditionis & ingenii politiſſimi laude per orbem eruditum celeberrimus D^nus^ ASKEW pro humanitate ſua me admonere dignatus eſt, ſinceriorem hujus loci ſcripturam apud *Euſtathium* in Παρεκβολαις ad Homeri Odyſſeam p. 1422. edit. *Roman.* exſtare; quem quidem Scriptorem revera ita ibi commentantem deprehendo; Απο δε του αρω, και αρος, το οφελος, παρ' Αισχυλω εν Ικετισι. βροτειος αρος, ατα. ητοι, το εν τοις βροτοις και το οφελος, ατη εστι. Hinc certiſſime quidem conſtat *Euſtathium* ex codicibus ſuis eruiſſe, βροτειος αρος, ατα; neque ſane ab hac lectione multum abſcedit codicum aliorum corrupta ſcriptura, editionis ſcilicet *Robortellianæ*, βροτειος αρις ατας, & *Turnebianæ*, βρετεωσα ροπαται. Quanquam autem *Euſtathii* auctoritati plurimum tribuendum ſentiam, non tamen eouſque, fateor, apud me valet, ut, ſuſpicione omni de lectionis, ab eo memoratæ, veritate ſublata, propriam conjecturam ſtatim repudiandam ſtatuam. Sententia certe ambigua eſt, & incerta prorſus. Significare poſſunt iſta, *Mortalium*

lium felicitatem meram eſſe calamitatem; ſignificare poſſunt, *Calamitatem mortalibus eſſe utilem*, ſignificare etiam poſſunt, *Ex mortalium præſidio atque ope nihil præter calamitatem expectandum.* Harum ſententiarum nulla aut perſonæ, aut rerum, prout tunc natæ erant, conditioni, convenire videtur. Γνωμαι tales tranquille philoſophantibus oboriri ſolent, in virginis certe Regiæ ore comis ab impio ſatellite jam raptatæ, & in ſummo & vitæ & pudicitiæ periculo verſantis, parum veriſimilitudinis præ ſe ferunt. Quid quod & de voce αεγε, an Græca ſit, forſan dubitare liceat. Nullo quod ſciam Auctore præter *Heſychium* ſe tuetur, qui interpretationes plane repugnantes, ωφελιε, & βλαβος ακουσιον, ſubjungit. De re tota arbitrium ſit penes Lectorem. Hunc autem locum iterato expendenti ſuccurrit pro αλδαεγει non forſan male, certe propius veteris ſcripturæ veſtigia, reponi poſſe ἁλα δ' αγει μ', *mare verſus me trahit*, per præpoſitionis προς ellipſin uſitatiſſimam.

V. 897. 898. Μᾶ γα, μᾶ γα, βοαν

φοβερον αποτρεπε] Grammaticorum commentum, μᾶ pro ματηρ poni contendentium, recte repudiat *Pauwius*, utpote nulla vel auctoritate idonea vel analogia fultum. Sed fundamento haudquaquam meliori nititur quod ipſe ſubſtituit, μὰ ſcilicet abſolute & ſine regimine poſitum ſuapte natura affirmare, & vertendum, *imo*. Unum ſaltem exemplum particulæ iſtius ita uſurpatæ adducendum erat. Mihi verius videtur, meram eſſe exclamationem auxilium implorantis. Quod ad metrum vero attinet, ſi retinetur accentus circumflexus, verſus erit epionicus a minore dimeter catalectus, ex moloſſo vice ionici, & καταλεκτ. trochaica. *Pauwio* autem omnino aſſentior pro βοᾶν reſcribenti βοάν. Verte, *Ab terra, ab terra, tumultum terribilem averte.*

899. Ω βα γας παι Ζευ] Recte ſtatuit *Pauwius* βα hîc pro βασι poſitum. Similem plane invocationem habes in *Perſis* v. 666. 674.

Βασκε πατερ ακακε, Δαρει' αν. οι.

903. 904. Εχιδνα δ' ὡς με

Τι ποτ' ενδακουσα] Recte pro δε *Pauwius* reſtituit γε; neque ita tamen prorſus integra eſt ſcriptura. Reſcribendum puto,

Εχιδνα γ' ὡς monometer iambicus

Μ' ετι ποτ' ενδακουσα ithyphallicus.

Verte, *Sicut vipera quidem aliquando tandem me morſura.*

911. Ex hoc verſu duos recte facit *Pauwius.*

V. 924. Ξενος μεν ειναι προξενον ουκ επισταμαι] Sententia eſt, *Peregrini officium, ea quæ peregrinum decent, haud recte intelligis.* Veram eſſe hanc interpretationem manifeſte conſtat ex Præconis reſponſo.

925. Πως δ' ουχι; τἀπολωλοτ' ευρισκων εγω] *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 712. pro εγω reponit εχω, non male, quanquam ferri etiam poſſit ſcriptura vulgata, præſertim ſi Præconis ſermonem abruptum eſſe, interpellante Rege, ſtatuis.

926. Ποιοισιν ειπων προξενοις εγχωριοις] Verte, *Quibuſnam indigenis prius indicans qui tibi reſtitutionem conciliarent?* Hoc ſcilicet monet Rex eum facere debuiſſe, & non ipſe per vim ac contumeliam inventa abripere.

930. Οι δ' ενθαδ' ουδεν] Verte, *Qui vero hic ſunt res ſunt nihili.*

935. Λεγοις αν ελθων παισιν Αιγυπτου ταδε.] Procuįldubio legendum eſt,

Λεγοιμ' αν ελθων παισιν Αιγυπτου ταδε;

Anne hæc Ægypti filiis reverſus dicam?

936. Αβουκολητον τουτ' εμω φρονηματι] Verte, *Iſtud animo meo minime eſt curæ.* βουκολεω, *curo.* Ita ſupra *Agamem.* v. 678.

Εβουκολουμεν φροντισιν νεον παθος.

Eumenid. v. 78.

Και μη προκαμνε τονδε βουκολουμενος

Πονον.

Heſychius, Βουκολουμεν, μεριμνωμεν.

937 — 940. Αλλ' ὡς αν ειδης ενεπω σαφεστερον.

Και γαρ πρεπει κηρυκ' απαγγελλειν τορως

Εκαστ'· πως φω, προς τινος τ' αφαιρεθεις

Ηκειν γυναικων αυτανεψιον στολον;] Horum verſuum primus ita forſan reſtituendus,

Αλλ' ὡς αν ειδως ενεπω σαφεστερον,

In ceteris nihil immutandum cenſeo. Verte, *Sed ut edoctus renuntiem manifeſtius (decet enim præconem referre clare ſingula) quomodo, & a quo, dicam me redire ſpoliatum conſanguineo mulierum cætu?*

941 — 944. Hæc Pelaſgo Regi tribuenda cenſeo una cum ſequentibus.

942. 943. — Το νεικος δ' ουκ εν αρχυρου λαβη

Ελυσεν] Accuratæ loquelæ norma reſcribi poſtulat Ελυσ' αν, *ſolverit*, Mars ſcilicet.

945. 946. Τι σοι λεγειν χρη, τουνομ' εν χρονω μαθων,

Ιδη γε αυτος, χ' οι ξυνεμπορει στοτιν] Leviter hæc corrupta videntur ita forſan emendanda,

Ει σοι λεγειν χρη τουνομ', εν χρονω μαθων

Συ τ' ιδη γ' αυτος, χ' οι ξυνεμποροι στοτιν.

Verte, *Si neceſſe eſt tibi nomen meum declarare, ſcias, & tibi & ſociis tuis navalibus id, cum advenerit tempus,*

pus, non fore ignotum. Legendum ſcilicet μαθῶν tempore futuro, non μαθὼν tempore indefinito.

V. 949. Recte *Pauwius*, Τοια δε, præcedente μεν.

951. 952. — τωνδ' εφηλωται πρως

Γομφος διαμπαξ, ως μενειν αραρότως] Verte, *Per baſce leges penitus adactus eſt clavus manifeſte, ut inconcuſſe maneant.*

957. Ιδη ταδ', ηδη πολεμον αἱρηση νεον] Claudicante metro reponendum puto,

Ες' ει ταδ', ηδη πολεμον αἱρηση νεον

vel Ει 'ϛιν ταδ'. Verte, *Si hæc ita ſe habent jam bellum eliges novum.*

970. Recte *Canterus*, exigente metro, λωποδυ.

981. Ευτυκτος' εσι δε τα λογια] Recte *Turnebiana* Ευτυχες, *ſagax*; aliter ſcilicet de metro actum eſt.

982. 983. Συν τ' ευκλεια και αμηνιτω

Βαξει λαων εν χαρα] In ſyſtematibus quibuſdam anapæſticis, non verſus tantum integros ſpondaicos, ſed & hephthemimeres etiam ejuſdem metri, ſæpiuſcule immiſceri ſolere, nemini ignotum eſſe poteſt qui Tragicos Græcos inſpexerit. Præcedente igitur hic verſu ſpondaico (nam χαμηνιτω non και αμηνιτω proculdubio legendum) hephthemimerin etiam ſpondaicam ſubjungi minime mirum videri debet. Nihil igitur aut immutandum aut interpolandum cenſeo. λαων cum βαξει, non cum χαρα jungendum recte monuit *Pauwius.*

984. Ταςπαδε, φιλαι δμωΐδες, ουτως] Nihil etiam hic immutandum. Non enim nunc Danaidas, ſed earum famulas fugæque comites, quarum ſupra v. 961. fit mentio, alloquitur Rex.

985. Recte *Pauwius* διακεκριμενην.

990. 991. Και μου τα μεν πεπραχθεντα προς τους εκγενεις

Φιλους πικρως ηκουσαν αυτανεψιους] Locus eſt difficillimus & hactenus ab Interpretibus parum intellectus. Per τους εκγενεις φιλους omnes intelligi volunt Ægypti filios, deinde etiam voce αυτανεψιους deſignatos. At certe non ea quæ a Danao geſta erant contra Ægyptiadas, ſed quæ ab his contra Danaidas, cum indignatione audierant Argivi. Reſcribendum igitur exiſtimo,

Και μου τα μεν πεπραχθεντα προς τους εγγενεις

Φιλους πικρως ηκουσαν αυτανεψιοις

Per τους εγγενεις φιλους deſignantur Danaus cum filiabus prout hæ ſupra v. 335. κηδος εγγενες το σον, Argivorum cognationem, ſe ipſæ appellant. Dativus αυτανεψιοις pendet a participio paſſivo πεπραχθεντα. Verte, *Atque a me quidem cum indignatione audiverunt ea quæ adverſus amicos genere ſibi propinquos* (Danaum ſcilicet & Danaidas) *moliti ſunt proprii harum fratres patrueles.*

V. 994. Και μητ' αελπτως δορι αχημερω θανων] Omnino legendum δορι γ' αχημερω, nam δορι κ' αχημερω, quod ediderunt *Aldus* & *Robortellus* metrum vitiat. Attici ſcilicet nunquam elidunt diphthongum in particula και ſequente vocali brevi α, ſed per craſin cum vocali hac, quæ proinde ſemper longa evadit, eam confundunt. Ita ſcribendum eſſet κἀχημερω, reclamante metro.

996. 997. Τοιωνδε τυγχανοντας ευπρυμνη φρενος

Χαριν σεβεσθε, τιμιωτεραν εμου] Recte τυγχανοντος repoſuit *Stanleius*; mihi etiam reponendum videtur ευπρεμνη, *bene fundatam*; quo enim ſenſu ευπρυμνη, *pulchram habentem puppim*, hic ſtare poſſit non video. Verte, *Talia me conſecuto, grati animi ſenſum optimo fundamento nixum majore etiam quam meipſum religione colite.*

1000. Recte hujus verſus ſententiam exponit *Pauwius.*

1006. 1007. Θηρες δε κηραινουσι και βροτοι τι μην

Και κνωδαλα πτεροῦντα και πεδοστιβη] Verte, *Feræ vero & homines boſce* (fructus ſcilicet maturos) *pro parte ſua quiſque deprædant, ut & animalia alata & pedeſtria. Pauwius* pro Θηρες reponit Κηρες, hoc ab ipſo *Æſchylo* eſſe & appoſitum ut nihil magis, illud Amanuenſium furfur eſſe, affirmans. Sed vide, quæſo, hominis judicium. Κηρες ſecundum eum *Vitia* ſunt *fatalia & ingenita.* Pater igitur, dum filias hortatur ut pudicitiam ſuam ſumma cum cura cuſtodiant, ſimul tamen ſuggerit virginitatem, etiamſi ab hominum inſidiis tuta diu evaſerit, vitio tamen quodam fatali atque ingenito tandem ſponte ſuccumbere & deperire.

1008. 1009. Καρπωματα σταζοντα κηρυσσει Κυπρις,

Καλωρα κωλυουσαν ως μενειν ερω] Ut conſtet ſententia & conſtructionis ratio, ita verſus alter reformandus videtur,

Καλωρ', ερα, κωλυουσα γ' ως μενειν, ερει.

Verte, *Fructus præ maturitate ſtillantes palam commonſtrat Venus, & prædæ aptos eſſe indicat, ne amplius intactæ maneant prohibens.*

1013. 1014. Προς ταυτα μη παθωμεν ὧν πολυς πονος,

Πολυς δε ποντος ουν εκ' ηροθη δορι] Nullam habent hæc ſententiam, nullam conſtructionem. Reponi forſan poteſt,

Προς ταυτα, μη παθωμεν ὧν πολυς πονος

Πολυς δε ποντος οὕνεκ' ηροθη δορι.

Verte, *Hæc cum ita ſint, ne patiamur ea, quorum vitandorum gratia multum laborem pertulimus, multum vero*

vero Pelagi exaravimus. Ad nominativum ποτος ſupplendum eſt verbum aptius, vice του ϰρωθη alteri periodi membro juncti. Vide *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 394 — 401.

V. 1022. Εμης δ' οπωρας ουνεκ' ευ θαροσιν, πατερ.] Legendum una voce ἐυθάρσειν recte monuit *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 1331.

1025 — 1069. Syſtema hoc ex ionicis a minore totum componitur, partim dimetris, partim monometris, maxima ex parte puris, paucis vero ανακλωμενοις. In hujuſmodi autem ſyſtematibus continuo carmine per συναφειαν decurrentibus nulla ultimæ verſus ſyllabæ αδιαφορια permittitur, niſi abſoluta plane ſententia.

1025 — 1037. Ita conſtituantur hi verſus,

Ιτε μαν αςυανακτας
Μακαρας θεους γανοεντες
Πολιουχους
Τε, και οἱ χευμ' Ερασινου
Περιναιουσι παλαιον.
Υποδεξασθε δ' οπαδοι
Μερος· αινος
Δε πολιν τηνδε Πελασγων
Εχετω, μηδ' επι Νειλου
Προχοας σεβωμεν ὑμνοις, verſus ανακλωμενος
Ποταμους δ' οἱ δια χωρας
Θελεμον πωμα χεουσιν
Πολυτεκνοι,
Λιπαροις χευμασι γαιας
Τοδε μειλισσοντες ουδας. verſus ανακλωμενος

In horum verſuum ſecundo μακαρας pro μακρας repoſuit *Stanleius.* In quinto περιναιουσι pro περιναιετε, in ſexto Υποδεξασθε δ' pro Υποδεξασθ', in ultimo μειλισσοντες pro μειλισσετε, *Pauwius.* In duodecimo χεουσιν ſuppeditavit *Robortelliana.* Ipſe in verſu ſecundo prætuli γανοεντες, a γανος, *ſplendidi*; *Pauwii* enim conſtructionem, juxta quam ad θεους ſubauditur præpoſitio προς, veram puto. In verſu etiam ſeptimo pro μενος, quod nullo ſenſu in vulgatis legitur, repoſui μερος, ut ſententia ſit, *ſuccedite autem miniſtri pro veſtra parte.* In verſu duodecimo Θελεμον πωμα verte *ſpontaneum potum.* Ab εθελημον ſcilicet θελεμον.

1038 — 1045. Ita conſtituantur hi verſus,

Επιδοι δ' Αρτεμις ἁγνα
Στολον οικτιζομενα· μηδ'
Υπ' αναγκας
Γαμος ελθοι Κυθερειος·
Στυγερον πελει τοδ' αθλον. verſus ανακλωμενος
Κυπειδος δ' ουκ
Αμελει γ' εσμος ὁδ' ευφρων·
Δυναται γαρ
Διος αγχιςα συν Ηρα·
Τιεται δ' αιολομητις
Θεος εργοις επι σεμνοις.

In horum verſuum ſexto recte repoſuit *Pauwius* Κυπειδος δ' ουκ. In ſeptimo ipſe repoſui Αμελει γ' εσμος pro αμελει θεσμος, partim præeunte *Stanleio*; nam, ut θεσμος ſignificare poſſit *multitudinem hominum quamcunque collectam, Pauwio* nunquam credam. Verſus octavus ita verti debet; *Apud Jovem enim plurimum una cum Junone poteſt,* Venus ſcilicet.

V. 1046 — 1050. Ita conſtituantur hi verſus,

Μεταχοινοι
Δε φιλαι ματρι παρεισι,
Παθος τ' ουδε ἐν απαρνον
Τιλεθει θελκτορι πειθοι·
Δεδοται δ' ἁρμονια μοιρ'
Αφροδιτας.
Ψεδυραι τειβοι τ' ερωτων verſus ανακλωμενος.

In verſu ſecundo pro δ' αἱ φιλαι, cogente metro, repoſui δε φιλαι; Gratiæ Veneris filiæ hſc proculdubio intelliguntur. In verſu tertio ουδε ἐν, & in quarto πειθοι, jam reſcripſerat *Pauwius.* In ſeptimo recte *Stanleius* pro ψεδυρα repoſuit ψεδυραι, rectius autem vertit *Pauwius, Leni ſuſurro ſtrepunt amorum viæ.*

1051 — 1054. Ita hos etiam verſus corrigi & conſtitui debere exiſtimo,

Φυγας δ' αυθις επιπλοιας,
Κακα τ' αλγη,
Πολεμους θ' αἱματοεντας,
Προφοβουμαι.
Τι ποτ' ευπλοιαν επραξαν
Ταχυπομποισι διωγμοις;

Verſum primum ſenſu prorſus, prout vulgo legitur, carentem ex conjectura reſtitui.

1055 — 1059. Ita hi verſus conſtituantur,

Ημ. Ο τι τοι μορσιμον εστι,
Το γενοιτ' αν.
Διος ου παραιβατα εστι verſus ανακλωμενος
Μεγαλα φρην απερατος.
Μετα πολλων
Δε γαμων ἁδε τελευτα
Προτεραν πελοι γυναικων. verſus ανακλωμενος.

In verſu tertio, παραιβατα pro παραβατα *Pauwio* debetur. Tres ultimos verſus ita verte; *Hoc negotium eundem forſan ſortietur eventum ac plurimæ priorum mulierum nuptiæ.* Innuit ſcilicet hæc Chori pars, fieri forſan progreſſu temporis poſſe, ut & ipſe

ipſæ tandem in conſanguineorum nuptias conſentire neceſſe habeant.

V. 1063. Συ δε θελοις αν αθελκτον] Hæc & ſenſu & metro prorſus carent. Veram ſcripturam dederat *Robortelliana*,

Συ δε θελγεις αν αθελκτον.

Tantum reponi neceſſe eſt θελγεις propter particulam αν ſubjunctam. Verte, *Tu vero demulceas forſan deum non demulcendum*; Jovem ſcilicet, quem modo invocaverat Hemichorus altera.

1069. Verbum αγαζειν recte interpretatur *Pauwius*, *ægre ferre.*

1068. Τινα καιρον με διδασκεις] Quo ſenſu καιρον hic ſtare poſſit non aſſequor. Forſan legendum, Τινα γ' αινον, *Quodnam dictum me doces?*

1074. Cum *Pauwio* pro χειρι reponendum cenſeo χερι, metri gratia. Pro aſynarteto certe minime haberi poteſt hic verſus, cum prius membrum ſyllaba brevi terminetur. Ad aſynartetorum membra non extendit ſyllabæ catalecticæ αδιαφορια, quod ſæpe monuimus.

V. 1076. κρατος, *victoriam.*

1079. 1080. 1081. Και δικα δικας ἑπεσθαι,
Ξυν ευχαις ἐμαις λυτηριοις
Μηχαναις θεου παρα.] Sententia obſcura eſt & conſtructio inexplicabilis. Forſan ſcripſerit Poeta,

Και δικα δικας ἑπεσθαι,
Ξυν ευχαις ἐμαισι, λυτηριοις aſynartetus ex dochmaicis
Μηχαναις θεου παρα.

Verte, *Et ut id quod juſtum eſt juſta etiam ſequi poſſint, effectum eſt juxta preces meas, auxiliis liberatoriis dei.*

In SCHOLIASTEM.

Ad v. 968. Hoc *Scholion* cum *Arnaldo* referendum potius ad v. 967. Πολλων μετ' αλλων cenſeo.

NOTÆ

NOTÆ IN FRAGMENTA

EX EDITIONIBUS

STANLEII & PAUWII.

In ÆTNAM.

V. 1. TI δηθεν αυτοις ονομα τιθενται βροτοι;] Codex *Macrobii Thuanæus* veram ſcripturam θησονται ſuppeditat, teſte *Jac. Gronovio* ad *Macrob.* Verſus ceteros tres eidem perſonæ tribuendos cenſeo, adeoque in v. 3. legendum Ἡ, non Ἦ, ut conſtructio ſit, Ἡ και φατις Παλικων ευλογως μενει, *Quæ etiam appellatio Palicorum ratione optima manet.*

In AMYMONEM.

1. Σοι μεν γαμεισθαι μορσιμον, γαμειν δε μη.] *Valckenar.* ad Ammon. non male reponit, γαμειν δε μοι.

In ARGIVOS.

1. Και πολτακον κυλιντας και χλιδον βαλων] *Valeſius* in notis ad *Mauſſaci* in *Harpocrationem* notas p. 338. hæc ita reſtitui poſſe conjicit,

   Και πολτ' αναγκυλαντα, και χλιδον βαλων,

   quæ quidem conjectura, quamvis incerta admodum, vera tamen eſſe poteſt ſaltem, illa vero *Pauwii* voces Græcæ linguæ ignotas fingentis ne poteſt quidem.
2. Fragmentum hoc peritioribus reſtituendum relinquo, *Pauwius* certe non reſtituit, ſed cuncta tenebris ſpiſſis etiamnum involuta reliquit.

In GLAUCUM PONTIUM.

Adde Κἄπειτ' Αθηνας Δαϊδας παρ' εκ Περσων. Arati vita. Ubi legendum omnino Διαδας, præeuntibus Strabone lib. x. & *Stephano Byzant.* voce Δια. Forſan etiam legi debet παρεκπερσων, *inſuper devaſtaturus.*

In GLAUCUM POTNIENSEM.

V. 2. Ιπποι δ' εφ' ἱπποις ησαν εκπεφυγμενοι] Optime εμπεφυρμενοι reſtituit *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 1202. & ad *Scholia* v. 750. 751.

Adde Ευφημοις γοοις *Heſych.*
Ξιφιρου λιμην *Heſych.*
Ευωδιαν μεν πρωτα απο σοματος χεομεν. *Schol.* ad Ariſtoph. Ran. v. 1576.

In DANAIDAS.

2. Εως εγειρω προσευμενεις τους Νυμφιους] Legi malim,

   Ηως τ' εγειρει προσευμενης τοις Νυμφιοις.
3. Νομοισι θειτων συν κορεις τε και κοραις] Quid obſecro hic ſibi volunt verba iſta Νομοισι θειτων? Forſan legendum Νομοις αειδων.
4. Ερα μεν ἁγνος ουρανος τρωσαι χθονα] Danaidum hiſtoriam in *Supplicibus* ex parte tractatam nemini eſt ignotum; non tamen inde ſequitur Poetam noſtrum Fabulam quoque etiam Danaidum titulo inſignitam non ſcripſiſſe, qua tragica exhiberetur cataſtrophe nuptiarum cum Ægyptiadis tandem celebratarum. Danaides certe *Æſchyli*, & apud *Athenæum* lib. XIII. pag. 600. & apud *Scholiaſt.* Pindar. ad Pyth. Od. III. v. 31. diſerte citantur; & ab *Athenæo* quidem Fragmentum hocce *Æſchylo* σεμνοτατω tribuitur, quo epitheto Atticum noſtrum deſignari veriſimile eſt. Fatendum eſt quidem *Euſtathium* hoc ipſum Fragmentum *Æſchylo* cuidam, non Athenienſi, ſed Alexandrino, accep-

acceptum referre, & eundem *Athenæum* ejus rei teſtem appellare. Vide Parecbol. p. 978. lin. 24. Nihil igitur certi ſtatui poteſt. Quod ad hunc verſum attinet, verbi τρωσαι ſignificatio vulgo notior ab hujus loci ſententia plane eſt aliena. Quod ſi Venereum quiddam ſubeſſe ſupponatur, at minus apte etiam ita adhiberetur hoc in loco verbum iſtud Virgineæ tantum zonæ ſolutioni proprium. Legendum igitur puto χρωσαι, *tangere, contrectare, amplecti.* Ita χρωσαι χθονα erit, *in terræ gremium deſcendere.*

V. 6. 7. Ομβρος δ' απ' ευναεντος ουρανου πεσων
Ελυσε γαιαν] Apud *Athenæum* & *Euſtathium* legitur εκυσε γαιαν. Utraque ſcriptura, ni fallor, corrupta eſt. Legi potius malim Εδευσε γαιαν. Verte, *Imber vero a fluido cælo decidens terram irroravit.*

9. 10. Δενδρων δε τις ωρ' εκ νοτιζοντος γαμου
Τελειος εστι] Quare obſecro τις ωρα? Proculdubio legendum πως ωρ'.

In ELLADIUM.

Κεκμηκοτι μαλακιων ποδι] *Jac. Gronovius* ad *Harpocrationem* recte repoſuiſſe videtur Αισχυλος εν Λαΐῳ, & pro κεκμηκτι, κεκμηκοτι. *Hen. Valeſius* ad eundem Lexicographum pro μαλακιων præclare reſcripſit μαλκιων & conjecturam ſuam veterum Scriptorum auctoritate plane ſtabilivit. Conjectura *Pauwiana* nihil eſſe poteſt aut infelicius aut ineptius.

In EPIGONOS.

3. Recte *Pauwius* Ἡρωων.

In EUROPAM.

2. Recte *Pauwius* παντα γ'.

In EDONOS.

2. Οσια τ' οργαν' εχοντας] Hæc non Poetæ, ſed ipſius Strabonis, ſunt verba, quod locum inſpicienti conſtabit.

5. Ὁ δε χαλκοδετοις κοτυλαις οτοβει] χαλκοδετοις legitur apud *Euſtath.* Parecbol. p. 1282. lin. 60. Recte autem *Pauwius* οτοβει, ut & v. 8. πιπτοιου.

In HELIADAS.

Fragmenti ſecundi metrum proculdubio anapæſticum eſt, ita magna ex parte conſtituendum,

Ενθ' επι δυσμαις σου πατρος Ἡφαι-
στοτευχες δεπας, εν τῳ διαβαλλων
Πολυν οιδματοεντα [φερει δρομου
Πορον ουδ' εις] μελανιππου προφυγων
Ἱμερτας νυκτος αμολγον.

Quæ uncinulis incluſi adeo corrupta ſunt ut ea abſque codicum ope reſtituere non mearum ſit virium.

In THALAMOPOEOS.

Vide *Kuhnium* & *Laderlinum* ad ipſum *Pollucis* locum, atque ad eorum, maxima ex parte, ſententiam ita locum conſtitue,

αλλα μεντοι Λεσβιον φατνωματι
Κυμα τειγωνοις εκπεραινεται ῥυθμοις.

In IPHIGENIAM.

Ουτι γυναιξιν κυδαζεσθαι·

Τι γαρ; *Schol.* ad *Sophocl. Ajac.* v. 733. & *Suid.* voce κυδαζεται.

In CABIROS.

Adde οξους αταιζειν δωμα μεν ποιησομεν. Plutarch. Sympoſiac. lib. II. p. 633. Vide *Stanleium* ad catalogum voce Καβειροι.

In CRESSAS.

V. 1. Λευκοις τε γαρ μορφοισι και μελαγχυμοις] Legendum μελαγχιμοις. Ita *Suppl.* v. 727.

Πρεπουσι δ' ανδρες νηϊοι μελαγχιμοις
Γυιοισι.

In LYCURGUM.

1. 2. Κἀκ τωνδ' επινες βρυτον ισχναινων χρονῳ
Και σεμνοκοπει τουτ' εν ανδρειᾳ στεγη] Ut conſtructioni quomodocunque conſulatur forſan reſcribi poteſt,

Κἀκ τωνδ' επινε βρυτον, ισχναινων χρονῳ
Και σεμνοκοπων ουτος ανδρειαν στεγην.

Heſychium στεγην interpretatum eſſe γαστερα monuit *Pauwius.*

In MYRMIDONAS.

V. 5. Ους προπιποργας] Proculdubio legendum προπιπονας, exigente metro.

12. 13. Ita hos verſus conſtitui debere exiſtimo,

Φθιωτ' Αχιλλευ, baſis anapæſtica
Τι ποτ' ανδροδαϊκτον ακουων hephthemimeris anapæſtica
Ιω exclamatio extra metrum
Κοπον, ου πελαθεις επ' αρωγαν; hephthemimeris anapæſtica.

15. Τον ζωντα μαλλον] Ita hunc verſum ex ipſo Ariſtophanis Parodo Eccleſiaz. v. 392. ſupple,

τ' αμα γαρ διωχεται.

Monuit *Gatakerus* Adverſar. Miſcell. cap. 10.

In NEREIDAS.

1. Δελφινοφορον πεδιον πως διαμειψαμεναι;] *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 216. codicis *Auguſtiani* ſubſidio hunc verſum ita ſupplevit & reſtituit,

Δελφινοφορον ποντου πεδιον
Διαμειψαμεναι.

In NIOBEN.

9. 10. Ιδης μυκηθμοισι και βρυχημασιν
Εγπνουσι μηλων, πας δ' ερειχθει πεδον] Ita hæc reſtitui debere, præeunte partim *Caſaubono*, exiſtimo,

Ιδη τε μυκηθμοισι και βρυχημασιν
Βρεμουσα μηλων, πας δε κάρτχθει πεδον.

Pauwii conjectura, Εργω τε λαων, nihil inſicetius excogitari potuit.

12. ουτ' επαινεδων ναυς] Rectius omnino *Euſtathius* in Parecbol. p. 744. lin. 3. ουτ' επαινεδων λαβοις. Quo ſenſu, aut qua conſtructione ναυς hic ſtare poſſit non video, quanquam *Pauwius* hoc *Æſchylæum* magis eſſe pronunciat.

19. Rectius hic verſus ex *Priſciano* excitatus in notis *Stanleianis* legitur.

In ARMORUM JUDICIUM.

4. Καλος apud Poetas Atticos primam nunquam producit; ita corruit *Pauwii* emendatio. *Stanleii* conjecturam veriorem duco.

5. Δεσποινα πεντηκοντα Νηρηιδων χορων] *Valckenar.* reponendum cenſet χορον; mihi potius, ipſo Ariſtophane præeunte, reſcribendum videtur κορων.

In OSSILEGOS.

Ευρυμαχος, ουκ αλλος, ουδεν ησσονας
Υβριζ' υβεισμοις, ουκ αεικεσιοις εμοι.
Ην μεν γαρ αυτῳ κοτταβος αει του μεν κ' αρα
Του δ' αγκυλητου κοτταβος εστι σκοπος
Εκτεμων ηβωσα χειρ' εφιετο] Si in re incertiſſima hariolari liceat, corruptiſſimum hoc fragmentum ita forſan quadantenus reſtitui poteſt, præeunte partim *Caſaubono*;

Ευρυμαχος ουν οδ' αλλος ουδεν ησσονας
Ὕβριζ' υβεισμοις ουκ αεικεσιοις εμοι.
Ην μεν γαρ αυτῳ κοτταβουντ' αει σκοπος
Του γ' αγκυλητου κοτταβου τ' ουμον καρα.
* * * * * * εκτεμων
* * * ηβωσα χειρ εφιετο.

Pauwius, qui conjecturis ſuis locum planiſſimum ſe effeciſſe jactat, ſpiſſioribus etiam quam antea tenebris eum involutum dedit.

In PENTHEUM.

Apud ipſum *Galenum* non βαλη ſed βαλης legitur.

In PERRHÆBOS.

Ita hæc ad metrum trochaicum redigi debent,

αργυρηλατοις
* * * * μιξαντι σωμα προσβεβλημενοις.

In conjectura *Pauwiana* nulla commatis habetur ratio.

In PROMETHEUM SOLUTUM.

V. 3. πεπρωται γαρ σε και βελη λιπειν] Verte ad mentem *Hygini*; *Fato enim decretum eſt tela hic tibi defore.*

7. 8. Νεφελην δ' υποσχων νιφαδι στρογγυλων πετρων
Υποσκιον θησει χθονα] Lectionem vulgatam υποσχων retineri poſſe *Salmaſio* aſſentior. Verte, *Nubem vero ſubtendens cælo lapidum rotundorum imbre terram obumbrabit.*

8. 9. Υποσκιον θησει χθονα, οις επειτα συμβαλων διωσεις ῥαδιως Λιγυν στρατον] Recte reſtituit *Salmaſius* Exercit. Plinian. p. 42.

χθον', οις επειτα συ

ſequentia vero ita legi malim,

Βαλλων διωσεις —

11. Recte *Iſ. Voſſius* προς ποας εν' ευλαβου.

13. *Pauwio* aſſentior legenti συστρεψας αφρω.

V. 27.

V. 27. Ιππων οταν τ' οχεια, και ταυρων γονας] Verte, *Equorum aſinorumque vectiones & taurorum prolem*, boves ſcilicet; de coitu hîc nequaquam agi conſtat ex verſu ſequente.

29. ἱκομεν] Omnino legendum ἱκομεν, exigente metro.

32. 33. Πη μεν διδυμον χθονος Ευρωπης
Μεγας τη δ' Ασιας τερμονα Φασιν] Neque metri ſatis conſtat ratio neque ſtructuræ; perperam enim juxta vulgata Phaſis dicitur duplex Europæ terminus. Legendum igitur exiſtimo,

Διδυμον, τη μεν χθονος Ευρωπης,
Τη μεγας Ασιας, τερμονα Φασιν.

34. 35. Εξευλαβου δε μη σε προσβαλλη ςομα
Πεμφιξ.] Auctius hoc Fragmentum exhibet *Galenus* in Comment. primo ad Hippocrat. Epidemic. lib. VI. §. 29. Επι δε της ξανιδος (ita pro ξαγιπιδος recte repoſuiſſe videtur *Gatakerus)* ὁ αυτος φησιν εν Περμηθει,

Εξευλαβου δε μη σε προσβαλλη ςομα
Πεμφιξ, πικρα γαρ, κ'ου δια ζωης, ατμη.

In PROTEUM.

2. Μισακτα πλευρα περιπλυσιν πεπλεγμενην] Quænam imperfecti hujus Fragmenti ſententia fuerit ſtatuere perdifficile eſt. Interim verbum περιπλυσιν reliquiis ceteris accommodari vix poſſe videtur, & veriſimiliorem judico *Caſauboni* conjecturam, περι πτυοις, *apud ventilabra*, utcunque a *Pauwio* pro inficeta ſugillatam.

In SISYPHUM.

3. Ιδου ςαθμουχος εκκατιλλων φως αθρει] Scripturam hanc, modo εγκατιλλων reponas, optime ſtare poſſe putat *Pauwius*; non tamen vertere auſus eſt, neque revera ex verbis iſtis ulla quæ commoda ſit ſententia exſculpi poteſt. Veram proculdubio ſcripturam ex exemplaribus ſcriptis dedit *Hemſterhuſius*,

Συ δ' ὁ ςαθμουχος ευ κατιλλωψας αθρει,

& optime vertit; *Tu vero familias, pater, apte adductis oculorum palpebris adſpice ſodes.*

In JACULATRICES.

1. 2. Αδων τοις ἁγναις παρθενοις γαμηλιων
Λεκτρων αςει μη βλημματων ξεπιβολη.] Corrupta hæc ita emendanda conjiciebat *Salmaſius*,

Αδην γαρ αγναις παρθενοις γαμηλιων
Λεκτρων, ατρεπτη βλεμματων ῥεπει βολη.

Hanc autem conjecturam merito repudiant *Pauwius*, & *Valckenarius*; nam & αδην αγναις, *affatim puris*, pro πανυ ἁγναις, *omnino puris*, inconcinne ſaltem, & forſan vix Græce, ponitur, & ατρεπτη pro ατρεπτος vix Attici eſt ſcriptoris. *Pauwius* reponit,

Αδων ταδ' ἁγναις παρθενοις γαμηλιων
Λεκτρων, ανειμι (vel, απειμι) βλεμματων γ' επιβολος.

Utinam vir doctus hæc ipſe vertiſſet; neſcio enim an ſententiam ejus ſatis ſim aſſecutus, hæc ita interpretatus; *Hæc canens virginibus a toro nuptiali puris abeo, ut illæ me intuerentur adeptus*, aut, *quid aſpectu earum ſignificetur callens*; utraque enim notione uſurpatur το επιβολος. Quorſum vero hæc ſpectant, aut quid cum ſequentibus commune habeant, prorſus non intelligo. Liceat interim pronunciare, verba adeo incondita, adeoque parum inter ſe cohærentia, a Poeta noſtro proficiſci minime potuiſſe. *Valckenarius* ita corrigit,

Γαμων γαρ ἁγναις παρθενοις, γαμηλιων
Λεκτρων απειθης βλεμματων ῥεπει βολη.

Sed neque γαμων, & γαμηλιων λεκτρων, idem prorſus ſignificantia, in eodem verſu concinne poni puto; neque quare Virgines, utcunque innuptæ, torum etiam nuptiale ideo averſari dicantur, video; neque denique λεκτρων απειθης pro *torum averſata* ſatis Græce dici exiſtimo. Ita igitur potius hæc forſan reſtitui poſſunt,

Αιδως γαρ ἁγναις παρθενοις, γαμηλιων
Λεκτρων απειροις, βλεμματων ῥεπει βολη.

Verte, *Pudor enim apud puras virgines nuptialis tori inexpertas oculorum intutu manifeſte ſe prodit.*

V. 3. Νεας γυναικος] Hæc verba *Æſchyli* eſſe certiſſimum eſt, cum ea bis ei ab ipſo Plutarcho diſerte tribuantur; nempe in Tractat. de Profect. in Virtut. ſentiend. pag. 81. & in Amatorio pag. 676. nec rationem ullam, ne leviſſimam quidem, excogitare poſſum, quapropter ea Plutarcho potius tribuere maluerit *Pauwius*. Ut hæc vero aptius cum præcedentibus cohæreant, malim, præeunte quadantenus *Gatakero*, legere,

Νεας γυναικος δ' ου με &c.

5. Εχω δε τουτον θυμον ἱπποτρωμονα] Optime, & hæc explicat, & *Salmaſii* expoſitionem (quæ ſe ipſa quidem ſatis ſubvertit) refellit *Pauwius*.

In PHILOCTETEM.

V. 1. Ω θανατε παιαν μη μ' ατιμασης μολειν] Hæc ex conjectura dedit *Grotius*; codicum enim ſcriptura eſt,

Ω θανατε παιαν μη μ' απιμασης μολειν.

Utraque lectio contra Græci ſermonis idioma peccat; oportebat enim, μη μ' ατιμασης ωστε μη μολειν. Reſcribendum igitur exiſtimo,

Ω θανατε παιαν, μη μ' ατιμασης, μολοις.

3. Αλγος δ' ουδεν απτεται νεκρου] Ita recte *Grotius*, cum codices haberent νεκρους, quod contra linguæ indolem retinendum contendit *Pauwius*. Ipſe, opinor, contextus corrumpendi privilegium ſibi ſoli arrogans doctiores ne emendare quidem ſinit.

5. εν γ' ουν ὡς γαμειν εχεις παλαι] Conſtructionem non intellexit *Pauwius*, ὡς hîc pro ουτως poni ſtatuens, cum revera idem valeat ac ὡστε.

8. Omnino interpoſito fulcro ex *Pauwii* ſententia legendum,

Φαγεδαινα γ' ἡ μου σαρκας εσθιει ποδος.

Ceterarum ejuſdem conjecturarum altera longe, ut ipſe loqui amat, languidior eſt, alteram repudiat ipſa metri ratio, quæ antiſpaſticum penthemimeri trochaica terminatum haud agnoſcit.

Adde,

Ω παις αφρονα σε. Maximus Tyrius Diſſert. 13. p. 147. Edit. *Daviſ.* 1740.

In PHINEUM.

1. 2. Και ψευδεδειπνα πολλα μαργωσαις γναθοις
Ερρυσαν, οικοι στοματος εν πρωτη χαρα.] Legendum videtur Ερρυσαν, *eripuerunt*, Harpyæ ſcilicet; ut & μαργωσαις, nullus enim hîc Doriſmo locus.

In PHRYGAS *ſive* HECTORIS REDEMPTIONEM.

3. 4. 5. Optime hæc *Salmaſii* & *Grotii* operâ reſtituta leguntur apud *Stanleium*; ſed, quod modo monuimus, aliorum eruditorum emendationes ſpernit ſemper & proculcat *Pauwius*. Ipſe interim talem lectionem coagmentavit ut ex ea nulla prorſus erui poſſit ſententia. Commode quidem accidit quod ipſe ſibi Interpretis officium præſtare pro hac vice non eſt dedignatus. Interpretationem ejus expendat quæſo Lector. *Et mortuis, ſi vis, fac bene*; *illis enim facere male res anceps eſt*, *& neque lætari*, *neque triſtari hominibus*, id eſt, *apud & inter homines*. Ne ipſe quidem *Oedipus* hæc intelligere valeret. Umbram quaſi quandam ſententiæ per nebulam quidem cernere mihi videor; ſed talis, ut nec eam verba exprimant, nec præcedentia ac ſequentia admittant.

In PSYCHAGOGOS.

V. 1 — 4. Ερωδιος γαρ ὑψοθεν ποτωμενος
Ον δ' ὡς επληξεν, ὁ δ' ειος χειλωμασιν.
Εκ τουδ' ακανθα ποντιου βοσκηματος
Σηψει παλαιον δερμα, και τειχορρυες.] *Meurſii* emendatio non omnino ſatisfacit; qua enim conſtructione ponuntur iſta,

Ον ὡς επληξεν νηδυος κοιλωμασιν,

minime conſtat. Quis enim feriit? & quem? quamnam ſignificationem hîc habet νηδυος κοιλωμασιν? & unde pendet? Rectius forſan verſum iſtum ita reſtitues,

Ονθῳ σε πληξει, νηδυος γε λυμασιν.

Verte, *Ardea vero ex alto advolans ſtercore te feriet*, *alva quidem retrimentis. Ex hoc vero aculeus beſtiæ marinæ pellem tibi ſenilem & calvam corrumpet.* Operæ autem pretium eſt contemplari *Pauwii* conjecturam,

Ον ὡς επληξεν ὁδ', ὁιος χ' ειλ' αιμασιν.

Quanto melius eſt tacere quam ineptias adeo portentoſas effutire!

Adde,

Και σκευοθηκων, ναυτικων τ' ερειπιων *Pollux* lib. x. §. 10.

In PSYCHOSTASIAM.

1. Ενδατεισθαι τας ἱερας ευωχιας] *Pauwio* aſſentior ενδατεισθαι verbum eſſe ab *Æſchylo* uſurpatum quidem, ſed hîc a Platone inflexum, & ad αδοντα accommodatum, ut ſententia ſit, *epulas celebraſſe canentem*. Ceterum τας εμας ευωχιας cum ſequentibus ipſiſſima Poetæ verba eſſe exiſtimo.

3. Ξυμπαντα τ' ειπων] Malim ειπειν.

4. Παιων επευφημησεν ευθυμων εμε] Legendum puto Παιαν', id eſt, Παιανι. Typographi opinor errore irrepſit ευθυμων pro ευθυμων, quod apud Platonem & Euſebium legitur.

In INCERTA.

2. 3. 4. Hæc Fragmenta ita inter ſe connecti ut orationem continuam conſtituant ex *Theophilo An-*

Antiocheno lib. 11. §. 54. p. 256. edit. *Wolf.* conſtat, apud quem ea, ex *Æſchylo* nominatim laudato, excitata deprehendes.

V. 4. 5. 6. Ορας δικην αναυδον ουχ ὁρωμενην
Ευδοντι και στειχοντι και καθημενῳ.
Εξης δ' οπηδει δοχμιον, αλλοθ' ὑστερον·] Plene diſtinguendum poſt ὁρωμενην, & diſtinctionem poſt καθημενῳ tollendam, cenſeo. Verſus tertius ex *Theophili* codicibus ita reſtituendus eſt,

Εξης οπαζει δοχμιον, αλλοθ' ὑστερον·

Verte, *ſtatim perſequitur ex tranſverſo, nonnunquam a tergo.*

7. Ουδ' ἐν καλυπτει των κακως ειργασμενων] Longe rectius hæc ita repræſentant *Theophili* codices,

Ουδ' εγκαλυπτει της κακως ειργασμενα.

In editionibus autem *Theophili* & apud *Grotium* ſequitur verſus alter, quem ita quidem edidit *Grotius*,

Οτι δ' αν ποιης νομιζ' ὁραν θεους τινας.

longe vero melius in *Theophili* codicibus legitur,

Οτι δ' αν ποιης, δεινον νομιζ' ὁραν τινα.

Verte, *Quodcunque vero feceris, eſſe aliquem qui videt crede quem jure timeas.* De ſignificatione vocis δεινον vide quæ ſupra notavimus ad *Eumen.* v. 520. & ad *Sophocl. Antig.* v. 249. 1109. Vox autem θεους in nullo codice ſcripto reperitur, ſed a *Grotio* interpolata eſt, ipſo fatente, ad ſupplendum metrum.

8 — 11. Ω Ζευ, πατερ, Ζευ, σον μεν ουρανου κρατος,
Συ δ' εργ' επ' ουρανιων και ανθρωπων ὁρας
Λεωργα και αθεμιστα· σοι δε θηριων
Ὑβρις τε και δικη μελει.] Varia codicum *Clementis Alexandrini*, *Euſebii*, & *Stobæi*, ſcriptura perpenſa, ita hos verſus emendari & conſtitui debere cenſeo,

Ω Ζευ, πατερ Ζευ, σον μεν ουρανου κρατος·
Συ δ' εργ' επ' ανθρωπων ὁρας λεωργα τε
Κἀθεμιστα, σοι δ' ὑβρις τε και δικη μελει.

Voces επ' ουρανιων in nullo codice leguntur, ſed a *Grotio*, fatente ipſo, interpolatæ fuerant. Vocem etiam θηριων ex margine irrepſiſſe puto; præterquam enim quod metrum ſubvertit, de feris certe minime hîc agitur. Auctoritate autem *Clementis* inductus hæc Archilocho Pario, non Poetæ noſtro, aſcribenda eſſe exiſtimo.

12 — 22. Elegantiſſimi hujus hymni (qui ſtylum tamen *Æſchyleum* parum redolere videtur) metra, prout a *Grotio* digeſta leguntur, prorſus αμετρα ſunt. Ita igitur potius conſtituta edi impoſterum velim,

Ω τυχα, μεροπων penthemimeris trochaica
Αρχα και τερμα, penthemimeris ſpondaica
Τυ και σοφιας ionicus a majore monometer hypercatalectus
Τιμαν βροτοις Idem
Επιθηκας εργοις. penthemimeris iambica
Και το καλον πλεον η κακον εκ σεθεν. dactylicus tetrameter
Α τε χαρις λαμπει penthemimeris dactylica
Πτερ σαν πτερυγα χρυσεαν. pæonicus dimeter hypercatalectus
Και το τεα πλαστιγγι δοθεν hephthemimeris dactylica
Μακαριστοτατον τελεθει. glyconius πολυσχηματιστος
Συ δ' αμηχανιας πορον ειδες hephthemimeris anapæſtica
Εν αλγεσι, και λαμπρον pherecratius
Φαος αγαγες εν σκοτῳ, periodus
Προφερεστατα θεων. ionicus a minore dimeter catalectus.

V. 28. Κλυειν τον εσθλον ανδρα χρη τοις εν τελει] Errore puto Typographi pro τον εν τελει, quod apud *Stobæum* legitur, ſubſtituitur τοις εν τελει.

43 — 45. Quicunque hæc ab *Æſchylo* profecta credere poteſt, hunc omnia, etiam Legendæ aureæ fabulas, credere idoneum judico.

54. Το σκαιον ομμα παραβαλων θυννου δικην] Præclare animadvertit *Pauwius* παραβαλων σκαιον ομμα de homine oculo ſiniſtro ſicut thynnus cæcutiente abſurde poni, adeoque reſcribendum conjicit Ου σκαιον ομμα. Mihi potius reponendum videtur,

Το σκαιον ομμ' ου παραβαλων θυννου δικην.

Fragmentum prolixius quod apud *Athenæum* hoc præcedit mutilum plane eſt, nec ſine librorum ſubſidio reſtitui poſſe videtur.

56. 57. Πατρος μεγιστον αθλον, ουρανον τε γῃ
Κλαιοντα,] Ne literam quidem immutari neceſſe eſt. Legendum enim,

Πατρος μεγιστον αθλον ουρανοστεγη
'Κλαιοντα —

ουρανοστεγη, *cœlum ſuſtentantem.* Eliditur autem augmentum in 'κλαιοντα verſu præcedente in vocalem longam deſinente. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Electr.* v. 717.

67. Συ τοι με φυσας, συ με καταιθειν μοι δοκεις] Quo ſenſu adhibetur hîc verbum καταιθειν non bene intelligo. Forſan legendum,

Συ τοι μ' εφυσας, συ με καταφθισειν δοκεις.

Verte, *Tu me genuiſti quidem, tu me peſſundatura videris.* Fortunam ſcilicet ita apud Plutarchum alloquitur Demetrius.

V. 69 — 75. Hi verſus leguntur in Anonymi ſcripto de diverſis ſententiis circa Nili incrementum, Herodoto ex editione *Jac. Gronovii* p. 607. ſubjecto. *Salmaſius* autem eos recenſuit & emendavit in Exercit. Plinian. p. 296.

69. 70. Γενος μεν αινειν, και μαθων επιςαμαι

Αιθιοπιδος γης, ενθα Νειλος ἑπαῤῥοις] Quare *Salmaſius* παθων pro μαθων ſubſtituendum cenſuerit non intelligo. *Grotius* ἑπλαροις proculdubio recte repoſuit.

71. Γαιαν κυλινδων ῥευματων επομβειαις] *Pauwio* aſſentior non ſatis cauſæ eſſe quare quiſquam cum *Salmaſio* reponendum cenſeat κυλινδει. Conſtructio ſcilicet eſt, ενθα εςι Νειλος κυλινδων. Iſta autem, ῥευματων επομβειαις verti debent, *cum fluenta vi & abundantia imbrium exundant*; manifeſte enim vitioſa eſt lectio vulgata quam prætulit *Salmaſius*, πνευματων επομβριαις, cum Anonymus hicce diſerte diſtinguat ſententiam Thaletis & Caliiſthenis Nili incrementum ventis Eteſiis aſcribentium ab hac Anaxagoræ & Poetarum tragicorum, qui id nivibus liquefactis omnino tribuunt.

72. 73. 74. Εν ᾗ πυρωπος μηνος εκλαμψει φλογα.

Αιγυπτος ἁγνου ναματος πληρουμενη

Τηκει πετραιαν χιονα, πασα δ᾽ ευθαλης] Varie hæc varii, *Salmaſius*, *Grotius*, *Pauwius* emendare conati ſunt, quorum nemo tamen omnino, ni fallor, ſatisfacit. Forſan reſcribendum eſt,

Εν ᾡ μηνος πυρωπον εκλαμψαν φλογος

Τηκει πετραιαν χιονα, πασα δ᾽ ευθαλης

Αιγυπτος ἁγνου ναμαλος πληρουμενη

πυρωπον & εκλαμψαν φλογος *Salmaſio* debentur, qui verſum etiam tranſpoſitum in locum ſuum reſtituit. Solum nunquam Μηνα appellatum (quod *Pauwio* tamen adeo certum videtur ut dubium de hoc ſupereſſe nullum affirmaverit) luculentiſſime oſtendit in Harpocrate ſuo *Cuperus*, citante & ad ejus ſententiam accedente *Menagio* in not. ad Diog. Laert lib. VIII. §. 34.

75. Φερεσβιον Δημητρος αγγελλει ςαχυν.] *Grotius* reponit ανιελλει, ſed minus recte; non enim tempore ex quo exundantis Nili aquis mergitur Ægyptus ſpicas revera ſubmittit, ſed earum tantum germinationem cum ſpe futuræ meſſis quodammodo prænunciat.

78. Τραχυν πετραιων ορνιν εν παντευχιᾳ·] In Ariſtotelis codicibus legitur Θρασυν, quam ſcripturam immutandi nullam cauſam video. *Grotius*, qui repoſuit Τραχυν, nullam adſert rationem quapropter avis de qua agitur τραχυς potius quam θρασυς dici debeat. Minus adhuc ponderis habent quæ cauſſatur *Salmaſius*. Plumarum in upupa variegatura, adeoque Thracum ſtigmata & variæ veſtes, ad παντευχιαν nihil pertinent; neque eapropter avis Θρᾳσση εν παντευχιᾳ ποικιλωπις dici poterat. Παντευχια criſtam tantum & roſtrum reſpicit, quorum criſta galeam, roſtrum enſem, quodammodo repræſentant. Θρασυν εν παντευχιᾳ recte interpretatur *Pauwius*, *Panoplia ſua elatum*.

V. 79. 80. Ος νει μεν φαινοντι διαποικιλει πτερον

Κιρκου λευκοπτερυγου] Minus recte ex conjectura reſcripſit *Scaliger*. φαινον τι. Quorſum enim, obſecro, aut quo ſenſu inſeritur adjectivum infinitivum τι?

80. 81. — δυο γαρ ουν μορφας φανει

Παιδος γε ταυτου νηδυος μιας απο·] In Ariſtotelis codicibus legitur φανει Παιδος τε αυτου, unde recte, ut opinor, repoſuerunt, *Pauwius* φανεις, & *Sylburgius* χ᾽ αυτου. Ita igitur forſan locus reformandus,

δυο γαρ ουν μορφας φανεις

Παιδος τε χ᾽ αυτου νηδυος μιας απο

ſententia eſſe videtur; *ſi eum cum pullo ſuo in nido ſimul deprehenderes, diceres duas avium diverſas ſpecies uno eodemque ventre editas, adeo pulli ſui eſt diſſimilis.*

82. Νεας δ᾽ οπωρας ἡνικ᾽ ανθηρου ςαχυς] Scriptura codicum eſt ἡνικ᾽ αν ξανθη; recte igitur, opinor, ſcripſerunt *Salmaſius* & *Pauwius*, ſubaudito verbo ſubſtantivo, ἡνικ᾽ αν ξανθη. Νεας οπωρας & ανανθη ςαχυς ſibi mutuo repugnant; non enim νεας, ſed φθινουσης, οπωρας ανανθης ςαχυς.

83. Τικτει νιν αυθις κἀμφιεννυσι πτερεις] Codicum Ariſtotelicorum ſcriptura eſt,

Τικτει νιν αυθις κἀμφινομενη πτερυξ

unde egregie *Salmaſius*, præeunte partim *Geſnero*, reſtituit,

Στικτη νιν αυθις κἀμφιεννυσι πτερυξ

Ceteræ virorum eruditorum conjecturæ præ hac plane ſordent. Hanc upupæ mutationem memorat & Plinius Hiſtor. Natural. lib. x. cap. 44. edit. *Harduin.* *Formam ſimul coloremque mutat & upupa, ut tradit Æſchylus Poeta.*

84. 85. Αει δε μισει τονδε Παλληνης τοπων

Δρυμους ερημους η παγους αποικισει.] Varias conjecturas attulerunt viri eruditi, *Sylburgius*, *Joſ. Scaliger*. *Salmaſius*, & *Pauwius*, omnes vero, meâ quidem ſententiâ, admodum infelices. Pallenes quorſum hîc præcipue mentio fieret non ſane intelligo, cum Terei regnum longe a Pallene in Thracia ſitum eſſet, teſte Ovidio, qui regem Odryſium appellat Metam. lib. VI. v. 490. & prope Rhodopen montem regiam habuiſſe teſtatur

tur ibid. v. 589. Quamobrem etiam upupa potius quam cetera avium genera urbes odiſſe dicatur, minus adhuc conſtat. His tamen cardinibus vertuntur *Scaligeri* & *Salmaſii* emendationes. Suam *Sylburgius* ſibi diſplicere ipſe teſtatur. *Pauwianam* enucleatius expendere Lectoris patientia abutentis eſſet. Codices Ariſtotelici ita hæc repreſentant,

> Αει δε μισει τονδε απαλλον εις τοπον
> Δρυμοις ερημοις υπαγουσ᾽ απτικισει

Unde forſan reponi poteſt,

> Αει δε μισει τονδ᾽ απαλλαγεις τοπον
> Δρυμοις ερημοις η παγοις εποιχεται.

Verte, *Semper vero hiſce locis præ odio relictis teſqua deſerta aut montes peragrat.*

V. 92. 93. 94. Ita hæc apud Ariſtidem ſoluta oratione ex *Æſchylo* expreſſa leguntur, κατ᾽ Αισχυλον, μη μοι παραστησης μετ᾽ εγγυς ειη, οστις μη φιλος τῳ ανδρι τουτῳ, μηδε πημα τι αποπεντα. Ita autem in verſus iterum redigi poſſe puto,

> μη μοι παραστησης ειη,
> Μηδ᾽ εγγυς, οστις ανδρι μη τουτῳ φιλος
> * * * * * μητε πημα το πεμπον.

95. Ου χρη λεοντος σκυμνον εν πολει τρεφειν] Huic verſui ſubjiciuntur apud Ariſtophan. Ran. 1479. 1480. ſequentes duo,

> Μαλιστα μεν λεοντα μη ᾽ν πολει τρεφειν·
> Ην δ᾽ εκτραφῃ τις, τοις τροποις υπηρετειν.

Sub *Æſchyli* itidem perſona; an vero ab *Æſchylo*, ſive ab ipſo Ariſtophane profecta ſint cuncta hæc, prorſus eſt incertum.

103. 104. —σιτον δ᾽ ειδεναι διαιρειν,

> Αριστα, δειπνα, δορπα θ᾽ αἱρεισθαι τρια] Hæc apud

Athenæum lib. I. p. II. præcedunt ſequentia, και ταξιαρχας, και στραταρχας, και ἑκατονταρχας εταξα; quæ cum omnia per metrum ſtare minime poſſint, *Pauwius* jure, ut mihi videtur, ſtatuit vocem στρατάρχας ex gloſſemate irrepſiſſe, Poetam vero forſan ſcripſiſſe,

> Και ταξιαρχας χ᾽ ἑκατονταρχας * *
> Εταξα·

Minus certe veriſimilis videtur *Valckenarii* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 546. conjectura,

> Και ταξιαρχας, και στρατάρχας, και λοχους
> Εταξα·

105. 106. 107. Recte metra conſtituit *Pauwius*. Leguntur autem hæc apud *Euſtathium* edit. *Rom.* p. 927. lin. 39.

112. Ειτ᾽ ουν σοφιστης καλα παρα παιων χελυν] Apud Atticos καλος primam ſemper corripit. Legendum igitur forſan,

> Ειτ᾽ ουν σοφιστης κᾆτα παραπαιων χελυν.

V. 116. Το αυτης ιος] Lege prout apud *Athenæum* editur της αυτης ιος.

130. Μητε χρωστις &c.] Hæc apud *Pollucem* exſtant lib. VI. §. 23. Quod ſi metrum anapæſticum eſſe ſtatuas, omnino pro λιπειν legi neceſſe erit λειπειν.

131. Οξυγλωσσαν τ᾽ αρα κοκκυεις βοαν] Pro τ᾽ αρα malim γ᾽ αρα.

134. 135. Optime hos verſus ex codice *Pollucis Falkenburgico* reſtituit & explicat *Pauwius*.

138. Θινος εμβολας αλος] Legendum puto, Θινες, εμβολαι αλος. Verte, Θινες, *Maris aggeſtus*, ut hæc a præcedentibus ſejungantur, & pro vocis Θινες interpretatione, non pro exemplo ex *Æſchylo* allato, habeantur.

141. 142. Εξ αντιαιας ουτε πεμφιξ ηλιου

> Προσδερκεται, ουτ᾽ αστερων στομα Λητωας κορης]

Emendationem *Pauwianam* aperte repudiant & metri ratio & linguæ indoles. Egregie autem hæc ita reſtituit *Gatakerus* Adverſar. Miſcell. Poſth. cap. 10. ὡστε δε Αισχυλος εν Αιτναιαις

> Ιν᾽ ουτε πεμφιξ ηλιου προσδερκεται,
> Ουτ᾽ αστερων ομμ᾽, ουτε Λητωας κορης.

Rectius tamen, ni fallor, & ad veſtigia veteris ſcripturæ propius, leges Ξαντριαις, & ita potius verſum alterum conſtitues,

> Ουτ᾽ αστερωπον ομμα Λητωας κορης.

148. Καπηλα προσφερων τεχνηματα] Metri gratia malim προσφερων.

In STANLEII *Addenda*.

> Ουδ᾽ αποθεν ειδες αυτον, ου γαρ εγνωθεν
> Ορας, γερων δε γραμματευς γενου σοφης. Plutarch.

Sympoſ. lib. I. quæſt. 8.] Ita potius hæc legenda exiſtimo,

> Συ δ᾽ αποθεν ειδες αυτον, ου γαρ εγγυθεν
> Ορας, γερων δε γραμματευς γενου σαφης.

Plutarch. de Ira cohibenda p. 454. Τυφλον εδεσματι τεκτονων πυρι] Lege εδεσμασι.

In PAUWII *Addenda*.

Plutarch. in Synopſi quod Stoici Poet. abſurd. dic. p. 1057. Ita *Æſchylæorum* metra conſtitui debent,

> Εξ ουρανοις κεδνοσταθεις λογου
> Γεροντος —

Idem

Idem in libro Ne ſuaviter quidem vivi poſſe ſecund. Epicur. p. 1087. Ο Αισχυλου Φιλοκτητης φησιν, Ου γαρ ὁ δρακων ανηκεν, αλλ' ενωκισε δεινην στοματων εκφυσιν ποδος λαβων] Ita hæc ad metra revocari poſſunt,

Ου γαρ δρακων ανηκεν, αλλ' ενωκισε
Δεινην οδοντων εκφυσιν ποδος λαβων.

Pauwio debentur εκφυσιν & λαβων.

Athenæus lib. III. p. 86. Αισχυλος δ' εν Περσαις τις ανηρει τας νησους ανασειτοτροφους ειρηκεν.] Verba iſta, τις ανηρει ex margine in contextum irrepſiſſe videntur. Adſcripſerat ſcilicet aliquis ισ. (id eſt ισως) εν Νησοι.

Addenda.

Βοας τισουδε πραγματος θεωρος ων. *Ammon.* de Different. verbor. voce Θεωρος; ubi *Valckenar.* pro Βοας reponendum conjicit Θοας, & ad *Hypſipylen* fabulam referendum hoc Fragmentum cenſet.

Αιειφθογγοι ὑφασματων λακιδες εφλαδον ὑπ' αλγεων. Etymol. Magn. voce Εφλαδον.

Αγετ' Απολλω φυγαδ' απ' ουρανου θεον. Plutarch. de Orac. Defect. p. 417.

Αποπτυσαι δει και καθαρασθαι στομα. Plutarch. de Iſid. & Oſirid. p. 318.

Μιξοβοαν πρεπει
Διθυραμβον ὁμαρτειν
Συγκοινον Διονυσῳ. Plutarch. Ει apud Delph. p. 389.

Δημητερ ἡ θρεψασα την εμην φρενα. Ariſtoph. Ran. v. 913. ubi vide *Scholia.*

Ο Κισσευς Απολλων, ὁ Καβαιος, ὁ μαντις. *Macrob.* ὁ Saturn. lib. I. cap. 18. ubi pro ὁ Καβαιος *Meurſius* reponit ὁ και Βακχος, *Barneſius* ad *Euripid. Bacch.* v. 408. minus probabiliter ὁ Σαβαιος.

Παντροφου πελειαδος. *Tzetz.* ad Lycoph. v. 87.

Υποσκοπον χερα. *Heſychius.*

Αιγινα δ' αὑτη προς νοτου κειται πνοας. Strabo lib. IX. p. 603. edit. *Almelov.*

Ζωης πονηρας θανατος ευπορωτερος
Το μη γενεσθαι δ' εστιν ἡ πεφυκεναι
Κρεισσον κακως πρασσοντι. *Stob.* Flor. edit. *Grot.* Tit. CXXII.

—— χαλως πεπαται καλλιον
Αν μαλλον ἡ σπουδῃ. Hoc Fragmentum ut & ſequentia duo *Thomas Magiſter* excitat ex *Sept. ad Thebas*, ubi tamen hodie fruſtra ea quæras

Ων εγω φθεγξεος.

Πεζικος ὁρμαται λεως.

I N D E X

AD NOTAS IN ÆSCHYLUM.

A

A In ατιμος ſemper privat nunquam auget 67 b
A in voce ατημελητος vim intenſivam non habet 78
A *Doricum* in voce τεταχυιον corr. pot. 92
Αβρογοοι 44 b
Αγαζειν 157
Αγαν ult. ſubinde corr. 31
Αγκαθεν 56
Αγορευτων prim. corr. non poteſt 8 b
Αγρευματος 30
Αγχιπτολις 29
Αδαμας 5
Αδιαφορια ſyllabæ catalecticæ non extendit ad Aſynartetorum membra 157
Αδικα pro αδικιας αποινα 146
Αεικες contracte pro αικες 9
Αειπυροι }
Αειπυρος } 9
Αζημιος 137
Αθεμιστοι prim. prod. 109 b
Αι dipthongus in verbis ſæpe eliditur 45 b
Αιανης pen. prod. 144
Αιανης νοσος 129
Αινεις 92
Αιχμας 134 b
Ακμη 89
Ακοριστον ult. cor. 54
— active poſ. pro ὁ ουκ εκριθε 82
Ακοριστος prim. corr. 84
Ακρατον αιμα 107 b
Ακταρ 45
Αλγος 69
Αλκη 29
Αλλ' η 99 b — 112
Αλλα prim. corr. 10
Αλλομενα prim. corr. 127
Αλλως 110
Αμιγαρτα 7
Αμειβεσθαι cum duobus accuſativis 143
Αμερφεσθε 25 b
Αμηχανον prim. prod. 129
Αμυν ultimâ correptâ 125 b
Αμπλακηματα prim. corr. 136 b
Αμυνει 149 b
Αμφιβολοισιν 25 b
Αμφιλεκτας 34
Ανα pro αναστηθι 47 b — 117 b
Αναβαλλειν κινδυνον 38
Αναιρειν pro αναιρεισθαι 106
Ανακλασις } quid. 8
verſus ανακλωμενος }
Ανανδρον ταξιν 43
Αναξ apud *Æſchylum* fœminino genere rep. 35 b
Anapæſtus in quarta ſede apud *Æſchylum* non inven. 90 b
Ανδροβουλον 56
Αντ' εκεινων 25
Antiſpaſticus trochaico *Euripideo* haudquaquam ισοδυναμει 130
Αντιτινειν pen. habet communem 146 b

αντης

I N D E X.

Ανυτης }
Ανυω } pen. corr. 31 b
Ανυτω }
Αξονηλατοι 142
Απιστει βουλαις 34 b
Απειξ 54 — 55
Απροξενοι 143 b
Αρ abſque eliſione *Atticæ* conſuetudinis non eſt 72
Αρηγειν 131
Αριστοισιν prim. prod. poteſt 64 b
Αρτικολλον λεγον 28
in Aſynartetis membri prioris ſyllaba finalis nulla gaudet αδιαφορια 113
Αστραβη 144 b
Αστραβιζειν tranſitive accip. 144 b
Αστυγειτων 144 b
Αστυδρομειν }
Αστυδρομεισθαι } 24
Αστυδρομουμενη }
Ασωδης 139
Ατιμαστηρα 30 b
Ατιμος 67 b — 106
Attici augmentum non abjiciunt 25 — 29 — 43 — 94 — 112
— adjectivos maſculinos ſubſtantivis fœmininis haud raro jungunt 7 — 62 — 67 b — 124 b — 132 — 139.
— activum ponunt pro paſſivo 106 — 133 b
— βλεπειν pro ζην 115 — 125 b
— dativum inſtrumenti freq. uſurp. 134 b
— nunquam ita elidunt dipth. in και, ſequente vocali natura brevi, ut brevis etiam poſt eliſionem factam hæc maneat 66 — vide etiam 155 b
— non agnoſcunt εινεκα 5 — 142 b
— poetæ primam του καλος nunquam producunt 160 — 165
— nominativos pro vocativis non raro uſurp. 47 b
— literæ ρ vocem inchoanti vim duplicis conſonantis impertiunt 123
— vocalem brevem ante ς interdum corr. 47 b
— & ante duplicem λ 57 b — 63 b
— & ante κτ 69 b
— poetæ primam του φιλος ſemper corr. 110 b
Αν particula poſita ſimpliciter 13
Αυδωμενω 30 b
Αντεπισκοπειν 149 b
Αυτοκτονως αυτοδαϊκτοι 32
Αυτον αυτου 115 b
Αυτοπρεμνον 128
Αφραστοι 99
Αφραστος μεριμνα 41
Αχθος 83 b

B

Βα pro βαθυ 154
Βαθυγαιος 152 b
Βαλλειν οικον 133 b
Βαρειαι καταλλαγαι 33
Βιαια 151 b
Βλεπειν apud poetas *Atticos* idem quod ζην ſignificat 115 — 125 b
Βοα 21 — 26
Βοη βραδυνειν 150 b
Βουκολεω 154 b

Γ

Γαμβρους 75
Γανοωντες 156
Γανος 44
Genitivus abſolutus 94
Γενεθλα 140 b
Γομφοδετον δορυ 152
Γομφοι 29 b
Γοον { πατρωον / τεκνων } 102 b
Γναμπτομενοι δι' αλι δινα 45 b
Γναθῃ διαπτυσσομενος 77
Γυναικοκηρυκτον 70 b

Δ

Dactylicum metrum nuſpiam niſi in verſus terminatione creticum admittit 4
Δαϊκτηρ γοος 35 b
Δαϊος 54
Δειμα 80 b
Δεινον 130 — 163
Δημηλατια 138
Διαϊξειν prim. prod. 54
Διακονεισθαι apud *Atticos* in ſign. paſſiva non reper. 56 b
Διαινειν antepen. prod. 48 b
Διαπρεπων 54 b
Διαφερει 97 b
Διδυμανορια 34 b

Διεστοι-

I N D E X.

Διεστοιχιζετο 4 b
Διηκω } 44 b
Διιημι }
Διυγρα 37
Διωκεται 101
Δοκων abſolute ponitur 68 b
Δολιοφρων 116 b
Δομα pro δωμα nuſpiam reper. 31 b
Δορος 69
Δορυ 43 b
Δροσοις 58
Δυσαιανη penult. longa 42 b
Δυσοδοπαιπαλα vox pluſquam triſyllaba prim. prod. pot. 127 b

E

Εγδεγφεν 110 b
Εδρας 145 b
Ει particula formæ optativæ juncta, vim ei temporis imperfecti confert 19
Ει pro ειθε. 63
Ειμαρμενα 78 b
Ειτεν non agnoſcunt *Attici* 5
Ειπειν μη παρα γνωμην τινι 79
Ειπουσ᾽ ανυσωμαι idem valet ac ανυσωμαι ὡστε ειπειν 115 b
Εις αργυρον 79 b
Ellipſis του
— ανδρα 24 b
— απειμι 119 b
— απο 124 b
— απο ad genitivum γης non uſurp. 12 b
— αφθονια 90
— δια 26
— δραν, ποιειν 11 b
— ειναι 138 b — 145 b
— εισι 27
— εις vel προς 47
— εκ 87 — 99 b
— εμε 28 b — 107 b
— εμοις 103 b
— ἑνεκα 121
— επι 55 — 112 — 145 b
— εστι 85 b — 89 b — 109
— ην 69 — 76
— vel ησαν 112 b
— καρα 36
— κατα 21 — 57 — 105 — 132 b — 145 — 149
— με 82 b
— ουχ εχω — ουκ εστι 99
— οφειλεται 102
— παντας 101
— παρουσια 90
— πεμπουσα 116
— πονον 61
— πραγμα 38 — 56 b
— πρεπει 32
— προς 156
— προς vel εις 47
— σε 78 b
— συν 21
— τι in conſtructionibus verborum cum genitivis uſitatiſſima 94 b
— ὑπο 109 b
— ὁ φονευσας vel ἡ φονευσασα 101 b
— χρη ἱνα 99
— χωρα 135 b
ωρας 89
ὡστε 20 b — 97 b — 103 — 118 b — 121 — 122 — 123 — 147 — 153
Εκποδων σταθειν 28 b
Εκφερειν 135 b
Εμμοτον 105 b
Εμοι παρηλλαξε 98
Εμπας 103 b — 124 b — 141
Εμπορος 47
Εμπυρα 106
Εναγεις 142
Εναλλαξ 149 b
Εν αροτοις 149 b
Ενθεος τεχνης valet εκ θεου τεχνην εχων 120
Ενοικοι 148
Εν χρονω μοι idem valet ac ὁποτε χρονος μοι επιτηδειος 119 b
Εξηβος 20
In Epichoriambici fine pro dijambo ſubſtitui non poſſunt ſpondæus & anapæſtus 5
Επεκραινετο paſſive uſurp. 139
Επιασι 45
Επευχομαι 90
Επιβολος 161 b
Επινηθω 91 b
Επικοτος τροφας, i. e. ἑνεκα τροφας 33 b
Επικοτος 109
Επινωμαν verbum genitivo junctum vix reperietur 125
Επλαγχθη απ᾽ ομματων 33
Επαλαθουνον penult. prod. 43 b
Επομβειαις ρευματων 164
Ερειδματος ſecund. neceſſar. corr. 92
Ετεροφωνω στρατω 22 b
Ετυμος ſemper pen. corr. 64

† Y

Ευγη

I N D E X.

Ευαγη εδραν } 44
— πυργον }
Ευκαινομαντις 150 b
Ευκταιαν χαριν 89 b
Ευνιδας pen. corr. 43
Ευποτον ρεος } 12
Ευποτωτατον εκπωματων }
Ευτυχες 155
ταδε μεν Ευτυχειν 29
Ευφορητον δωμασιν 102 b
Ευφραινειν 147 b
Εφαπτωρ 148
Εφθιτο ſecund. corr. 36 b
Εφυ ώστε σηπειν 118 b
Εχωειδη 23

Z

Ζαλη 73 b
Ζευγλη 9

H

Ηλασε 75
Ηλιοστιβεις 14
Ημαρτωμεθα formâ ſubjunctivâ præteriti paſſivi Græce non dicitur 94 b
Ηρει πολιν, voluntas pro facto 37
Ηρης — de adjectivis derivativis ſic deſinentibus vide 134

Θ

Θανασιμον vox pluſquam triſyllaba prim. prod. poteſt 81 b
Θερμερωπην } 3 b
Θερμμερωπην }
Θεμις 60 b
Θεσμοι } 131 b — 132
Θεσμος }
Θεωεις 35
Θεις 165 b
Θουειος ορνις 57 b
Θειγκοι } 87
Θειγκοω }

I

Ιω exclamatio extra metrum 160
Ικετευθαι 145 b
Infinitivæ formæ verba inter Imperativa ſæpe miſcentur 21
Infinitivum pro Imperativo 137 b
Interjectiones φευ, ω, οα, ſæpe extra metrum ponuntur 45 b
— αι, αι, ε, ε, extra met. p. 119
Ιμεργυρον 79 b
Ιδε προσπηδεις idem valet ac ιδε και όμου προσπηδησε 113
Ισομοιρον vox quadriſ. prim. prod. 102
Ισον — μειον adverbialiter poſ. 27
Ιστοτευβης 91
Ιυγμος 96
Ιω, ιω & extra metrum & extra conſtructionem ponuntur 84 b
Ιω, in conſtructione non niſi cum vocativo aut genitivo *ibid.*

K

Καθηπειν 131 b
Καιεια 30 b
Καιεαυς ειρημενων 89
Καλος, h. v. prima apud poetas *Atticos* nunquam producitur 160 — 165
Καμψιποις ερινυς 33 b
Καταφθισας 133 b
Κατεξενωμενον 110 b
Κατεχειν εθνος 39 b
Κενοι ύπ' αθμαλος 44 b
Κερσαμενος 53
Κερχνειας idem ſonat quod Κεγχρειας 12
Κηκις 79 — 119
Κηρυγμα } 4
Κηρυγμα }
Κινυρονται φονον 21 b
Κληδονας παλιγκοτους 77 b
Κλυε prim corr. ſeq. vocali 98 b
Κλυειν paſſive accip. 85
Κλυταιμνηστρα prim. corr. 57
Κοιταιν 92 b
Κομαν 72 b
Κορκορυγας 26 b
Κοτος 76 b
Κρατος 150 b — 156 b

Κρεισσο-

I N D E X.

Κρεισσοτεκνων 33
Κτυπειν 13
Κυριοισι 110

Λ

Λαχη 35 b
Λελημμενος } λελιμμενος } 26 b — 27
Ληματος κακη 30
Λυειν valet λυσιτελειν 96 b
Λυμανθειν δεμας 101
Λυσιμα prim. corr. 151 b
Λυτηρ prim. natura habet longam 151
Λυτης prim. nunquam corr. 36
Λυτηριοι prim. prod. 22 b
Λυτηριον ejus vis apud poetas *Atticos* 117 b
Λυτρον prim. prod. 96 b

M

Μακεδων } Μακετης } prim. corr. } 64
Μακιστηρ 147
Μαλερος 58 b
Ματαιοισι πολυθροοις 151 b
Ματας 116
Μαχιμα adverb. poſ. 151 b
Μεγαλα εργα 93
Μειον — ισον adverbial. poſ. 27 — 110 b — 149
Μελαγκροτον 35
Μελαμπαγης ult. prod. 65 b
Μεμνημαι accuſativo æque ac genitivo jungitur 106
Μεσαγκτοις 51
Μεταγνωσκειν 61
Μεταγνωσκω 141 b
Μη — forma optativa cum μη conjuncta verbis de tempore nonniſi præterito uſurpatis nunquam verbis præſentis aut futuræ ſignificationis rite ſubjungitur 34
Μιμουμενω 107
Μοιρας 122 b
Moloſſus ſedem imperem ſortitus &c. vid. Addend. *Perſæ*. v. 425.
Μυσος pen. corr. 127
Μυχος prim. corr. 113

N

Ναυστολει θεωριδα 35
Νεικη 89 b
Νεμειν τιμας 132
Νεορρυτος 89
Neutra pluralia verbo ſingulari ſæpe junguntur 41 — 108
Νηϊπποι pen. corr. 29
Νικαν cum genitivo 137
Νικη καλη 31 b
Νιν 2
Νομευμα 90 b
Νομιμων 26
Nominativi pro vocativis apud *Atticos* non raro uſurp. 47 b
Nominativi abſolute poſiti 147
Νοσος ejus vis apud Poetas *Atticos* 77 b
Νωτιζειν 63 b

O

Οι extra metrum poſ. 48
Οιακα pen. prod. 76 b
Οικουρουντα 77
Ομαιμον αἱμα 147
Ομιλιαν χθονος 128
Ομμα 100
Ονειδος 122
Optativa forma cum μη &c. vide Μη.
Οπως δ' χ' ωπη 15 b
Οπως μη futuro indicativo, nunquam vero aoriſto primo ſubjunctivo vocis vel activæ vel mediæ, præponi ſolet 146 b
Οπως πιμπρη 57 b
Οργας 150 b
Ορθως 24 b
Ορχαμοι πυργωτης 26 b
Ορμαινειν 89 b
Ορμος 73 b
Ορωμενος 90 b
Ορσολοπος 39
Οσιν δενος παρ. 41
Οσις pro τις, & viciſſim, interdum ponitur 124 b
Οτοτοι & iſtiuſmodi interject. genitivum regunt 51
Ου μολις παρον pro μολις ου παρον 135 b
Ουδεν τοδε valet ουδεν τουτο 90 b
Ουκ αν γινοιθ' 123 b
Ουρηγετιν 163 b
Ουσα æque tempus præteritum ac præſens reſpicere poteſt 112 b

INDEX.

Π

Παιωνιον πημα pro παιωνιον πηματος 85
Παλαιγενεις μοιρας idem valet ac παλαιγενων θεων μοιρας 122 b
Παλιν αυ } 25
Παλιντομεις αυ }
Παλιγκοπτες 72
Παλινορσος 59
Παλιντονα 99
Παλιντρεπτον οψιν 142 b
Παν in compoſitione cum iis fere vocabulis conjungitur quæ magis & minus recipiunt 75 b
— eandem cum αυ vim in compoſitione non obtinet *ibid.*
Παντεργος 25 b
Παρακλινουσα 76
Παραστημον αινω 76 b
Παρεκπερσων 158 b
Παρισκοπος genitivum regere poteſt 86
Παρεστιν εχειν idem valet ac εκ των παροντων εχω 122
Παρισχομαι 147
Παρεψαυημα 91 b
Παυεται 148 b
Πελαζειν εν τινι pro πελαζειν τινι dici non patitur grammaticæ ratio 16
Πεμπαστων 53
Πεμπειν ποιπας 123
Πεπαιτερα 89 b
Πεποιθ᾽ 132
Πειραω 129 b
Περιχρεμπτα 153
Πηματα 9
Πιπτειν 49
Πλαγκτος } 42 b
Πλαξ }
Πλειστηριζομαι 119 b
Πλευμων 20 b.
Ποδηνεκτον ſubſtantive accept. 118 b
Ποδηρη 78 b
Ποδωχειν στρατον 47 b
Ποιειν 36
Πολιορκειν }
Πολιορκεισθαι } 24
Πολιορκουμενη }
Πολυφθορεις 36
Ποτι *Doricum* ſcriptoribus *Atticis* ignotum 12 b
Πρακτορα 149 b
Πρακτορες αιματος 57 b
Πραξιν 113 b
Πρεσβευεται valet πρεσβειον φερει 87
Προβατογνωμων 76
Προβουλοπαις 66 b
Προπαροιθεν genitivo junctum nunquam tempus ſed ſemper locum denotat 26
Προς ejus vis in compoſitione 63
Προς γυναικα 91 b
Προστελουμενον }
Προσπηλωμενον } 9
Προστελειν }
Προστελαν }
Προδιδοσθαι φιλον }
Προδωσω πονον } 44 b
Προδοται }
Προδεδομος 102
Προσμορον αδελφιον 30
Προσφυειν λογω 144
Προσω 37
Πτωμα 151
Πυργος 50 b
Πυριδειπνος ζαλη 8 b
Πως, *quodammodo* 87 b

Ρ

Ρ litera vocem inchoans duplicis conſonantis vim obtinet apud *Atticos* 123
Ρεζειν 36
Ρητος 143 b
Ροον θεου 49
Ρυσιασθεισαν 146 b

Σ

Σελματα πυργων 20 b
Σκηναι idem valet ac σκηνωμα 133
Σκηπτουχοι 43
Σοι παρηλκει 100
Σορος 9
Σπορητος 89 b
Σταζειν προ καρδιας 60 b
Στασιμον μελος quid 6
Στεγειν 159 b
Στελλειν κελευθον } 47
— πλουν }
Στρατευμ᾽ απολομενον 24
Στρουθος 58
Syllaba brevis ante κτ corr. poteſt 98
Συλλυειν 101
Συμφυτος αιων 57

Συν-

I N D E X.

Συνοιδε dativum perſonæ ſibi adſciſcit 99 b
Σφενδονας απ' ευμετρου 82

T

Ταχα 117 b
Τελος }
Τελος φερειν } 25
Τελος φερεσθαι }
Τηδε 43
Τι nunquam producitur 24 b lin. ult.
Τιμα 31 b
Τιμη 124 b
Τιμαορος 70
Τιναστειν 21 b
Τις αλλος idem valet ac ὅστις αλλος 124 b
Τιτας φονος 97 b
Τλημι }
Τλημονις } 27
Το ante duas conſonantes χρ vocem proximam incipientes prod. pot. 143 b
Τοια idem valere poteſt ac τα οἱα 147 b
Τοι γαρ 47
Τολμαν 18 b
Τομη πελαθεισα 100
Τοξαρχος 45
Τοκος 44
Τυγχανειν accuſativum ſibi interdum adſciſcit 102
Τυφῳ 73 b
Τῳ pro τουτῳ 28
— pro τινι 121 b

Υ

Verba duobus accuſativis juncta 143
Υμεναιουν 10 b
Vocalis brevis ante duplicem λ ſæpe corr. 96 b
— ante ςρ corr. }
— ante κτρ corr. } 136 b
Vox plusquam triſyllaba primam aliter brevem producere poteſt 152
Υπερ αλεξαντα 40
Υπερβαλλειν 18
Υπερθε ιδεσθαι 28
Υπερκοπον 69 b
Υπερκοποις 77
Υπομιμνησκεις 54

Φ

Φευγειν 106 — 132 b
Φιλεις 151 b
Φιλος hujus vocis prim. *Attici* Poetæ ſemper corr. 110 b
Φιτυποιμην ανηρ 136
Φλοισβον Ποντου 15
Φλυοντα 30 b
Φυγας θεισαι 23
Φυλασσεσθαι forma media cum poteſtate activa 150 b

X

Χαριζεσθαι }
Χαπζεσθαι } 64
Χαριν 70 b
Χρημα num. ſing. nunquam *bona, facultates,* ſignificat, ſed χρηματα num. plur. 82 b
Χρυσουι χθονα 159

Ψ

Ψηφος βαλουσα 133 b
Ψηφῳ διαιρειν idem valet ac ψηφιζειν 132 b
Ψιχειν 13
Ψυδος 70

Ω

Ωγμοισι 96
Ωμοδροπων 26
Ωπλισμενη 28 b
Ως pro ὅτι 149 — 162
Ως αεις' οφιλλετε 23
Ως ὡδ' εχοντων 90

AD-

ADDENDA ET CORRIGENDA

In Lectionibus ÆSCHYLEIS.

Prometh. Vinct. p. 7. col. b. lin. 11. lege, quod dativum

V. 459. 460. — γραμματων τε συνθεσεις,
Μνημην θ' ἁπαντων μουσομητορ' εργανην']
Cl. *Hemſterhuſius* ad Luciani Judic. Vocal. §. 5. reponendum monet
γραμματων τε συνθεσιν
Μνημης ἁπαντων μουσομητορ' εργανην·
an vere quidem & recte, ſtatuat ipſe Lector, at certe minus neceſſario, ſi quid video. Per μνημην enim ἁπαντων hic intelligi puto monumenta omnia quibus rerum geſtarum memoria ad ſæcula futura propagatur. Hoc autem *Promethei* inventum, cum omnia primum carminibus traderentur, proſæ vero uſus ac ſtudium ſerius viguerit, epitheto *opificis Muſarum matris* non ineleganter deſignatur. Conſtans ſcilicet Poetarum conſenſus Muſas ex Jove & Mnemoſyne fuiſſe ortas tradit. A voce igitur Μνημην diſtrahi non oportere videtur epitheton μουσομητορα. Si cui vero magis placeat εργανην quam εργανην, is ſane me non magnopere repugnantem habebit, præſertim cum ſcriptura iſta codicum *Stobæanorum* auctoritate ſe tueatur.

P. 9. c. b. 38. leg. ſermo eſſet,

10. c. b. 10. leg. 552. & 12. l. 553. & 13. l. 554.

13. c. b. 41. leg. απαλλαγειην,

Septem ad Thebas. p. 21. c. a. 42. leg. exanimata — & c. b. 13. leg. δορυσσοις

V. 126. *adde* Verſus revera aſynartetus eſt ex dochmaicis.

127. *adde* In verſu tamen priori legi malim, præeunte *Pauwio*, δορυσσοις, neque enim in compoſitione ſemper geminatur litera. Ita apud *Sophoc. Ajac.* v. 134. 135. habemus αμφιρυτου, & apud Noſtrum *Prometh.* v. 433. ἀγκυρυτων, utrumque antepenultimâ correptâ. Hoc autem dato verſum ſcindi minime erit opus, ſed aſynartetus ex dochmaicis proxime præcedenti ſimilis prodibit.

V. 162. 163. Hi duo verſus unum, aſynartetum ſcilicet ex dochmaicis, conſtituunt. Vox enim επαλξεων triſyllaba eſt, duabus ultimis ſyllabis in unam per ſynizeſin coaleſcentibus.

P. 23. c. a. 26. leg. & ex

25. c. a. 21. leg. *exclamatura es*; & c. b. 36. leg. *undique*

V. 334. *adde* Eadem prorſus conſtructione habemus infra *Suppl.* 437. 438. αγομεναν ἱππηδον αμπυκων.

P. 28. c. a. 18. leg. ερμαιει μενων — & c. b. 2. leg. poſſent.

V. 423. 424. 425. *Notis ad hos verſus litura prius inductis repone*, Omnes aſynarteti ſunt ex dochmaicis. Διχαιος & plus dicit & apertius quam δικαιος; nihil igitur immutandum.

487. Omnino calamo inducenda eſt hæc nota; dum enim hujus ſtrophæ metra ſecundis curis accuratius expendo, ita ea potius conſtituenda cenſeo,

Επευχομαι δη τονδε μεν ευτυχειν, aſynartetus ex penthemimeribus iambica & trochaica
Προμαχ' εμων δομων, τοισι δε δυστυχειν. aſynartetus ex penthemimeribus trochaicis
Ως δ' υπεραυχα βαζουσιν επι πολει aſynartetus præcedenti ſimilis
Μαινομενα φρενι, τως νιν Ζευς νεμε- dactylicus tetrameter
τωρ επιδοι κοτησας. choriambicus dimeter catalectus:

& in antiſtropha ſimiliter,

Πεποιθα το Διος γ' αντιτυπον εχοντ'
Αφιλον εν σακει του χθονιου δεμας,
Δαιμονι εχθρον εικασμα βροτοις τε και
Δαρβιοισι θεοισιν, προσθε πυλαν κεφαλαν ιαψειν.

569. Potius dicendum eſt aſynartetum eſſe ex dochmaicis proxime ſequenti ſimilem.

571. Metris accuratius expenſis, hanc notam cum notis in v. 572. & 635. prorſus reprobo, & delendas

lendas cenſeo. Ita autem hæc metra conſtitui debere cenſeo,

Μεγαλα μεγαλαγορων κλυων pæonicus dimeter hypercatalectus

Αρεσιων ανδρων' ειθε δ' ει ζευ aſynartetus ex penthemimeribus trochaicis

Τουσδ' ολεσειαν εν γα. choriambicus dimeter catalectus :

& in antiſtropha,

Δεσποτα και εκτρεποντες γας'
Επιμολοις πυργον δ' εκποθεν βαλων
Ζευς σφε καινοι κεραυνῳ.

Præpoſitio προς in antiſtropha ante επιμολοις interpolata librario imperito conſtructionis rationem minus aſſecuto deberi videtur.

V. 579. *Poſt hæc verba*, anapæſtum etiam in ſede pari, *adde*, nedum in quinta.

692. *Deleantur iſta* verſus eſt antiſpaſticus &c. *uſque ad notæ finem, quorum loco repone*, verſus aſynartetus eſt ex dochmaicis; epitriti autem quarti vice in verſus ſtrophici penthemimeri altera fungitur dijambus. Vide quæ notavimus ad *Eurip. Hecub.* v. 686. *Oreſt.* v. 821.

830. *Lege*, monometer, ſeu potius dimeter utpote dactylis conſtans &c.

P. 34. c. a. 28. pro 840. lege 830.

35. c. b. 10. leg. cui adſtipulatur

ibid. 11. 12. repone, & ipſe etiam *Scholiaſtes*, ſi eum recte intelligis &c.

Perſæ. p. 40. c. b. 11. leg. quæ metiendi ratio,

p. 43. c. b. 24. leg. coacta eſſet,

p. 45. c. b. 9. pro *ratæ* lege *tatæ*,

V. 585. Quo magis hunc locum expendo, eo plenius mihi perſuaſum eſt, verſum iſtum, nempe 582. nothum eſſe & a mala manu interpolatum. Strophe ſcilicet & antiſtrophe octo tantum verſibus ſingulæ conſtabant, nec in ſtropha deſiderari quidquam videtur. Strophico autem quarto

στει και δακναζου penthemimeri anapæſticæ

rite opponitur in antiſtropha verſus ιοσδυνιαμος

πενθει δ' ανδρα δομος penthemimeris dactylica

vocem quæ ſequitur στερηθεις meram eſſe gloſſam margini olim allitam exiſtimo.

P. 50. c. b. 46. leg. longâ

Agamemnon. V. 114. 115. 116. Οιωνων βασιλευς

Βασιλευσι νεων, ὁ κελαινος,
Ὁ τ' εξοπιν αργιας,] Pro

βασιλευς reponendum eſſe βασιλεις plane exigit conſtructionis ratio, cum ſequatur participium numero plurali poſitum, φανεντες. Αργιας etiam, ut opinor, vox eſt nihili, cui ſubſtitui debet αργας, poſtulante nimirum ratione metrica; ita enim metra conſtitui debere exiſtimo,

Οιωνων βασιλεις antiſpaſticus dimeter brachycatalectus

Βασιλευσι νεων, baſis anapæſtica

Ὁ κελαινος, ὁ τ' εξοπιν αργας, hephthemimeris anapæſtica:

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Οἷον μη τις ατα
Θεοθεν κνεφαση
Προτυπεν στομιον μεγα Τροιας

Prorſus autem deleatur nota ad v. 135. 136.

P. 59. c. a. 1. leg. Doricum α corripi — & c. b. 26. leg. παντ'

62. c. a. 45. leg. *fatum ſuum*

63. c. b. 17. leg. Athonis — & l. 23. l. ſententiæ

V. 425. *Notæ huic calamo inductæ ſubſtitue ſequentia.* Verſus ionicus eſt a majore ex moloſſo & ditrochæo. Notandus autem eſt moloſſus ſedem imparem ſortitus contra metri ionici a majore legem ab *Hephæſtione* traditam.

P. 69. c. b. 14. *Helen.* 1602. deleantur hæc.

70. c. a. 3. leg. v. 580. παλιγκοτον pro παλιγκοτων

71. c. a. 35. leg. των αντερωντων

81. c. a. penult. lege τον δ' ανω

83. c. b. 42. leg. Χειρ' εκ χερος

84. c. b. 41. lege εμπεδω

V. 1241. *Ad notulæ finem adde*, Similem plane loquendi formulam deprehendes infra in *Choeph.* v. 997 — 1000.

Τι νιν προσειπω, καν τυχω μαλ' ευστομων;
Αγρευμα θηρος, η νεκρου ποδενδυτην
Δροιτης κατασκηνωμα. Δικτυον μεν ουν
Αρκυν δ' αν ειποις και ποδιστηρας πεπλους.

P. 85. c. b. 24. leg. ει τι μη

88. c. a. penult. leg. finem feceris.

93. c. a. 43. leg. eum qui ipſam

Choephoræ. p. 98. c. a. 40. *Helen.* 1602. deleantur hæc.

99. c. a. 17. l. contrarium.

V. 240. Deleatur hæc nota.

P. 101. c. a. l. 13. leg. interpretatus — & c. b. ult. l. φονευσας

103. c. a. 40. leg. *Pauwius* — & c. b. 5. lege και πανουργῳ

V. 416. Verſus hic, prout in notis noſtris conſtitutus legitur non eſt glyconius πολυσχηματιστος, ſed ionicus a minore dimeter hypercatalectus. Præ nimia feſtinatione me interdum lapſum eſſe minime ſane eſt mirum.

P. 107. c. a. 12. leg. *ab illo*

109. c. b. 36. leg. παραιβαντες

P. 110,

P. 110. c. b. 29. pro αξιαν leg. αξιων

111. c. a. 3. leg. απεδωκεν — & c. b. 15. leg. *ſitis* & lin. 28. pone comma poſt ουτα

112. c. a. 7. repone, ſane veriſimilior,

114. c. a. ult. leg. εργων

115. c. a. 9. leg. Τῳ πεσοντι

V. 844. *Ad finem notæ adde*, Poſt Πως ταυτ᾽ autem diſtinguendum, nota interrogationis interpoſita, cenſeo.

854. *Pro* hac enim particula hîc carere non poteſt, *reſcribe* hanc enim particulam hinc abeſſe haud patitur

915. *Ad finem notæ adde*, Forſan tamen rectius leges Αισχρως επεσθην.

P. 117. c. a. 7. leg. Εσθης δε

118. leg. *In ACTUM SEXTUM.*

Eumenides. p. 121. c. a. penult. leg. nulli adeunt

V. 171. *Ad finem notæ adde*, Exturbanda autem omnino eſt particula τε, quæ a *Turnebiana* abeſt, & conſtructionem corrumpit.

P. 125. c. b. 26. leg. αυονα

127. c. a. 45. leg. τοιον αρ᾽

128. c. a. 17. leg. *curru venerit*

V. 493. *Adde*, Eodem ſenſu vocem hanc uſurpatam reperies infra *Supplic*. v. 451.

P. 132. c. b. 28. leg. Πως γαρ

Supplices v. 24. *Ad finem notæ adde*, Ad hujus igitur verſus finem a præcedentis fine transferenda eſt interrogationis nota. Pendet enim genitivus ὠν a pronomine ἡμεις ad verbum αφικομεσθα ſubintellecto. In verſu autem proxime ſequente pro ὑπατοι τε θεοι legendum ὑπατοι δε θεοι.

P. 141. c. b. 28. *pro* acatalectus lege brachycatalectus. & p. 142. c. a. 34. 35. *pro* dimeter hypercatalectus lege trimeter brachycatalectus.

143. c. b. 34. leg. ibi ἱερον.

V. 397. *Omnino deleatur hæc nota.*

P. 146. c. b. 4. *pro* ſubjungi lege præponi

V. 437. 438. Re denuo perpenſa nihil hîc innovandum cenſeo; interpungendi tantum ratio immutetur, diſtinctione ſcilicet poſt ἱππηδον ſublata, & poſt αμπυκων interpoſita, ut vox hæc a participio αγομεναν pendere intelligatur. Eadem prorſus loquendi forma occurrit ſupra *Sept. ad Theb.* v. 334. αγεσθαι ἱππηδον πλοκαμων. Metra quod attinet verſus prior antiſpaſticus eſt dimeter brachycatalectus, cum in vocis quadriſyllabæ αγομεναν ſyllaba prima vocalis etiamſi aliter brevis rite producatur. Vide *Clark*. ad Homer. Iliad. Α. v. 398. Verſus alter priori prorſus eſt ſimilis, cui optime reſpondebit antitheticus ad hunc modum reformatus

Ὁμοιαν μεν θεμιν

epitrito ſcilicet tertio in ſtropha opponitur in antiſtropha epitritus primus. Vide quæ notavimus ad *Euripid. Oreſt.* v. 171. & ſæpiſſime alibi.

P. 156. c. a. 30. verſus ανακλωμενος — deleantur hæc.

— c. b. 17. *pro* Παθος τ᾽ ουδ᾽ εν repone Παθος ουδ᾽ εν τ᾽ & lin. 31. *pro* Φυγας δ᾽ αυθις rep. Φυγας αυθις δ᾽.

— 42. *Pro* παραβατα εστιν repone παραβατα ᾽στιν aut potius παραβατος δε.

160. c. b. 23. leg. κερασι

162. c. b. 20. leg. *alvi*

164. c. a. 34. leg. Solem — & c. b. 30. leg. αναινεται

Fragmenta. p. 166. c. b. 10. leg. πλειαδος — & c. b. *ad finem adde*, Fragmentum penultimum exſtat apud *Sophoclem Electr*. v. 948. edit. *Johnſon*.

Elegiaca. v. 1 — 4. Hoc Epigramma recentiori cuidam *Æſchylo*, forſan *Alexandrino*, non Poetæ noſtro, deberi certum eſt. Hic ſcilicet carmen Elegiacum in eos tantum qui ad Marathonem occubuerunt ſcripſiſſe fertur, quos Epigramma hoc nequaquam ſpectat; neque enim hi pulverem Oſſeum membris induiſſe dici poterant. Similiter Epigramma Simonidi tributum quod in Anthologia proxime præcedit ad Athenienſes in prælio Marathonio interfectos minime pertinet. Clare enim innuitur eos qui ibi laudantur contra Græcos, non contra Barbaros, pugnantes mortem oppetiiſſe.

F I N I S.

NOTAE

SIVE

LECTIONES

AD SOPHOCLIS QUAE SUPERSUNT

DRAMATA

DEPERDITORUMQUE RELLIQUIAS.

DOCTISSIMO VIRO

JOANNI BURTON S.T.P.

COLLEGII REGII ETONENSIS SOCIO AC PRO-PRAEPOSITO

DIGNISSIMO

HUMANIORUM ARTIUM AC LITERARUM

CULTORI FELICISSIMO

HANC QUALEMCUNQUE OPELLAM

IN RELLIQUIIS SOPHOCLEIS RECENSENDIS POSITAM

QUAM ET IPSE SPARTAM PLAUDENTE ERUDITORUM CHORO

NUPER EX PARTE ORNAVIT

OBSEQUII SUI DEVOTISSIMI PIGNUS

D. D. D.

BENJAMINUS HEATH.

NOTÆ

SIVE

LECTIONES

AD

SOPHOCLEM.

AD VITAM
SOPHOCLIS
AB ANONYMO SCRIPTAM ET EDITIONI
HENRICO-STEPHANIANÆ
PRÆMISSAM.

PAG. 1. col. 1. lin. 24. Pro Λαμπου, cum *Fabricio* Bibl. Græc. vol. 1. p. 584. legendum opinor, Λαμπρου.

Ibid. col. 2. lin. 3. Bellum ad Anæam, cui gerendo *Sophocles* ſtrategus electus traditur, referendum videtur, auctore Diodoro Siculo (quem ad eum annum vide lib. XII. p. 88. 89. edit. *Rhodom.*) ad annum Olymp. LXXXIV. quartum Archonte Timocle. Eo enim anno Athenienſes duce Pericle, cui novem collegæ, inter quos & *Sophocles*, teſte Strabone lib. XIV. p. 946. adjuncti erant, bellum contra Samios geſſerunt, cujus inſulæ e regione in Caria ſita eſt Anæa. Vide etiam Thucyd. lib. 1. §. 115 — 118. & Plutarch. in Pericle p. 165. — 167. *Sophocles* autem, ſi natus erat anno Olymp. LXXI. ſecundo, tunc temporis annum vitæ agere debebat quinquageſimum quartum, non ſexageſimum quintum, quod tradit *Anonymus* noſter. Annus etiam iſte erat ante bellum Peloponneſiacum nonus, non ſeptimus, ut idem *Anonymus*, nec undecimus, ut *Fabricius* Bibl. Græc. vol. 1. p. 620.

Pag. 2. col. 1. lin. 9. Κρυπτω, non Κρυπτῳ legendum eſt, loquitur enim ipſum μνημα. Typographo proculdubio debetur error.

NOTÆ IN
AJACEM MASTIGOPHORUM.

V. 2. ΠΕΙΡΑΝ τιν' ἐχθρων ἁρπασαι θηρωμενον] *Suidas* qui Interpretem veterem exſcripſiſſe videtur, πειραν, *damnum* interpretatur. Illum vide voce Πειρα. Mihi quidem veriſimilior videtur *Camerarii* ſententia, *nocendi occaſionem* potius hoc vocabulo deſignari, quam ipſum *damnum*, exiſtimantis. Neque enim cum *Johnſono molimen hoſtium* intelligi puto, ſed ipſius Ulyſſis contra hoſtes *molimen*, quo iis occaſione oblata damnum inferat. Vox ipſa nude & ſine regimine poſita, ſicut infra v. 290 & 1076, ſimpliciter *tentamen* ſive *experimentum* ſignificat, experimentum vero de quo hîc agitur, ipſi Ulyſſi, non hoſtibus, tribuendum eſſe, ſatis indicat additum

 verbum

verbum ἁρπάζειν, quod, *arripere*, proculdubio hîc ſignificat, nuſquam, *deprehendere*, ne infra quidem v. 16; nam ibi etiam ξυναρπάζω φρενὶ, eſt *mente & intellectu ſimul arripio & celeriter comprehendo.* Qui autem experimentum hoſtium arripere dicitur, is aliquid contra hoſtes cum celeritate experiri & tentare, adeoque occaſionem iis nocendi occupare, cenſendus eſt.

V. 8. Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις] Elegantius mihi videtur epitheton εὔρινος ad *canem* quam ad *greſſum* referri; non igitur recto, ſed generandi caſu poni exiſtimo, ut ſententia ſit, *Opportune autem te educit progreſſio quaſi quædam canis Lacænæ ſagacis* Idem quoque mecum ſenſiſſe videtur *Camerarius.* Vide *Æſchyli Agamem.* v. 1102.

18. Ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ] Verte cum *Camerario*, *Ad hominem inimicum.* Forſan errore Typographi, apud *Johnſonum*, *ob*, pro, *ad*, ponitur.

21. Πρᾶγος ἄσκοπον, *Facinus cujus rationem ne conjectura quidem aſſequi datur.* Eandem habet poteſtatem vox hæc infra *Electr.* 870. *Trachin.* 250. *Heſychius* interpretatur ἄδηλον.

24. Τῷδ' ὑπεζυγην πόνῳ] Quidquid contradicat *Johnſonus*, ὑπεζύγην, proculdubio hîc *paſſive* accipitur, nec fert Græci ſermonis indoles ſubticeri ἐμαυτὸν, potius enim ὑπεζευξάμην formâ mediâ ſcribendum eſſet. Nec quare jugum ab aliis, nobis volentibus impoſitum concipi non poſſit video.

28. Τηνδ' οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν τρέπει] Cum in MStis & editionibus antiquis pro τρέπει legatur νέμει, & verbum hoc apud *Sophoclem* uſitatius ſit, in contextum recipiendum cenſeo. Vide *Camerarium* & *H. Stephanum.*

33. Κ' οὐκ ἔχω μαθεῖν ὅπου] Male hæc interpretati ſunt *Camerarius* & *Johnſonus.* Verte, *Nec a quo diſcam invenio.* Subauditur nimirum præpoſitio ἐξ vel παρά. Genitivos ab iiſdem præpoſitionibus ſubauditis pendentes verbo ἀκούειν, eandem quam hîc τὸ μαθεῖν ſignificationem habenti, addi ſolere oſtendit *Lamb. Bos* in Ellipſ. Græc. p. 336.

36. 37. Καὶ πάλαι φύλαξ ἔβην
Τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ἑδὸν κυνηγίᾳ] Libri quidam habent τῆς σῆς κυνηγίας, quam lectionem præfert etiam *H. Stephanus*; ſed nihil immutari neceſſe eſt, cum φύλαξ dativo optime jungatur. Constructio eſt, Καὶ πάλαι ἔβην εἰς ἑδὸν πρόθυμος φύλαξ τῇ σῇ κυνηγίᾳ.

39. Ὡς ἐστ' ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι] Τὸ σοὶ hîc, ut paſſim alias περιττεύει. Vide not. ad *Eurip. Heracl.* 573.

52. Τὰς ἀγνώστου χαρᾶς] Nodum hîc in ſcirpo quærit *Johnſonus*; ἀγνώστου χαρᾶς proculdubio regitur a verbo ἀπείργω, nec quo ſenſu ab adjectivo δυσφόρους pendere poſſit video.

V. 62. Τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν] Nihil hîc immutandum; particula αὖ oppoſitionem denotat & vocem φόνου paullo præcedentem reſpicit.

77. 78. ΑΘ. Τί μὴ γένηται; πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν;
ΟΔ. Ἐχθρός γε τῷδε τἀνδρὶ, καὶ τανῦν ἔτι.] Ita potius hæc perſonis diſtribuenda cenſeo,

ΑΘ. Τί μὴ γένηται; ΟΔ. Πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν
Ἐχθρός γε τῷδε τ' ἀνδρὶ, καὶ τανῦν ἔτι;

Min. *Quare hoc non fiat?* Ul. *Annon & ante vir hic inimicus quidem fuit huic homini, atque etiamnum quoque inimicus eſt?* Ipſa orationis indoles emendationem noſtram ſatis, opinor, ſtabilit. Particula autem ἔτι non ſignificat, *amplius*, ſicut vertit *Johnſonus*, niſi ſequente aut præcedente formæ comparativæ adjectivo.

82. Φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ἰδεῖν] Libri quatuor *Bodleiani*, editio *Aldina*, & *Camerarius* habent ἐξέστην ὄκνῳ, & ita legiſſe videtur vetus Interpres, qui interpretatur δι' εὐλάβειαν. Hanc veram eſſe lectionem exiſtimo, cum inconcinne admodum repetatur ἰδεῖν, quod paullo præceſſerat, & commode ſubintelligi poteſt, & verbum hoc, vel *Triclinio*, vel ſimili alicui Interpolatori metro imperite caventi, deberi magis ſit veriſimile. Si quid mutandum eſſet, mallem forſan ἐξέστην ὁρᾶν. Sed optime ſe habet etiam ὄκνῳ. Ita *Electr.* v. 323.

Καὶ μὴν ἔγωγ' ἔσωσ' ἐκεῖνον οὐκ ὄκνῳ.

87. Σῖγά νυν ἑστὼς] Rectius *Camerarius*, *Tace nunc jam adſtans.*

112. Χαίρειν Ἀθάνα τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφίεμαι] Verte ex ſententia veterum Interpretum & *Camerarii*, *In ceteris o Minerva, te obſequio meo gaudere velim.* Neque enim hîc ſed poſtea Minervæ valedicit Ajax.

122. Δύστηνον ἔμπας, καίπερ ὄντα δυσμενῆ] Perperam *Triclinius* τὸ ἔμπας cum præcedente ἐποικτείρω jungi debere contendit; cum δυσμενῆ ὄντα proculdubio cohærere intelligendum eſt. Simili prorſus locutionis formula uſus eſt Noſter infra v. 1355.

Ἀλλ' αὐτὸν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδ' ἐμοί.

Monente autem *Scholiaſte*, hîc etiam ἔμπας Attice, non ἔμπης, legendum eſt.

127. Ταπείνωσον] Ita omnino legendum eſt. De hac voce, ejuſque etymologia, vide quæ notavimus in lectionibus *Æſchyleis* ad *Agamemn.* v. 476.

134. Τελαμώνιε παῖ τῆς ἀμφιρύτου] Antepenultima vocis ἀμφιρύτου correpta evidenter oſtendit, haud adeo certam, & extra omnem dubitationis aleam poſitam, eſſe regulam, quam velut certiſſimam tradit Cl. *Daweſius*, Miſcell. Critic. pag. 159. his verbis: "Ser-

"Sermonis Attici eſt proprium omnibus omnino "verbis a ρ prout hodie ſcribuntur incipientibus "duplicis conſonantis vim perpetuam conferre. "Hinc factum videmus ut in omnibus hujuſce-"modi verbis poſt vel augmentum vel vocem "componentem litera ρ apud ſcriptores Atticos "geminetur." Ex exemplis autem ibidem ſubjunctis liquide patet non eam tantum orationis partem quæ a Grammaticis verbi nomine vulgo appellatur ſed omnem omnino vocem virum Cl. hîc intelligi voluiſſe.

V. 140. Μεγαν οκνον εχω, και πεφοβημαι

Πτηνης ὡς ομμα πελειας] *Pierſonus Batavus*, referente & probante *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* 415. pro πτηνης reponit φηνης, ut ſententia ſit, *& trepido, ut oſſifragam timet columba.* Sed magnopere vereor ne, ſi hæc admittatur emendatio, minus accurata evadat orationis ſtructura. Verbum enim πεφοβημαι, cum poteſtate neutra gaudeat, abſolute ponitur, abſque ullo ad rem particularem ad quam referatur, aut in qua terminetur, actio iſta trepidandi, reſpectu. Qualis autem ponitur ipſa actio, talis etiam debet eſſe actionis ſimilitudo, abſoluta ſcilicet hoc in loco & generalis; *trepido ſicut trepidat columba*, non, *trepido ſicut columba timet oſſifragam.*

143. — σε τον ἱππομανη

Λειμων' επιβαντ'] Quiſquis indolem ac poteſtatem articuli τον hoc in loco accurate ac rite expendet, is, opinor, vix ſibi perſuaderi patietur adjectivum ἱππομανη ad Ajacem referri poſſe. Ea enim articuli iſtius ita ut hîc collocati vis eſt, ut τον ἱππομανη neceſſario ſignificare debeat *eum qui vulgo pro inſano notus ac traductus fuerit.* Atqui de Ajace hoc minime verum, in quem ante infelicem illam noctem nulla unquam dementiæ ceciderat ſuſpicio. Rurſus, ſi adjectivum hoc cum ſubſtantivo λειμωνα jungi debere ſtatuamus difficile erit ſignificationem invenire, quæ & huic loco apta ſit, & ſimul, aut ex Græcæ linguæ analogia, aut exemplis ex ſcriptoribus Græcis adductis, aſtrui & confirmari poſſit. Nam quod *Scholiaſtes* interpretatur λειμωνα, εφ' ὸν οἱ ἱπποι μαινονται· η τον αγαν μεμηνοτα, και ανθουντα, και εφυβριζοντα τη χλοη δια το πληθος, utraque hæc expoſitio adeo parum in ſe habet veriſimilitudinis, adeo ab omni analogia aliena eſt, ut eas nulla alia de cauſa in medium attuliſſe merito cenſeri poſſit, quam ne nihil omnino dicere potuiſſe videretur. His expenſis, eo tandem propendeo ut credam, pro ἱππομανη reſcribendum eſſe ἱππονομον, *pratum ſcilicet in quo exercitus equi paſci conſueverant.* Quæ vox & contextui optime convenit, nec longe nimis a veſtigiis veteris ſcripturæ recedit. Ita *Electr.* v. 182. Βουνομον ακταν.

V. 160. Μετα γαρ μεγαλων βαιος αριστ' αν] Δρασαι, quod poſt αριστ' αν apud *Stobæum* ſequitur, manifeſtum eſt gloſſema. Verbum hujus loci ſententiæ idoneum in ſequente ορθοιτο continetur, & inde huc repeti debet. Frequentiſſimum enim eſt, quod nemini non notum eſſe arbitror, apud ſcriptores tum Græcos tum Latinos, cum duo periodi membra ſingula verbum poſcunt, diverſum quidem, ſed cognatæ quodammodo ſignificationis, poſterius tantummodo poni, prius vero ſubticeri & ex altero repetendum relinqui. Vide *Dorvill.* ad *Chariton.* 394 — 401.

161. Υπο μικρων] Concinnior & commodior eſt lectio codicum *Bodleianorum* & editionis *Aldinæ* ὑπο μικροτερων. Vix enim paroemiacos duos invenies non niſi uno dimetro anapæſtico interveniente ſejunctos.

166. Απαλεξασθαι σου χωρις] Lege cum *Daweſio* in Miſcell. Critic. p. 224. σου χωρις αναξ, quam vocem & agnoſcunt codices omnes *Bodleiani* editioque *Aldina*, & aperte ſe ejeciſſe fatetur *Triclinius* metro, ſed fruſtra & imperite, veritus.

167 — 171. *Daweſius*, ubi ſupra, coli notam poſt αγελαι ponendam, & Μεγαν αιγυπιον δ' ὑποδεισαντες legendum cenſet, deleta poſt ὑποδεισαντες diſtinctione. Ego ita potius hunc locum reformandum eſſe puto,

Αλλ' (ὁτε γαρ δη το σον ομμ' απεδραν
Παταγουσιν, ἁτε πτηνων αγελαι)
Μεγαν αιγυπιον γ' ὑποδεισαντες,
Ταχ' αν εξαιφνης ει συ φανειης,
Σιγη πτηξειαν αφωνοι.

Ut illa, ὁτε γαρ δη uſque ad αγελαι incluſive, quaſi interpoſita, & parentheſi includenda cenſeantur. Simili prorſus conſtructione uſus eſt Noſter *Electr.* v. 225.

Αλλ', εν γαρ δεινοις (ſubaudi ειμι) ου σχησω
Ταυτας ατας
Οφρα μ' εχη βιοτος.

Et ibid. v. 258.

Αλλ', ἡ βια γαρ ταυτ' αναγκαζει με δραν,
Συγγνωτε.

Græci etiam ſermonis indoles vix patitur ut poſt particulam αλλα ſequatur το δη, niſi alia de integro inſtituatur oppoſitio. Verte, — *At (nunc enim, cum tuum aſpectum effugerunt, perſtrepunt, velut avium greges) te quidem quaſi magnum aliquem vulturem exhorreſcere ſoliti, ſi forte ex improviſo te in conſpectum dares, ſilentio trepidarent muti.* Participium ὑποδει-

σαντες

σαντες ad *Græcos*, non *ad avium greges*, referri debet, nec ſignificare poteſt, quod putarunt *Scaliger.* & *Johnſonus*, *metu defuncti*, aut *qui timere deſierunt*, neque enim ea aoriſti iſtius vis eſt, ſed *qui ſæpius jam olim metuerunt, adeoque metuere jam adſueti, ad primum conſpectum iterum metuent.*

V. 172. Η ῥα σε Ταυροπολα &c.] *Anne ſcilicet te quæ apud tauros verſatur* &c. Omnia enim in hac ſtropha interrogative & dubitanter dicuntur.

176. Ακαρπωτου χαριν] Peſſime pro ακαρπωτον *Johnſonus* reponit ακαρπωτου. Si enim ita legis, νικη ακαρπωτος erit *victoria infructuoſa* unde nihil cuiquam, ne Ajaci quidem ipſi, commodi rediit; ſin ακαρπωτος vero cum χαριν jungatur, gratia Dianæ, cui victoria accepta referri debebat, infructuoſa intelligenda erit, quod Poetam voluiſſe ſatis ſuperque conſtat. Vide *Triclinium.*

178. Ητ' ελαφηβολιαις] Plene ſcribendum foret ητοι ελαφηβολιαις. Ita μητ' αν, pro μητοι αν, ſæpe ſcriptum reperitur. Vide ſupra v. 86. & infra v. 191. Μη μοι μ' αναξ. Verte autem, *Aut propter cervos quoſdam quos non oportuit venatione occiſos.* Idem ſcilicet hoc in loco valet dativus ac ενεκα ελαφηβολιας τινος. Dativum autem hac conſtructione poſitum hanc vim ac poteſtatem apud Atticos obtinere ſatis conſtat. *Euripid. Helen.* v. 78.

Και ταις εκεινης συμφοραις εμε στυγεις.

Idem *Herc. Fur.* v. 292. 293.

οἱ γαρ ευγενεις
Καμνουσι τοις αισχροισι των τεκνων ὑπερ.

Idem Bacch. 1118. 1119.

Οικτειρε δ', ω μητερ με, μηδε ταις εμαις
Αμαρτιαισι, παιδα σον κατακτανῃς.

Alludit nimirum Chorus ad Agamemnonis ex cervo Dianæ venatione occiſo calamitatem, indeque ſecutam Iphigeniæ immolationem. Caſum hunc ita enarrat Noſter in *Electr.* v. 568 — 574.

Πατηρ ποθ' οὑμος (ὡς εγω κλυω) θεας
Παιζων κατ' αλσος, εξεκινησεν (forte εξεκινησεν) ποδοιν
Στικτον κερασαν ελαφον, οὑ κατα σφαγας
Εκκομπασας, επος τι τυγχανει βαλων.
Κακ τουδε μηνισασα Λητωα κορη
Κατειχ' Αχαιους, ὡς πατηρ αντισταθμον
Του θηρος εκθυσειε την αὑτου κορην.

179. Η τιν' Ενυαλιος] Optime ηντινα repoſuit *Johnſonus*, vox enim iſta pro ινα ſæpe ponitur. Vide *Triclin. Schol.* ad v. 1070.

183. Ουποτε γαρ φρενοθεν γ' επ' αριστερα] Perperam omnino hæc exponit *Scholiaſtes* vulgaris, & perperam ita interpretatur *Johnſonus*, *Nunquam enim aliter a ſana ſaltem mente ad læva devius iſſes.* Ut verbo formæ indicativæ εβας accedat vis potentialis, neceſſario adjuncta requiritur particula αν. Melius Interpres *Baroccianus* φρενοθεν, ηγουν οικοθεν, απο οικειας γνωμης. Melius etiam vidit *Camerarius* & ad hanc ſententiam verſionem ſuam accommodavit. Verte igitur, *Nequaquam enim ex propria mentis ſententia ad læva devius tantopere ibas in greges irruens.*

V. 190. Η της ασωτου Σισυφιδαν γενεας] *Johnſonus* pro της conjicit legendum τους, ſed nihil immutandum. Articulus ἡ facile ſubaudiri poteſt, aut etiam a præcedentibus οἱ μεγαλοι βασιλης, in quibus continetur, repeti. Παις autem γενεας, pro eo qui a genere quodam ortus eſt, vix Græce dici puto.

192. Εθ' ὡδ' εφαλοις] Ωδε *hic*, non *ita.*

193. Verſus eſt ionicus a majore dimeter brachycatalectus.

195. Ταδ' αγωνιῳ σχολᾳ] Cl. Mudge interpretatur, *In hac commoratione caſtrenſi*, eadem propemodum ſignificatione qua ſupra εφαλοις κλισιαις habemus.

196. Antiſpaſticus eſt glyconius.

197. Ωδ' ατα̃ρβητα] Ωδε, *ita, hoc pacto*, non *hic.* Verte, *Inimicorum autem petulantia hoc pacto abſque metu graſſatur.* Verſus autem eſt ionicus a majore (non anapæſticus, quod vult *Triclinius*) conſtans ex ionico, epitrito ſecundo, & ſyllaba.

198. Fallitur *Johnſonus* nihil forſan aliud hic deſignari vocibus iſtis, ευανεμοις βασσαις, dicens, niſi locum ubi poſitum erat Ajacis tentorium. Metaphora plane eſt ab igne per ſylvas vento expoſitas furente deſumpta, qua inimicorum Ajacis animi, ad inſolentiam & contumeliam proclives, eleganter depinguntur. Doceri autem velim, unde noverit *Johnſonus* Ajacis tentorium in ſaltibus ventoſis fuiſſe poſitum; aut quid, ad hoſtium petulantiam quod attinet, intereſſe potuerit, an locum editum ventiſque expoſitum, aut vallis imæ receſſum, occuparet.

199. 200. In metro ionico a minore pœon ſecundus, quippe qui cum metro ionico majore ſympathiam habet, locum obtinere minime poteſt. Ita igitur potius hoſce verſus conſtitui debere exiſtimo,

Παντων καγχα baſis anapæſtica
Ζοντων γλωσσαις βαρυαλγητ'. paroemiacus
Εμοι δ' αχος ἑστακε. ionicus a majore dimeter catalectus.

204. Rectius hæc interpretatur *Triclinius.*

208. 209. Τι δ' ενηλλακται της ἁμερειας
Νυξ ἡδε βαρος] Της ἁμερειας, ſubaudi συμφορας, quæ vox quodam modo etiam continetur in voce βαρος. Idem enim vult τι δε βαρος, ac τιδε βαρειας συμφορας.

φορας.. Conſtructio eſt, κατα τι δε βαρος νυξ ηδε επηλλακται της αμετριας συμφορας. Ita vides verbum paſſivum επηλλακται vim tranſitivam non hîc habere. Αμμειας, quod in quibuſdam legitur libris per metrum hîc ſtare nequaquam poteſt. Nulla enim unquam in αυ fit ſynizeſis.

V. 211. Λεχος δορυαλωτον] Omnino, ut conſtet metrum, legendum eſt δουριαλωτον, hæc enim vox antepenultimam corripit.

212. Simili ſenſu verbo αντεχειν uſus eſt *Euripides Hecub.* v. 120.

Της μαντιπολου Βακχης αντεχων
Λεκτρ' Αγαμεμνων —

216. Ημῖν ὁ κλεινος] Lege ἡμίν, ultimam enim hîc corripit.

220. Κεινου χερνητια τ' ανδρος] Ita apud *Æſchylum Sept. contra Theb.* v. 236. σφαγια & χρηστηρια juncta repeṙiuntur,

Ανδρων ταδ' εστι σφαγια και χρηστηρια.

Valckenar. Animadv. ad Ammon. p. 236. ex interpretatione *Scholiaſtæ*, τολμηματα και πραξεις, excogitavit δραστεια, ſed vocem illam ſubſtantive poſitam nuſquam repertam fore auguror.

222. Αιθωνος αγγελιαν] Recte *Johnſonus* ex duobus *Bodleianis* & *Turnebiana* reponendum cenſet αιθοπος. Ita etiam legerunt *Triclinius*, *Suidas* voce Αιθοψ, & vetus *Scholiaſtes*, ſicut ex *Suida* qui eum exſcripſit, colligere licet. Hic autem recte interpretatur *furioſi*.

223. Φευκτην] Lege ex ſcriptis, φευκταν.

225 Υποκληζομεναν] Recte ὑπὸ κληζομέναν repoſuiſſe videtur *H. Stephanus*.

227. Choriambicus eſt dimeter hypercatalectus.

229. 230. Θανειται παραπληκτῳ
Χερι, συγκατακτας] Diſtingue cum editione *Stephaniana* poſt θανειται, non poſt χερι.

232. Glyconius eſt polyſchematiſtus, vide Hephæſt. p. 60.

233. Ωμοι. εκειθεν εκειθεν αρ' ἡμιν] Melius ſcripti omnes, *Aldina*, & *Turnebiana*, κειθεν, κειθεν.

235. Εισω σφαζ' επι γαιας] Lege εισω 'σφαζ' ut elidatur augmentum.

245. Τιν' ηδη] Recte *Camerarius*, *aliquem nunc*; ſeipſum intelligit Chorus.

250. Ποντοπορῳ ναι μεθειναι] ſubaudi ειρεσιαν, quod a præcedente ειρεσιας repeti debet.

257. 258. — λαμπρας γαρ ατερ στεροπας
Αιξας οξυς νοτος ὡς, ληγει] Cl. Mudge pro ατερ reponit ἀτ' εκ, & poſt αιξας diſtinguit, utrumque, meâ ſententiâ, recte.

V. 259. Φρονιμος νεον αλγος εχει] Elegantius φρονιμον ex *Aldina* & *Bodleianis* reponit *Johnſonus*.

304. Οσην κατ' αυτων ὑβριν εκτισαιτ' ιων] Rectius hæc interpretatur Cl. Mudge, *Quantis ipſos cruciatibus mox regreſſus ulciſceretur.*

305. Επαιξας αυθις ες δομους παλιν] Rectius, ut videtur, cum præceſſerat εναιξας, *Bodleiani* duo, *Aldina*, & *Turnebiana*, απαιξας.

308. Παισας κρεας θωυξιν] Lege κρεα 'θωυξιν.

330. Φιλων γαρ οἱ τοιοιδε νικωνται φιλοι] *H. Stephano* aſſentior, longe commodiorem eſſe *Stobæi* lectionem, νικωνται λογοις.

348. Ιω μοι φιλοι ναυβαται] Rectius in tribus *Bodleianis* & *Aldina* abeſt το μοι, ut verſus ſit periodicus catalectus.

349. Glyconius eſt.

350. Periodicus eſt acatalectus

351. 352. Iambici ſunt dimetri acatalecti.

353. Choriambicus eſt dimeter catalectus.

356. Rectius abeſt μοι in tribus *Bodleianis* & *Aldina*.

363. Πλεον το πημα της ατης πεσει] Genitivus της ατης a comparativo πλεον pendet. Mudge.

364 — 366. Hi tres verſus aſynarteti ſunt ex dochmaicis.

366. Εν αφοβοις με θηρσι δεινον χερας] Verte, *Me inter intrepidas feras manu terribilem.* Neque hæc per ironiam dicit *Ajax* ſed priora ejus præclara facinora, & contra homines, & contra feras, olim patrata, noctis præcedentis caſus indignatus, commemorat. Certe nunquam, quod meminerim, θηρες vocantur *pecudes*.

374. Iambicus eſt dimeter acatalectus ſicut v. 376. idem eſt catalectus.

375. Κλυτοις πεσων αιπολιοις] Quamobrem αιπολια hoc in loco κλυτα vocantur conjicere non poſſum. Neque enim mihi ſatisfacit ironia iſta *Johnſoni*, nec *Scholiaſtæ* expoſitio, ea ſcilicet κλυτα appellari cenſentis δια τας εν αυτοις ταραχας και φωνας. Exiſtimo igitur, ſaltem donec melius aliquid proferatur, legendum eſſe 'κλυτοις pro εκλυτοις, prima vocali brevi proper diphthongum finalem vocis και præcedentem eliſa, *languidis* ſcilicet & *imbecillibus*. Hic autem verſus, ſicut & proxime præcedens, choriambicus eſt purus dimeter acatalectus.

381. Κακοπινεστατον τ' αλημα στρατου] Αλημα idem ſignificat quod αλητης, errorem ſcilicet mendicum, niſi quod contemptum loquentis quodammodo diſertius exprimit. Suggillatur autem Ulyſſes quaſi undiquaque diſcurſans, & quælibet oblata occaſione, ut proxime Achillis arma, mendicans. Mudge.

V. 388. Πως αν τον αιμυλωτατον] Pro πως reſcribi malim ὡς, poteſtate optativa. Votum enim concipi ex Tecmeſſæ reſponſo, Οταν κατευχη τουτ' ſatis patet. Mudge.

392. Ταυτ', ὁμου] Reſcribe τωνδ', ὁμου, prout in duobus *Bodleianis* legitur.

394. 395. Ιω σκοτος εμον φαος ερεμβος
Ω φαεννον ὡς εμοι] Scripti omnes *Bodleiani*, & *Aldina*, habent ερεβος & φαεννοτατον, & ita etiam legiſſe conſtat *Scholiaſtem* veterem. Ερεμβος, & φαεννον, voces ſunt nihili, a *Triclinio* metro ſuccurrere cupiente interpolatæ, quod fatetur etiam ipſe. Sed alia ratione metro ſatis caveri poteſt; ita enim conſtitui debent hi verſus,

Ιω σκοτος εμον φαος, pæonicus dimeter acatalectus
Ερεβος ω φαεννοτατον ὡς εμοι aſynartetus e duabus penthemimeribus trochaicis.

Antithetici ita etiam reſtitui poſſunt,

Ιω πορει ἁλιρροθοι
Παραλα τ' αντρα, και νεμος επακτιον.

400. Pherecratius eſt ex ditrochæo & epitrito catalecto, trochaicum enim metrum ſpondæum locis imparibus nunquam admittit.

401. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus trochaicis.

402. Iambicus eſt dimeter brachycatalectus.

405. 406. 407. Ει τα μεν φθινει, φιλοι
Τοις δ' ὁμου πελας,
Μωραις δ' αγραις προσκειμεθα] Cum nihil hic varient codices, nihil etiam immutandum cenſeo. Sententiam, obſcuriorem licet, ſatis feliciter exponit *Camerarius*, ad cujus mentem verte; *Si alia ruant & evaneſcant* (gloria ſcilicet rerum olim præclare geſtarum) *aliis autem ſimul premar* (ignominia ſcilicet ex nocturna hac expeditione orta) *& ſtultorum ſpoliorum in medio jaceam.*

409. Periodicus eſt catalectus.

411. Α προσθεν ούτος ουκ ετλη ποτ' αν] Rectius *Camerarius*, *Quæ prius iſte nunquam ſuſtinuiſſet.*

427. Ωδε προκειται] *Bodleiani* omnes & *Aldina* προκειμαι, quod forſan melius.

435. Τα πρωτα καλλιστει' αριστευσας στρατου] Senſus eſt, *Summa præ omnibus qui in exercitu una aderant præmia honoraria virtute ſua adeptus.*

443. Κρατος αρετας] Reſcribe ex *Aldina* & tribus *Bodleianis*, κρατης, ut in quarta ſede vitetur anapæſtus.

448. Γνωμης απηξαν της εμης] Ita rectius & elegantius quam quod voluit *Johnſonus*, αιξαν. Recte interpretatur *Camerarius*, *reſiliiſſent*, *aberraſſent.*

V. 475. Τι γαρ παρ' ημαρ ἡμερα τερπειν εχει
Προσθεισα, κατεθεισα του γε κατθανειν] Sententia hujus loci non difficilis eſt, eam vero ita reddere, ut eadem quæ in Græcis orationis forma & conſtructio retineatur, non oppido eſt facile, quod ſatis indicant varia Interpretum tentamina. Ita tamen non incommode verti poſſe puto. *Quid enim dies diei addita jucundum habet quod ipſe ſe appoſuerit, atque ita diſtulerit moriendi diem?*

481. Υποβλητον λογον, *Sermonem ab alio ſuggeſtum.* Eodem ſenſu ſupra v. 188. ὑποβαλλομενοι.

484. Τας δε φροντιδας μεθεις] Verte, *hiſce cogitationibus abjectis.*

485. Τυχη αναγκαια eſt *conditio ſervilis.* Ita apud Homerum Iliad. Π. v. 831. 836. ελευθερον ημαρ & ημαρ αναγκαιον ſibi mutuo apponuntur, ubi vide etiam *Euſtathium.* Hinc etiam, ut videtur, δεσμωτηριον apud Atticos, teſtibus *Heſychio*, *Suida*, & *Harpocratione*, vocabatur Αναγκαιον, & *Tyrannus*, teſte *Heſychio*, Αναγκομιταρχος.

511. Διοισεται, verte ad mentem *Scholiaſtæ Bodleiani*, *procul aſportabitur*, *huc & illuc jactabitur.*

515. Συ γαρ μου πατριδ' ηϊστωσας δορι] Elegantius in *Aldina* & libro *Laudiano* legitur, συ γαρ μοι πατριδ' &c.

531. Και μην φοβοισι γ' αυτον εξελυσαμην] Veriorem eſſe exiſtimo *Camerarii* interpretationem, *Atqui formidine eum exſolvi*, id eſt, ſicut idem recte exponit, *Metu & periculo eripui.* Nunquam enim credo εκλυειν *ablegare* ſignificat.

535. Εγω φυλαξα] Lege εγω 'φυλαξα. Minus etiam neceſſario *Canterus* pro τουτο γ' αρκεσαι, reponi mavult τουτῳ γ' αρκεσαι, accuſativum enim rei eleganter regit verbum αρκειν. Ita paullo ſupra v. 439.

Ουδ' εργα μειω χειρος αρκεσας εμης.

537. Ως εκ τωνδ', *Ut res nunc ſe habent.* Mudge.

547. Τα πατροθεν, ſimpliciter intelligendum puto, *a paterna origine*, ſicut primum vertit *Johnſonus* quanquam poſtea ſententiam mutavit.

558. Εξ οἱου τραφεις] Lege εξ οἱου 'τραφης.

561. Ου τοι σ' Αχαιων οιδα μη τις ὑβρισῃ] Legendum videtur ὑβρισει. Vide *Dawes.* Miſcell. Critic. p. 222.

582. Πυκαζε θασσον] Cum *Grotio*, & ad mentem *Scholiaſtæ Bodleiani*, verti debere opinor, *Decore te gere*, *Compone te ocius.* Subintelligi videtur την φρενα.

607. 608. Λειμωνια μηλων ποα
Ανηριθμος αιεν ευνωμαι] In *Bodleianis* & *Aldina* legitur ποα μηλων quam lectionem ſe, ut metro conſuleret, immutaſſe fatetur *Triclinius* ſed ſucceſſu adeo infelici, ut antitheticos etiam propterea corrumpere neceſſe habuerit. Nulla mutatione facta ita melius conſtitui poſſunt hi verſus,

Λει-

Λειμωνιᾳ ποᾳ Iambicus dimeter brachycatalectus

Μηλων, ανηριθμος idem

Αιεν ευνωμα trochaica penthemimeris.

In iiſdem quoque *Bodleianis* omnibus & in *Aldina* legitur ευνομᾳ, non ευνωμᾳ, & ita legerunt etiam vetus *Scholiaſt.* & *Camerarius.* Ita quoque in veteribus quibuſdam libris ſe ſcriptum reperiſſe fatetur *Triclinius.* Hinc, non incommodâ forſan conjecturâ, reponi poſſe arbitror ευνομας· εν λειμωνιᾳ ſcilicet ποᾳ νομας, ut ſententia ſit; *Longum eſt, ex quo, tempus, in Idæo maneo pratenſi gramine pecudum, ipſe ſemper in eo paſcualis nullo numero habitus.* Vitæ nimirum præſentis incommoda cum præteritæ, quando domi degebat, felicitate comparat Chorus, & poetice exaggerat. Domi ſub tectis habitabat & rura ſua colebat; ante Trojæ vero mœnia ſub dio, humi ſtratus, in pratis ſicut pecus jacebat, ipſe vix majore quam pecus pretio habitus. Et ut hoc quidem ſignificaretur, Chorum nempe pecudis quaſi, & non hominis, ritu vitam in littore Trojano agere, poſt λειμωνιᾳ ποᾳ Poeta μηλων addidiſſe videtur, quæ vox alias otioſa & ſupervacanea videri poſſit, & ut magis adhuc manifeſta ſimilitudo iſta evaderet, ſubjeciſſe etiam ευνομας, ac ſi revera pecudum more victum in pratis quæreret Chorus. Neque obſtat quod ſedem ſecundam in antithetico occupat ſpondæus, non trochæus. Modo enim verſus verſui legitime reſpondeat metro ſatis cavetur, nec neceſſe eſt ut ſinguli etiam pedes ſingulis pedibus congruant.

V. 611. 612. Horum verſuum prior eſt trochaica penthemimeris, alter baſis iambica.

615. Ξυνεςιν εφεδρος, magis ſimpliciter interpretari velim, *Mecum una adeſt hic aſſidens.* Nulla enim certaminis aut luctæ ſignificatio verbo ξυνεςιν ineſt, ut alteram illam, quæ Interpretibus tantopere placuit, ſignificationem huc accerſamus; ita ſupra v. 194. Αλλ᾽ ανα εξ ἑδρανων & v. 460. ναυλοχους λιπων ἑδρας.

618. Πριν ευ ποτε θουρεῳ] *Triclinius* minus neceſſario pro Πριν δη ποτε, quomodo in tribus *Bodleianis* & *Aldina* legitur, repoſuit Πριν ευ ποτε. Verſus enim eſt ionicus a majore dimeter catalectus; prior autem in ionicis a majore ſyllaba communis habetur, aut, quod eodem redit, in prima ſede pro ionico a majore pæona ſecundum ſemper ſubſtituere licet.

619. Νικαντ᾽ εν αρει] Verſus ſcriptura eſt κρατουντ᾽ εν αρει, quam *Triclinius* metro veritus perperam immutavit. Satis autem metro conſultum erit, ſi pro εν reponatur ειν; quod cætera enim attinet, antiſpaſto legitime reſpondet epitritus quartus.

V. 620. 621. Νυν δ᾽ αυ φρενος γ᾽ οιαβοτας φιλοις μεγα πενθος ευρηται] *Bodleiani* omnes & *Aldina* habent οιοβοτας, & ita legerunt vetus *Scholiaſtes* & *Suidas* qui eum exſcripſit. Οιαβοτας vox nihili, nullâque analogiâ formata, a *Triclinio* metro cavente profecta eſt. Nulla autem mutatione facta optime antitheticis reſpondebunt hi verſus ſi ita conſtituantur,

Νυν δ᾽ αυ φρενος γ᾽ οιο-
βοτας φιλοις μεγα
Πενθος ευρηται.

Eâdem ſcilicet analogiâ formatur οιοβοτης, apud Homerum Iliad. Ν. v. 473. Ω. v. 614. οιοπολος & apud *Heſychium* οιοβιος, μονοβιος, οιοχιτων, διχα ἱματιου η μονοχιτων.

628. Εντροφος ἁμερᾳ] Mendum manifeſte latet in voce εντροφος. Verſus enim antitheticus iambicus hemiholius ſimilis præcedenti, nec cum choriambum non habet, choriambicus eſſe, quod vult *Triclinius*, poteſt. Forſan formâ Atticâ legi poteſt ενιτροφος pro εντροφος; ita certe omnia inter ſe optime convenire deprehendentur.

630. Ionicus eſt a majore dimeter acatalectus.

631. Ithyphallicus eſt.

633. Dochmaicus certe eſt, neque, cum a ſpondæo incipiat, trochaicus eſſe poteſt.

656. Και φαντα κρυπτεται] Κρυπτεται hîc paſſive poni exiſtimo, & regi a participio φαντα recto caſu poſito. Verbum enim iſtud tempore præſenti poteſtate media nuſpiam reperiri credo.

660. Εθηλυνθην ςομα, *Aciem mihi molliri ac retundi paſſus ſum.* Continuatur metaphora a ferro, aquis ut indureſcat tincto, atque inde acie firmiore prædito, deſumpta.

665. Μηνιν βαρειαν εξαλευσωμαι θεας] Apud *Heſychium* legitur εξαλυξωμαι.

677. Αρχοντες εισιν, ὡσθ᾽ ὑπεικτεον. τι μη] Perperam lectionem editionis *Aldinæ* & duorum *Baroccianorum*, τιμᾳ, vulgatæ prætulit *Johnſonus.* Nam τιμᾳ priorem nunquam corripit, quod monuit & *H. Stephanus.*

679. Τουτο μεν νιφοςιβεις] Τουτο hîc per ellipſin apud ſcriptores Græcos uſitatiſſimam idem valet ac δια τουτο. *Propter hanc cauſam.* Vide *Bos* Ellipſ. Græc. p. 325. & infra *Antigon.* v. 171. 173.

687. Εγω δ᾽ επιςαμαι γαρ αρτιως ὁτι] Particulæ δε nullus hîc locus eſſe poteſt; præcedentibus enim hæc omnino conſentanea ſunt, neque ulla inſtituitur oppoſitio. Legendum igitur eſt Εγωγ᾽, quo pacto

omnes ſtatim tolluntur difficultates quæ *Triclinium* tantopere torſerunt.

V. 688. Οτ᾽ εχθρος ημων] Pulcherrime *Kuſterus* ad *Suidam* voce Εχθραντος repoſuit ὁ τ᾽ εχθρος ημιν, *Et inimicus nobis.*

696. Υμεις δ᾽ εταιροι ταυτα τηδε μοι ταδε Τιματε] Verte, *Voſque ſocii eadem hæc mandata quæ & hæcce mulier cum reverentia obſervate.* Ita infra v. 1368. φιλοις πιμας τιμων eſt, *amicis obſequi, morem gerere.*

702. Εφεις τι τερπη] Το τι ab *Aldina* abeſt, & ita, fatendum eſt, concinnius procedit metrum; ſed tunc in antithetico etiam omitti debet το γαρ, quod commode quoque ſane abeſſe poteſt, & legendum erit Ελυσιν αινον &c.

704. Verſus eſt ionicus a majore hemiholius. Ad hæc illuſtranda faciunt quæ leguntur in *Æſchyli Perſis* v. 447.

Νησος τις εστι προσθε Σαλαμινος τοπων
Βαια, δυσορμος ναυσιν, ἡν ὁ φιλοχορος
Παν εμβατευει, ποντιας ακτης επι.

715. Verſus eſt aſynartetus ex duabus penthemimeribus iambicis. In antiſtropha vox νεικεων per ſynizeſin fit diſſyllaba.

718. 719. 720. — παρα λευκον Ευαμερον πελασαι φαος Θοαν ωκυαλων νεων] Verte, *Præſto eſt lux candida fauſta ut accedat* (id eſt, mox acceſſura eſt) *ad celeres pontivagas naves.*

726. Τι και φλεγει και ουδεν αναυδητον, ουτι γ᾽ &c.] Verſus antitheticus eſt Ικαριων ὑπερ πελαγεων. Hos duos qui conciliare contendit, is profecto & operam ut ludat & fruſtra ſit neceſſe eſt. Cum enim vox Ικαριων primam producat, ſecundam corripiat, verſus hic quidem choriambicus erit dimeter hypercatalectus, ex choriambo, dijambo pentaſyllabo, & ſyllaba, ille vero iambicus eſt dimeter hypercatalectus qualiſcunque adeoque alteri legitime reſpondere nequaquam poteſt. In libris quidem ſcriptis & in *Aldina* alia longe diverſa reperitur lectio, cujus in editis recentioribus nec vola nec veſtigium comparat, a *Triclinio* nimirum ejecta. Ad hunc enim modum illi,

τι και φλεγει
Κ᾽ουδεν αναυδητον φατιξαι
μ᾽ αν ουτι γ᾽ &c.

Sed ita augetur, non tollitur difficultas, cum hæc vel mole ſua minus adhuc verſui ſtrophico accommodari queant. Manifeſtum eſt igitur quædam huc a mala manu irrepſiſſe. Attente autem circumſpicienti ſtatim ſe produnt iſta τι και φλεγει ad finem verſus præcedentis adſuta. Nimirum και φλεγει gloſſema erat a quodam, *Scholiaſtarum* ritu, ſupra verbum μαραινει ſcriptum, quod deinde in contextum deſcendit. Poſtea particulam τι addidit aliquis, qui vocis Ικαριων modulum, æque ac *Triclinius*, adeo ignorabat, ut dijambum eſſe putaret. A *Triclinio* autem ipſo non fuiſſe additum exinde conſtat, quod in MStis etiam legitur ad ejus recenſionem non interpolatis. His autem rejectis reſtant,

Κουδεν αναυδητον φατιξαι
μ᾽ αν ουτι γ᾽ &c.

choriambicus ſcilicet dimeter hypercatalectus, qui antithetico optime reſpondet; epitritum enim tertium dijambo omnino opponere licet.

V. 734. Προσωθεν στειχοντα, *E longinquo proficiſcentem.*

738. 739. Ὡς ουκ αρκεσει Το μη ου πρεσιν πας κατεξανθεις θανειν] Rectius *Barocciani* & *Turnebiana* ὡς ουκ αρκεσει. Verte autem ad mentem *Camerarii*, *Ut in illo non ſatis præſidii ſit futurum quo minus ſaxis totus laceratus ipſe moriatur*, Ajax ſcilicet.

742. Ληγει δ᾽ ερις δραμουσα του πρεσωτατου] Verte, *Quievit tamen contentio ingraveſcens infra extrema, priuſquam ad extrema deventum eſſet.*

745. Τοις κυριοις γαρ παντα χρη δηλουν λογον] *Johnſonus* mavult δουλον λεγειν, ſed cave quidquam mutes; non enim conſtat Nuntium fuiſſe ſervum, magis veriſimile eſt militem fuiſſe a Teucri cohorte. Quinetiam antitheſes non curioſe ſectatur *Sophocles*; recentiorum potius ſunt iſtæ deliciæ.

752. Ενδοθεν στεγης. *Intus e tentorio.* Mudge.

773. Κεινος δ᾽ απ᾽ οικων ευθυς εξορμωμενος] Αι δυπεραι φροντιδες non ſunt ſemper, quod ait Poeta, σοφωτεραι. *Johnſonus* enim cum recte ευθυς εξορμωμενος, *jam profecturus*, interpretatus eſſet, ſecundis poſtea curis plane contra ſententiæ indolem reddidit, *ſtatim erumpens.*

786. Καθ᾽ ἡμας ουποτ᾽ εκρηξει μαχη] *Ab ea parte quam nos tuendam ſuſcepimus nunquam perfringetur acies.* Mudge.

787. 788. Αστεργη θεας Εκτησατ᾽ οργην] Verte, *Hiſce ſermonibus alienatum a ſe deæ animum nactus eſt.*

789. Αλλ᾽ ειπερ εστι τηδε θ᾽ ἡμερα] Τηδε θ᾽ ἡμερα, ſi plene ſcribatur eſt τηδε τη ἡμερα. Ita ſupra v. 767,

Ελα γαρ αυτον τηδε θ᾽ ἡμερα μετη.

ειπερ εστι autem eſt, *ſi fieri poteſt*, *ſi datur.* ειναι pro δυνατον ειναι ſæpiſſime apud ſcriptores Atticos ponitur. Vide Thucydidem edit. *Duker.* p. 241. 242. 244. & ibid. *Scholiaſt.*

V. 797.

V. 797. Μη χαιρειν τινα] Verte, *Adeo ut aliquis minime ſit gaviſurus.* Voce autem τινα deſignatur ipſa Tecmeſſa. Ita ſupra v. 245. de ſeipſo Chorus Ωρα τιν' ηδη &c.

801. Αιαντος πραξιν] Πραξις hîc & mox infra non *Actionem* ſignificat, ſed *Fortunam, rerum Ajacis Statum.*

802. Lege φης, præeunte *Daweſio* Miſcell. Critic. p. 268.

805. Ωστε μ' ωδινειν τι φης] Lege φῃς. Verte etiam ad mentem *H. Stephani, Adeo ut metu excrucier quidnam dicas.*

809. 810. τηνδε δ' εξοδον
Ολεθριαν Αιαντος ελπιζει φερειν] Verte, *Hunc vero exitum Ajacis* (nimirum ſi contigerit) *exitialem ſe deprehenſurum exiſtimat. Scholiaſtes* autem monet ολεθριως hîc legi pro ολεθριαν, quam lectionem præfert etiam *Canterus*, ſed perperam. Nam ολεθριως τι φερειν, pro ολεθριον τι εχειν ne Græce quidem dici exiſtimo.

812. 813. Τον Θεστορειου μαντεως καθ' ημεραν
Την νυν, ὁ τ' αυτῳ θανατον η βιον φερει] Verte, *Ex vate Theſtoride hac ipſa die,* (non *de hac ipſa die) quod hæc illi mortem aut vitam adfert.* Ad verbum φερει repetitur απο κοινου, η νυν ημερα. Rectius autem *Aldina* μαντεως, non μαντεος.

814. Προστητ' αναγκαιας τυχης] Αναγκαιας τυχης non ab εννεκα ſubaudito regitur, ſed a verbo προστητε. *Prævertite fortunam quæ neceſſaria videtur*, vel, *Obviam ite calamitati huic antequam neceſſaria deveniat.*

816. Ατηλιους, melius *Aldina, Baroccianorum* unus, & *Turnebiani* nonnulli, αδηλιους.

827. Ειτῳ και λογχευθαι χολη] Quamobrem *Johnſonus* pro ειτῳ reponi jubeat ει τῳ, divinare non poſſum. Melior certe eſt vulgata ſcriptura.

834. Εκ δε ταυδε] *Rebus autem prout ſe nunc habent ſe habentibus.* Mudge.

842. Τοσαυτα σ' ω Ζευ προστρεπω] *H. Stephano* aſſentior, veriſimilius eſſe προστρεπω quod in quibuſdam ſuis libris reperit *Turnebus.* Ita certe legiſſe videtur vetus Interpres.

844. Ταχει πηδηματι] Frivola prorſus eſt innovandi cauſa, quod Poeta alias eodem ſenſu uſus eſt voce πισηματι, quo hîc uſurpatur πηδηματι; eadem enim ratione & iſthic reponere poſſumus πηδηματι. Sed Poetæ conſervetur copia ſua & varietas.

879. Κουδεις επισταται με συμπαθειν τοπος] Reponendum cenſeo συμπαθειν, *Neque ullus me condoleſcentem audivit locus, quod certe feciſſem ſi hominem offendere fuiſſet datum.* Mudge.

880. Ιδου, ιδου' δουπον γαρ κλυω τινα] Claudicat metrum, quod ſanari poteſt legendo γαρ αυ κλυω. Editio *Aldina* & codex *Bodleianus* habent αυ, ſed omittunt γαρ.

V. 883. Παν εκβεβηται πλευρον] Nullus hîc accuſativus a voce paſſiva εκβεβηται, quod aſſerit *Johnſonus*, regitur.

886. 887. Αλλ' ουδ' εμοι δη τον αφ' ηλιου μολων
Κελευθον ανηρ ουδαμου δηλοι φανεις] Difficillima eſt hujus loci conſtructio; ita tamen fortaſſe non incommode reddi poteſt; *Neque vero mihi ſane vir hic* (id eſt Ajax) *uſpiam comparens indicat ſe viam ab ortu ſolis profectum*; ut δηλοι cum μολων jungatur, idemque valeat ac δηλοι μολειν, & μολων aoriſti ſecundi participium eſſe & temporis præſentis perfecti notionem repræſentare intelligatur; ſicut paullo ſupra v. 404. Ποι μολων μενω; *Quo profectus manere potero?* Atque hujus quidem conſtructionis exemplum haud multum abſimile infra habes *Antigon.* 248.

δηλοις δ' ως τι σημανων νεον.

Aut ſi cum *Scholiaſte* δηλοι pro δηλουται, verbum activum pro paſſivo poſitum, ſtatuas, quod a Thucydide, notante Dionyſio Halicarnaſſæo, interdum factum eſſe conſtat, tunc ad την κελευθον ſubaudiri poteſt præpoſitio κατα. Forſan etiam media quodammodo poteſtate præditum dici poteſt verbum δηλοι, ut ſubaudiri intelligatur εαυτον, quomodo verbo παρεχειν infra v. 1165. uſus videtur Noſter. Aut forſan denique, unâ tantummodo immutatâ literulâ, reſcribi poteſt δηλος φανεις, ſubaudito εστι. Utcunque ſtatuas, hoc mihi quidem certo certius eſſe videtur, voce ανηρ, non hominem quemvis obvium, ſed ipſum Ajacem deſignari.

890. In editione *Aldina* pro αγρας, melius, ut videtur, legitur ἑδρας.

892. Θεων, verte, *Deorum*, non *Dearum.*

893. Βοσπορων ποταμων] Verte cum *Camerario, Boſporiorum amnium.* Verſus autem dactylica eſt penthemimeris, ſicut & v. 891.

894. Ιδρις, verte, *Gnarus*, non *Gnara.*

895. Ειποιθι πλαζοντ' αν] Cum vetus ſcriptura, fatente *Triclinio*, & aſtipulantibus *Bodleianis* omnibus & *Aldina*, ſit Ειποιθι πλαζομενον, & hæc optime per metrum quod dactylica eſt penthemimeris, ſimilis præcedentibus v. 891. 893, ſtare poſſit, non debuit ille, ex ingenio ut videtur, repoſuiſſe πλαζοντ' αν.

897. 898. Σχετλια γαρ εμοι, τον
Μακρων πονων ουρῳ] Vetus ſcriptura *Bodleianorum* & *Aldinæ*, quamque in ſuis etiam ſe reperiſſe teſtatur *Triclinius*, eſt Σχετλια γαρ εμι γε τον μακρων αλατων πονων. Unde ille, ut metro conſuleret,

 ejecit

ejecit vocem ελατας. Mihi quidem iſta, εμε γε τον, gloſſema longe magis ſapere videntur. Illis igitur ejectis, ita verſus hos conſtitui debere cenſeo,

Σχετλια γαρ μακρων α- ithyphallicus

λαταν πονων ουριῳ periodicus catalectus;

quibus optime reſpondebunt antithetici ex iiſdem *Bodleianis* & *Aldina* reſtituti,

Μεγας αρ' ην εκεινος

Αρχων χερσος πηματων.

V. 900. Αλλ' αμηνητον ανδρα μη λευσσειν όπου] Verte, *Sed hominem mente debilem & ſui non compotem*, Ajacem ſcilicet, *cernere non poſſe ubinam ſit*. Iſta enim, αμηνητον ανδρα de Ajace, non de Choro, certiſſime dicuntur. Cl. Mudge αμηνητον interpretatur *hominem inſtar mortui umbræ evanidum*, & ex oppoſitione inter ωμοκρατη & αμηνητον inſtituta leporem quendam ſectatum Poetam putat.

912. 913. Αναξ τονδε γε συν-
ναυτας. ω ταλας] In *Aldina* & libro *Laudiano* deeſt τον, quæ vox ad ſupplendum metrum addita videtur. Malim autem ſubſtitui particulam γε. Ita enim veteri antitheticorum ſcripturæ magis convenienter conſtitui poſſunt hi verſus,

Αναξ τονδε γε συν-

ναυταν. ω ταλας —

Antithetici erunt juxta *Bodleianorum* & *Aldinæ* ſcripturam,

Αναυδον γ' εργον Ατ-

ρειδαιν τῳδ' αχει —

ita ordine concinniore minuſque intricato collocantur verba. Antiſpaſto vero verſus ſtrophici rite in antiſtropha opponitur epitritus primus.

915. Ως ὡδε τουτ' εχοντος] Verior eſt ſcriptura codicis *Bodleiani*, τουδ' εχοντος. In omni enim voce pluſquam monyſyllaba diphthongus finalis ſequente vocali brevi vix eliditur, ſi excipias diphthongum αι in verbi fine.

917. Αυτος προς αὑτου διλον] Διλον hic adverbialiter, pro more adjectivorum neutrius generis, ponitur, quod *H. Stephano* moleſtiam faceſſere potuiſſe miror.

919. 920. Penthemimeres ſunt dactylicæ.

921. Αφρακτος των φιλων] Malim juxta *Bodleianos* omnes & *Aldinam*,

Αφρακτος φιλων

ut verſus ſit dochmaicus; & in antithetico, aſtipulantibus *Baroccianorum* uno & *Aldina*,

Ο πολυτλας ανηρ.

925. Κειται ὁ δυσπατλος ὁ] Poſterius ὁ, quod ab uno *Baroccianorum* abeſt, rectius omittitur, ut verſus ſit dactylica penthemimeris,

Κειται ὁ δυσπατλος.

Ita melius reſpondebit antitheticus juxta *Bodleianos* tres emendatus,

Ξυν τε διπλοι βασιλης.

V. 949. Επειτ' αγων τοι] Pro επειτ' legendum eſt, ſententia omnino cogente, cum *Scholiaſte* εκειτ'. Errorem Typographo imputandum cenſerem, niſi & in *Stephaniana*, & in *Johnſoniana*, obtinere, & *Johnſonum* etiam εκειτ' inter varias lectiones reponere, viderem.

986. Εν κενοις] *Nemine obſiſtente*, ſcilicet poſt Ajacis mortem. Mudge.

988. Λιπων αυτας τε και γοους διηχεται] Dele το τε quod & ab *Aldina* abeſt, ne anapæſtus ſecundam obtineat ſedem.

993. Αρ' ημπολησας, ὡσπερ ἡ φατις κρατει] *Hoccine præclarorum tuorum facinorum pretium retuliſti, quale fert fama?* Mudge.

999. Ω περισπερχες παθος] Verte, *O calamitas perquam properata*.

1005. 1006. Μη τις ὡς κενης
Σκυμνον λεαινης δυσμενων αναρπαση] *Johnſonus* reponit κενον, ut ad σκυμνον referatur, *catulum* ſcilicet *leæna orbum*. Sed nihil immutandum eſt. Κενης, eſt, *cibo vacuæ*, ac proinde fame ſtimulatæ. Tunc enim potiſſimum cum urget fames, feræ catulos ſuos ſolos relinquunt, ut cibum propriæ vitæ ſuſtentandæ neceſſarium ſibi quærant, & tunc ut plurimum venatores opportunitatem captant catulos aſportandi.

1017. Hæc de fama Ajacis mortui quaſi a deo quodam diſſeminata, ac caſtra Achivorum ſtatim pervadente, ideo Teucrum, ut puto, fuſius commemorantem inducit Poeta, ut preces Ajacis, quas Jovi jam moriturus, ut id ipſum ſibi gratificaretur, fuderat, v. 837. exauditæ cognoſcantur.

1039. Δουλος λογοισιν αντ' ελευθερου φανεις] Sententiam puto eſſe, Oratione quæ ſervum potius quam liberum hominem decet, ut me ab hoc crimine purgem, fruſtra palam habita.

1041. Πανυρ δ' ωφιλησαμαι] Hæc manifeſte vitioſa ſunt. *Triclinius* teſtatur in antiquis quibuſdam codicibus legi πανυρι, atque ita legiſſe conſtat *Scholiaſtas*, tum veterem olim editum, tum eum quem e libris *Bodleianis* primus edidit *Johnſonus*, ita denique edidit *Aldus*. Ut metro autem conſulatur ejicienda eſt particula δε, quæ abſque ullo ſententiæ incommodo abeſſe poteſt. Cl. Mudge cum *Johnſono* malunt ωφιλησαμα.

1044. Αναλου, *flexili, lento, qui in omnem partem ſe flectit dum cadaver expedire ſtudeo*. Mudge.

V. 1047.

V. 1047. Σκεψασθε προς θεων τυχην δυοιν βροτοιν] Malim juxta *Bodleianum* legere την τυχην, ut verſui jucunditas & orationi concinnitas accedat. Ita videtur legiſſe etiam *Triclinius*, qui ſynizeſin notat in voce θεων, quam aliter metrum haud admittit.

1049. Ζωστηρι πεισθεις] *Ita cingulo conſtrictus ut carnes ad oſſa uſque corroderentur.* Mudge.

1077. Ημεις μεν αν τονδ' ην οδ' ειλαχεν τυχην] Non δια, ſed κατα, ante τονδε ſubaudiri debet.

1093. Ενθα μη καθεστηκοι δεος] Apud *Stobæum* edit. *Grot*. tit. XLIII. legitur παρεστηκοι, quod vulgatâ non eſt deterius; ſaltem legendum videtur καθεστηκει.

1096. Κἀν σωμα γεννηση μεγα] Verbum γεννηση mediæ formæ poteſtatem hoc in loco habere videtur. Verte, *Etiamſi magnum corpus ſibi nactus fuerit*. Fateor tamen hanc loquendi formam valde mihi eſſe ſuſpectam. Forſan Poeta ſcripſerit κἀν σωμα γε γεννηση μεγας.

1102. Εξ ουριων δραμουσαν] *Secundo vento feſtinantem*, id eſt, citiſſime. Mudge.

1109. οπως Μη τονδε θαψων, αυτος εις ταφας πεσῃς] Lege πεσεις. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 228.

1111. Ειτ' αυτος εν θανουσιν ὑβριστης γενῃ] Malim duabus vocibus, εν θανουσιν, ſicut apud *Stobæum*, legere. Eadem conſtructione hîc dicitur ὑβριστης εν θανουσιν, ac ſupra v. 366. εν αφοβοις θηροι δεινον χερας.

1116. Lege φης. Idem fac ſis & paullo infra v. 1127.

1119. Που συ στρατηγεις τουδε] Lege cum *Barroccianorum* uno Που συ 'στρατηγεις.

1136. Ως αν ης οἱοσπερ ει] Verte, *Ut talem te prodas qualis revera es*; id eſt, hominem imbellem & nullius pretii.

1137. 1138. Με. Ουκ αν τοιαυτην γλωσσαν εν κακοις φιλω.
Τευ. Τα σκληρα γαρ τοι κἀν ὑπερδικ' η δακνει]
Hos verſus Choro, non Menelao & Teucro, tribuendos cenſeo, quod in editione qua uſus eſt *Camerarius*, quoad priorem tantum, non vero alterum, factum fuiſſe ex ejus ad locum nota conſtat. Chorus enim apud Tragicos fere ſemper moderantis partes ſuſtinet, ut videre eſt in *Euripidis Alceſtide*, *Andromacha*, & alibi. Hoc monuit Horatius Chori officium exponens Art. Poet. v. 196. 197.

Ille bonis faveatque, & concilietur amice,
Et regat iratos, & amet pacare tumentes.

Hunc ipſum locum menti ejus obverſatum cum hæc ſcriberet dixeris. Prius v. 1110. 1111. Menelai erga mortuos inſolentiam reprehenderat Chorus, nunc Teucri nimiam in ſermone aſperitatem pariter culpat. Priora autem illa ad Menelaum monita particula αν manifeſte reſpicit.

V. 1143. Η γλωσσα σου τον θυμον ὡς μεγαν τρεφει] *Lingua tua quantos ſpiritus gerit!* Exprobratio eſt ſcilicet, quaſi lingua tenus tantum animoſus eſſet, cætera frigidior. Mudge.

1153. Μισουντ' ἐμισει] Melior videtur eſſe *Barroccianorum* lectio Μισουντ' ἐμισουν.

1160. Συ δ' ανταχουσῃ τουτον ὡς τεθαψεται] Ita hæc vertunt & intellexiſſe videntur Interpretes ac ſi ad vocem τουτον ſubaudiretur ἐπος aut ſubſtantivum aliquod ſimile quale ad το ἐν in verſu præcedente ſubaudiri conſtat, ſed hoc aperte nimis prohibet generis diverſitas. Proculdubio pronomen iſtud ad ipſum Ajacem referri debet, adeoque locus hic ita verti, *Tu vero viciſſim audies quod hic ſepelietur*. Neque apud Atticos inſolens eſt hujuſmodi conſtructio; hos enim accuſativum pro nominativo ſæpe ponere ſolere exemplis pluribus allatis luculenter oſtendit *Kuſterus* ad Ariſtoph. Plut. v. 55.

1165. Πατειν παρειχε τῳ θελοντι ναυτιλων] Mediæ formæ quodammodo poteſtatem hîc habet verbum παρειχε, & ſubaudire oportet ἑαυτον.

1172. Οργην θ' ὁμοιος] Verte, *Ingenio aut indole mihi ſimilis*. Οργη enim non hîc ſignificat *iram*, ſed *ingenium, animi indolem, mores*. Vide ſupra v. 646. 647.

1202. Αλλ' αρηγεθ' ες' εγω μολω] Sequente ες, voce tenui ſpiritu prædita, legendum eſt ex *Aldina* & codice *Laudiano* αρηγετ'.

1205. Verſus eſt ionicus trimeter brachycatalectus, ex ionico a minore pæone tertio & trochæo.

1207. Δορυσσοντων μοχθων] *Laborum exuberantium inſtar haſtarum quibus horret acies.* Mudge.

1208. Baſis eſt anapæſtica. In antithetico pro σι legendum σιν.

1209. Ανα ταν ευρωδη Τροιαν] Si reſcribas ανα γε ταν, metrum optime antithetico reſpondebit; verſus enim uterque erit periodus, nunc nimium quantum inter ſe diſcrepant. Nec quidquam habet ponderis *Triclinii* excuſatio, ſed majorem potius metri diſcrepantiam arguit. Si enim metrum ionicum non admittit dipodiam octo temporum, qualis eſt diſpondæus, quod certiſſime verum eſt, tunc verſus ſtrophicus erit aut ionicus dimeter hypercatalectus, ex ionico, moloſſo, & ſyllaba conſtans (quanquam neque ita legitime erit conſtitutus, cum moloſſis ſedes tantum impares concedit metrum ionicum a minore) aut ſaltem (cum Τροιαν penultimam corripere poteſt) acatalectus ex ionico & epitrito tertio, antitheticus autem periodicus ex ditrochæo & dijambo. Emendatio etiam *Johnſoni* reponentis ευρωδη nec metrum quidquam adjuvat, nec

nec ſententiam. Veriſimiliter enim admodum ex odio & deteſtatione qua Trojam proſequitur Chorus, eam aut *obſcuram*, aut *ſqualidam*, aut *marcidam* denique, appellare cenſeri poteſt. Quod ſi demum cum codicibus *Johnſonianis* legimus Ιω πονοι in antiſtropha, ne ſic quidem quidquam proficitur quoad metrum; tunc enim antiſtrophæ verſus iambicus erit dimeter acatalectus, qui non magis ionico reſpondet quam periodus.

V. 1218. Κεινος ουτε στεφανων] Veriorem lectionem ſuppeditant *Aldina* & *Bodleiani*, ut verſus ſit choriambicus dimeter acatalectus,

Εκεινος ουτε στεφανων,

cui optime reſpondebit antitheticus, revocato ad initium verſus τῳ και quod *Triclinius* ejecit,

Και πριν μεν ουν εννυχιου.

1223. Epichoriambicus eſt ex choriambo & epitrito ſecundo.

1238. 1239. Τας ἱερας ὁπως προσει-
ποιμεν Αϑανας] Omnino cum *Johnſono* legendum eſt προσειποιμ' αν.

1250. Ουτε σου, διωμοσω] Melior videtur lectio quam memorat vetus *Scholiaſtes*, διωρισω.

1251. Lege φης.

1253. Ποιου ανδρος, ſubaudi περι, non ἑνεκα. Similiter etiam vertit *Camerarius*.

1282. Τουτου γαρ ουδεν σφων εχω λωον φρασαι] Φρασαι, *Quod excogitem*. Ita *Electr*. v. 199. Δολος ην ὁ φρασας.

1285. Ουδ' επι σμικρων πονων] Verte, *Ne in rebus quidem parvi laboris*, quales erant ſepulchri ritus, qui ab Agamemnone abſque ullo periculo Ajaci concedi poterant.

1291. Ερκεων ποϑ' ὑμας οὑτος εγκεκλεισμενους] Genitivum ἑρκεων, non a ſubaudita præpoſitione εντος, ſed a verbo quod mox ſequitur ἐῤῥυσατο, regi exiſtimo. Verte, *e plagis liberavit*. Metaphora ſumpta eſt a venatorum indagine, qua ſicut feræ cinguntur, ita Græci ab Hectore intra vallum incluſi tenebantur. Ita ſupra v. 60. ἑρκη κακα.

1297. 1298. 1299. Haud parum tenebrarum huic loco offudit prava diſtinguendi ratio. Ita diſtinguendum cenſeo,

Τις ταυτ' απειρξεν; ουχ ὁδ' ην ὁ δρων ταδε;
Ον ουδαμου φης ουδε συμβηναι ποδι
Αρ' ὑμιν οὑτος ταυτ' εδρασεν ενδικα.

Verte, *Ille quem dicis nuſquam ne pedem quidem contuliſſe is ſcilicet erat qui revera vobis hæc patravit.*

1298. Lege φης, non φης.

1301. Ακελευστος, *Juſſa præveniens*.

1313. Ο φυτευσας πατηρ] Ut conſtet metrum lege φιτυσας, monentibus *H. Stephano* & veteri *Scholiaſte*, a quo etiam docemur, non Agamemnonis patrem, ſed avum maternum, matrem ejus in mare immiſiſſe. Verte igitur, *Pater qui eam genuit*.

V. 1320. Κειτῳ δωκεν, lege κειτῳ 'δωκεν.

1326. Ημας τρεις, *Me*, *Euryſacem*, & *Ajacem*. Mudge.

1345. 1346. Εξιστιν ουν ειπειτι ταληϑη φιλῳ
Σοι μηδεν ἡσσον η παρος ξυνηρμειν] *Scholiaſtes* uterque, vetus, & a *Johnſono* primus editus, *Triclinius*, codices *Laudianus* & *Baroccianorum* unus, editioneſque veteres, & inter alias *Aldina* & ea qua uſus eſt *Camerarius*, pro ξυνηρμειν, habent ξυνηρετμειν, quod verbum mihi etiam, ut & *H. Stephano* magis arridet. Magis enim fit veriſimile Librarium pro voce metaphorica ξυνηρετμειν, a qua etiam fortaſſis, neſcius penultimam corripi poſſe, ne quid pateretur metrum timebat, vocis magis obviam ejuſque incommodi expertem ξυνηρμειν, quam vice verſa, poſuiſſe. Adjectivum autem φιλῳ cum σοι, non cum ειπειτι, cohærere intelligendum eſt.

1354. Εξ οὑ κρατιστα, lege ἐξ οὑ 'κρατιστα.

1374. Νικα γαρ ἡ αρετη] Lege cum *Baroccianis* ambobus ἡ 'ρετη. Αρετη autem hîc Ajacis virtutem, non Ulyſſis, proculdubio deſignat.

1375. Τοιοιδε μεν τοι φωτες εμπληκτοι βροτων] Εμπληκτοι, *varii*, *inconſtantes*, *mutabiles*. Ita apud *Heſychium*, εμπληκτους, ευμεταϑετους. εμπληκτον, ευμεταβολον. Et ita interpretatur etiam *Suidas* veterem *Scholiaſtem* exſcribens. In eodem ſenſu etiam *Euripides Troad*. v. 1204.

Θνητων δε μωρος ὁστις ευ πραξειν δοκων,
Εμπληκτος ων ανϑρωπος αλλοτ' αλλοσε,
Βεβαια χαιρει. Ita enim hæc legenda in notis *Euripideis* monui.

Veriorem autem eſſe puto lectionem quam ſuppeditant *Bodleiani* omnes, aliique codices teſte *H. Stephano*, εμπληκτοι βροτοις, *leves* & *inconſtantes ab hominibus cenſentur*. Certe quo ſenſu, aut qua conſtructione, βροτων, generandi caſu hîc ſtare poſſit non video.

1382. Και γαρ αυτος ενϑαδ' ἱξομαι] Verte, *Nam & ipſe illuc*, id eſt, ad tumulum, *veniam*; ipſe etiam aliquando ſepulturâ indigebo.

1383. Η πανϑ' ὁμοια πας ανηρ αὑτῳ πονει] Verte, *Omnia profecto efficere quiſque ſtudet ut ſimilia viciſſim ſibi accipiat.*

1386. Ως αν ποιησης] *Quocunque demum modo hoc feceris.*

1413. 1414. Κ'ει τινα στρατου
Θελεις κομιζειν, ουδεν αλγος ἑξομεν] Verte, *Et ſi quem de exercitu alium mortuum honoribus ſepulcralibus mactare vis, non graviter feram.* Κομιζειν enim eſt *mortuum efferre*, unde εκκομιδη, *funeris elatio*. Ita ſu-

pra

pra v. 1066. 1067. νεκρον χερσιν συγκομιζειν. Vide & *Budæum* Comment. p. 334. 335. Hoc autem dicere vult Teucer, " Ulyſſem Ajacis cadaver attingere ſe quidem ægre ferre, propter inimicitias quas cum defuncto geſſerat, ne id huic ingratum ſit; ut quemvis vero alium de exercitu, cum caſus tulerit, eo honore impertiatur, ſe libenter manus daturum.

V. 1424. 1425. Κοσμου ὑπασπιδιου nomine comprehenduntur *Lorica*, *Ocreæ*, *Galea*, *Baltheus*, aliaque arma quæ, aut induta, aut corpori adnexa, in pugna a clypeo prætegi ſolebant.

1426. Συ δη παι του πατρος ὁσον ισχυεις] Verior videtur lectio *Bodleianorum* omnium & *Aldinæ*,

Παι συ δη πατρος γ' ὁσον ισχυεις.

1433. 1434. Και ουδενι πω λωονι θνητων

Αιαντος, ὁτ' ην, τοτε φωνω] In hac conſtructione explicanda miſere ſe torquet *Triclinius*, neque quidquam proficit; nec ſane quomodo quis ex ea ſe expedire poſſit video. Omnino reponendum eſſe exiſtimo,

Κ' ουδενα γαρ πω λωονα θνητων

Αιαντος, ὁτ' ην, τοτε φωνω.

Conſtructio erit, Και γαρ ουδενα πω θνητων Αιαντος ὁτ' ην τοτε λωονα φωνω. *Bodleiani* tres habent κ' ουδενι.

1437. Οτι προξει] *Quænam eum fortuna maneat.*

In SCHOLIA Vetera.

Ad V. 17. Lege Αρχωνδας auctore *Valckenar*. ad *Schol.* in *Eurip. Phœniſſ.* p 764.

26. Lege, Ανιδε δ' εκ πεδιου συνελασσαμεν. Exſtat Iliad. Λ. v. 676.

51. Lege, της χειρας απειρξα, aut Attice απηρξα.

148. Legendum puto προς ἑνα ἑκαστον, vel ἐν' ἑκαστον.

150. Malim εχει τον φθονον.

183. Lege ανευ μανιας.

326. Και δηλος εστι, verba ſunt Poetæ quorum ſequitur interpretatio.

332. Εκμεμαντευται παρα τον φοιτον. Hæc ad aliam lectionem, διαπεφοιταται ſcilicet, pertinere, recte monuit *Valkenar*. ad Ammonium p. 149.

428. Delendam exiſtimo vocem χερῳ ante καμοντι.

635. Pro αφροσυνης, malim ευφροσυνης.

641. Lege ματην δε αντι του ψευδως.

655. Lege μεταβεβλημενος απο.

660. Legitur apud Homerum Odyſſ. ι. v. 319. κειτο μεγαλα ισχοντα.

692. Omnino legendum eſt καταγωγη.

742. Lege, προς Αγαμεμνονα οργης.

V. 795. Lege εδει προτον ειπειν, non ειδησι.

846. Forſan χρανθηναι.

877. Lege και νυξ αποδει.

879. Malim περιελθον.

918. Legendum puto ουκ εδει και τον χρον &c.

936. Pro ελθειν lege ελθειν.

1081. lin. 1. Lege θειναι τοσουτον.

1124. Lege ὑπηκταξο.

1183. Legendum puto, ταχυνας δη, αντι του ταχυνας, σπευσον· κατ' επιτασιν λεγεται της σπουδης.

1313. Lege Τ ψιλον το φυ και βραχυ, quemadmodum habetur apud *Triclinium*.

1375. Verſus Homericus eſt Odyſſ. Υ. v. 132.

Εμπληγδην ἑτερον γε τιει μεροπων ανθρωπων.

1383. Lege τῳ ὑπεικειν.

In SCHOLIA a Johnſono primum edita.

162. Lege φθονειν & φθονουσι, non φρονειν & φρονουσι, & pro διαθρειν reſcribe διαθροειν.

197. Lege ἡγεμονη.

557. Lege γινωσκειν χαιρειν.

1008. Legendum puto ειωθασι ταπειν.

1300. Lege μονου του Εκτορος.

1303. Lege χερσος ἡ ξηρα γη, ſicut habetur in *Scholiis* prius editis.

1306. Lege ὁμολογιαν.

1395. Lege συν ὑμιν.

In Triclinii SCHOLIA.

150. Malim ἁ κατ' αυτου ακουοιεν.

167. Dele comma inter του Αιαντος & φοβερον poſitum.

204. Τηλοθεν εκπαλαι] Legendum forſan τηλοθεν εκ πατρας.

290. Lege ουτε του δοξης ὁρω. Exſtat *Hecub.* v. 370.

583. Pro επιχειρει forſan legendum eſt επιχειρη.

730. Inter ſchemata, lege των συμβαντων Τευκρῳ.

1048. Pro εισπνεοντες malim εκπνεοντες.

1062. Apud *Euripidem Med.* v. 278. legitur Εχθροι γαρ εξιασι.

1098. Lege επηρξε.

1160. Lege μη λαβης εξωθεν εις το τουτον δια.

1240. Inter ſchemata. Και μην &c. Hæc ad v. 1187, referri debent, qui verſus etiam a και μην incipit. Lege autem τον υἱον Αιαντος.

1326. Diſtingue poſt ερυδας, non poſt τινος.

In Triclinii Metrorum Enarrationem.

901. Lege επιτριτον εχοντα πρωτον η αντιπαιστον.

NOTÆ

NOTÆ IN ELECTRAM.

V. 14. ΠΑΤΡΙ τιμωρὸν φόνου] Φόνου a τιμωρὸν regitur, non ab ἕνεκα ſubintellecto.

17. Ὡς ἡμὶν ἤδη] Lege ἡμὶν juxta *Laudiani* codicis ſcripturam.

21. Ὡς ἐνταῦθ' ἐμεν] Recte, meâ ſententiâ, ἐνταῦθ' ἱμεν repoſuit *Daweſius*, quem vide Miſcell. Critic. pag. 281. Numero autem duali ponitur ξυναπτέτον quia aderat & Pylades.

41. Ἡμῖν ἀγγείλῃς σαφῆ] Lege ἡμὶν.

43. Οὐδ' ὑποπτεύσωσιν ὧδ' ἠνθισμένον] Cum præcedat οὐ μὴ, legendum omnino eſt ὑποπτεύσουσιν. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critit. p. 122. Et ita legiſſe videntur vetus *Scholiaſtes* & *Triclinius*. Eandem quoque ſcripturam exhibent *Laudianus*, *Baroccianorum* unus, *Aldina*, & *Turnebiana* in margine.

45. Vide *Stephanum Byzantinum* voce Φανοτεύς.

52. Λοιβαῖσι. Elegantius *Bodleiani* omnes Λοιβαῖς τε.

61. Κακὸν] *Noxium eſſe propter omen infauſtum.* MUDGE.

66. Δεδορκότ'] *Viventem*; Eodem ſenſu βλέποντα in *Ajac.* v. 977. 1086. Ita etiam vertit *Camerarius*.

86. 87. Ὦ φάος ἁγνὸν καὶ γῆς
Ἰσόμοιρος ἀὴρ ὥς μοι] Ita potius hos verſus conſtitui oportere cenſeo,

Ὦ φάος ἁγνὸν
Καὶ γῆς ἰσόμοιρος ἀὴρ ὥς μοι.

Omnia enim hæc ad v. 119. uſque incluſive ſyſtema anapæſticum conſtituunt.

89. Ἀντήρεις ᾔσθου] Ἀντήρεις non, ut vulgo putatur, a verbo ἐρέσσω, ſed a præpoſitione ἀντὶ, derivatur. Vide lectiones noſtras *Euripideas* ad *Elect.* v. 498. Verte igitur *conſentaneos*.

96. Φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξένισεν] Probabiliter ſane *Johnſonus* legendum conjicit ἐξήνυσε. Cl. MUDGE vulgatam interpretatur, *Non hoſpitio excepit*; id eſt, Non interemptum ſepulcro condidit.

104 — 107. Ita potius hos verſus conſtitue,

Στυγερῶν τε γόων, ἐς τ' ἂν λεύσσω
Παμφεγγεῖς ἄστρων ῥιπάς, λεύσ-
σω δὲ τόδ' ἦμαρ, μὴ οὐ τεκνολέτειρ'
Ὥς τις ἀηδὼν —

V. 113. Τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε] Ne verſus dactylicus ſyſtematis anapæſtici partem conſtituens in trochæo deſinat, legendum puto ὁρᾶτέ γε, ſed formâ indicativâ, non imperativâ. *Bentleius* in diſſertatione Anglice ſcripta de *Phalaridis* Epiſtolis p. 141. ne verſus præcedens cretico terminetur legi jubet,

Ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε.

Sed ſententiâ adhuc imperfectâ necdum abſolutâ, nullus paroemiaco poteſt eſſe locus. Nam hephthemimeris quidem anapæſticæ alia prorſus eſt ratio quippe quæ iiſdem legibus quæ per totum ſyſtema obtinent aſtricta tenetur. Neque eſt quare de metro verſus præcedentis quis ſollicitus eſſe debeat; Ἐρινύες enim, liquidâ non geminatâ, & ſecunda brevi, reſcribendum eſt, quomodo vocem iſtam interdum ſcribi oſtendit *Pauwius* ad *Æſchylum Sept. ad Theb.* v. 706. Vide & *Eurip. Phœniſſ.* 1304. *Iphig. in Taur.* 931. 970. 1456. *Ion.* 1083.

114. Τοὺς τὰς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους] Verte ad mentem *Camerarii*, *Eos quibus thalami conjugales furtim invaduntur.*

120 — 252. Melos hoc epodicum eſt tribus conſtans ſtrophis, totidem antiſtrophis, & epodo, quæ incipit a v. 235.

122. Τάκεις ὧδ' ἀκόρεστον οἰμωγὰν] In *Bodleiano* & *Laudiano* legitur ἀκόρετον, quam vocem, minime ut puto Græcam, loco τοῦ ἀκόρεστον repoſuiſſe videntur Librarii, nimium ne quid res metrica detrimenti caperet ſolliciti, ſed ſupervacanea fuit eorum cautio; penultimam enim τοῦ ἀκόρεστον corripi poſſe luculenter oſtendit *Clark.* ad Homer. Iliad B. v. 537. Vide & quæ notavimus ad *Eurip. Hecub.* 184. 683. *Phœniſſ.* 224. 1786. *Electr.* 444. *Cycl.* 52. & infra *Antig.* 141.

123. 124. Dactylici ſunt tetrametri.

125. Κακᾷ τε χειρὶ πρόδοτον] Ut conſtet metrum legendum omnino eſt, aſtipulante *Laudiano*, χερί.

126. Omnino legendum τάδ', ultima enim in τάδε producitur.

V. 128.

V. 128. Hæc non alteram eamque integram, prout in vulgatis, ſed una cum præcedentibus eandem ſtropham conſtituunt. Simili prorſus ratione per totum hoc ſyſtema proceditur, ut unumquodque ejus membrum Chori adlocutionem Electræque reſponſum contineat.

128. Ω γενεθλα γενναιων πατερων] Dactylica eſt hephthemimeris. Ut conſtet autem metrum, aut licentiâ quâdam poeticâ per ſimplicem ν ſcribenda eſt vox γενναιων (quod veriſimilius eſſe puto, cum ſupra exemplum ſimile in voce Βεννας habeamus, & in *Ajace* v.134. metri etiam gratia ſimplici ρ ſcribatur αμφιρυτου) aut certe ſtatuendum vocalem ante duplicem ν ut ante duplicem λ poſſe corripi; vide *Eurip. Ion.* 1083. *Bacch.* 606. *Cycl.* 154. *Herc. Fur.* 1079. *Electr.* 740. 1303.

133. 134. Hi duo verſus dactylicum unum hexametrum conſtituere debent,

Αλλ' ω παντοιας φιλοτητος αμειβομεναι χαριν,

cui in antiſtropha reſpondebit,

Ιω παντλαμων Νιοβα σε δ' εγωγε νεμω θεον.

Omnes iſtos catalectos & hypercatalectos in diſſyllabum nullibi, niſi in Grammaticorum cerebris, exſtare, neque per ipſam metri naturam atque indolem exſtare poſſe, evidentiſſime, ni fallor, oſtendi in lectionibus *Æſchyleis* ad *Agamemnon.* v. 1010.

139. Ουτε γοοισιν ου λιταις] Ut metrum antithetico reſpondeat, lege ex auctoritate omnium *Bodleianorum* & *Aldinæ*, γοοις ουτε λιταις. *Triclinius*, ut ipſe fatetur, primus veterem ſcripturam immutavit.

149. ατυζομενη, lege ex *Bodleianis* omnibus ατυζομενα.

154. Hæc etiam non monoſtrophica ſunt ſed ſtropham & antiſtropham ſecundam conſtituunt. Strophe conſtat verſibus 20, antiſtrophe, quæ incipit Θαρσει μοι θαρσει τεκνον, totidem.

156. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus iambicis. Similis eſt v. 157.

157. Οις ομοθεν ει και γονᾳ ξυναιμος] Verte, *Quibuſcum ex eodem ſanguine prognata es, natuque germana.*

158. Οια Χρυσοθεμις] Οια, id eſt γονᾳ ξυναιμος, ut nihil immutari neceſſe ſit.

159. Anapæſtica eſt hephthemimeris. Ιφιανασσα enim primam producit.

160. Duæ ultimæ του αχεων in unum per ſynæreſin contrahuntur. Cl. Mudge reponendum cenſet αχαν, *tacitus, nullo eloquio latibulum ſuum prodens.* Vulgata αχεων, *mærens*, iis quæ in ſtrophæ hujus principio ponuntur plane contradicit. Viri acutiſſimi conjecturam veriſſimam eſſe puto.

V. 164. 165. Ita hi duo verſus conſtitui debent,

Βηματι μολοντα τανδε γαν Ορεσταν iambicus ſenarius catalectus

Ον εγωγ' ακαματα iambica penthemimeris.

167. Aſynartetus eſt, ſimilis præcedentibus v. 156. 157. ex duabus penthemimeribus iambicis.

170. 171. Τι γαρ ουκ εμοι

Ερχεται αγγελιας απατωμενον] Verte, *Quid enim non mihi venit fallacis ab eo nuncii?* Ad eandem ſententiam *Camerarius*, *Quibus enim non ab illo nunciis fruſtramur?*

175. Εστι μεγας εν ουρανῳ] Ut conſtet metrum legendum videtur,

Ετι μεγας ουρανῳ,

longe etiam, ni fallor, elegantius & ad præcedentia magis appoſite legitur hic ετι quam εστι, quod multo languidius.

180. Θεος per ſynæreſin vox fit monoſyllaba.

182. Βουνομαν εχων ακταν] Mallem cum *Bodleianis* omnibus & *Turnebiana* in margine βουνομον, quanquam ferri etiam poteſt vulgatum.

187. 188. Hi duo verſus non niſi unum conſtituere debent,

Βιοτος ανελπιστος, ουδ' ετ' αρκω.

191. Αλλ' ἁπερ ει τις εποικος] *H. Stephano* & *Cantero* aſſentior legentibus ἁπερει τις, ut ἁπερει pro καθαπερει poſitum intelligatur.

194. Antiſpaſticus eſt prima dipodia iambica cui in antithetico reſpondet epitritus primus.

197. Οτε σοι παγχαλκων ανταια] Pronomen σοι hic παρελκειν puto. Vide ſupra ad *Ajac.* 39. & ad *Eurip. Heraclid.* 573.

198. Anapæſtica eſt hephthemimeris.

203. Ut metrum antiſtrophæ reſpondeat lege cum omnibus *Bodleianis* πλεον αμερᾳ.

207. 208. Τους εμος ειδε πατηρ

Θανατους αικεις διδυμαιν χειροιν] Conſtructio eſt Ω θανατοι, ους (id eſt ους) θανατους εμος πατηρ ειδε &c. In v. 208. ut metrum antiſtrophæ reſpondeat, neceſſe eſt ut fiat ſynizeſis in voce αικεις, & ut pro χειροιν reſcribatur χεροιν.

209. Trochaica eſt hephthemimeris.

211. Οις ὁ μεγας θεος Ολυμπιος] Ut metrum antithetico congruat legendum eſt, aſtipulantibus omnibus *Bodleianis* & *Aldina*, Οις θεος ὁ μεγας. Verſus enim eſt iambicus dimeter acatalectus.

214. Iambica eſt hephthemimeris, non trochaicus dimeter.

218. Rectius, ut videtur, *Aldina* εμπιτνεις. Vulgatum εμπιπτεις ideo ſubſtituiſſe videntur Librarii metro caventes, ut non verſus tantum verſui, ſed & pes

 pedi

pedi antithetico reſponderet. Fit etiam hîc, ſicut ſupra v. 208, ſynizeſis in voce ακιχως.

V. 222. Ουκ ιεισα πλαθειν] Ut metrum ſtrophæ reſpondeat legendum videtur πλαθειν.

228. Τινι γαρ ποτ' αν ω φιλα γενεθλα] Claudicare metrum vidit *Triclinius*, ideoque vocem γενεθλα, liquidâ geminatâ, γεννεθλα ſcribi vult; ſed nullum ſimilis licentiæ exemplum, quod ſciam, apud Atticos Poetas exſtat. Rectius certe *Aldinæ* omniumque *Bodleianorum* auctoritatem ſecutus reſcribes φιλια γενεθλα.

229. Προσφορον ακουσαι μ' επος] Lege cum *Scholiaſte* & *H. Stephano* ακουσαιμ'.

231. Perperam hîc το ανιη primam producere ſtatuit *Triclinius*; nulla enim talis licentia niſi in vocibus pluſquam triſyllabis unquam obtinuit. Vide *Clark.* ad Iliad. A. v. 398.

241. Μητ' ειην εντιμος τουτοις, id eſt, Clytemneſtræ & Ægiſtho; illa enim Chori monita quæ modo præceſſerant μη τικτειν ſcilicet αταν αταις reſpicit Electra. Iidem etiam paullo infra v. 249. voce Οι δε deſignantur. Aliter hæc, & varie, exponunt veteres Interpretes, ſed minus, ut opinor, recte. Omnium autem longiſſime & a Poetæ mente, & a vera verborum poteſtate, aberat *R. P. Brumoy*, qui voce τουτοις, τοις φθιμενοις intelligi putat. Cl. MUDGE reponendum cenſet in verſu præcedente Ει τωι, & illuc referendum το τουτοις.

243. 244. 245. — γονεων
Εκτιμους ισχουσα πτερυγας
Οξυτονων γοων] Conſtructio eſt, Ισχουσα πτερυγας οξυτονων γοων, ὡστε εκτιμους ειναι γονεων, id eſt, ὡστε γονεας μη τιμασθαι δια τουτων. *Siſtens alas acute ſonantium luctuum adeo ut parentes non amplius iis honorentur* & *colantur.*

250. Verſus a ſpondæo incipiens trochaicus eſſe non poteſt. Revera antiſpaſticus eſt.

251. *Triclinius*, ut ex ejus metrorum enarratione colligere licet, videtur legiſſe παντων, ſed æque ſaltem hîc convenit vulgatum άπαντων, ut verſus ſit periodus.

274. Pro ἡμῖν, metro cogente, omnino legendum ἡμῖν; neque aliter edidit *H. Stephanus.* Idem mendum infra v. 359. corrigendum.

281. Πατερα τον αμον] Αμον pro ημον primam producit. Ita infra v. 590.

Πατερα τον αμον αισχυνει ἐξαπωλεσας,

& v. 1516.

Πατερα τον αμον ὡς αν εν ταυτῳ θανης,

& *Euripides Electr.* v. 555.

Ουτος τον αμον πατερ' εθρεψεν ω ξενε.

V. 314. 316. Pro ἡ lege ἦ. MUDGE.

319. Lege φης.

347. Επει θ' ἑλου γε θατερον, η φρονειν κακως] Recte επει θ', id eſt επει τοι, ita ſupra v. 325. επει τ' αν, pro επει τοι αν. Vide ad *Ajac.* v. 178. Pro θατερον vero lege θατερ', aſtipulantibus *Scholiaſte*, duobus *Baroccianis*, *Aldina*, & *Turnebiana* in margine.

365. Εμοι γαρ εστω τουμε μη λυπειν μονον
Βοσκημα] Verte, *Id enim ſolum mihi pro cibo ſit, ut ne me ipſa angam. Canterus*, eumque ſecuti *Johnſonus* & *Taylorus* in notis ad Lyſiam p. 5. pro λυπειν reſcribendum eſſe λιπειν contendunt, ut ſenſus ſit, *Mihi enim ſatis ſit modo cibus ad victum neceſſarius ne me deficiat.* Ingenioſe ſane; ſed cum ſenſum perquam commodum, quam verſione noſtra expreſſimus, ſuppeditet vulgata lectio, non video quare ſit merita ut de poſſeſſione quam hactenus obtinuit dejiciatur, præſertim cum Electræ ingentes ſpiritus animumque indomitum altera melius depingere videatur. Fatendum tamen eſt *Scholiaſtem* veterem in exemplar etiam incidiſſe videri quod λιπειν exhibebat. E duabus enim interpretationibus huic loco appoſitis, prima lectionem iſtam, altera vulgatam, ſpectare videtur.

381. Ει τωνδε μη ληξεις γοων] *Stephani* conjecturam reponentis ληξεις omnino amplector, quam etiam firmat *Baroccianorum* unus.

389. Τουδε γ' ουνεκ', *Si hoc tantum eſt quod caveri oportet, ſi nihil pejus ab eo timendum eſt.* MUDGE.

401. Πεσουμεθ' ει χρη πατρι τιμωρουμεναι] *Scholiaſtes* vetus, *Triclinius*, & *Aldina* habent τιμωρουμενοι quod vulgata ſcriptura certe non deterius eſt. Vide quæ notavimus infra ad *Antigonen* v. 997.

403. Ταυτ' εστι τἀπη σοις κακοις επαινεσαι] Verte, *Dicta illa talia ſunt qualia ignavos probare convenit.*

430. Θεοι εγγενεις, *Dii conſanguinei* vel *gentilitii*, puta, Jupiter & Dioſcuri.

437. Αλλ' η ποαισιν, η βαθυσκαφει κονει
Κρυψον νιν] *Johnſonus* pro ποαισιν reponi vult ποαισιν, *graminibus abſcondito.* At ſi quidquam quidem immutandum eſſet, mallem ῥοαισιν, *undis, fluctibus*, ſed veram eſſe puto vulgatam lectionem. Inter enim κτεισματα illa quæ geſtabat Chryſothemis, capillos etiam a Clytemneſtra capiti ſuo abſciſſos fuiſſe, intelligi non vero abſimile eſt. Atque hos ut vento diſſipandos tradat ſororem monet Electra. Nam in verbo κρυψον, quod ad nomen proximum κονει accommodatur, alterum etiam nomini remotiori ποαισιν idoneum, σκεδασον, puta, aut ſimile quidquam, juxta conſtructionis formam Græcis uſitatiſſimam, contineri intelligitur. Atque hæc

hæc quidem eo veriſimiliora ſunt, quod infra ſuos & ſororis capillos ideo forſan in locum capillorum Clytemneſtræ ſubſtituiſſe videri poſſit Electra, ne ſororis ſcilicet commiſſum materna mandata negligentis quocunque modo deprehenderetur. Diu autem poſt hæc ſcripta tandem comperi mecum facere doctiſſ. *Dorvill.* ad *Chariton.* pag. 398.

V. 444. 445. Σκεψαι γαρ ει σοι προσφιλως αυτη δοκει
Γερα ταδ' ούν ταφοισι δεξασθαι νεκυς,
Υφ' ἧς θανων &c.] Legendum videtur δεξεσθαι non δεξασθαι. Aut ſi hoc retineatur, additâ particulâ αν reſcribendum eſt δεξασθαι 'ν νεκυς. Vide infra ad *Oed. Tyr.* v. 1469. Conſtructio eſt, Σκεψαι γαρ ει σοι δοκει ὁ νεκυς εν ταφοις δεξεσθαι ταδε γερα προσφιλως αυτη ὑφ' ἧς θανων &c. *illi ipſi benevole a qua cæſus.*

446. 447. 448. Υφ' ἧς θανων ατιμος, ὡστε δυσμενης
Εμασχαλισθη κἀπι λουτροισιν καρα
Κηλιδας εξεμαξεν] Diſtinguendum eſſe cenſeo poſt θανων, ut ατιμος cum εμασχαλισθη arcte cohæreat. Verte, *Cujus manu cæſus, ſicut hoſtis turpiter membris truncatus eſt, & inter luſtrationes maculas* (interfectoribus ſcilicet a cæde adhærentes) *in caput ſuum derivatas deterſit.* Non enim ipſe Agamemnon aqua luſtrali caput maculis ablutus aut abſterſus eſt, quod *Johnſono* viſum eſt, ſed ſuper ejus caput Ægiſthus & Clytemneſtra, qui eum interfecerant, maculas a cæde ſibi adſperſas aqua luſtrali diluerant & abſterſerant. Ita enim ſe a piaculo contracto purgare, omnemque μιασμον in ipſum interfecti caput derivare poſſe, ſperabant. Ad καρα igitur ſubaudiendum eſt το κατα.

451. Βοστρυχων ακρας φοβας] Non capillorum apices tantum & ſummitates, ſed ipſos capillos integros ex ea parte qua capiti cohærent hîc ſignificari oſtendit *Victorius* Var. Lect. XXXII. 6. Vide tamen quæ notavimus ad *Eurip. Oreſt.* v. 128.

453. Α'χω δος αυτῳ τηνδ' αλιπαρη τριχα] Ut conſtet metrum, legendum videtur τηνδε γ' αλιπαρη, quæ lectio melius cum ſequentibus, ζωμα ου χλιδαις ησκημενον, convenit, illa quam adfert *Scholiaſtes* τηνδε λιπαρη, *ſupplicem hanc comam.*

469. Αλλ' επισπευδειν το δραν] Rectius, opinor, leges επισπευδε. Mudge.

474. Potius iambicum dimetrum brachycatalectum, hunc verſum dixerim, quam choriambicum, cum nullus in eo contineatur nec choriambus, nec choriambi portio; vocem enim μη ſequente vocali hic non corripi conſtat ex antithetico.

482. Αδυπνοων κλυουσαν] *Johnſonus* nulla neceſſitate cogente reponit κλυουσα. Vide quæ de hac conſtructionis forma adnotavit Cl. Burtonus ad *Antig.* 1014. id eſt juxta edit. *Johnſon.* 1013.

V. 485. 487. Spondæum prima ſede habentes trochaici eſſe non poſſunt. Dochmaici ſunt manifeſti.

494. 495. 496. Αλεκτρ' ανυμφα γαρ επεβα
Μιαιφονων γαμων ἁμιλ-
λημαθ' οἷσιν ου θεμις] Recte vertit *Camerarius, Nam illa inceſtos & impios cruentarum nuptiarum congreſſus contra fas omne appetivit.* De Clytemneſtra enim hæc dicuntur, quæ & ad verbum επεβα ſubauditur. Οἷσιν ου θεμις, επεβαινειν ſcilicet. Cl. Mudge verbum επεβα a nominativo proxime præcedente, Erinnys ſcilicet, potius pendere cenſet, & verti debere, *præſens aderat*; ſed hoc admiſſo, quomodo expedienda ſit conſtructio dativi οἷσιν, non monet.

497 — 500. Προ τωνδε τοι μ' εχει
Μηποτε, μηποθ' ἡμιν
Αψεγες πελαν τερας
Τοις δρωσι και συνδρωσιν] Nemo Interpretum ex iſtis, προ τωνδε, idoneum ſenſum, quem verba quidem revera exprimunt, adhuc elicere potuit. Neque mirum; manifeſte enim corrupta ſunt, adeoque quin reſcribendum ſit προς τωνδε vix dubito. Προς τωνδε, *ab his*, id eſt a Furiis, quarum paullo ante mentio. Ita conſtructio erit, Προς τωνδε τοι των Εριννυων εχει με θαρσος τερας ἡμιν πελαν τοις δρωσι και συνδρωσι μηποτε αψεγες. *Ab hiſce Furiis mihi perſuaſum eſt prodigium hoc auctoribus ſociiſque ſceleris appropinquare, nequaquam innocuum.* Inde orta videtur corruptio, quod cum verſus ſit iambicus, & is qui in ſtropha huic opponitur ex ſolis iambis conſtet, ex nimia circa metrum ſollicitudine, ut pes ſcilicet etiam pedi reſponderet, pro προς προ ſubſtituendum eſſe cenſuerunt Correctores. Sed convenientiam inter antitheticos adeo accuratam minime, quod ſæpe jam diximus, exigunt leges metricæ. Ex interpretatione porro noſtra conſtat, ἡμιν hic ut ſæpe alias abundare, quod vidit etiam *Johnſonus.*

500. 501. Ita hi verſus conſtitui debent ut ſtrophicis reſpondeant,
Τοις δρωσι και συνδρωσιν. ητοι
Μαντειαι βροτων —

515. Non trochaicum ſed ſpondaicum eſt metrum.

528. Εξ εμου καλως] Juxta *Aldinam* & *Stephanianam* diſtinguendum cenſeo poſt εξ εμου, non poſt καλως; quod quidem adverbium cum εξοιδα conjungi debet.

536. Του χαριν τινων] Verte ad mentem Interpretis *Baroc-*

Barocciani, Cujus hominis beneficia collata rependens.

V. 539. Αλλ' αντ' αδελφου δητα Μενελεω] Nullum idoneum ſenſum hîc exprimit præpoſitio αντι. Legendum puto, Αλλ' αυταδελφου δητα Μενελεω, ſubaudi απο κοινου repetendum χαριν πατρ. *Sed fratris germani Menelai credo gratiam rependens.*

547. Μενελεω δ' ενην] Malim cum *Camerario* & Interprete *Barocciano* legere Μενελεῳ dandi caſu, ut ſenſus ſit; *Menelao vero inerat*, propriorum ſcilicet liberorum amor.

553. Γνωμην δικαιαν σχουσα, τους πελας ψεγε] Minime poſt σχουσα diſtinguendum eſt; illa enim, Γνωμην δικαιαν σχουσα, ad Electram non ad Clytemneſtram referri debent. Verte, *Judicium æquum adhibens propinquos tuos* (id eſt Agamemnonem) *culpa*. Senſus eſt, Etiamſi pravam ſententiam tibi ſecuta videar, tamen ſi juſti judicis officio ſatisfacere velis, neceſſe eſt ut patrem tuum prius culpes, qui injuriis ſuis me ad hoc ſcelus ſuſcipiendum adegit.

560. Lege φης.

569. Εξεκινησεν ποδοιν] Mihi quidem potius legendum videtur εξηνικησεν, cum ſequatur ποδοιν.

603. Ο δ' αλλος εξω] Verte, *Ille autem alter peregre.*

607. Τωδε γ' ουνεκα. Vide Mudgii notam ad v. 389.

612. 613. Ορω μενος πνεουσαν· ει δε συν δικη
Ξυνεστι, τουδε φροντιδ' ουκετ' εισορω] Hæc de Clytemneſtra, non de Electra, intelligenda cenſeo. Verte, *Video reginam iram ſpirantem, ſi vero cum jure conjuncta ſit ira iſta, de hac re ſollicitudinem nullam adhuc video.*

626. Συ τοι λεγεις νιν] Νιν, *ea*, numero plurali. Vide *Oed. Tyran.* 887.

638. Δειματων ἁ νυν εχω] Elegantius *Aldina* & tres *Bodleiani* ὡς νυν εχω. Ita paullo infra v. 765.

647. Διπτων ονειρων] Clytemneſtra preces præſente Electra concipiens eam celare voluit, an fauſti vel infauſti fuerit ominis id quod in ſomnis viderat. Duplex igitur ſomnium ſibi oblatum fingit, fauſtum ſcilicet & infauſtum, & preces utrique adaptat.

655. Ευημερουσαν, και τεκνων ὁσων εμοι] Perperam præpoſitionem απο vel εκ ad τεκνων ſubaudiri ſupponit *Camerarius*. Conſtructio eſt, Εμε δομους Ατρειδων αμφεπειν ευημερουσαν, και ξυνουσαν ευημερειν τεκνα εμα ὁσων τεκνων δυσνοια εμοι μη προσεστιν. Aut brevius, τεκνων idem valet hîc ac τα των τεκνων.

670. Εδεξαμην το ρηθεν. *Dictum accipio*, quaſi, peractis modo precibus, omen fauſtum, & quodammodo ipſius dei reſponſum. Mudge.

V. 672. Πραγμα πορσυνων μεγα] Rectius *Camerarius*, *Rem ſignificans magnam.*

677. Lege φης.

683. 684. Κεινος γαρ ελθων εις το κλεινον Ελλαδος
Προσχημ' αγωνος] Verte, *Ille enim profectus ad celebre ſpectaculum quod Græci certaminis decus eſt*, id eſt, Ad celebre certamen quod Græciæ decus eſt. Vide *Budæum* voce Προσχημα. Adjective hîc, ut ſæpe alibi, ponitur Ελλαδος. *Sophoclem* autem hæc κατα προληψιν ſcripſiſſe luculenter oſtendit *P. Faber* Agoniſtic. lib. II. c. 24. p. 351. 354.

685. Ορθιων κηρυγματων] *P. Faber* Agoniſtic. lib. I. c. 30. p. 192. 193. mavult ορθριων κηρυγματων, ut matutinæ, quæ ad Auroram proferuntur, præconiæ athletarum citationes ita deſignatæ intelligantur. Atque hæc quidem emendatio inde ei nata eſt, quod Pauſanias de ludis Olympiis tradit, matutina fuiſſe curſorum ſpectacula, primoſque omnium a præcone ac tubicine citatos illos, & in arenam evocatos. Sed cum hoc æque de certamine equeſtri verum eſſe conſtet ex v. 700. 701. & notum ſit ορθιον νομον appellari modum eum quo in omni certaminis genere certaturos excitare ſolebant tubicines, nihil immutandum eſſe cenſeo. Ita *Euripides Heraclid.* v. 830.

Επει δ' εσημην' ορθιον Τυρσηνικη
Σαλπιγγι, και συνηψαν αλληλοις μαχην —

690. 691. Χωπως μεν εν πολλοισι παυρα σοι λεγω
Ουκ οιδα, τοιουδ' ανδρος εργα και κρατη] Loci hujus conſtructio omnes quos vidi Interpretes, *Camerarium*, *Johnſonum*, & *R. P. Brumoy* latuiſſe videtur. Ita autem, ut opinor, inſtitui debet, Και ουκ οιδα μεν ὁπως σοι λεγω παυρα εργα και κρατη τοιουδ' ανδρος εν πολλοισι. *Atque equidem haud ſcio quomodo tibi referam pauca talis viri facta egregia & victorias inter multa quibus inclaruit.*

694. Παντα τἀπινικια] Τα επινικια hîc ſignificare, non *præmia*, ſed *præconiam victoris renunciationem* luculenter oſtendit *P. Faber* Agoniſtic. lib. II. cap. 13. 14.

711. 712. Σταντες δ' ὁτ' αυτους οἱ τεταγμενοι βραβεις
Κληροις επηλαν, και κατεστησαν διφρους] Pro ὁτ' omnino legendum eſt ἱν', id eſt, ἱνα, *ubi*. Ita etiam in *Aldina* legi poſt hæc ſcripta deprehendo.

717. Φορειθ'] Lege φορειθ', id eſt, εφορειτο. Eliditur autem augmentum verſu præcedente in vocalem longam deſinente, quod æque fieri analogiæ conſentaneum eſt ac vocalem brevem in fine verſus ſenarii elidi, propter verſum ſequentem a vocali incipientem, cujus rei exemplum habes *Oedip. Tyran.* v. 340. 341. Vide etiam *Oed. Colon.* v. 1678.

V. 718.

V. 718. Lege ſimiliter 'φειδοντο augmento eliſo. Vide ad v. præcedent.

719. — ὡς ὑπερβαλοι
Χνοας τις αυτων και φρυαγμαθ' ἱππικα] Verte, *Ut aliquis eorum prætervehi poſſet curruum rotas & equorum ſpumantes flatus.*

724. Σειραιον ἱππον, *Equum funalem.*

727. 728. — εκ δ' ὑποστροφης
Τελουντες ἑκτον ἑβδομον τ' ηδη δρομον] Verte, *In reditu autem, cum ſexto peracto, ſeptimum jam inchoarent curriculum.*

729. Μετωπα συμπαιουσι Βαρκαιοις οχοις] Voce οχοις hic equi deſignantur. Currus enim & equi quaſi rem unam conſtituentes hoc loco conſiderantur, quæ nomen ex parte præcipua, curru ſcilicet, ſortita eſt. Ita apud *Euripidem* Fragment. *Phaethont.* v. 18. Solis equi vocantur πυροφορα οχηματα. Conſtat autem Ænianis equos contra Barcæi equos, non currum, impingere intelligi, quia Ænian, poſtquam circa columnam currum flexiſſet, curſu jam ſexto peracto, ſeptimumque inchoaturus, equis Barcæi jam columnæ appropinquantibus, a fronte, non currui, a tergo, neceſſario occurrere debebat. Stadium enim διαυλον fuiſſe ex deſcriptione patet.

736. Ηλαυνε δ' εσχατος μεν, ὑστερας δ' εχων] Cum præcedit μεν, & ſequitur δε, oppoſitio aliqua aut diverſitas ſemper deſignatur, quæ cum hoc in loco nulla ſit, reponendum opinor, ὑστερας τ' εχων, aut ὑστερας γ' εχων. Niſi forſan vox alia locum του ὑστερας olim tenuerit.

737. Τῳ τελει πιστιν φερων] Verte cum *Camerario*, *Fretus exitu certaminis.*

742. Καρα προβαλλων ἱππικων οχηματων] *Bijugum capita præ ſocio provehens.* Mudge.

747. Αξονος χνοας] Verte ad mentem *Scholiaſtæ* veteris & *Triclinii*, *Axis fiſtulas.* Vide & *Suidam* voce Χνοη.

754. 755. — αλλοτ' ουρανῳ
Σκελη προφαινων] Legendum αλλα τ' ουρανῳ, id eſt αλλα τε ουρανῳ. Mudge.

764. Τοις δ' ειδοσιν οἱπερ ειδομεν] *Canterus*, ut ineptiſſima juxta eum vitetur repetitio, reponi jubet οἱαπερ ειδομεν. Sed nihil immutari neceſſe eſt. Nuntius nequaquam otioſe, nedum inepte, οἱπερ ειδομεν addit, ut ſignificet ſe quoque inter eos fuiſſe qui acerbum hunc caſum oculis ſpectaverant. Οἱπερ ειδομεν hîc idem valet ac ειδομεν γαρ.

785. Νυν δ' ἡμερᾳ γαρ τηδ' απηλλαγμαι φοβου] Diſtinguendum eſt poſt Νυν δ'. Verte, *Jam vero, nam hac ipſa die liberor* &c.

V. 794. Ακουε Νεμεσις του θανοντος αρτιως] Verte, *Audi o Nemeſis illius qui modo interiit*, id eſt, o Nemeſis quæ contumeliam modo mortuo factam ulciſci debes.

802. 803. Επειπερ ουτ' εμου καταξιως
Πεπραξας, ουτε του πορευσαντος ξενου] Recte monuit *Camerarius* πρασσειν non hîc, *facere*, ſignificare, ſed potius *ſorte aliqua* ſive *bona* ſive *mala uti.* Vide ſupra ad *Ajac* v. 801. 1437. Verte igitur, *Quoniam, neque prout me, neque prout hoſpitem qui te miſit, dignum eſt, tecum ageretur.*

820. Ξυνοικος εισομ'] Legendum cenſet *Daweſius* Miſcell. Critic. pag. 281. εσσομαι ξυνοικος; verbum enim εισομαι, duplicato ſigmate, apud Atticos Poetas nunquam in uſu fuiſſe aſſerit. Vide autem infra ad *Antig.* 1250.

825. Potius choriambicum dimetrum acatalectum dixerim, ex epitrito tertio pentaſyllabo & choriambo.

825 — 829. Hos quinque verſus Electræ tribuendos cenſet Cl. Mudge, utpote quorum ſententia hujus perſonæ ſumma deſperatione affectæ magis quam Chori congrua. Judicet Lector, nihil enim ſtatuo.

830 — 834. Metra hæc, quæ recte in editis repræſentantur, perperam conſtituit *Triclinius*; nam quæ a diverſis proferuntur perſonis non in unum contrahenda ſunt verſum. Verſus 830. & 832. anapæſticæ ſunt penthemimeres. Verſus 833. anapæſtus eſt; recte enim in *Bodleianis* omnibus omittitur μη, ut & in antithetico γαρ, quod ultimum ſententia etiam reſpuit.

832. Μηδεν μεγ' αϋσῃς eandem habere puto ſignificationem ac Μηδεν μεγ' ειπῃς, in *Ajace* v. 386. *Ne inſolenter, temere,* aut *contumaciter quidquam contra numen dicas.*

835 — 839. Ita hi verſus conſtitui debent, ut ſint omnes anapæſtici dimetri acatalecti,

Ηλ. Ει των φανερως οιχομενων εις
Αϊδαν ελπιδ' ὑποισεις, κατ' εμου
Τακομενας μαλλον επεμβασει,

& in antiſtropha,

Ηλ. Οιδ', οιδ'· εφανη γαρ μελετωρ αμ-
φι τον εν πενθει. εμοι δ' ουτις ετ' εσθ'·
Ος γαρ ετ' ην φρουδος αναρπασθεις.

845 Παμψυχος ανασσει. Verte ad mentem *Scholiaſtæ Bodleiani* & *Camerarii*, *Animabus omnibus imperat.*

857. Παμμηνῳ] *Per omnes menſes continuato.* Mudge.

858. Δειναν αγουντ' Αχαιων] Et claudicat metrum, & nullum omnino ſenſum efficit vox Αχαιων. *Triclinius* in vetuſtis quibuſdam exemplaribus legi monet

net αιχαιαν, quod & metro convenit, & ad ſententiam non ineptum eſt. Malim tamen omnium *Bodleianorum* & *Suidæ* auctoritatem ſecutus reſcribere αχιων. Si ita enim totus verſus reſtituatur,

Δεινων τε ςυγνων τ' αχιων,

& metrum accurate antithetico reſpondebit, & luculenta plane erit conſtructio.

V. 859. Ειδομεν α θροεις. Verte, *Novimus quæ dicis.*

860. Antiſpaſticus eſt hemiholius, non choriambicus.

861. Trochaica eſt penthemimeris.

862. Lege φης.

901. 902. — και περιςεφη κυκλω

Παντων ὁσ' εςιν ανθεων θηκην πατρος] Genitivus ανθεων pendet, non a κυκλω quod *Johnſono* viſum eſt, ſed a præpoſitione απο ſubintellecta. Vide *Bos* Ellipſ. Græc. p. 321.

906. Τυμβου απεζοτερπτον αλσεν] Τυμβου regitur ab αλσεν, non a præpoſitione in απεζοτερπτον, quod *Johnſono* placuit.

917. 918. — ἡ γε μηδε προς θεους

Εξες' ακλαυςω τησδ' αποςηναι ςεγης] Legendum eſſe puto προς θεων, *per deos.* Nam verba illa pro jurandi formula accipienda, non cum verbo αποςηναι cohærere intelligenda exiſtimo. Non olim, ſicut hodie, in more erat, opinor, ut virgines deorum templa pii officii ergo quotidie fere frequentarent, ſed ſacris domeſticis operari ut plurimum ſatis habuerunt. Ita το μηδε ad verba ſequentia τησδε ςεγης referri debet, iiſque emphaſin ſuam impertit; μηδε τησδε ςεγης, *ne ab hoc quidem tecto.*

920. Ουτε δρωσ' ελανθανεν] Græci ſermonis indoles neceſſario poſtulat ut legatur ελανθαν' αν. Ita infra v. 999. εσωζετ' αν, v. 1028. παν γαρ αν κατειργασω, ubi vide quæ adnotavimus.

925. Κυρος] *Firmamentum, Camerar. Rata ſpes, Certum omen, Conſtantin.*

926. Φευ της ανοιας· ὡς σ' εποικτειρω παλαι] Si cum *Stephano* & *Johnſono* ſtatuis genitivum της ανοιας regi, aut ab ἑνεκα ſubaudito, aut a verbo εποικτειρω, omnino diſtinguendum eſt poſt φευ, non poſt ανοιας. Aliter genitivum iſtum ab exclamatione φευ regi dicendum eſt.

958. Θαλλοντα τ' ευηκοον] Malim θαλλοντα τα γ' ευηκοον.

962. Μη κατοκνησης κτανειν] Cum præcedat ὁπως μη omnino legendum eſt cum duobus *Bodleianis* κατοκνησεις. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 228.

978. Φιλει γαρ προς τα χρηςα πας ὁραν] Τα χρηςα hîc deſignare exiſtimo Utilitatem illam quam ex indole ſtrenua & virtute egregia ſperare licet, quo ſenſu opponitur vox illa τω φαυλω.

V. 989. Ουτε ανδρειας] Lege cum omnibus *Bodleianis.* ανδρειας.

991. Ζωσαιν θανουσαιν θ'] Dativi ſunt, & a verbo πεπρεπειν reguntur.

1004. Των εναντιων χερειν] Forſan melius cum *Aldina.* leges χερι.

1011. Ανει] *Profuerit, Camerar.*

1018. Αρκειτ' εγω σοι κᾳπιλη φυλαξομαι] Verbum φυλαξομαι formâ mediâ hîc notione *cuſtodiendi* non *cavendi*, uſurpatur contra quod ſtatuit *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 97. In eadem etiam notione *cuſtodiendi* paſſive uſurpatur idem verbum *Philoct.* v. 48.

Αλλ' ερχεται τε και φυλαξεται ςιβος.

1024. Δ' ηδειν σ' αποῤῥιψασαν α 'πηγγελλομην] Legendum erit ηδη, non ηδειν, ſi verum eſt quod tradit *Daweſius* in Miſcell. Critic. p. 232. terminationem ſcilicet Atticam ειν non primæ ſingularis præteriti perfecti, ſed tertiæ; primæ vero alteram iſtam η eſſe propriam. Quod ſequitur autem α 'πηγγελλομην ponitur pro α επηγγελλομην, quod & in uno *Baroccianorum* diſerte legitur; & ita expoſuerunt *Scholiaſtes Bodleianus* & *Camerarius.*

1027. Φευ extra metrum poni debet, & ita ponitur in *Bodleianis* omnibus.

1028. Παντα γαρ κατειργασω] Legendum cenſeo cum *Daweſ.* in Miſcell. Critic. p. 260. παν γαρ αν κατειργασω. *Baroccianorum* etiam unus habet παντα γαρ αν κατειργασω.

1030. Hæc a *R. P. Brumoy* perperam ſunt intellecta. Τοιαυτη νουν idem hîc valet ac ἰσον νουν quod præceſſerat.

1032. Peſſime hæc a *R. P. Brumoy* ita verſa ſunt; *Pulchrum eſt magna tentare, etiamſi in diſcrimen incurras inter maxima ſupplicia pereundi.* Significationem ſcilicet vocis εικος non eſt aſſecutus.

1034. Ανεξομαι κλυουσα χ' ὡταν ευ λεγης] Verte cum *H. Stephano*, *Audiam patienter te tum quoque quum conſilia mea laudabis, & te ea aſpernatam eſſe pœnitebit*, id eſt, Veniet aliquando tempus quando te malo tuo edoctam conſilia mea laudantem audiam.

1035 Αλλ' ουποτ' εξ εμου γε μη μαθης τοδε] Pro μαθης, ex ſententia *Stephani*, *Canteri* & *Johnſoni* lege μαθῃς.

1041. Αλλ' ουν εκεινο] *At hoc vide. Camerar.*

1054. Φρονειν τοιαυθ' ουδεν ὧν εγω λεγω] Verte, *Videris nihil eorum curare quæ dico.*

1068. Επισης] Lege επισας præeuntibus *Aldina* & tribus *Bodleianis.* Verſus eſt ionicus a minore dimeter, acatalectus ex ionico pentaſyllabo & ditrochæo. Similis eſt v. 1075.

V. 1071.

V. 1071. Δαερν γαρ ουκ ατιμητοι] Minime neceſſe eſt ut metri gratia corrumpatur ſententia legendo ατιμητοι, nihil enim obſtat quo minus ανδων in antiſtropha primam producere poſſit, cum derivetur ab αειδω, quod interdum primam producit. Vide Homer. Odyſſ. P. v. 519. At aliud in hoc verſu mendum latet. Antiſpaſticus eſt ſcilicet duobus epitritis conſtans, adeoque antithetico, qui choriambicus eſt, non ſatis reſpondet. Deinde, ita nullum hic habere locum poteſt particula γαρ, ut eam in verſionibus ſuis omittere neceſſe habuerint Interpretes quos vidi omnes. Lege igitur cum *Cantero* Δαρον αρ' ουκ, atque ita & metro & ſententiæ abunde conſultum erit.

1079. Φιλοτασιω διαιτᾳ] *Conciliante arbitrio.* MUDGE.

1081. Ηλεκτρα τον αει πατρος

Δειλαια στεναχουσ'] Deeſt manifeſte ſubſtantivum, puta στοναχην aut ſimile quiddam, ad quod referatur articulus τον, quodque adeo a participio στεναχουσα regatur. Egregie autem integram ſcripturam reſtituit Cl. MUDGE reponendo Ηλεκτρ' οιτον, conjectura de cujus veritate nemo, opinor, dubitabit. Quod ſi cui forſan durum videatur, ultimam in Ηλεκτρα longam elidi, quanquam me vix movet ſcrupulus iſte, is abſque eliſione Ηλεκτρα οιτον reponere poteſt, ut ſecunda epitriti longa in duas breves ſoluta intelligatur; vocalem enim brevem ante κτρ corripi poſſe oſtendimus ad *Euripid. Phœn.* v. 1507.

1088 — 1095. Ita hanc ſtropham, cujus ſenſum Interpretes non aſſecuti videntur, verti debere exiſtimo. *Nemo generoſus nobilitatem ſuam dehoneſtare vult, in miſeria vitam agens obſcurus, o filia, filia, ſicut tu elegiſti vitam vulgarem & omnino deflendam, ſpeciem minus honeſtam induta, ut una tantum ratione duo feras præmia* &c.

1090. 1091. Rectius & antitheticis magis congruenter ita leguntur hi verſus in *Aldina* & *Baroccianorum* uno,

> Νωνυμος, ω παι, παι, dactylica penthemimeris
> Ως και συ πανκλαυτον αι periodicus catalectus.

1093. Το μη καλον καθοπλισασα] Legendum videtur καθοπλισαμενα, quod æque admittit metrum. Simili ſenſu verbo ὁπλιζεσθαι uſus eſt Noſter ſupra v. 1001. 1002. τοιουτον θρασος αυτη θ' ὁπλιζῃ.

1099. 1100. 1101. Μοιρᾳ μεν ουκ επ' εσθλᾳ βεβωσαν] Rectius *Aldina* & *Bodleiani* tres εν εσθλᾳ. Ita ſupra v. 1062. 1063. Οτε γαρ εν κακοις Ηδη βεβηκας. Eodem etiam ſenſu reperitur εν βεβηκοσι v. 985. Verte autem, *In fortuna parum felici collocatam.*

V. 1110. Ημων ποθεινην κοινωνειν παρουσιαν] *Communem noſtram & deſiderabilem præſentiam. Camerar.*

1121. Tolle *Aldinam* ſecutus diſtinctionem poſt σοφος.

1123. Τον Ορεστου κακον] Lege Ορεστειον cum *Baroccianorum* uno & *Laudiano.*

1140. Οπως θανων εκεισο τη τοθ' ἡμερᾳ] Οπως, ſequente imperfecto indicativo, per Græci ſermonis indolem vix hic ſtare poſſe videtur. Reſcribi malim Ουτως. *Ita illa ipſa die defunctus jacebas.* Hanc conjecturam quodammodo firmant ſequentia Νυν δ' εκτος οικων &c. ubi νυν opponitur τη τοθ' ἡμερᾳ, & adverſativum δε adverbio ουτως.

1144. Κουτ' εν φιλαισι χερσιν ἡ ταλαιν' εγω] Φιλαις χερσι manifeſte opponuntur ξεναισι χερσιν quæ ſequuntur, ut mirum prorſus ſit *Johnſonum* φιλος idem hic quod τιμος valere ſtatuiſſe.

1147. Ξενησι χερσι, lege cum tribus *Bodleianis* ξεναισι.

1152. Μητρος συ γ' ησθα μαλλον η καμου φιλος] Φιλος hic non eum qui amatur, charus eſt, ſed qui amat, amicus eſt, deſignat. MUDGE.

1154. Εγω δ' αδελφη σοι προσηυδωμην αει] Longe elegantius tres *Bodleiani* σοι προσηυδωμην. *Atque ego ſemper a te ſororis nomine compellabar.*

1158. Τεθνηκ' εγω σοι] Το σοι hic ut ſæpe alibi περιττει. Vide ſupra v. 197. 498. 893. *Ajac.* 39. *Eurip. Heracl.* 573.

1160. Ης εμοι συ πολλακις] Ης regitur a voce ſequente τιμωρος.

1161. Προυπεμπες] Verte, *In anteceſſum miſiſti*, non cum *Johnſono*, *Immature miſiſti.*

1166. 1167. 1168. Ita potius hos verſus conſtitui debere cenſeo,

> Οιμοι, οιμοι, ω δεμας οικτρον
> Φευ φευ,
> Ω δεινοτατας, οιμοι, οιμοι.

1174. Ξυν τοι μετεσχον] Lege cum *Baroccianorum* uno & *Aldina*, Ξυν σοι. Reſpuit enim Doricum τοι ſermo Atticus.

1180. Malim αμηχανων, ut conſtructio ſit, ποι λογων ελθω αμηχανων. Recte in notis ſuis vertit *Johnſonus*, *Ubi ſermonum perplexus feror.*

1191. Ως ουκ αρ' ηδειν] Forſan Ως ουκ αρ' ηδη. Vide not. ad. v. 1024.

1195. Τονδε τ' εχθιω βλεπειν] Recte *Johnſonus Canterum* ſecutus τονδ' ετ' εχθιω.

1199. Τις γαρ σ' αναγκη τηδε προστιθησι βροτων] Malim cum *Aldina* & *Camerario* αναγκη τηδε.

1226. Του γαρ ζωντος ουκ εστι ταφος] Ut conſtet metrum lege cum *Grotio* εστι ταφος.

V. 1239.

V. 1239. Ως τα λοιπ' εχεις αει] Verte, *Quod ad futurum attinet*, id eſt, *dehinc*, vel *impoſterum*, *ſemper me tenes*. Nulla enim opus eſt mutatione.

1245. Iambica eſt hephthemimeris.

1246. Periodicus eſt catalectus.

1247. Trochaica & penthemimeris.

1254. Aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis.

1257. Poſt hunc verſum in editione *Aldina* & *Bodleianis* ſequitur alter,

Ευεσιν, ω εξοιδα πιεσθεισα που

vel ſicut rectius in *Aldina* & *Camerariana* ſcribitur ω δ' εξοιδα. Hunc etiam agnoſcit *Scholiaſtes* uterque, & vulgaris & *Bodleianus*, ideoque a ſe ejectum aperte fatetur *Triclinius*, quod antiſyſtema non niſi uno conſtat verſu. Sed audaciorem illam emendandi rationem minime probandam eſſe cenſeo cum æque fieri potuerit ut negligentiâ Exſcriptorum verſus antiſyſtematis alter exciderit.

1260. 1261. Iambici ſunt dimetri brachycatalecti.

1262. Iambicus eſt dimeter acatalectus.

1264. Τοτ' εργον τουδε μιμνησαι χρεων] Malim cum *Aldina* εργων, quanquam ferri quidem poteſt vulgatum.

1270. Τι δρωσα] Peſſime hæc vertit *P. Brumoy*, *Quidnam tentaturi ſumus*.

1272. 1273. Τις δητ' ουν αξιαν

Σου μοι φανεντος γυν] Hæc lectio *Triclinio* debetur; codices omnes *Bodleiani* & *Aldina* habent,

Τις ουν αν αξιαν γε σου πεφηνοτος,

iambicum ſcilicet ſenarium cui in ſtropha optime reſpondebit,

Αλλ' ου τας Αρτεμιν τας αιεν αδματας.

Doricum τας corripi poſſe oſtendit *Kingius* ad *Euripid. Oreſt.* v. 1517, quod a *Triclinio* ignoratum in cauſa fuiſſe videtur quare veterem ſcripturam immutaverit. Ita vero ad mentem *Camerarii* verte; *Quis autem, te mihi nunc in conſpectum dato, ſilentium dignum quod cum loquela commutetur putet.*

1277. Cave *Johnſono* credas monenti vocem θεου unius eſſe ſyllabæ; ſi enim fit ſynizeſis, quod ille vult, periit metrum.

1278. Οτοτοτοι, quod hic ſe interpolaſſe fatetur *Triclinius*, ut eſſet quod reſponderet primo ſtrophæ tertiæ verſui, v. ſcilicet 1258, nequaquam huic loco convenit; eſt enim exclamatio lugentis & ejulantis, nunquam exſultantis: unde οτοτυζειν apud *Heſychium*, *Suidam*, & *Schol.* Ariſtoph. eſt θρηνειν. Vide etiam *Æſchyl. Agamemn.* v. 1083. 1084. Inferi potius debuit, Ιω, ιω.

1281. Ει σε θεος ες μελαθρα] Hæc etiam lectio *Triclinii* circa metra ſollicitudini debetur. Omnes *Bodleiani* & *Aldina* habent,

Ει σε θεος επωρσεν ithyphallicus

Αμετερα προς μελαθρα.

Dicendum eſt igitur verſum ſtrophæ quartum, qui horum priori reſpondebat, intercidiſſe.

V. 1287. Iambicus eſt dimeter acatalectus.

1288. Iambica eſt penthemimeris.

1289. Ithyphallicus eſt.

1291. Iambica eſt baſis catalecta.

1292. Iambus eſt. Fit enim eliſio & craſis in μη ου.

1295. Iambicus eſt dimeter catalectus. Fit enim eliſio & craſis in Εγω ουδ'.

1296. 1297. Εχον οργαν αναυδον

Ουδε συν βοα κλυουσα ταλαινα] Verte, *In more mihi erat ſilentem agere, nec clamorem edere, quando quidquam de te auditu comperiſſem miſera.* Horum autem verſuum alter trochaicus eſt trimeter brachycatalectus. Cl. Mudge pro κλυουσα reponendum cenſet κλυουσα, & ita hæc interpretatur; *Hactenus miſeræ mihi res fuit cum indole elingui*, Clytemneſtra ſcilicet, *quæque neque cum exclamarem exaudiret.* Si hæc lectio recipiatur, ita metra conſtituenda,

Ουδε συν βοα penthemimeris trochaica

Κλυουσα, ταλαινα. antiſpaſticus dimeter brachycatalectus.

1300. Trochaicus eſt trimeter brachycatalectus. Fit enim eliſio & craſis in Εγω ουδ'.

1308. Τη νυν οδω] *Hac Profectione.*

1317. Κουδ' αν σε λυπησαιμ' βουλοιμην βραχυ] Vetus *Scholiaſtes* legit δεξαιμην, quæ ſcriptura germana & a Poetæ fuiſſe manu videtur, vulgata vero βουλοιμην gloſſa.

1323. Γελωτι φαιδρω τουμον ουλεται καρα] Malim cum duobus *Bodleianis*, *Camerariana*, & *Turnebiana* in margine, aſſentiente etiam *H. Stephano*, φαιδρον.

1339. Ουτ' αν ιδοιμι λαβων] Minime neceſſe eſt ut cum *R. P. Brumoy* hæc ſubmiſſa voce loqui Electram ſupponamus; cum enim duplicem habeant ſenſum, eum ſcilicet quem verba præ ſe ferunt, & alterum ab ipſa duntaxat & Oreſte intellectum, non erat quare caveret illa ne dicta ſua ab egredientibus exaudirentur.

1359. Καλως τα κεινων παντα και τα μη καλως] Hoc Poetam dicere velle exiſtimo; Ad facinus quod tunc moliebantur facilius conſummandum conducere etiam Clytemneſtræ lætitiam (quam non decoram, matri nimirum, appellat) propter fictam Oreſtis mortem, & ſecuritatem exinde ortam.

1394. Λιταιρει χερι] *Supplici manu* Si Interpretem vulgarem

garem ſequeris minus procedit ſyllabæ modulus vide ſupra ad v. 453. & Ariſtoph. Acharn. v. 451.

V. 1395. Εξ οἱων εχω] Verte, ad mentem *Camerarii*, *Ex iis quæ habeo te honorans.* Preces enim tantum, non ſacrificia, habebat Electra.

1400. Antiſpaſticus eſt hemiholius, ex antiſpaſto pentaſyllabo, & epitriti tertii vel quarti, cujus prima in duas breves ſoluta eſt, dimidio.

1401. Το δυσεριστον αἱμα φυσων Αρης] Verte, *Mars ſpirans ſanguinem, pro quo difficillimum erit contra eum contendere*, ut ſcilicet ab effuſione defendatur. Verſus autem aſynartetus eſt ex penthemimeri trochaica & dochmaico. Similis prorſus eſt v. 1403. in cujus antithetico vox νεακονητον duarum primarum ſyllabarum ſynizeſin patitur.

1408. Εισω στεγης] Lege cum *Bodleianis* tribus & *Aldina* στεγας.

1410. Νεακονητον αἱμα χειρων εχων] Lectionem vulgatam nullum idoneum efficere ſenſum cenſuit *Johnſonus*, qui ideo repoſuit εν μαχαιραν εχων, pro ενεχων μαχαιραν. Sed quid obſecro eſt ενεχειν μαχαιραν? An manu gladium tenere? ſed neminem qui ita locutus ſit repertum fore credo. Propius ad veterem ſcripturam reſcribi forſan poteſt αι μαχαιραν εχων, ut αι interjectio ſit commiſerantis. Verte, *Recens exacutum heu gladium tenens.* At cum *Heſychius*, *Suidas*, & vetus *Scholiaſtes*, uno conſenſu vulgatam tueantur ſcripturam, tanta, fateor, eorum eſt apud me auctoritas, ut eam loco movendam vix cenſuerim. Vide Anonymum eruditum de hoc ipſo loco differentem in Obſervat. Miſcel. vol. 1. p. 416.

1433 — 1436. Hæc ſtrophe e duobus verſibus encomiologicis conſtat quorum prior acatalectus eſt, alter catalectus,

Ω πολις, ω γενεα ταλαινα· νυν σε
Μοιρα καθημερια φθινει, φθινει.

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Βατε κατ' αντιθυρον ὁσον ταχιστα
Νυν τα πριν ευ θεμενοι, ταδ' ὡς παλιν.

Μοιρα καθημερια, juxta Cl. Mudge verti debet, *Fatum quotidianum, quod de die in diem aſſidue te perſequitur.*

1446. Ουδ' εχω λεγειν] Verte, *Nec opus eſt ut dicam*, id eſt, ut perconter, *o Oreſta quomodo ſe habet res?*

1454 — 1457 Ita hæc perſonis diſtribuenda cenſeo,

Ηλ. Ω παιδες ουκ αφοξιον; Ορ. εισορατε που
Τον ανδρ' εφ' ἡμιν; Χο. Ουτος εκ προαστιου
Χωρει γεγηθως.

Αντιστροφη β.

Ηλ. Βατε κατ' αντιθυρον &c.

Baroccianorum unum ſecutus lego εφ' ἡμιν pro εφ' ὑμιν, & ex *Bodleianis* tribus reſcribo προαστιου pro προαστου.

V. 1460. Ταδ' ὡς παλιν. Imperfecta abrumpitur oratio, interpellante Oreſte, ita ad *Camerarii* mentem ſupplenda, Ταδ' ὡς παλιν ευ θεντες ὑμιν μελητεον.

1466. Ηπιοι εννεπειν] Libri veteres plerique, ut videtur, habebant ηπιως, quam vocem cum reſpueret metrum, *Triclinius* ex conjectura repoſuit ηπιον; ſed præſtat meâ quidem ſententiâ lectio a veteri *Scholiaſte* in quibuſdam exemplaribus reperta, quamque metrum æque admittit νηπιω εννεπειν. Ægiſthum ſcilicet ſicut infantem verbis mollibus & in aurem quaſi inſuſurratis deliniendum eſſe monet Chorus. Ad hanc certe lectionem quaſi manu ducere videntur præcedentia illa δι' ωτος.

1470. Ημιν αγγειλαι βιαν] Lege ὑμιν ut & ſupra v. 1331. 1388.

1489. 1490. — μηδε προς βιαν
Εμου κολαστου προστυχων φυσῃ φρενας] Verte ad mentem *Camerarii*, *Neque vi & ingratiis me inſuper caſtigatorem nactus ſed ſponte prudentiam gignat*, id eſt, ſibi adquirat. Eodem ſenſu Noſter infra *Oedip. Colon.* v. 838. 839.

— ουδε τῳ χρονῳ φυσας φανῃ
Φρενας ποτ' —

1492. Lege cum duobus *Baroccianis* & *Camerariana* τοις κρειττοσιν.

1494. Ει δ' εστι πημονης ου λεγω] Verte, *Sin vero maneat adhuc vindicta & retributio id quidem non dico*, id eſt, neſcio.

1506. 1507. Ορ. Ου γαρ αιδαιη παλαι
Ζων τοις θανουσιν ουνεκ' ανταυδας εση] Cl. Mudge ſupponit Ægiſtho divinationi dedito, ut infra ex v. 1510. patet, vaticinium olim fuiſſe editum, non ante eum moriturum, aut pœnas flagitiorum daturum, quam cum mortuis prius collocutus eſſet, hoc vero vaticinium hic reſpicere Oreſtem.

1515. 1516. Τι γαρ βροτων αν συν κακοις μεμιγμενων
Θνησκειν ὁ μελλων του χρονου κερδος φεροι] Malim cum duobus *Bodleianis* & *Aldina* legere μεμιγμενον, ut ſenſus ſit, *Cur enim, cum res mortalium malis & infortuniis ſunt commixtæ, qui mori debet temporis lucrum ferat?* Timebat nimirum Electra ne inopinus aliquis caſus Oreſtis vindictam interciperet.

1522. Νυν εστιν αγων] Ut conſtet metrum legendum eſt, Νυν εστ' ὁ 'γων.

V. 1527. Ἡ πασ' ανάγκη] Lege cum *Camerariana* Ἦ πισ' ανάγκη, & ita legiſſe *Johnſonum* ex verſione ejus conſtat, licet, Typographi forſan errore, aliter ediderit.

1530. Αλλ' ου πατρῴαν την τεχνην εκομπασας] A mente Poetæ prorſus aliena eſt interpretatio *R. P. Brumoy*; *Tu me quidem ſecreto interficis, pater vero tuus coram populo Iphigeniam immolavit.* Hoc opinor Oreſti exprobrat Ægiſthus, patrem nempe Agamemnonem mortem illi a ſe intentatam non prævidiſſe.

1536. 1537. Ορ. Μη μεν ουν καθ' ἡδονην

Θανης, φυλαξαι δει με τουτο σοι πικρον] *P. Brumoy* verba iſta τουτο σοι πικρον interpretatur de vulnere lethali illo temporis momento ab Oreſte Ægiſtho inflicto; ſed tunc in proſcenio adhuc moras trahentem ac coram populo eum trucidaſſet, adeoque omne Poetæ in v. 1521 — 1528. artificium, quo cavere voluit ne cruentaretur ſcena, ad irritum caderet. Cum cæteris proinde Interpretibus verba illa ad ea quæ proxime præceſſerant referenda eſſe arbitror, atque ita locum verto. *Ne ſcilicet tuo arbitrio moriare, cavere me convenit ne tibi deſit iſta acerbitas*, manu ſcilicet mea moriendi. Verebatur enim Oreſtes ne Ægiſthus negligenter cuſtoditus ſe ipſe interficeret, atque ita vindictam quam ipſe propriis manibus ſumere debebat fruſtraretur.

1549. Κτεινειν non paſſive pro κτεινεσθαι ponitur, ſed εκεινον ſubintelligitur in præcedente ἐστι latens, ut conſtructio ſit κτεινειν δυνατον εκεινον ἐστι &c.

1543. Τη νυν ὁρμῃ τελεωθεν] Τελεωθεν ad σπερμα referendum videtur. MUDGE.

In SCHOLIA Vetera.

62. Pro Πυθιος ὁ Δηλιος reſcribi jubet *Menagius* Πυρρος ὁ Δηλιος. Eum vide ad Diog. Laert. lib. VIII. §. 41.

180. Malim εποτε δε ουν μετ' αλγους.

413. Pro δειγμαλα malim δειμαλα.

520. Lege καθ' ἡμων λεγειν.

611. Legendum puto αντι του πλουτου.

632. Legendum videtur ουκ εμμενεις οις προτερον ειπας. Hæc enim ad verba iſta verſus 631, ουδ' επισαιου κλυειν pertinent, quod ex ſequentibus patet.

747. Pro Αζομενος πλαμωνι repone ex ipſo Apollonio lib. I. v. 757. Αζονες εν πλημνησι.

V. 1032. Apud Pindarum legitur επει ῥεζοντα τι. Nem. Od. IV. v. 51. 52.

1084. Legendum puto της ιδιας ψυχης.

1101. Lege bis πειστῷ.

1134. Lege Ζωον μεν σε ελειπον.

1272. Pro νοις αφαντος legendum puto σου φανεντος.

1287. Lege χαιρεται ὡδε ἰδων.

1317. Lege Δεξαιμην.

1411. Legendum eſt, ut patet e *Scholiis Bodleianis*, τον ὑπ' αυτου γενομενον δολον.

1507. Lege Τοις ϑανουσι] τῳ Ορεστῃ.

In SCHOLIA a Johnſono primum edita.

66. Hæc ad v. 67. pertinent.

147. Pro διπωλιτως, lege διπολιτως. Exſtat verſus iſte in *Prometh. Vinct.* v. 60.

181. Lege βαρειαν.

441. Pro απο σων των γυναικων lege απασων των γυναικων.

599. Lege ὁ ευτυχης το ευτυχες.

722. Pro πλευθρα legendum puto κλειθρα.

841. Legendum opinor ὡσπερ πασα πολις.

1067. Lege νομισται.

1285. Lege καταλιπειν την ἱκετιν.

1320. Lege πεπονθεν.

1380. Lege τα εν αυτοις βελη.

1446. Lege αμηχανουντα.

In Triclinii SCHOLIA.

142. Legendum puto, ητοι τα καλα απολυουσι.

221. Pro αειστα lege τειστα.

401. Legendum puto προς το ἡμεις τουτο ερειν

794. Lege συνταττει δε το ϑανοντος.

983. Verſus *Euripideus* in *Hecuba* exſtat v. 370.

Ουτ' ελπιδες γαρ ουτε του δοξης ὁρω

Θαρσος —

1051. Lege ει δε το Α (id eſt το πρωτον) προς το αισθ.

1107. Lege ἀνλουντο.

1138. Lege ῥυπωδως.

1283. Lege τοις ινδον.

In Triclinianam Metri Enarrationem.

134. Lege καταληκτικον εις δισυλλαβον.

181. Lege και εππεντου.

512. Lege εξ επιτριτου τεταρτου.

1434. Pro αναπαιστικον lege αντισπαστικον.

N O T Æ

I N

OEDIPUM TYRANNUM.

INter Dramatis Perſonas, pro Θεραπων Πολυβου repone Θεραπων Λαΐου.

In Argumento Ariſtophanis Oedipo Tyranno præfixo v. penult. Διοσαισι χερσιν ἐξετυφλωσεν κορας] In cod. *Pariſ.* & binis *Leidenſ.* legitur ἐξαναλωσιν teſte *Valkenar.* ad *Eurip. Phæniſſ.* 591.

V. 11. Δεισαντες ἢ στεξαντες] Quamvis & veterem *Scholiaſtem*, & *Triclinium*, legiſſe στεξαντες mihi perſuaſum ſit, vix tamen dubito quin Poeta ſcripſerit στερξαντες. Verbum enim στεγειν, quanquam in ſenſu *ferendi* vel *patiendi*, interdum uſurpatur, & apud *Heſychium* per βασταζειν, ὑπομενειν, redditur, ſemper tamen, ut opinor, notionem quandam *tolerantiæ* vel *patientiæ* includit, ex ſignificatione ejus primaria quodammodo derivatam, quæ hujus loci ſcopo parum convenit. Qui enim malum quodvis patienter & æquo animo fert, id non inidonee tegere dici poteſt, cum queſtibus & lamentis abſtineat. Participium autem στερξαντες hîc reddi debet *cupientes*, aut *deſiderantes*, quo in ſenſu verbum στεργειν etiam apud Noſtrum uſurpatum reperitur *Oedip. Colon.* v. 1151.

Στεργω δ' επωδας απραγας
Μολειν γε ταδε και πολιταις.

Et in hac notione æque τῳ δεισαντες opponitur, ac στεξαντες in notione *patiendi*. Immo & ſententiæ multo magis accommodatum videtur. Eorum enim quæ paſſi erant Thebani nec ignarus erat Oedipus, nec eſſe poterat, prout ex ſequentibus patet; an vero timore ſolum, aut rei alicujus obtinendæ deſiderio moti, regiam ejus ſupplicum more circumſedebant, id eum percontari omnino erat veriſimile.

16. Βωμοισι τοις σοις] Deſignantur aræ numinum προστατηριων ante regias portas exſtructæ. Vide *Electr.* v. 639. 1390. 1391. Perperam *Dacierius*, & eum ſecutus *R. P. Brumoy* crediderunt ipſi Oedipo in regiæ atrio aras fuiſſe dicatas; nondum enim, ſæculo quo vixit *Sophocles*, mos ille divinos honores viventibus impertiendi inoleverat. Vide *R. P. Brumoy* vol. 1. p. 5.

V. 17. 18. — οἱ δε συν γηρᾳ βαρεις
Ἱερεις· εγω μεν Ζηνος· οἱ δε τ' ἠϊθεων
Λεκτοι] De vero hujus loci ſenſu magna olim controverſia exorta eſt inter viros celeberrimos *Boivinum* & *Dacierium*. *Boivinus* veteris *Scholiaſtæ* ſententiam ſecutus per verba iſta οἱ δε συν γηρᾳ βαρεις ἱερεις non niſi unum hominem intelligi vult, ipſum ſcilicet Jovis ſacerdotem qui hæc loquitur, & cum ex iis quæ infra dicuntur v. 142 — 148. conſtet ſacerdotem hunc una cum pueris, audito oraculo, diſceſſiſſe, Chorum, qui ſtatim poſt eorum diſceſſum canticum ſuum exorditur, ex primariis Thebanorum viris ab Oedipo accerſitis, & tunc primum in ſcenam prodeuntibus, conſtitutum fuiſſe ſtatuit. *Dacierius* e contra, non Jovis tantum ſacerdotem, ſed aliorum etiam deorum ſacerdotes, qui hunc una cum pueris & juvenibus lectis comitati erant verbis iſtis deſignari contendit, atque hos quidem ſacerdotes poſt illius & puerorum diſceſſum in ſcena manſiſſe, Chorumque conſtituiſſe, aſſerit. Rationes quibus ſententiam ſuam utrinque aſtruere conati ſunt viri eruditi videre poterit Lector in Hiſtor. Acad. Gallic. Inſcript. vol. 11. p. 174. & ſeq. His autem accurate penſitatis mihi quidem videtur utrumque verum partim vidiſſe, partim minus eſſe aſſecutum. Et ad hunc locum quod attinet, numerum pluralem pro ſingulari poſitum, adeo ut οἱ δε συν γηρᾳ βαρεις ἱερεις non niſi unum ſacerdotem denotent, præ-

præſertim protinus ſequente ſingulari εγω μεν Ζηνος, vix mihi perſuadere poſſum, neque conſtructionem talem Græci ſermonis indolem pati exiſtimo. Trium igitur, meâ ſententiâ, ætatum hominibus conſtabat cœtus ille ſupplicum cujus nomine Oedipum hîc alloquitur Jovis ſacerdos, infantibus ſcilicet vix incedere valentibus, ſacerdotibus annis gravibus, & juvenibus e pube Thebana lectis. At hoc nequaquam obſtat quo minus, ſacerdotibus omnibus poſt auditum oraculum una cum pueris & juvenibus egreſſis, Chorus e primariis Thebanorum viris, ab Oedipo paullo ante accerſitis, conſtituatur. Vide infra ad v. 151. Quod autem Editor *Londinenſis* pro ἱερευς, reponit ιερεις, nihil præcipui præ vulgata habet iſta emendatio quo ſe commendet. Particula enim μεν liquide indicat iſta εγω μεν Ζηνος a proxime præcedentibus οἱ δε συν γηρᾳ βαρεις omnino pendere, & quin æque recte dicatur εγω μεν Ζηνος, præcedente ἱερεις unde repeti poteſt vox ἱερευς, ac εγω μεν Ζηνος ἱερευς, nemo opinor dubitabit.

V. 20. Recte *Stephaniana* αγοραισι θακει. In *Johnſoniana*, errore ut opinor Typographi legitur αγοραισιν.

24. Βυθων ετ' ουχ οἱα τε φοινιου σαλου] Ita hunc locum interpretatus eſt *Johnſonus* ac ſi particula τε vice copulæ fungeretur, ſed perperam omnino, ita enim cum οἱα jungi debet ut unum quaſi vocabulum ambo efficiant. Verte, *Et attollere caput adhuc non valet e profundis ſanguinei æſtus.*

27. — εν δ' ὁ πυρφορος θεος
Σκηψας ελαυνει] Præpoſitio εν per tmeſin a participio σκηψας disjungitur.

31. Θεοισι μεν νυν ουκ ισουμενον σ' εγω] Editor editionis *Johnſonianæ* reponendum conjicit ισουμενοι, ſed nihil immutari neceſſe eſt; accuſativus enim ισουμενον regitur a κρινοντες.

34. Εν τε δαιμονων ξυναλλαγαις] *Et in caſibus ex deorum interventu ortis*; hanc vocis ξυναλλαγη poteſtatem plane ſtabilit Noſtri locus in *Oed. Colon.* v. 423. Mudge. Vide etiam infra v. 979. η νοσου ξυναλλαγη, *aut morbi interventu.*

47. Ευλαβηθητι, *Cautionem adhibe.*

49. 50. Αρχης δε της σης μηδαμως μεμνωμεθα
Στηντες γ' ες ορθον και πεσοντες ὑστερον] Perperam hæc reddidit *Johnſonus*; ita verte, *Imperii vero tui nequaquam talem memoriam retineamus, qualem par eſt homines a te primum in ſalutem erectos, deinde vero pereuntes.*

51. Αλλ' ασφαλειᾳ τηνδ' ανορθωσον πολιν] Verte, *Sed in ſecuritatem ſtabilem hanc reſtitue civitatem.* Mudge.

V. 65. Ὡς ουχ ὑπνῳ γ' εὑδοντα μ' εξεγειρετε] Hoc verſu *Dacierius* innui a Poeta putat diei horam qua incipit fabulæ actio, matutinam ſcilicet, paullo poſt ſolis ortum. Mihi magis arridet ſententia *R. P. Brumoy*, hæc non ad literam, ſed metaphorice interpretanda cenſentis, de Oedipi pro republica anxietate ac vigilantia.

73. Και μ' ἡμαρ ηδη ξυμμετρουμενον χρονῳ] Verte, *Et me dies hic cum tempore elapſo jam comparatus moleſtia afficit.*

87. Τα δυσφορ'] Præfero lectionem quam agnoſcit vetus *Scholiaſtes*, τα δυσφημα. Verba enim ominoſa plane & nefanda continebat oraculum, ſcilicet, cædem, pollutionem, exilium. Mudge.

101. Ὡς τοδ' αἱμα χειμαζον πολιν] Pro τοδ' reponendum τηνδ'. Nulla enim ſanguinis hactenus facta eſt mentio. Mudge.

117. Εχρησατ' αν, *Exquirere potuerit.*

125. Ita diſtingue, Επρασσοντ' ενθενδ', ες τοδ' αν τολμης εβη.

140. Τοιαυτῃ χειρι, *Simili cæde.* Mudge.

147. 148. — τωνδε γαρ χαριν
Και δευρ' εβημεν ὧν ὁδ' εξαγγελλεται] Verte, *Nam ideo, ut hæc ipſa impetraremus quæ hic jam palam promittit, huc advenimus.*

151. Chorum hujus tragœdiæ non e ſacerdotibus ſed a primariis Thebanorum conſtare, & nunc primum theatrum ingredi, invictis argumentis contra *Dacierium* oſtendit *Boivinus* Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. vol. II. p. 173. & ſeqq. Atque hoc quidem ex modo dictis v. 142 — 148. cum ſequentibus v. 224. & 231. collatis evidentiſſime liquet. Ibi enim Oedipus turbæ illi ſupplicum imperat, ut a ſedibus ſurgentes ramos, ſupplicantium inſignia, inde ſecum auferant, palam in ſe recipiens ſe omnia facturum ut oraculi juſſa plenum ſortiantur effectum; & ſimul alii cuidam e præſentibus mandat ut populum Thebanum in eundem locum convocet. Deinde Jovis ſacerdos, ſupplices iſtos, quibus ſe ducem & coryphæum præbuerat, ut inde ſurgentes ſe ſequantur, omnibus quippe quæ petierant ab Oedipo impetratis, hortatus abit. Sequitur Chori cantilena, quâ finitâ, populum Thebanum, quem Oedipus v. 224. & 231. diſertim compellat, jam ſcenam intraſſe deprehendimus, eundemque deinceps per totam tragœdiam Chori partes ſuſtinere certum eſt. Vide v. 280 — 285. Eidem igitur populo Thebano, ſeu primariis potius ejus populi viris, qui regiam ut juſſa regis acciperent propius acceſſerant, canticum hoc Choricum proculdubio aſſignari debet,

eoſ-

eoſque brevi poſt ſupplicum diſceſſum intervallo ſcenam ingreſſos eſſe, Chorumque conſtituere, ſtatuendum eſt. Hoc autem ſyſtema Choricum non ab initio monoſtrophicum eſt, ſed prior ejus pars ad v. uſque 175. incluſive κατα χεον eſt, ejuſque metra ita conſtitui debent;

Strophe.

1. Ω Διος αδυεπες φατι, τις ποτε τας πολυχρυσου dactylicus hexameter
2. Πυθωνος αγλαας εβας iambicus dimeter acatalectus
3. Θηβας; εκτεταμαι φοβεραν φρενα dactylicus tetrameter
4. Δειματι παλλων, dactylicus dimeter
5. Ιηϊε, Δαλιε, Παιαν, anapæſticus dimeter catalectus
6. Αμφι σοι ἁζομενος? τι μοι η νεον dactylicus tetrameter
7. Η περιτελλομεναις ὡραις παλιν idem
8. Εξανυσεις χρεος, dactylicus dimeter
9. Ειπε μοι ω χρυσεας τεκνον ελπιδος dactylicus tetrameter (fit ſynizeſis in χρυσεας)
10. Αμβροτε φαμα. dactylicus dimeter.

Antiſtrophe.

1. Πρωτα σε κεκλομενος θυγατερ Διος αμβροτ᾽ Αθανα,
2. Γαιαοχον τ᾽ αδελφεαν
3. Αρτεμιν, ἁ κυκλοεντ᾽ αγορας θρονον
4. Ευκλεα θασσει, (fit ſynizeſis in ευκλεα)
5. Και Φοιβον εκαβολον᾽ ιω
6. Τρισσοι αλεξιμοροι προφανητε μοι,
7. Ειποτε και προτερας ατας ὑπερ
8. Ορνυμενας πολει,
9. Ηνυσατ᾽ εκτοπιαν φλογα πηματος,
10. Ελθετε και νυν.

153. *Johnſoni* interpretationem ſecutus interrogationis notam poſt Θηβας poſui.

154. Εκτεταμαι φοβεραν φρενα] De vi verbi εκτεταμαι conſulendus *Dorvillius* ad Chariton. p. 448.

157. Αμφι σοι ἁζομενος] Verte, *Circa te anxietate plenus.*

158. 159. 160. Τι μοι η νεον
Η περιτελλομεναις
Ωραις παλιν εξανυσεις χρεος] Verte, *Quodnam a me officium, vel nunc præſtandum, vel per annos volventes continuandum, exiges.* Mudge.

162. Φαμα, eſt *Divina vox oraculum reddens*, & ita interpretatur *P. Brumoy*. Vide ſupra v. 86.

166. Γαιαοχον] Verte cum *P. Brumoy*, *Hujus terræ*, Thebanæ ſcilicet, *patronam.*

168. Θρονον ευκλεα, *Sedem inclytam.*

172. 173. 174. Verte, *Siquidem & priore calamitate urbi incumbente penitus exterminaſtis incendium exitiale.*

V. 175. *Triclinium* legiſſe conſtat Ελθετε και νυν, & ita edidit *Aldus*.

176. Ita potius metra conſtituenda puto,

Ω ποποι αναριθμα γαρ periodicus acatalectus
Φερω πηματα dochmaicus.

Voces autem iſtæ Ω ποποι novam inchoant ſententiam, & exclamationis vice funguntur.

178. 181. Dactylici ſunt trimetri acatalecti, vide ad *Electr.* v. 134. Apud *Suidam* autem voce Εγχος, & veterem *Scholiaſtem*, verſus 178. ita legitur,

Ουδε νῳ φροντιδος εγχος,

forſan legendum eſt,

Ουδε νων φροντιδος εγχος,

& ita verſus erit glyconius πολυσχηματιστος hypercatalectus, vide not. ad *Eurip. Helen.* 1318. vel potius epionicus a minore dimeter.

182. Ιηϊων καματων ανεχουσι] Verte, *Dolores ejulantes ſuſtinent.* Vide *Heſychium* voce Ιηϊοις καματοις.

182. 183. 184. Ita hos verſus conſtitui debere cenſeo,

Ιηϊων καματων ανεχουσι γυναικες dactylicus pentameter
Αλλον δ᾽ αν αλλῳ προσιδοις choriambicus dimeter acatalectus.

186 — 189. Ita hos verſus conſtitue,

Κρεισσον αμαιμακετου πυρος ορμενον ακταν dactylicus pentameter
Προς ἑσπερου Θεου iambicus dimeter brachycatalectus
Ων πολις αναριθμος ολλυται choriambicus trimeter brachycatalectus
Νηλεα δε γενεθλα periodicus catalectus.

189. Νηλεα δε γενεθλα] *Proles vero nemine miſerante.* Mudge.

191. 192. Ita hos verſus conſtitue,

Κειται ανοικτως iambica penthemimeris
Εν δ᾽ αλοχοι πολιαι τ᾽ επι ματερες dactylicus tetrameter.

193. Ακταν παρα βωμιον] Verte, *Prope margines altarium.* Metrum autem ionicum eſt a majore dimetrum catalectum.

194. Aſynartetus eſt ex dimetro dactylico & baſi iambica.

196 — 199. Ita hos verſus conſtitue,

Παιων δε λαμπει iambica penthemimeris
Στονοεσσα τε γηρυς ὁμαυλος anapæſtica hephthemimeris
Ων ὑπερ ω χρυσεα θυγατερ Διος dactylicus tetrameter (fit ſynizeſis in χρυσεα)
Ευωπα πεμψον αλκαν iambica hephthemimeris
Αρεα τε τον μαλερον epichoriambicus dimeter.

Delen-

Delendum autem cenſeo το τι quod conſtructionem turbat. Ita verſus evadet penthemimeris dactylica.

V. 202. Παλιϲσυτον δραμημα νωτισαι] Νωτιζειν, διωκειν, πεμπειν. *Heſych.*

203. Πατρας επουρον] Omnino ſcribendum eſt, *Aldina* præeunte, απουρον, quomodo etiam in nonnullis codicibus legiſſe videtur vetus *Scholiaſtes*. Nullum enim efficit ſenſum ſcriptura vulgaris.

204. Antiſpaſticus eſt hemiholius.

207. Τελει γαρ ει τι νυξ αφη] Verte, *Nam ſi a malorum conſummatione quidquam remittat nox.*

211. Ionicus eſt a minore dimeter acatalectus αναλωμενος.

212. Ionicus eſt a minore purus trimeter catalectus e duobus conſtans ionicis & cretico.

214. Periodicus eſt catalectus ex ſyzygia trochaica & iambica, nam το Λυκιας primam producit. Vide *Clark.* ad Homer. Il. Α. v. 398. Nec in ionicis a minore locum habere poteſt bacchius.

217. Per Λυκεια ορεα deſignari intelligo, non montes Lyciæ, ſed montem Lycæum in Arcadia.

218. Choriambicus eſt dimeter acatalectus ex epitrito primo & choriambo.

221. Μαιναδων μονοστολον, *Mænadibus deſtitutum*; ſed veriorem ſcripturam conſervavit *Scholiaſtes*, ὁμοστολον, *Mænadibus comitatum.*

222. 223. Ita hos verſus conſtitui oportere cenſeo,

Πελασθηναι φλεγοντ' antiſpaſticus hemiholius
Αγλαωπι πευκᾳ ithyphallicus
Επι τον αποτιμον εν θεοις θεον trochaicus trimeter catalectus. Primam enim hîc producit το αποτιμον. Vide *Clark.* ad Homer. Il. Α. v. 398.

228. 229. — ου γαρ αν μακραν
Ιχνευον αυτος μη ουκ εχων τι συμβολον] Verte, *Non enim longe in inveſtigando ipſe progrederer nullum habens ſontis indicium.*

235. 236. Κ'ει μεν φοβειται τουπικλημ', υπεξελων
Αυτος καθ' αυτου] Comma poſt φοβειται, non poſt τουπικλημ', ponendum cenſeo, & ſubaudiendum σημαινετω, ut ita locus vertatur; *Atque etiam ſi terrore afficiatur, ipſe accuſationem contra ſe ſupprimens declaret tamen.* Quaſi dixiſſet, Και ει μεν δια φοβον τις το επικλημα καθ' ἑαυτου αυτος υπεξαιρει, σημαινετω. Idem enim voluit Poeta φοβειται υπεξελων dicens, ac ſi dixiſſet φοβουμενος υπεξελη.

244. 245. 246. Τον ανδρ' απαυδω τουτον ὅστις εστι, γης
Τησδ', ης εγω κρατη τε και θρονους νεμω,
Μητ' εισδεχεσθαι, μητε προσφωνειν τινα] Verte, *Hominem iſtum quiſquis eſt, veto ne quis hujus terræ incola, cujus ego imperiumque & ſolium rego, excipiat, neque alloquatur.*

V. 259. Παθειν άπερ τοισδ' αρτιως κατηυξαμην] Verte, *Ut patiar ea quæ modo ſum imprecatus.* Ad τοισδ' αρτιως ſubauditur λεγομενοις επεσι. Nam præcedentes imprecationes non plures homines ſed ſolum reum reſpexerant; præterquam quod ſi hæc de hominibus intelligenda eſſent, non τοισδ' αρτιως, cum particula illa demonſtrativa ignotis, qui ab aliis diſtingui non poterat, haudquaquam conveniat, ſed τοις αρτιως, fuiſſet dictum.

262. Ωδ' αναρπαις κάθεως εφθαρμενης] *Deficientibus & terræ fructibus & deorum præſidio adeo peſſundata.* Mudge.

266. Νυν δ' επικυρω τ' εγω] Laboranti metro ita forſan ſuccurri poteſt, Νυν δ' αρ' επικυρω τ' εγω. Το επει, quod a quibuſdam viris doctis ſubſtituitur, reſpuit plane & ſyntaxeωs & ſententiæ ratio.

268. Ομοσπορον] *Amborum ſeminis participem.*

269. 270. — ει κεινῳ γενος
Μη δυσυχησεν] Verte, *Si ille quoad prolem non fuiſſet infelix.* Legendum autem eſt cum *Stephaniana*, μη 'δυσυχησεν, eliſo augmento.

272. Ανθ' ὧν εγω τασδ' ὡσπερει τουμου πατρος
Υπερμαχουμαι] Pro τασδ' reponendum τουδ'. Mudge.

289. Αν μη θελοιεν ουδ' εις δυναιτ' ανηρ] Recte repoſuit *H. Stephanus* Αν μη. Euphoniæ etiam cauſa legere malim ουδ' αν εις δυναιτ' ανηρ. Ita *Antig.* v. 896. ουδ' αν εις πανουργ' αν.

303. Τας σας ακουων ου μενει τασδ' αρας] *R. P. Brumoy*, pro ingenio Tragicorum Gallicorum omnia amplificationibus, ſpreta ſimplici naturæ veritate, intendentium, hæc ita vertit; *Proculdubio qui criminis reus eſt, tuis exſecrationibus territus, ipſe ſe palam indicabit.* Poeta tantum dicit eum Thebis diutius non manſurum.

310. Πολιν μεν ει και μη βλεπεις] Verte, *Civitatem quidem etiamſi non vides.*

313. Ει και μη κλυεις των αγγελων] Conjecturâ certiſſimâ Cl. Burtonus reſcribit μη 'κλυες.

325. 326. — ταυτα γας καλως εγω
Ειδως διωλεσ', ου γαρ αν δευρ' ικομην] Quin vulgata lectio corrupta ſit dubitari non poteſt, cum nullum prorſus efficiat ſenſum; Interpretibus tamen omnibus locum hunc ſilentio prætermittere viſum eſt. Verbum activum διωλεσα non reddi debuit, *perii*, ſed *perdidi*; & ουκ αν ικομην nequaquam ſignificat, *non debui venire*, ſed, *non veniſſem.* Veram autem & germanam ſcripturam eruere, libris ſcriptis nihil adjuvantibus, difficillimum eſt; atque

que hoc forſan a nemine niſi melioribus inſtructo codicibus exſpectari debet. At non longe a ſententia ſaltem Poetæ eum diſceſſurum mihi perſuaſum eſt, qui ita mecum reſcribere velit,

— παντα γ' αγνοων σ' εγω
Διωλεσ', ειδως ου γαρ αν δευρ' ικομην.

Verte, *Horum ego quidem inſcius te perdidi, ſi mihi enim fuiſſent nota nunquam huc veniſſem. Horum inſcius*, id eſt, quorum cauſa me huc accerſiviſti, quidnam ſcilicet id eſſet, quod a me exquirere volebas. Poteſt etiam forſan propius ſcripturæ veteris veſtigia reſcribi ταυτα γαρ χ' αλως σ' εγω Διωλεσ', *Iſta enim quod attinet ipſe etiam de improviſo deprehenſus te perdidi*. Ad ταυτα per ellipſin uſitatiſſimam ſubaudiri ſcilicet debet præpoſitio κατα. Vide autem Noſtri *Oed. Colon.* 797.

V. 336. 337. εγω δ' ου μηποτε
Ταμ', ως αν ειπω, μη τα σ' εκφηνω κακα] Vulgata plane ſoloeca ſunt, neque in iis ulla reperitur, aut commoda ſententia, aut legitima, quamque Græci ſermonis indoles patitur, conſtructio. Ita reſcribendum videtur,

εγω δ' ου μηποτε
Ταμ', ως αν ειπωμ', ν τα σ' εκφηνω κακα.

Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 222. Verte, *Ego vero nequaquam aut mea, ut ita dicam, aut tua divulgabo mala*. Ideo autem ſua mala ea quæ celabat vocare intelligendus eſt Tireſias, quia divulgata, Oedipi inimicitias, & ex ejus indignatione gravius aliquod forſan ſubitaneumque malum, in ſe accerſitura videbantur. Simili plane ſententia mox ſubjungit,

Εγω 'υτ' εμαυτον ουτε σ' αλγυνω.

338. Lege φης, *Camerarianam* ſecutus.

340. Malim Εγω 'υτ' id eſt, εγω ουτ', ut fiat ſynizeſis, & ita apud Athenæum lib. x. p. 453. legitur.

345. 346. Οργην εμεμψω την εμην, την σην δ' ὁμου
Ναιουσαν ου κατειδες, αλλ' εμε ψεγεις] Οργην verti debuit, *Indolem*, *Mores*, non *Iram*. Vide ad *Ajac.* v. 1172. Hæc autem ideo dicit Tireſias, quod Oedipus ipſe pertinax pertinaciæ eum incuſaverat.

358. 359. 360. — εννεπω σε τῳ κηρυγματι
Ὡπερ προειπας εμμενειν, καφ' ἡμερας
Της νυν προσαυδαν μητε τουσδε μητ' εμε] Aliquis forſan ex hoc loco negligentiæ culpam Poetæ impingere velit, quod Tireſias imprecationes ab Oedipo pronunciatas, quaſi ipſe earum teſtis fuiſſet, memorat. A verſibus enim 296. 297. patet, poſt accerſitum per nuntios Tireſiam fuiſſe pronunciatas, atque adeo ab hoc prorſus ignorari debebant. Sed culpam hanc facile amoliri poſſumus dicendo, vatem jam divino afflatu contactum loqui, adeoque hæc quæ modo geſta erant, pariter, Numine ſuggerente, ei cognita eſſe, ac priſtina Oedipi crimina & infortunia. Perperam autem omnino hæc ita vertit *H. Stephanus*, *Immo vero ego te dico reum teneri ejus criminis quod mihi palam objicis*.

V. 368. Η 'κπληξ λεγειν] Legendum videtur η 'κπειρων λεγεις vel η 'κπειρας λεγων. Sed magis mihi arridet harum emendationum prior.

369. Ουχ ὡστε γ' ειπειν γνωστον] Verte, *Non ita ut cognitum eſſe dicam intellexi*. Subauditur enim ξυνηκα a ſuperioribus repetendum.

370. Ου ζητεις κυρειν] *Quem peremptorem deprehendere ſtudes*. Ου enim regitur a κυρειν, & refertur ad φονεα, non ad τ' ανδρος.

372. Hic verſus interrogative juxta editionem *Stephanianam* poni debet.

379. Τυφλος τα τ' ωτα, τον τε νουν, τα τ' ομματ' ει] Hunc verſum ut compoſitionis duræ atque inſuavis exemplum, propter crebram literæ τ repetitionem, notat *Muretus* Var. Lect. I. 15.

382. 383. Μιας τρεφη προς νυκτος' ωστε μητ' εμε
Μητ' αλλον, οστις φως ὁρᾳ, βλεψαι ποτ' αν] Ex Tireſiæ reſponſo manifeſtum eſt veram lectionem eſſe βλαψαι, quam agnoſcunt vetus *Scholiaſtes* & *Triclinius*, & probat *Canterus*. Ita autem verte, *Cæcitate ſola es fretus, quaſi neque ego, neque quiſquam alius qui luminibus gaudet, in te unquam animadverſuri ſimus*. Verſio *Johnſoniana* e verbis Poetæ nullis machinis extundi poteſt.

385. — ῳ ταδ' εκπραξαι μελει] Verte, *cui horum criminum ſupplicium exigere curæ eſt*.

388. 389. Ω πλουτε, και τυραννι, και τεχνη τεχνης
Υπερφερουσα τῳ πολυζηλῳ βιῳ] Jamdudum monuerat *Grotius* legendum eſſe τυραννι, & ita in *Aldina* & apud *Suidam* diſertim legitur. Verte autem, *O divitiæ, & regnum, & ars præ artibus aliis eximia propter vitam æmulationi maxime obnoxiam inde ſecuturam*.

410. Απηλατειν ſpiritu tenui proprie ſignificat *expellere*, cum ſpiritu aſpero, *velut piaculum expellere*. Ita *Heſych.* Απηλατειν, διωκειν, ως αγος εξελαυνειν, φυγαδευειν. Etymol. Magn. Απηλατης, εαν μεν δασυως, τῳ τους ασεβεις ελαυνοντι, εαν δε ψιλως, τῳ αγος ελαυνομενῳ. *Suidas*. Απηλατειν, ως αγος και εναγεις τινας απελαυνειν' εαν μεν δασυνως, το τα αγη απελαυνειν, εαν δε ψιλως, αντι του απελαυνειν. *Kuſterus* quidem contendit *Suidam* e Noſtro *Scholiaſte* emendandum, & pro απελαυνειν ſcribendum eſſe εξελαυνειν, vel potius εκβαλλειν, ſed perperam

ram meâ ſententiâ, cum potius putem *Scholiaſtem* e *Suida* corrigi debere. Nullâ enim unquam etymologiâ efficies ut αγηλατειν idem quod βασιλευειν ſignificet. *Suidas* autem duas verbi ſignificationes profert, & utriuſque ſignificationis exemplum ſubjungit. Si cum aſpero ſcribitur, ſignificabit *ut piaculum expellere*, in cujus ſignificationis exemplum hic ipſe locus e *Sophocle* adducitur; ſin vero cum tenui, ſignificabit ſimpliciter *abigere*, cujus etiam ſignificationis ſubjungitur exemplum ex Herodoto. Perinde autem eſt, quod ad hunc locum attinet, an cum aſpero vel tenui ſpiritu ſcribatur, utraque enim ſignificatio huc optime convenit. Ita enim verti debet, *Tuo cum damno mihi videris, & tu, & qui hæc confinxit, me hic expulſurus*, vel *hinc piaculum expulſurus*. Paullo enim ante dixerat Oedipus ὃν δη συ πειρας εκβαλειν, e quibus horum interpretationem petere in proclivi eſt.

V. 419. Ως ου Κρεοντος προστατου γεγραψομαι] Verte, *Adeo ut Creontem minime patronum mihi adoptabo.* Hanc phraſin egregie illuſtrat *Weſſelingius* Obſervat. pag. 161. 162. Vide & *Suidam* voce Προστατης & *Victor.* Var. Lect. VII. 22.

424. Ponenda eſt juxta *Aldinam* interrogationis nota poſt ατε.

426. Ελα ποτ' εκ γης τησδε] Ελα hic poteſtate futura gaudet, quod ex ſubjuncto ποτε conſtat. Vide *Eurip. Bacch.* 1332. *Mede.* 326. & ſupra *Ajac.* 504.

436. Κακιον, *Turpius.*

441. Ου γαρ τι σ' ειδειν. Secundum *Daweſium* legendum eſſet non ειδειν ſed ιδειν. Vide Miſcell. Critic. p. 232.

444. Γονευσι δ' οἱ σ' εφυσαν ευφρονες] Melius *Aldina* εμφρονες.

449. Τοιαυτ' ονειδιζ'] Verte, *Talia exprobra.*

453. Ως παρον τα γ' εμποδων Οχλειν] Minus recte *Aldina*, Ως παρον συ γ' εμποδων· τα γ' εμποδων ſunt *negotia quibus nunc diſtinemur, quibus nunc incumbendum.* Vide *Eurip. Phœniſſ.* 723.

473. 474. Melius in *Aldina* metra ita conſtituta leguntur,

> Αρρητ' αρρητων τελεσαντα choriambicus πολυσχηματιστος prima dipodia diſpondæo
> Φοιναισι χερσιν ithyphallicus,

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

> Φαμα Παρνασου τον αδηλον
> Ανδρα παντ' ιχνευειν.

475. Ωρα νιν αελλοποδων ἱππων] Ut conſtet metrum lege juxta *Aldinam* νιν. Verſus autem ionicus eſt a majore dimeter hypercatalectus ex ionico, epitrito ſecundo & ſyllaba, primo ſyzygiæ trochaicæ pede choræo. Nam αελλοποδων ſecundam corripere poſſe oſtendimus in notis *Euripideis* ad *Bacch.* 606. *Cycl.* 154. *Herc. Fur.* 1079. *Electr.* 740. 1303. Ex analogia plane ſimili antepenultimam brevem habent αμφιρυτου *Soph. Ajac.* 134. τεκνοις *Electr.* 112. γενναιων *Electr.* 128. & id genus plura apud *Euripidem* occurrentia.

V. 478. Πυρι και στεροπαισι Διος γενετας] Elegantius *Aldina*, Πυρι και στεροπαις ὁ Διος γενετας.

480. Κηρες αναπλακητοι] Nequaquam poſtulabat metri ratio ut *Triclinius* pro αμπλακητοι reponeret αναπλακητοι, verſus enim trochaicus eſt ithyphallicus. Et cum vox αμπλακητος, ſive, quod ejuſdem prorſus poteſtatis eſt, αναπλακητος, vi derivationis ſuæ a πλαζω, πλανη, neceſſario ſignificat *erroribus obnoxium*, quam notionem loci hujus tenor ac ſcopus prorſus reſpuunt, ſententia omnino poſtulat ut reponamus απλακητοι, *nunquam errantes, erroribus minime obnoxii*. Ita infra *Trachin.* v. 121. 122. 123.

> — αλλα τις θεων
> Αιεν απλακητον αιδα
> Σφε δομων ερυκει,

ubi vide quæ notavimus.

486. Verſus eſt ionicus a minore trimeter ανακλωμενος brachycatalectus. Secunda dipodia non eſt ditrochæus, ſed epitritus ſecundus, qui in ſtropha eſt pentaſyllabus.

491. Strophæ ſecundæ verſus omnes ſunt anapæſtici.

495. — ουτ' εν-
θαδ' ὁρων, ουτ' οπισω] *Neque in præſentibus, neque in anteactis certi quidquam videns.* Mudge.

499. Ουτε παροιθεν πωτ' εγω] Rectius *Aldina* εγωγ', & ita legiſſe conſtat *Scholiaſtem* nuper editum.

501. Τι, περι ὁτου δη βασανῳ] Το τι hic redundat, & ad ſupplendum metrum interpolatum videtur; plura enim hinc excidiſſe ad antitheticum videbimus.

502. Ταν επιδαμον φατιν] *Oraculum indigenam*, Tireſiæ ſcilicet. Ita *Scholiaſtem* ſecutus Cl. Mudge.

503. Οιδιποδα ponitur generandi caſu, ſubaudita præpoſitione περι.

504. 505. Ita hi verſus conſtituendi videntur,

> Λαβδακιδαις επικου-
> ρος αδηλων θανατων,

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

> Των γ' απ' εμας φρενος ου-
> ποτ' οφλησει κακιαν.

516. Γας πτεροισ' ηλθε κορα] In *Aldina* ita legitur hic verſus,

> Γαρ επ' αυτῳ πτεροεσσ' ηλθε κορα,

& ita legerunt vetus *Scholiaſtes* & *Triclinius*, quin

&

& hic aperte fatetur, ſe, ut metro conſuleret, ετ' αυτῳ e contextu ejeciſſe; unde credibile etiam eſt eundem otioſum illud τι in antitheticum interpolaſſe. Sed medicina adeo temeraria nemini, opinor, ſe probabit, qui criticam in Veterum ſcriptis modeſte & caute exercendam cenſeat. Dicendum potius erat, quædam ex antithetici initio excidiſſe. ετ' αυτῳ ηλθε, *eum adortus eſt.*

V. 517. Τῳδ' απ' εμας φρενος ουποτ'] In *Aldina* legitur τῳ απ' εμας, malim τῳ γ' απ' εμας.

530. Προς σου και φιλων] *A te & amicis meis.* Mudge.

533. Προς του δ' εφανθη] Verte, *Quo autem argumento conſtitit.*

537. Κατηγορειτο τ' ουπιτιμημα τουτο μου] Verte, *Accuſatio hæc mihi ab eo intentata fuit?*

540. 541. η τουνδ' εχεις
Τολμης προσωπον] Perperam omnino pro τόλμης *Canterus* reponit τολμῆς. Adjectivum quantitatis τοσον cum προσωπον junctum ſatis demonſtrat vocem τόλμης a προσωπου pendere; nullo enim ſenſu nude ac ſine regimine poneretur τοσον εχεις προσωπον.

546. Ως ου γνωριοιμι] *Ut ne deprehenderem.* Mudge.

551. Recte *Canterus*, Ουδ' ὡς ποιουν, ita enim ſolent Attici. Vide nuperi Editoris notam.

555. Τουτ' αυτο νυν μου πρωτ' ακουσον ὡς ερω] Τουτ' αυτο, *Hoc ipſum quod nunc dicis*, Me ſcilicet tibi infenſum & gravem a te inventum. Ad hoc ipſum a me nunc in primis audi quomodo reſpondeam. Interpretationem ſequor *Scholiaſtæ* nuper editi.

562. Lege juxta *Camerarianam* φως.

563. Ως χρεῖ ἂν μ' επι] In *Aldina* legitur χρεια μ' επι, Reponendum vero exiſtimo cum *Daweſio* Miſcell. Critic. p. 333. χρεῖν, formâ ſcilicet optativâ aoriſti εχρην.

565. Και νυν ετ' αυτος ειμι τῳ βουλευματι] Recte reponendum ιθ' ὡ ἰτος vidit *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* 927.

578. Το σον δε γ' οιδα' και λεγοις αν ευ φρονων] Perperam hæc interpretantur *Johnſonus* & *P. Brumoy*. Verte, *Quod ad te vero attinet noſti equidem, & dicere potes, cum id probe ſcias.*

585. Ponenda eſt interrogationis nota poſt τι δητ'.

587. Γης ισον νεμων] Verte, *Æqualem in hac terra poteſtatem ei tribuens.*

596. Τυραννος ειναι μαλλον η τυραννα δραν] Nemo quem vidi Interpretum præter *Grotium* veram aſſecutus eſt notionem του τυραννα δραν. Omnes enim eodem quo *Johnſonus* ſenſu perperam interpretantur, *tyranni juſſa exſequi.* Ita autem revera reddi debet locus; *Neque enim vel meipſum cupido tenuit ut tyrannus eſſem potius quam ut ea agendi poteſtatem haberem quæ tyrannus poſſe ſolet.* Id eſt, Nomen ac ſpeciem tyrannidis nunquam pluris æſtimavi quam rem & poteſtatem. Antitheſis enim inſtituitur inter τυραννος ειναι, & τυραννα δραν. Τυραννος ειναι eſt *tyrannidem exercere*, τυραννα δραν *eadem quæ tyrannus agere, eâdem quâ tyrannus poteſtate gaudere.*

V. 609. Αλλ' ουτ' ερασης τησδε της γνωμης εφυν
Ουτ' αν μετ' αλλου δρωντος αν τλαιην ποτε] Vox ερασης ab hujus loci ſcopo & ſententia plane aliena eſt. Pro ea igitur πλαστης reponendum eſſe exiſtimo. Τησδε της γνωμης πλαστης, *hujus conſilii artifex.* Ita ſupra v. 533. ταις εμαις γνωμαις πειθεις, *meis conſiliis perſuaſus.*

611. 612. τουτο μεν Πυθωδ' ιων,
Πευθου τα χρησθεντ'] Diſtingue, *Johnſonum* in interpretatione ſecutus, poſt πευθου, non poſt ιων.

624. Καλως υπειξειν ευλαβουμενῳ πεσειν] Nullus ex his exſculpi poteſt ſenſus idoneus; forſan reſcribi poteſt, ευλαβου μενει πεσειν, *cave ne præ ira lapſurus ſis.*

632. Οιον εστι το φθονειν] Verte ad mentem *P. Brumoy*, *Quid in me reprehendendum ſit.* Subauditur ſcilicet αξιον aut ſimile quidpiam. Ita Lyſias contra Poliuchum p.325. edit. Taylor. Αξιον δε μαλιστα φθονησαι, ὅτι οὑτως ηδη οἱ τα της πολεως προεχοντες διακεινται, ὡς' ουχ ὅτι αν τῃ πολει βελτιστον η, τουτο οἱ ρητορες λεγουσιν, αλλ' αφ' ὡν αν αυτοι κερδαινειν μελλωσι, ταυτα ὑμεις ψηφιζεσθε.

649. Ουκ εις συ τ' εις οικους συ τε Κρεον στεγας] Inſuaviſſimus & nullius rhythmi verſus; longe melius in *Aldina* legitur,

Ουκ ει συ τ' οικους συ τε Κρεον κατα στεγας.

653. Η γης απωσαι πατριδος, η κτειναι λαβων] Imperfectam puto & mutilam eſſe hanc Creontis orationem, interpellante ſcilicet Oedipo abruptam, cum ille ſubjuncturus eſſet, ex duobus ſuppliciis memoratis mortem ſibi ab hoc fuiſſe denuntiatam.

664. Τον ουτε πριν νηπιον] Verte ad mentem *Scholiaſtæ*, *Hunc qui prius non male ſe purgaverat.*

665. Creticus eſt dimeter acatalectus.

669. Lege juxta *Camerarianam* φως.

670. 671. Τον εναγη φιλον μηποτ' εν αιτιᾳ
Συν γ' αφανει λογῳ ατιμον βαλειν] Ἐναγη idem quod σεβασμιον και ἁγνον ſignificare, quod *Scholiaſtæ* placet, non facile mihi perſuaderi patiar; neque alteram ejuſdem interpretationem, τον εναγη, τον σοι νομιζομενον εναγη, amicum ſcilicet a te pro reo habitum, quem tu reum putas, veriorem exiſtimo, talis quippe quæ ſit, qualem nullius, credo, ferat linguæ indoles. Editor *Londinenſis* reſcribendum cenſet ευαγη φιλον, *ſanctum & ſincerum amicum*; ſed hæc conjectura ideo minus ſe mihi probat, quod hoc pacto Chorus aperte contra Oedipum & pro

 Creonte

Creonte judicaret, & illi præcipitantiæ & ſuſpicionis iniquæ culpam palam inureret, plane contra decori rationem, Chorique officium atque indolem. Hujus enim partes ſunt,

Ut bonis faveat, & concilietur amice,
Et regat iratos.

Retinendam igitur vulgatam lectionem cenſeo, & ita interpretandam ut idem fere valeat ac quod præceſſerat, εν ορκω μεγαν, jurisjurandi ſcilicet religione ita innexum atque obſtrictum, ut, ſi fidem feſellerit, piaculum ſit admiſſurus. In hac notione epitheton εναγη eleganter opponitur αφανει λογω, & eleganter de Creonte dicitur eum ατιμον, *ignominia notatum fore*, ſi major fides conjecturæ incertæ quam ſancto ejus jurijurando habeatur. Verte igitur, *Ut amico ſacramenti religione innexo, nequaquam ob incertam conjecturam crimen ignominioſe imputes.* Nam εμβαλειν φιλον αιτια idem valere exiſtimo ac εμβαλειν φιλω αιτιαν. Quod ad metrum vero attinet, hi duo verſus ſecundam inter hæc pericommata ſtropham conſtituunt, ut & ſequentes duo ſenarii ſecundum ſyſtema. Verſus autem aſynarteti ſunt ex penthemimeribus trochaicis & dochmaicis.

V. 674. Verſus eſt ionicus a minore dimeter catalectus ex moloſſo vice ionici & καταληκτ. trochaica.

675. Πρεμων] *Qui præ aliis ſpectabilis eminet.* Mudge.

679. Creticus eſt dimeter acatalectus.

680. 681. Ita hi verſus conſtituendi videntur,

Γα φθινουσα τρυχει ψυ- periodicus catalectus.
χαν, και ταδ' ει κακοις iambicus hemiholius,

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Εν πονοις αλυουσαν
Κατ' ορθον ουρισας.

682. Κακα προσαψουσι] In *Aldina* legitur προσαψει, & ita legiſſe videtur *Scholiaſtes* nuper editus. Vulgatum προσαψουσι *Triclinio* metro caventi debetur, quod ex ejus ad locum nota conſtat; ſed melius, meo quidem judicio, & veriſimilius reſcribi poteſt,

Κακα κακοις γ' αψεις,

nam αψεις, non αψει omnino poſtulare videtur ſententia. Verte, *Atque etiam ſi malis noſtris prioribus hæc adjunges mala a vobis*, id eſt a veſtra contentione vel inimicitia, *orta*.

688. 689. — βαρυς δ' οταν
Θυμου περασης] Subaudiendum cenſeo δια ante θυμου, & ita ad mentem *Grotii* & *P. Brumoy* locum vertendum, *Acerbus vero & immitis cum iracundiæ tuæ plene obſecutus fueris.*

V. 693. Συ μεν γνωμη αγνωτος] Verte, *Te quidem ingenii mei judicem parum æquum ſortitus.* Ibid. ισος, *æquus, juſtus.* Mudge.

706. Παριεις, *relaxans, langueſcere faciens.*

708 — 711. — ισθι δε
Παραφρονιμον, απορον
Επι φρονιμα πεφανθαι
Μ' αν, ει σε νοσφιζομαι] Verte, *Scito vero me mentis non compotem, & prudentiâ deſtitutum, judicatum fore ſi te velut alienum repudiem.*

714. Κατ' ορθον ουρισας] Lege, & ſenſu, & metro, requirente, ουρισαις, præeunte *H. Stephano* in Theſauro voce ουριζω.

715. Ευπομπος, metaphora ab aura favente ducta.

719. Σε γαρ τωνδ' ες πλεον γυναι σεβω] Verte, *Nam te o mulier majore quam hi reverentia obſervo.* Hoc ideo dicere cenſendus eſt Oedipus, quia ſupra v. 703, 704. Chorus Jocaſtæ cauſam contentionis ſciſcitanti ſatisfacere detrectaverat. Perperam ita vertunt Interpretes quaſi non ες πλεον, ſed πλεον tantum legeretur.

721. Λεγ' ει σαφως το νεικος εγκαλων ερεις] Verte, *Dic, ſi crimen quod a te imputatum jurgii cauſa fuit aperte declarabis.*

732. Ως αυτον ηξει μοιρα] *Canterus* pro ηξει mavult ηξοι, innovatione minime neceſſaria; ellipſi enim ſatis uſitatâ omiſſa ſubaudiri poteſt præpoſitio επι.

743. 744. — ων γαρ αν θεος
Χρειαν ερευνα ραδιως αυτος φανει] Ex his verbis ut nunc leguntur nullus exſculpi poteſt ſenſus, & Interpretes id potius quod ſententiam poſtulare exiſtimant, quam quod Poetæ verba revera ſuggerunt, nobis obtrudunt. Corruptus proculdubio eſt locus, ita leviſſima mutatione emendandus,

— ων γαρ αν θεος
Χρειοι γ' ερευναν, ραδιως αυτος φανει.

Quorumcunque enim deus oraculo quidem præcipiat inveſtigationem, iſta ipſe facile manifeſtabit. Quiſquis literarum ductus attente conſiderabit, videbit οι γ' ab αν, & αν ab αι non multum abludere, ut facile alterum pro altero oſcitanti Librario excidere, aut evaneſcente veteri ſcriptura irrepere, potuerit.

765. Lege juxta *Camerarianam* φυς.

779. Verbum εξικετευσα ſecundam virtute augmenti producit. *Euſtathius* ad Homer. Odyſſ. Η. v. 301. p. 1580. lin. 48. Το δε ικετευσε συστελλει την αρχουσαν ιωνικως, αλλως γαρ ικετευσθαι οφειλε κατα την χρονικην αυξησιν.

782. — αξιος γαρ ουδ' ανηρ
Δουλος φερειν γε τοδε και μειζω χερι] Præſtat vulgata lectio, ουδ' ανηρ, ei quam adeo probat *H. Stephanus*

phanus ut in contextum etiam recipiendam exiſtimet, ὁδε γ' ανηρ ſcilicet. Nullus enim hic locus eſt τῳ ὁδε, cum nequaquam digito monſtratur aut deſignatur ſervus iſte, ſed de eo tantum narratur aliquid. Conſtructio vulgatæ lectionis eſt ανηρ ὡδε δουλος, *dignus enim erat homo quanquam ſervus majore etiam quam hæc erat gratia.*

V. 790. 791. Κ' ου μη στερηθης γ' ες τοσουτον ελπιδων Εμου βεβωτος] Perperam hæc reddiderunt *Johnſonus* & *P. Brumoy*; ελπις hoc loco non *ſpem* ſed *exſpectationem* ſignificat. Verte, *Atque equidem nequaquam notitia iſta privabere quandoquidem in tantam exſpectationem ſim erectus.*

810. Ως μητρι μεν χρει' ἢ με μιχθηναι] Lege χρειη formâ optativâ, quâ etiam formâ ponuntur ſequentia, δηλωσοιμι, εσοιμην. Vide ſupra ad v. 563.

813. 814. 815. — την Κορινθιαν Αστροις το λοιπον εκμετρουμενος χθονα, Εφευγον] Diſtinguendum cenſeo poſt εκμετρουμενος, non poſt χθονα, ut conſtructio ſit την Κορινθιαν χθονα εφευγον. Ita autem verte, *Et ego his auditis Corinthiam terram exul dereliqui, aſtris impoſterum curſum dirigens.*

832. 833. — ει δε τῳ ξενῳ Τουτῳ προσηκει Λαϊῳ τι συγγενες] Verte ad mentem *Scholiaſtæ* & *P. Brumoy*, *Quod ſi peregrino iſti* (quem ſcilicet occidi) *quid ſit Laio affine & commune.*

836. Ω μη ξενων εξεστι μηδ' αστων τινα Δομοις δεχεσθαι] Subaudiri videtur accuſativus εμε, ut conſtructio ſit, ῳ μη εξεστι ξενων τινα δομοις εμε δεχεσθαι, μηδε εξεστι αστων τινα δομοις εμε δεχεσθαι.

849. Ω θεων ἁγνον σεβας] Futiliſſima eſt emendatio reponentis σελας pro σεβας, quod poſterius optime vertit *Johnſonus*.

859. Σοι τουτ'] Omnino legendum juxta *Aldinam* τ' αυτ'.

860. Πεισων, *Quod diſcutiendum reſtat.*

866. Εις ἡμας ῥιπτον] Minus recte pro veteri ſcriptura εμε *Triclinius* interpolavit ἡμας, de metro fruſtra ſollicitus. Attici enim ſermonis proprium eſſe, omnibus omnino verbis a ρ incipientibus duplicis conſonantis vim perpetuam conferre, luculenter oſtendit *Dawſeſius* Miſcel. Critic. p. 159. & ſeqq.

882. 883. Ita conſtituendi ſunt hi verſus,

Ει μοι ξυνειη φεροντι periodicus acatalectus
Μοιρα ταν ευσεπτον ἁγνειαν λογων trochaicus trimeter catalectus,

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Ὑβρις φυτευει τυραννον
Ὑβρις ει πολλων ὑπερπλησθη ματαν.

V. 888. Ionicus eſt a minore ανακλωμενος trimeter brachycatalectus.

895. Απτωμαι choriambus eſt, cui in metro choriambico legitime opponi poteſt dijambus, ſaltem cum jam præceſſerit choriambus. Primam autem producit vox iſta eadem ratione qua αθανατος, αγαματος & ſimilia. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 398.

896. Αναγκει] *Exitium inevitabile.* MUDGE.

898. Το καλως δ' εχον πολει παλαισμα] Obſcuriora ſunt hæc verba, nec quæ Poetæ fuerit ſententia ſatis conſtat. Mihi quidem ad ſcopum totius hujus ſyſtematis attendenti, iiſque quæ præcedunt & ſequuntur diu penſitatis, nihil magis veriſimile videtur, quam reipublicæ formam popularem hîc intelligi, in qua non omnia ex ſolius tyranni nutu ac arbitrio pendebant, ſed ad populum etiam aut ſaltem ad optimates ſummi imperii pars haud exigua pertinebat. Talem reipublicæ formam apud Thebanos rege Oedipo obtinuiſſe per totam hanc tragœdiam ſupponitur. Ubi autem civibus de ſumma rerum in commune conſulendi ac decernendi jus legibus tribuitur, ibi etiam inter generoſiores emulatio exoriri & certamen quaſi quoddam inſtitui ſolet, quiſnam aut conſilio aut opera de republica melius mereri poſſit. Unde cum bonum publicum hoc pacto egregie promoveatur, talis emulatio ſive certamen non immerito dici poteſt το καλως εχον πολει παλαισμα.

902. Trochaicus eſt dimeter acatalectus.

910. Η των αδικτων εξεται] Repetendum eſt απο κοινου το ει, ut conſtructio ſit, η ει των αδικτων.

911. 912. 913. Τις ετι ποτ' εν τουτοις ανηρ Θυμῳ βελη εῤξεται Ψυχας αμυνειν] Locus obſcuriſſimus, cujus & ſenſus & conſtructio omnes quos vidi latuiſſe videtur Interpretes. Ita verti debere exiſtimo. *Quiſnam demum in iſtis ſceleribus verſatus homo iracundia ſua efficiet, ut tela* (divina nimirum) *ab animo arceat, adeo ut eum ab iis defendat.* Ut metra autem antitheticis reſpondeant, ita legendi ſunt priores duo verſus,

Τις ετι ποτ' εν τοισδ' ανηρ periodicus catalectus
Θυμῳ βελη εῤξει iambicus hemiholius.

Τοισδ' pro τουτοις exſtat in *Aldina*, & ita legiſſe conſtat *Triclinium*: εῤξει pro εῤξεται non metrum tantum ſed ſententia etiam poſtulare videtur; nam ερχομαι formâ mediâ *abſtinere* ſignificat, non *arcere*. Inde ortus videtur Librarii error, quod paullo ſupra præceſſerat εῤξεται.

V. 922. 923. Αλλ᾽ ω κρατυνων, ειπερ ορθ᾽ ακουεις,
Ζευ, παντ᾽ ανασσων] Verte, *At o qui imperas Jupiter, ſi rite vocaris omnium rector.*

925. 926. Φθινοντα δ᾽, ως εμοι δοκει,
Τα Λαΐου θεσφατ᾽ εξ-] *Triclinius* infeliciter hoc in loco circa metra verſatus peſſimo exemplo interpolavit ως εμοι δοκει, quod aſſumentum perinde ocyus hinc effurcillandum cenſeo, præſertim cum optime ſe habeat vetus ſcriptura, quam exhibet *Aldina*,

Φθινοντα γαρ Λαΐου periodicus catalectus
Παλαια θεσφατ᾽ εξ- iambicus hemiholius.

936. Ει φοβους λεγοι] Rectius *Aldina*, ην φοβους λεγη.

940. Πρεσβυς] Rectius *Aldina* πρεσβυς.

954. Προς τινος δ᾽ αφιγμενος] Melius *Aldina* παρα τινος.

955. Ο ξενος] Scribe prout in *Aldina* legitur ωξενε.

962. 963. In *Aldina* ita hi duo verſus leguntur, &, meâ quidem ſententiâ, elegantius,

Ιω. Πως ειπας; η τεθνηκε Πολυβος;
Αγ. ει δε μη
Λεγω γ᾽ εγω τ᾽αληθες αξιω θανειν

968. Προ της τυχης ολωλεν] Recte ſe habet vulgata lectio προ της τυχης, prius ſcilicet quam id eveniſſet quod metuebat Oedipus.

976. Lege juxta *Camerarianam* φης.

983. 984. Φευ, φευ, τι δητ᾽ αν, ω γυναι, σκοποιτο τις
Την Πυθομαντιν εσταν] Nodum hîc in ſcirpo quærit *P. Brumoy*; ita enim locum interpretatur, quaſi Oedipus Jocaſtam, ut deos ejus gratia conſulat prodeuntem, ne id faciat dehortetur, nullam enim fidem eorum oraculis, comperta Polybi morte, dehinc tribui oportere affirmans. Sed perperam omnino. Non enim ut deos conſuleret, ſed ut eos placaret ac propitios redderet, egreſſa erat Jocaſta. Nec per λυσιν ευαγη, quam ab Apolline præberi precata erat, oraculum intelligi debet novum, quippe quæ nulla Thebis ab Apolline dabantur, ſed finem proſperum & fauſtum iſtorum malorum & anxietatum quibus implicabatur Oedipus. Supplicatio prorſus ſimilis Clytemneſtræ eſt in *Electra* v. 636 — 661.

996. 997. — ῳ τα της τυχης κρατει] Nemo hæc Interpretum præter *Grotium* intellexit, qui recte vertit, *Quando fortuna omnia verſat.*

999. Συ δ᾽ εις τα μητρος μη φοβου νυμφευματα] Forſan legi debet, Συ δ᾽ εις, *Tu vero unus*, ſcilicet ex omnibus, quippe cui oraculum de morte patri inferenda jam falſum fuiſſe compertum ſit.

1003. Ταυθ᾽] Lege cum *Stephaniana* & *Aldina* ταυτ᾽. Error forſan eſt Typographi.

V. 1024. 1025. Και μην μαλιστα τουτ᾽ αφικομην, οπως
Σου προς δομους ελθοντος, ευ πραξαιμι τι] Nimius decori και του πρεποντος hodierni affectator *R. P. Brumoy* ſententiam verbis Poetæ plane contrariam nobis obtrudit. Ita enim vertit; *Satis magnum præmium mihi adeptus videor modo te Corinthum reducam; ejus rei ſolius gratia hoc iter arripui.* Sed alia de decoro Græcorum forſan antiquorum erat ſententia, alia eſt Gallorum hodiernorum. Nec apud illos contra το πρεπον peccare exiſtimabatur mercenarius homo (v. 1047. 1048.) lætiſſimi nuncii præmium a rege expectans & poſcens; vide *Trachin.* v. 193. 194. Quin potius contemptus iſte lucri quo ſecundum *P. Brumoy* gloriatur Nuncius, ab ejus conditionis hominum moribus jure alienus exiſtimari debet.

1044. Lege ᾽δωκε eliſo augmento.

1065. Ειδειτ᾽ αν] Legendum omnino eſt εκδειτ᾽ αν.

1075. Μηδεν συ γ᾽ απαρκης] *Nihil hæc*, vel *hunc*, *cures*; *ne de his*, vel *de hoc*, *ſis ſollicitus.*

1080. Αλις νοσουσ᾽ εγω] Vera lectio a *Scholiaſte* videtur fuiſſe conſervata, Αλις νοσουσ᾽ εγω, quam etiam in verſione repræſentavit *Johnſonus.*

1081. 1082. — ουδ᾽ αν εκ τριτης εγω
Μητρος φανω τρίδουλος] Hoc dicere vult Oedipus; *Ne quidem ſi ex matre, avia, & abavia, ſervis, tripliciter ſervus ſim oriundus.*

1094. 1095. Μη ᾽κ της σιωπης τησδ᾽ αναρρηξη κακα.
Οιδ. Οποια χρῄζει ρηγνυτω] Verte, *Ne ex hoc ſilentio erumpant mala.* Oed. *Qualia vult erumpant.* Omnino autem præcedente οπως μη legendum eſt juxta cod. *Laudianum* αναρρηξει. Vide *Daweſ.* Miſc. Critic. p. 228.

1103. 1104. Τοιοσδε δ᾽ εκφυς, ουκ αν εξελθοιμ᾽ ετι
Ποτ᾽ αλλος, ωστε μη ᾽κμαθειν τουμον γενος] Verte, *Talis autem cum natu ſim, nunquam eveniet ut alius appaream. adeo ut refugere debeam generis unde ortus ſim patefactionem.*

1105. In metro coriambico choriambo non ſubjunguntur trochæi, ſed iambi; choriambicum igitur metrum hoc eſſe haudquaquam poteſt. Quod ſi reponas,

Ειπερ αν᾽ εγω μαντις ειμι,

verſus erit trochaicus dimeter acatalectus & antithetico optime reſpondebit.

1106. Euripideus eſt. In antithetico autem pro αρα, legendum αρα.

1107. 1108. Ita hi verſus conſtitui debent,

Ου τον Ολυμπον απειρος proſodiacus dimeter acatalectus

Ω Κι-

Ω Κιθαιρων ουκ εση hephthemimeris trochaica.

Ω Κιθαιρων in *Aldina* legitur. απειρος pro απειρων, quod in vulgatis editur, & vox eſt in hoc loco απειροσυνος, ſuppeditat cod. *Trinit. Coll. Cantab.* Verte, *Non per Olympum, ignarus non eris o Cithæron craſtina luce.* Antithetici erunt,

> Πανος ορεσσιβατα που
>
> Προσπελασθεισ' η σε γε,

ut ορεσσιβατα duplicato ſigmate legatur poſtulat metrum ad quod etiam explendum addidi το που, a feſtinante forſan Librario ex ſimilitudine ſequentium literarum prætermiſſum. Vocalis extrema vocis προσπελασθεισα neceſſario eliditur.

V. 1109. Periodus eſt.

1110 — 1113. Ita hi verſus conſtituendi videntur,

> Μη ου σε γε και πατριωταν Οιδιπου, proſodiacus trimeter catalectus ex choriambo, ionico a minore, & καταληκτικη trochaica
>
> Και τροφον και ματερ' αυξειν, trochaicus dimeter acatalectus
>
> Και χορευεσθαι προς ημων, idem
>
> Ως επιηρα φεροντ- proſodiacus dimeter catalectus.

(μη ου σε αυξειν, verte, *quin inclareſcas*)

His in antiſtropha reſpondebunt,

> Γας πλακες αγρονομοι πασαι φιλαι,
>
> Ειθ' ὁ Κυλλανας ανασσων,
>
> Ειθ' ὁ Βακχειος θεος ναι-
>
> ων επ' ακρων ορεων.

1114. Ut conſtet metrum & antithetico reſpondeat legendum videtur,

> -τα τοις εμοις τυραννοισιν antiſpaſticus dimeter acatalectus.

1115. Anapæſtica & penthemimeris ex ſpondæo, anapæſto, & ſyllaba.

1116. Hic verſus trochaicus eſſe, quod *Triclinio* placet, non poteſt, cum ſedem tertiam in antithetico occupet ſpondæus; potius creticus dicendus eſt dimeter hypercatalectus, ex cretico, bacchio, & ſyllaba, aut ionicus a majore dimeter acatalectus; id enim metri genus moloſſum pro ionico in ſede pari admittit.

1121. Ut metrum ſtrophico reſpondeat forſan reſcribendum,

> Τις θυγατερων Λοξιου; τω &c.

1126. 1127. Ita hos verſus conſtitue ut antitheticis reſpondeant,

> Ευρημα δεξατ' εκ του νυμ-
>
> φαν Ελικωνιαδων

εκ του νυμφαν in *Aldina* diſerte legitur, & ita legiſſe conſtat veterem Interpretem. Verte, *a nympharum Heliconiarum quadam repertum accepit.*

V. 1130. Cum Chorus e Thebanorum primoribus ſive ſenatoribus conſtet, quod patet e v. 930, veriſimile etiam eſt eos ætate quoque fuiſſe provecta; adeo ut cauſam quare vulgatam lectionem Πρεσβεις, quæ alias certe commodior eſt, repudiemus non videam.

1150. Η ξυναλλαξας τι πω] Ξυναλλαξας participium eſt, non verbum; απο κοινου igitur repetendum eſt οιδα. Legendum etiam eſt, ἢ, *aut*, non ἦ, *an*.

1153. Αγνωτ' αναμνησω νιν] Verte, *Ignarus hic ut reminiſcatur faciam.*

1180. Ες πελας ελα] *Recta ad fuſtuarium tendit.* Mudge.

1184. Τινος πολιτων τωνδε] In *Aldina* legitur τονδε, mihi magis arridet vulgata.

1186. Ει σε ταυτ' ειρησομαι παλιν] Veram lectionem ερησομαι ſuppeditat editio *Aldina*.

1187. Των Λαΐου γεννηματων] *Ex iis qui in Laii familia nati erant.* Mudge.

1190. Κάγωγ' ακουων] Recte ακουειν repoſuit *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* 394. prout apud Plutarchum de Curioſit. p. 522. & adverſ. Epicur. p. 1093. ſcriptum legitur.

1210 — 1245. Hæc non monoſtrophica ſunt, ſed antiſtrophica, & e duobus ſtrophis totidemque antiſtrophis conſtant. Ita autem metra conſtitui debent:

Strophe 1.

1. Ιω γενεαι βροτων, ionicus a majore dimeter catalectus
2. Ως υμας ισα και το μη- glyconius
3. δεν ζωσας εναριθμω; pherecratius
4. Τις γαρ, τις ανηρ πλεον ionicus ſimilis primo
5. Τας ευδαιμονιας φερει, glyconius
6. Η τοσουτον όσον δοκειν, idem
7. Και δοξαντ' αποκλιναι; pherecratius
8. Το σον τοι παραδειγμ' εχων, glyconius
9. Τον σον δαιμονα, τον σον, ω idem
10. Τλαμον Οιδιποδα, βροτων idem
11. Ουδεν μακαριζω. anapæſtica penthemimeris.

Antiſtrophe 1.

1. Οστις καθ' ὑπερβολαν
2. Τοξευσας, εκρατησας του
3. Παντ' ευδαιμονος ολβου.
4. Ω Ζευ, κατα μεν φθισας
5. Ταν γαμψωνυχα παρθενον
6. Χρησμωδον, θανατων δ' εμα.
7. Χωρα πυργος ανεστας,

8. Εξ

8. Ἐξ οὗ και βασιλευς καλῃ
9. Εμος, και τα μεγις' ετ-
10. μαθης, ταις μεγαλαισιν εν
11. Θηβαισιν ανασσων.

Strophe 2.

1. Ταυτα δ' ακουειν, iambica penthemimeris
2. Τις αθλιωτερος; iambicus hemiholius
3. Τις εν πονοις, τις αταις αγριαις, antiſpaſticus trimeter brachycatalectus
4. Ξυνοικος αλλαγᾳ βιου; iambicus dimeter acatalectus
5. Ω κλεινον Οιδιπου καρα, glyconius
6. Ω μεγας λιμην αυτος ηρκεσεν aſynartetus e duabus penthemimeribus trochaicis
7. Και παιδι και πατρι θαλαμηπολῳ πεσειν, iambicus ſenarius
8. Πως ποτε, πως ποθ' αἱ πατρῳαι choriambicus dimeter hypercatalectus
9. Σ' αλοκες φερειν ταλας iambicus hemiholius
10. Σιγ' εδυναθησαν choriambicus hemiholius
11. Ες τοσονδε; trochaica baſis.

Antiſtrophe 2.

1. Εφευρε σ' ακονθ'
2. Ο παντ' ορων χρονος
3. Δικαζει τον αγαμον γαμον παλαι,
4. Τεκνουντα και τεκνουμενον.
5. Ιω Λαϊειον τεκνον,
6. Ειθε σ' ειθ' εγω μηποτ' ειδομαν
7. Οδυρομαι γαρ ὡς περιαλλ' ιαχεων
8. Εκ στοματων· το δ' ορθον ειπειν,
9. Ανεπνευσα τ' εκ σεθεν,
10. Και κατεκοιμασα
11. Τουμον ομμα.

V. 1210. Ιω γενεα legitur in *Aldina*.

1221. Ω Ζευ legitur in *Aldina*.

1232. Ad explendum metrum addidi particulam και.

1239. Ιω legitur in *Aldina*.

1240. Ad explendum metrum addidi εγω. Repoſui etiam pro ιδομαν, ειδομαν, quomodo *Triclinius* quoque legiſſe videtur, quod ex ejus metrorum enarratione colligere licet.

1244. 1245. Ανεπνευσα τ' εκ σεθεν, και
Κατεκοιμασα τουμον ομμα] Hæc ita reddit *P. Brumoy*; *Per te olim reſpiravi, & nunc per te mæſtiſſimis tenebris immergor*; ſed omnino perperam. Ejuſdem enim temporis verba, ανεπνευσα, & κατεκοιμησα nequaquam tempora diverſa exprimere poſſunt, ita ut prius, tempus præteritum, alterum, præſens denotet. Mihi quidem utraque reſpicere videntur Thebarum a Sphinge liberationem. *Reſpiravi per te, & oculos ſomno claudere ſum auſus.*

V. 1247. Οια δ' εισοψεσθ'] Poſt hæc verba commate diſtinguendum eſt.

1248. Εγγενως, *prout cives decet.*

1252. Lege juxta *Aldinam* αυτικ' εις το φως.

1256. Lege juxta *Camerarianam* φως, non φως.

1262. Legendum omnino eſt cum *H. Stephano* καν εμοι, id eſt, και εν εμοι. Particulæ enim αν nullus eſt hic locus.

1265. Ευθυ, *recta*, Mudge.

1266. Αμφιδεξιοις ακμαις, *Unguibus utrinque dextris*, id eſt, Eadem vi exſertis ac ſi utraque manus dextra eſſet. Mudge. Αμφιδεξιος eodem ſenſu occurrit *Oed. Col.* v. 1174.

1272. Legendum videtur εγοατο, Attici enim nunquam augmentum abjiciunt.

1272. 1273. — ενθα δυστηνος διπλους
Εξ ανδρος ανδρας, και τεκν' εκ τεκνων τεκοι] Reſcribendum eſt ανδρα & diſtinguendum poſt διπλους. Adjectivum enim iſtud διπλους utrumque reſpicit & ad utrumque referendum eſt ανδρα & τεκνα. Mudge.

1278. Φοιτᾳ γαρ ἡμας εγχος εξαιτων πορειν] Quare pro φοιτᾳ reſcribere maluerit φοιτα Editor nuperus divinare non poſſum; ſed certe fruſtra eſt, Attici enim augmentum non abjiciunt. Si ideo fecerit quia de re præterita ſermo eſt, nimis eſt curioſus; rem enim ob oculos ponit Nuncius, & quaſi jam præſentem narrat; ita mox eâdem formâ δεικνυσι. An forſan quia ſequitur κιχοι aoriſto ſecundo poſitum? At novit proculdubio aoriſto ſecundo forma quam vocant potentiali poſito temporis futuri ut plurimum ineſſe ſignificationem.

1279. 1280. — μητεραν δ' ὁπου
Κιχοι διπλην αρουραν] Οπου κιχοι regitur, non a φοιτᾳ, ſed ab εξαιτων. Duas enim res Oedipus adſtantes orabat, ut ſibi gladium darent, & ſua conjux ubinam eſſet monſtrarent. Minus igitur plene diſtinguendum eſt poſt πορειν.

1283. Ως υφ' ὑφηγητου τινος] Legendum puto uno vocabulo υφηγητου, ut ita vertatur, *Quaſi aliquis ei præiviſſet.*

1294. Οθ' ουνεκ' ουκ οψοιτο νιν] Verte, *Ut iſta non viderent.* νιν plurale eſt, & ad οἱ επασχεν & ὁποι' εδρα referri debet. Ita *Electr.* v. 626. Συ τοι λεγεις νιν, ubi ſubauditur εργα. Legendum etiam eſt ex ſententia nuperi Editoris οψοιντο, plurali enim numero ſequuntur οψοιαθ' & γνωσοιατο & a præcedente αυδων reguntur omnia.

V. 1296. 1297. Αλλ᾽ εν σκοτῳ τολοιπον οὑς μεν ουκ ιδει Οψοιαθ᾽] Ne ferri quidem poteſt emendatio Editoris *Londinenſis* ἁψοιαθ᾽ reponentis. Non enim ab oculis aut res aut homines tanguntur aut apprehenduntur; præterquam quod verbum ἁπ͡ω genitivum non acuſativum poſtulat. Hoc voluiſſe videtur Poeta, Menti Oedipi ſemper obverſaturos Laium & Jocaſtam, quorum tamen potius optandum erat eum nunquam dehinc recordari. Hoc vocat, eos quos non debet etiam in tenebris videre.

1302. Ομβρος χαλαζης αἱματος ετεγγετο] Pro αἱματος quod reſpuit metrum legendum puto αἱματοεις, quod contracte pronunciandum eſt αἱματους.

1309. Εν τινι χολῃ κακου] *Nunc autem miſer in remiſſione aliqua mali verſatur?* Mudge.

1324. Των μακιςων, lege *Aldinam* ſecutus των μακιςων.

1325. Melius *Aldina* abſque articulo, ut verſus ſit paroemiacus,

Προς τῃ δυσδαιμονι μοιρᾳ

1332. 1333. — πα μοι φθογγα
Διαπταται φορᾳδην] Verte ad mentem *Triclinii, Ubinam vox mea pervagata fertur.*

1332. 1333. 1334. Ita hi verſus conſtitui debent,

Φερομαι τλαμων; baſis anapæſtica

Πα μοι φθογγα πταται φορᾳδην; anapæſticus dimeter.

Ιω δαιμον, ἱν᾽ ἐξηλου; paroemiacus.

Pro διαπταται repoſui πταται, tum quia illud metro repugnat, tum quia merum eſſe gloſſema exiſtimo. Idem enim prorſus valent διαπταται & πταται φορᾳδην. Primum igitur pro interpretatione ſupraſcriptum, deinde, errore Librarii, qui correctionem eſſe, aut lectionem ſinceriorem exiſtimabat, in contextum deſcendiſſe veriſimillimum eſt. Ιω δαιμον in *Aldina* legitur. Notandum autem eſt ſyllabam in hoc paroemiaco catalecticam ſpondæo non anapæſto ſubjici, contra regulam quam velut fixam ratamque nobis tradit *Daweſius* Miſc. Critic. p. 224. Ejuſdem itidem rei exemplum alterum videre eſt apud *Æſchylum Agam.* v. 374.

Βελος ηλιθιον σκηψειεν.

1336. Iambica eſt hephthemimeris.

1337. 1338. Ita potius hi verſus conſtitui debent,

Αποτροπον επικειμενον, αφατον trochaicus dimeter acatalectus

Αδαμαστον τε penthemimeris trochaica;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Επιπολυς επ μονιμος᾽ επ γαρ

Τκομενεις εμε,

prout in *Aldina* legitur.

V. 1339. Και δυσουριστον᾽ οιμοι] Ουρος proprie *ventus* eſt *ſecundus*, & vi tranſitionis *proſperum rerum curſum* denotat, inde ουριζειν, *ut res proſpere cedant efficere.* Ita ſupra v. 714. κατ᾽ ορθον ουρισαις, *patriam erectam in ſtatum proſperum reduxeris.* Hinc & hîc quoque δυσουριστον erit, *quod vix in ſtatum proſperum reduci queat, inſanabile, irreparabile.* Verſus autem eſt periodicus catalectus.

1342. Εν τοσουτοις πημασι] *Aldina* habet Εν τοσουτοδε πημασι.

1347. Juxta *Aldinam* ita legendus eſt hic verſus,

Τον τυφλον καλυων. φευ.

Alterum φευ, ne redundaret metrum, expunxi. Aliter in antithetico legi oportebit οι μοι, μοι, & tunc verſus erit glyconius ex epitrito ſecundo & primo, aut antiſpaſto propter αδιαφορον.

1352 — 1356. Ita metra hujus ſtrophæ conſtitui debent,

1. Απολλων ταδ᾽ ην, dochmaicus
2. Απολλων, ω φιλοι, antiſpaſticus hemiholius
3. Ο κακα τελων εμα, ταδ᾽ εμα, παθεα. iambicus ſenarius brachycatalectus
4. Επαισε δ᾽ αυτοχειρ νιν ουτις, iambicus dimeter hypercatalectus
5. Αλλ᾽ εγω τλαμων᾽ trochaica penthemimeris
6. Τι γαρ εδει μ᾽ ὁρᾳν, eadem
7. Οτῳ σ᾽ ὁρωντι μηδεν ην ιδειν γλυκυ iambicus ſenarius;

& ita pariter metra antiſtrophæ,

1. Ολοιθ᾽ ὁστις ην
2. Ος απ᾽ αγριας πεδας
3. Νομαδος, επιποδιας, μ᾽ απο τε φονου.
4. Ερρυτο, κ᾽ανεσωσεν, ουδεν
5. Εις χαριν πρασσων,
6. Τοτε γαρ αν θανων
7. Ουκ ην φιλοισιν, ουδ᾽ εμοι τοσονδ᾽ αχος.

Πεδας νομαδος, *Paſtorali vinculo.* Ubicunque autem in his a vulgatis diſceſſerim, *Aldinam* auctorem ſecutus ſum, ubi etiam poſt επιποδιας legitur ελαβεν, quod velut gloſſema manifeſtum rejeci.

1354. Νιν, *illos*, οφθαλμους ſcilicet.

1358. Pro Τι δει μ᾽ legendum juxta *Triclinium* in metrorum enarratione Τι εδει. Verſus enim periodus catalectus.

1359. 1360. — η προσηγορον
Ετ᾽ ες᾽ ακουειν ἡδονᾳ φιλοι;] Verte, *Aut quod me allocutum cum voluptate audiam, o amici?* Verſus alter aſynartetus eſt ex penthemimeribus iambica & trochaica.

1361 — 1364. Hæc ex penthemimeribus trochaicis, quorum plures a dactylo incipiunt, omnino con-

conſtant, quod metri genus rapidum & abruptum animum Oedipi perturbationibus variis æſtuantem atque convulſum mire effingit. Ita autem conſtituenda ſunt metra;

4. Απαγετ' εκτοπιον
5. Οτι ταχιστα με,
6. Απαγετ', ω φιλοι,
7. Τον ολεθρον μεγαν,
8. Τον καταρατοτατον,
9. Ετι δε και θεοις
10. Εχθροτατον βροτων.

& in antiſtropha,

4. Νυν δ' αθεος μεν ειμ',
5. Ανοσιων δε παις,
6. Ομογενης δ' αφ' ών
7. Αυτος εφυν ταλας.
8. Ει δε τι πρεσβυτερον
9. Φυ κακου κακον,
10. Τουτ' ελαχ' Οιδιπους.

Et in his quoque ubicunque a vulgatis diſceſſerim, *Aldinam* habeo auctorem, niſi quod, cogente metro, augmentum verbi εφυ abjecerim, quam licentiam in choricis ſibi permiſerunt Poetæ Attici.

V. 1366. Ως σ' ηθελησα μηδ' αναγνωναι ποτ' αν] Verte, *Quam vellem te nunquam*, unde ſcilicet ortus es, *recognoviſſem.*

1388. Οψις ην εφημερος] Lege omnino cum *Aldina* εφιμερος, & ita quidem legiſſe videntur omnes quos vidi Interpretes.

1395. 1396. Ωθειν απαντας τον ασεβη, τον εκ θεων
Φανεντ' αναγνον, και γενους του Λαϊου] Verte, *Ut omnes pellerent impium illum, a diis ipſis patefactum impurum, & ex genere eſſe Laii.*

1399. 1340. — αλλ' ει της ακουουσης ετ' ην
Πηγης δι' ωτων φραγμος ουκ ηνεσχομην] Solœciſmum redolare videntur iſta ει — ην — φραγμος ουκ ηνεσχομην, ſcribi enim oportuit ουκ αν ηνεσχομην, ſed cum hoc fieri per metrum non liceat, reſcribendum omnino eſt ουκ αν ηνσχομην. Ita *Antig.* v. 473.

Μητρος θανοντ' αθαπτον ηνσχομην νεκυν.

1405. Ως εδειξα μηποτε] Græci ſermonis indolem poſtulare exiſtimo ut reſcribatur, ώς εδειξ' 'ν μηποτε, id eſt εδειξα αν. Vide ad *Electr.* v. 920. Verte, *Ita nunquam palam feciſſem.*

1409. Κακων υπουλον, *Mala ſubocculta ſpecie pulcra tegens.*

1435. Ad finem tragœdiæ. Hæc omnia contra veriſimilitudinem & decori rationem peccare, atque ideó *Sophocle* plane indigna eſſe, cenſet *Boivinus* Commentar. Acad. Gallic. Inſcript. vol. VIII. p. 602 — 606. Eo igitur judice, ſi non omnino ſpuria pronuncianda ſint, at ſaltem a recentiore quodam partem maximam interpolata exiſtimari debent. Objectiones ejus ſingillatim expendemus.

V. 1435. ad 1444. Primum hic Poetam peccaſſe innuit *Boivinus*, quod non ſervantur mores quales ab incepto proceſſerant, ſed parum ſibi conſtant. Humanitati enim qua compellat Oedipum Creon, non convenire acerbitatem illam qua Chorum increpat, quod eum in publico vagari ſinant, & non domo concluſerint. Sed priora iſta humana non propter alium finem fuiſſe videntur a Creonte dicta, quam ut acerbitatem illam leniret, & quaſi elevaret, quæ tamen revera nulla niſi in verbis erat, cum & ita ipſi etiam Oedipo melius conſulebatur, & pietatis, decori, honeſtique ratio, regiæque familiæ honor, id quod Creon jubebat, omnino fieri poſtulabant. Atque hæc juſſa ex pio in ipſum Oedipum affectu, non ex arrogantia aut vindicta, proficiſci ſatis ſignificat Creon v. 1443. 1444. qua oratione ita mollitur Oedipi animus, ut fateatur hanc Creontis humanitatem, quippe quam ſe haud meritum eſſe conſcius erat, ſibi præter exſpectationem accidere.

1436. Ουθ' ώς ονειδιων] Rectius in *Aldina* legitur Ουδ' ώς.

1445. Επει της ελπιδος μ' απεσπασας] *Quandoquidem adventu tuo ſpe me excidere feciſti quam habebam a Choro obtinendi ut me extra terræ Thebanæ fines ejicerent.* Interpretationem hanc exigere videtur vis ac poteſtas verbi απεσπασας. MUDGE.

1447. Προς σου γαρ ου δ' εμου φρασω] Verte ad mentem *Camerarii*, *Dicam enim quod in rem tuam, non vero in meam, erit.*

1451. 1452. Εδρασ' αν, ευ τουτ' ισθ' αν, ει μη του θεου
Πρωτιστ' εχρηζον εκμαθειν τι πρακτεον] Et hoc Creontis dictum ſuperbiæ & incivilitatis incuſat *Boivinus*; & fatendum quidem eſt exquiſitam illam atque elaboratam urbanitatem, qua tantopere gloriantur Galli hodierni, apud veteres Græcos non admodum in pretio fuiſſe, atque ideo non ita accurate in eorum ſcriptis expreſſam reperiri. Verbis forſan mollioribus uti potuiſſet Creon, ſed quod ad rem ipſam attinet, nihil ſe facturum pronunciat, ad quod faciendum non & religionis reverentiâ, & ſalutis publicæ reſpectu, aſtrictus fuit, nihil quo Oedipus merito offendi potuit, quodque ipſe in quemvis alium, atque ipſum adeo Creontem, ſi caſus tuliſſet, non & dicturus & facturus erat. Hoc enim dicit Creon; Feciſſem equidem id quod tu petis (id ut ne te lateat) at-

que

que adeo oraculi juſſis obtemperaſſem, ni prius conſultum viſum eſſet a deo iterum ſciſcitari quid maxime fieri expediat. Sed quorſum oraculum denuo conſuleretur, cujus reſponſum ipſe Creon dudum attulerat luculentum plane ac perſpicuum? Quia ſcilicet tot ac tanta mala ob perperam intellecta aut contempta oracula jam perpeſſæ erant Thebæ, ideo ſumma cum cautione procedendum erat. Oedipus enim & rex erat, & regio ſanguine prognatus, cujus violati in Laio pænas graviſſimas exegerant dii. Jure igitur verendum erat, ne ſi & ipſe cœcus, omnibuſque deſtitutus, urbe ejiceretur, atque ita periret, piaculum novum contraheret civitas, novis malis, atque ejus forſan morte vel exilio, qui id fieri juſſerat, expiandum. Præterea, oraculum juſſerat interfectorem Laii aut interfici, aut urbe exturbari. Cum igitur Oedipus, oculis vi evulſis, pœnas ſibi ipſa morte graviores ſponte jam inflixerat (ita enim exiſtimabant & Chorus & ipſe Oedipus, vide v. 1381. 1386. 1387) dubium videri poterat annon oraculi juſſis plene ſatisfactum eſſet, & tutius proculdubio erat, in re periculi adeo ancipitis plena, novum a diis juſſum exſpectare, quam iis inconſultis adeo acerbe in regem, cujus tanta erga Thebas exſtitiſſent merita, animadvertere.

V. 1468. *Και γαρ συ νυν τῳ θεῳ πιστιν φερεις*] Perperam hæc vertit *Boivinus*; *Etiam, nam & tu impoſterum deo fidem habebis*; atque inde anſam arripit Poetam culpandi, quaſi Creon quem antea v. 1435. 1436. Oedipum humaniſſime alloquentem introduxerat, nunc acerbe fortunis ejus inſultet. Sed hanc objectionem interpretatio *Johnſoni* accuratior prorſus diluit.

1468. 1469. — *μητε μ' αν νοσον,*
Μητ' αλλο περσαι μηδεν] Verte, *me neque morbum neque aliud quidquam*, præter ſcilicet parentum diras, *extincturum*. Infinitivus enim aoriſti primi, comite particula *αν* ſæpe pro futuro uſurpatur. Vide ad *Electr.* v. 444. 445. & ſupra v. 1250. 1251.

1476. 1477. *Αιν ουποθ' ἡ 'μη χωρις εσταθη βορας*
Τραπεζ' ανευ τουδ' ανδρος] Verte, *Quibus nunquam menſa mea cibaria ſeorſim poſita eſt abſque hoc viro.*

1479. *Αιν μοι μελεσθαι*] Malim *Ταιν μοι μελεσθαι*, *Quas mihi in tutelam tuam recipe.* Ut enim hæc nunc leguntur vix expediri poteſt ſyntaxis.

1488. *Λεγω τι*] *Anne aliquid dico?* i. e. Anne verum dico, id omne enim quod falſum eſt, nihil eſt. Mudge.

V. 1489. 1490. *Λεγοις· εγω γαρ ειμ' ὁ πορσυνας ταδε*
Γνους την παρουσαν τερψιν, ἡν ειχες παλαι] Poetam iterum reprehendit *Boivinus*, quod cum Creon antea Chorum ideo increpaſſet, quod Oedipum foras prodire ſiviſſet, & non ſtatim eum domo concluſiſſet, velut impurum, quem neque terra, neque cœli imber, neque ſolis lux, inter homines verſantem pati poterant, ipſe tamen eum non protinus includi jubet, ſed omnium oculis expoſitum moras longa oratione trahere permittit, atque inſuper ejus etiam filias, novam lamentationibus extrahendis anſam, foras ad eum acceſſit. Sed notandum eſt, Oedipum jam ædibus, donec quid de eo deus decerneret ſciretur, concludendum, teſtamentum quaſi ſuum condere, & de omnibus quæ ad eum ſpectabant, quatenus in eo erat, diſponere; ut de funere Jocaſtæ, de filiis ſuis, & de filiabus etiam, quas ultimum alloquendi, & pietati Creontis commendandi, vehementi deſiderio teneri eum par erat. Æquum igitur erat eum de ſuis diſponentem, præſente ac teſte Choro, a Creonte non interrumpi. Et immiſericors plane, atque humanitatem omnem exutus merito videretur Creon, ſi tantillum ei temporis, dum filias ultimum alloqueretur, iiſque valediceret, indulgere ſuperbe recuſaſſet. Hæc enim longe alia res erat, ac eum per urbem vagari permittere, omnia lamentis & ejulatibus complentem, & ut tunc invaleſcebat opinio, piaculo etiam contaminantem.

1493 — 1515. Nimius pro rerum ſuarum ſtatu, *Boivino* videtur Oedipus, in miſeriis recenſendis ac deplorandis quæ filias ſuas, ipſo orbatas, manere videbantur. Sed animadvertiſſe non videtur vir eruditus, filiarum miſeriam ipſius Oedipi miſeriæ partem non contemnendam facere, atque adeo jure optimo Poetam hanc eam paullo uberius exponendi anſam arripuiſſe, ut tanto magis erga ipſum Oedipum augeretur Spectatorum miſericordia.

1499. Pro periodi nota poſt *δακρυω* pone comma.

1503. 1504. *Ποιας δ' εορτας, ενθεν ου κεκλαυμεναι*
Προς οικον ἱξεσθ' αντι της θεωριας] Minime hæc intellexiſſe videntur Interpretes; verte, *Quæ feſta, unde non vice ſpectaculi defletæ domum reverſuræ ſitis?* Hoc enim vult Oedipus, adeo inſignia & enormia eſſe infortunia ſua, ut fabulas omnes a Poetis tragicis celebratas atrocitate longe exſuperarent, & proinde quod eorum memoria, præſentiâ filiarum ſuarum apud ſpectacula publica renovata, animos omnium ab his averſura eſſet, &

lacrymas commiſerationemque tragicis repræſentationibus debitas præoccupatura. Vox enim θεωεια theatri & ſpectaculorum dramaticorum propria eſt. Vide *Scholiaſtem* nuper editum, & *Heſychium* voce θεωεια χρηματα. In gratiam autem ſententiæ adeo appoſitæ atque elegantis facile opinor Poetæ condonabitur anachroniſmus, qui ad rei ſummam minimi] eſt momenti. Non enim niſi longo poſt Oedipum tempore inventa eſt Tragœdia.

V. 1508. Σφων δ' ὑμιν] Lege cum *Aldina* σφων δ' ὑμιν, & verte, *vobiſque ſimul.*

1526. — νυν δε ποτ' ευχεσθε μοι
Ου καιρος αιει ζην] Locus paullo obſcurior, cujus vera conſtructio omnes quos vidi latuit Interpretes, quæ hujuſmodi eſt; νυν δε ευχεσθε μοι τουτο, εμε ζην εκει, οὗ καιρος εστι εμε αιει ζην. *Nunc vero id mihi precemini, ut iſthic vivam, ubi ſemper me vivere expedit.* id eſt, Nunc mortem mihi precemini, ut apud inferos vivam, ubi me ſemper vivere jam expedit. Vide *Oed.Col.*1654. & Cl. Mudge ad locum. *Dacierius*, qui vulgata ſe non intelligere fatetur, reſcribi jubet οὗ καιρον αιει ζην, ſed & languida eſt admodum iſta loquendi formula, nec ſatis id quod ipſe vult exprimit.

1528. Αλις ιν' εξηκεις δακρυων' αλλ' ιθι στεγης εσω] Nimis ſane iniquum erga Poetam ſe præbet *Boivinus*, qui cum id modo reprehendiſſet, quod tamdiu Oedipum foris lamentantem tuliſſet Creon, nunc ei vitio vertit, quod Creon eum demum abſque ulla verborum acerbitate moneat, tempus eſſe querelis tandem finem imponendi, & intra ædes ſe abdendi. Quod vero punctuationem hujus loci immutari debere cenſet Editor *Londinenſis* id minime neceſſe videtur. Verbum enim εξηκειν participio junctum eandem ei ſignificationem ac vim impertit, ac haberet verbum temporis præſentis perfecti a quo participium iſtud derivatur. Ita εξηκεις δακρυων, idem valet ac δεδακρυκας; *ſatis jam lacrymaſti.*

1527. Hic finem tragœdiæ a *Sophocle* fuiſſe impoſitum cenſere videtur *Scholiaſtes* a *Johnſono* editus.

1531. Οισθ' εφ' οις ουν ειμι] Legendum cenſeo, Οισθ' εφ' οις ουν ειμι, *Sciſne autem qua lege hinc intro ſum abiturus?* Perperam omnino Editor *Londinenſis* pro ουν reponit νυν.

1536. Τουγαρουν τευξη ταχα] Ταχα verti debet *forſan*, non *ſtatim.* Adhuc enim ignorabat Creon quale futurum erat deorum circa Oedipum reſponſum.

1537. Lege cum *Camerariana* φως.

1541. Μηδαμως ταυτας γ' ελη μου] In *Aldina* legitur ταυτης, non ταυτας, & ita etiam legiſſe videntur omnes quotquot vidi Interpretes; ſed veriſſima eſt proculdubio vulgaris lectio.

V. 1542. 1543. — Παντα μη βουλου κρατειν·
Και γαρ ἁ 'κρατησας, ου σοι τῳ βιῳ ξυνεσπετο] Ita verte, *Ne in omnibus tibi morem geri poſtules; quæ enim hactenus eviciſti ut obtineres, non tibi in commodum vitæ ceſſerunt.* Reſpicit, ut opinor, Creon, tum victoriam Oedipi de Sphinge reportatam, atque exinde ſecutas Jocaſtæ nuptias, tum ejus in exquirendis natalibus pertinaciam, quæ duæ res ei cauſæ maxima ex parte exſtiterant præſentium malorum. Quid vero huic reſponſo adeo ſuperbum & contumelioſum inſit, me non videre fateor. Oedipus æger animi, & præ dolore ac luctu vix ſui compos, quaſi infans jam regi debebat, neque ei ut in omnibus obſequeretur Creon æquum erat. Hoc ei ſatis modeſte in animum revocat Creon; cum propria ipſi conſilia olim tam infeliciter ceſſiſſent, jam tempus eſſe ut aliorum potius arbitrio ſe ac ſua permittat, & iis potius quam propriæ voluntati denuo obtemperandum eſſe ſtatuat. Neque id in animo Poetæ erat quod requirere videtur vir eruditus, ut quaſi exemplar humanitatis atque animi candidi nobis proponeretur Creon. Satis ille ſcopum ſuum attigiſſe judicandus eſt, modo ne quid in ejus moribus ſævum atque immane, ne quid ex ſeſe ulciſcendi cupiditate ortum aſperius erga Oedipum dictum, Spectatorum animos offendere poſſit. Perquam ingenioſe addit *P. Brumoy* ex *Dacierio*, ideo forte Creontem Oedipo filiarum ſuarum conſortium pernegaſſe, ne hic iterum in deſperationem aut inſaniam relapſus, nec ſui amplius compos, furioſo aliquo in iis edito facinore, & ſibi crimina, & reipublicæ piacula, cumulare pergeret.

1544 ad finem. Hæc olim Oedipo tributa fuiſſe a *Scholiaſte* docemur, qui ideo, velut ejus perſonæ minus convenientia, rejicienda cenſet. Sed nemini non manifeſtum fore opinor ea non Oedipo ſed Choro tribui debere, qui reputaverit omnes quæ ad nos quidem pervenerunt *Sophoclis* & *Euripidis* tragœdias epilogo aliquo a Choro pronunciato terminari. *Boivinus* indubitanter ſpuria eſſe, nec a *Sophocle* profecta, pronunciat; primo, quia duo primi verſiculi totidem pene verbis in fine *Phœniſſarum Euripidis* leguntur; ſecundo, quia tres ultimi verſiculi ex *Andromacha Euripidis* v. 100 — 102. conſarcinati videntur; tertio, quia verſiculi tertius ac quartus, qui ob id ſolum interpolati videntur, ut cæteris connectendis inſerviant, ita male inter ſe cohærent, ut nulla ſatis idonea con-

conſtructio ex iis elici poſſit; quarto denique, quia nihil niſi ſententiam continent tritam ac trivialem, quæque aliis tragœdiis plurimis æque convenire poteſt. Ego autem ita ſe rem habere exiſtimo; epilogum hunc quoad maximam ejus partem eſſe genuinum; nam quin hæc tragœdia, æque ac omnes hujus Poetæ quæ exſtant aliæ, epilogo aliquo a Choro pronunciato terminata fuerit, nullus dubito. Exemplar vero, ex quo omnes qui ab Editoribus adhibiti ſunt codices MSSti derivati fuerunt, lacerum, & in hac parte mutilum, caſu aliquo fuiſſe; in quo cum deſiderarentur primi duo verſus, ex *Euripidis Phœniſſis* ab Exſcriptore, ne aliquid deeſſe videretur, fuiſſe ſuppletos; verſum autem alium poſt verſum tertium adhuc deſiderari, ut ſenſus integer olim forſan fuerit; Qui non in favore civium aut fortuna ſua ſpes ſuas reponens, ſed ipſe propria virtute innixus ad ſumma pervenit. Atque ita hunc locum intellexiſſe video etiam *Camerarium.* Ut nunc autem ſe habent verſus tertius & quartus, ex iis nulla vi verbis admota, aut ſenſus aliquis commodus, aut conſtructio qualiſcunque exſculpi poteſt. Quod argumento etiam eſſe poteſt,eos non a Librario fuiſſe interpolatos (quorſum enim quis ασυνδετα & ασυστατα interpolaret?) ſed mutilos, prout in veteribus libris reperti ſunt, ad nos perveniſſe. Quod vero ad verſus tres ultimos attinet, quamvis quoad ſententiam cum laudato ex *Andromacha* loco ſic ſatis conveniant, verba tamen quibus ſententia ea exprimitur adeo diſcrepant, ut hæc ab illis, aut illa ab his, fuiſſe mutuata dici non poſſit. Sententia autem ipſa, *Sophoclis* forte temporibus, ipſiſque adeo Tragœdiæ ferme initiis, non adeo trita ac trivialis viſa eſt, ac nobis, poſtquam per tot Scriptorum manus in communem quaſi ſermonem pervenerit, & in proverbium prope evaſerit, jure merito videtur. Saltem argumentum hoc æque contra *Euripidem* militabit, qui non in *Andromacha* tantum, ſed in *Troadibus* etiam v. 509. 510. & in *Heraclidis* v. 865. 866. locum ei dare non eſt dedignatus. Ne ſolennem illam cantilenam memorem, Πολλαι μορφαι των δαιμονιων &c. qua pro epilogo non minus quinquies uſus eſt *Euripides.*

V. 1547. 1548. — εκεινην την τελευταιαν ιδειν
Ημεραν επισκοπουντα, μηδεν' ολβιζειν, πριν αν] *Stanleius* ad *Æſchylum Sept. ad Theb.* v. 778. pro ιδειν reponendum conjicit ιδει, ſed quidquam immutari nequaquam eſt neceſſe. Nam επισκοπουντα ιδειν verti debet, *attendentem* vel *exſpectantem ut videat*, & verbum δει vel χρη ad ολβιζειν facile ſubintelligitur.

In SCHOLIA *Vetera.*

V. 2. Εμοι δε εικοτως ειρηκεν verba ſunt *Scholiaſtæ*, non Poetæ.

20. Recte vidit Editor nuperus ſcribendum eſſe Ογκαιας, Minerva enim Ογκα apud Thebanos colebatur, quod patet ex *Æſchylo Sept. ad Theb.* v. 170. Vide ibi *Scholia* & *Canterum* & *Stanleium* in locum.

52. Dele punctum poſt μαντειας.

74. Legendum eſt juxta *Scholia* a *Johnſono* primum edita συνυπακουειν τα πρεποντα πρεσβυτερον λεγεσθαι· ὡς ενταυθα, απο του, τι πρασσει, αποριαν εμφαινοντος γνωμης ζητουσης ὁποι τρεψεται, ξυνυπακουεται το αποροῦντα.

336. Legendum puto ουκ εκφανω.

498. Lege τῳ Οιδιπῳ.

652. Conſtat ex *Scholiis* a *Johnſono* primum editis legi debere εκ των δυο ποιησας ἑν.

670. Apud *Suidam*, qui hæc voce εντιμ exſcripſit, melius legitur, μη λογων ατιμον & poſtea ατιμον ποιησης των λογων.

752. Πρες Αυλιδα] *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* 38. reponit πρες Δαυλιδα.

In SCHOLIA *a Johnſono primum edita.*

13. Dele ανοις, quæ vox abbreviatio eſt vocis ανθρωποις proxime præcedentis.

16. Ita interpunge, το αγαλμα· λεγεται τεμενος ἁπλως και ὁ αποκεκριμμενος &c.

17. Lege ηδη βεβαρημενοι.

23. Nihil immutandum eſt. φοινικου expoſitio eſt του φοινιου.

74. Lege απο του, τι πρασσει, & poſtea pro τι αρα lege τοιαυτα, & denique εικοτως πρεσ.

87. Pone comma poſt εξελθοι.

98. Pone punctum poſt συμφεροντος, interpretatio enim eſt vocis ξυμφορας v. 99.

133. Hæc ad v. 134. pertinent.

137. Hæc ad v. 138. pertinent.

143. Lege ἱκετηριαν.

156. Lege juxta MStum Παιανις, ſicut & legitur in *Scholiis* prius vulgatis, non παιδες.

167. p. 33. Hæc ad v. 163. pertinent. Lege autem ἡ μετοχη δοτικη αντι ῥηματος. Videtur enim legiſſe *Scholiaſtes* iſte κεκλομενῳ cum μοι præcedente jungendum.

280. Lege και εστι ταυτης.

V. 313. Male hîc Editor nuperus pro ἐν reponendum monet ἦ, ipſa enim ſunt Poetæ verba, μαθοντες ἐν.

369. Hæc ad v. 363. pertinent.

436. Hæc uſque ad vocem Οὐδεις ad v. 433. pertinent.

541 Lege αναιδειας πρoσωπον.

554. Noviſſima eorum quæ hunc numerum præfixum habent ad v. 555. pertinent. Legendum autem eſt περι τουτου αυτου οὐ λεγεις.

563. Pro λεγειν lege λεγει.

573. Pone comma poſt πλησιον, & dele punctum poſt ἑςωτος.

626. p. 93. Lege επιβουλας ſicut legitur in veteri *Scholiaſte*.

638. Lege ει δε ξυνιης ου.

643. Ita diſtingue, Καιειαν, ὡς επιρρημα.

645. Hæc ad v. 649. pertinent, & ad lectionem quam ex *Aldina* reduximus κατα ςεγας.

724. Dele comma poſt ὁσον κατα το.

744. Pone comma poſt ζητῃ, & dele punctum poſt πρεποντα.

988. Lege ἠ ἁψαμενος.

1050. Coli nota ponenda eſt poſt διδοντος ἱερου.

1061. Aut καθο βοτηρ, aut οἱον βοτηρ deleri oportet, & potius, ut opinor, poſterius, quod ex emendatione quadam ortum videtur improbantis vocem καθο.

1080. Lege μη ματευσῃς.

1083 Lege πειθηπ.

1133. Τῃ ακριβει γνωσει, interpretatio ſunt του τῃ δ' επιςημῃ.

1198. l. 4. Lege περιεχεσθεντων.

1229. Κατα την του α βιου, id eſt, κατα την του πρωτου βιου. Quæ autem præcedunt ad v. 1230. pertinent.

1254. Lege Αυθορμητοι.

1295. Lege αντι του ἐπ, εκ παραλληλου. Explicatio ſunt vocum ἐσθ' εἰπεν. Deinde poſt periodi notam ὁρωσι δια παχεις, quæ explicationem continent του ὀφειτο νιν.

V. 1296. Perperam Editor *Londinenſis* pro ὀφειται αὐτον repoſuit ὀφειται αυτην, voce enim νιν ſeipſum deſignare Oedipum putavit *Scholiaſtes*.

Schol. Johnſon. ad v. 1354. Lege, Νιν, δεικτικως, αυτους.

In Triclinii SCHOLIA.

80. Locus ex *Æſchylo* allatus in *Sept. ad Theb.* v. 478. ita legitur,

Πεμπτοιμ' αν ηδη τονδε συν τυχῃ δε τῳ.

Fallitur autem *Triclinius*, non enim pro τινι, ſed pro τουτῳ, poſitum legitur τῳ in hoc *Æſchyli* loco.

P. 35. lin. 4. Dele punctum poſt αναφυεται errore Typographi forſan ibi poſitum.

V. 337. Legendum videtur ουποτε τον νουν περι των παροντων επω.

358. Legendum puto, εννεπω και λεγω, non εννεπων και λεγων.

433. Legendum puto αυτη σε ουν ἡ ανισοτης.

696. Legendum videtur ουκ εγνων γαρ.

697. Lege ποει.

761. Lege δεξαμεναι χνουν.

790. Lege και μην τοσουτον ιςι.

Schema ad v. 717. Pars prior ad v. 646. pertinet.

In Triclinianam Metri Enarrationem.

201. Pro ακαταληκτον lege καταληκτικον.

210. Lege το ξ, ὁμοιον τῳ κζ.

474. Lege ιαμβικον επι διμετρον.

682. Lege εξ επιτριτου τεταρτου αντι αντισπαςου.

1222. Lege το εγ, τροχαικον ιθυφαλλικον ητοι αντισπαςικον διμετρον βραχυκαταληκτον.

1232. Lege ητοι επιτριτου δευτερου.

1352. Dele το γ poſt τον επιτριτον.

1357. Lege ιαμβικον διμετρον ακαταληκτον.

NOTÆ

N O T Æ

I N

A N T I G O N E N.

V. 3. OΠοιον ουχι νωϊν ετι ζωσαιν τελει] *Quod non in nos adhuc viventes effundit.* In verſu præcedente απ' Οιδιπου eſt, *quæ ab Oedipo originem trahunt.* Mudge.

4. Ουδ' ατης ατερ] Hæc ſententiæ & Poetæ ſcopo plane repugnant. Vox αααπος, quam reponi vult *Johnſonus*, nuſpiam ab Atticis uſurpata reperitur. Forſan legi poteſt, ουδ' ατης απο, *nec quidquam quod a malo genio ſit profectum. Sallierius* quidem, in Diſſertatione quæ inter alias Hiſtoriæ Acad. Gallic. Inſcript. tom. v. ſubjectas legitur, reponendum cenſet ατης ἄπερ, ut ſententia ſit, *quod pœnarum inſtar ſit*, ſed præterquam quod ſoloeca eſſe & minime inter ſe convenire videntur ουδεν ἄπερ, phraſis ipſa, etiamſi ὅπερ legamus, vix ullum exemplum, quo ſe tueri poſſit, habere, ni fallor, deprehendetur.

7. 8. Και νυν τι τουτ' αυ φασι πανδημῳ πολει
Κηρυγμα θειναι τον ϛρατηγον αρτιως] Hæc interrogative accipienda ſunt. Verte, *Nunc quid iſtud eſt edicti quod ducem aiunt denuo civitati univerſæ tuliſſe?*

15. Αργειος ϛρατος] In *Aldina* legitur Αργειων ϛρατος.

18. Juberet *Daweſius* pro ηδειν reponi ηδη. Vide Miſcell. Critic. p. 232.

21. Ταφου regitur ab ατιμασας, quod recte monet *Triclinius*, non a præpoſitione περι ſubintellecta ut putavit *Johnſonus*. Eandem prorſus conſtructionem habes infra *Oed. Col.* 50.

24. Συν δικη χρησθεις δικαια και νομῳ] Expoſitio *Tricliniana* participii χρησθεις ab indole Græci ſermonis prorſus eſt aliena. Subauditur proculdubio pronomen αυτῳ. Verte, *Ita eum tractans prout juſtitia æqua & lex poſtulant.*

27. Verbum κατακωκυσαι nunquam active ſumitur.

V. 30. Εισορωσι προς χαριν βορας] *Valckenarius* ad *Eurip. Phœniſſ.* 1628. ex conjectura reponit πιθουσι, nec me magnopere refragantem habet.

33. Τοις μη ειδοσι] Legendum puto τοισι μη ειδοσι, ut fiat ſynizeſis & vitetur hiatus injucundus. Ita infra v. 269.

Αλλ' εφευγε το μη ειδεναι.

39. 40. Τι δ' ω ταλαιφρον, ει ταδ' εν τουτοις, εγω
Λυουσ' αν, η θαπτουσα, προσθειμην πλεον] Senſu prorſus carent vulgata; legendum omnino eſt cum *Cantero*, qui emendationem ſuam e *Scholiaſtæ* interpretatione eruit, Λυουσ' αν η ταπτουσα. Verte, *Quidnam, o miſera, ſi hæc ita ſe habent, ego legem hanc abrogans magis profecero, quam ſi eam etiam ſanciam.* Id eſt, Nulli uſui futura eſt mea in hac re opera, ſive Creonti edicenti aſſentiam, ſive contradicam.

42. Πη γνωμης ποτ' ει] Rectius in *Aldina* legitur που γνωμης.

48. Των εμων ειργειν] Verbum ειργω genitivum regit, ut ad ellipſin præpoſitionis απο cum *Johnſono* confugere minime ſit neceſſe.

53. Επειτα μητηρ και γυνη, διπλουν πεδος] Apud *Scholiaſtem* veterem legitur διπλουν επος, quam lectionem egregie propugnat *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 415.

55. Δυω per ſynizeſin vox fit monoſyllaba. Vide *Oed. Tyran.* 652.

64. Και ταυτ' ακουειν] Χρη ad ακουειν a ſuperioribus repetendum eſt.

83. Τον σον εξορθου βιον] Magis credibile eſt Librarios metro imperite caventes pro ποτμον, quam lectionem agnoſcit *Scholiaſtes* vetus, ſubſtituiſſe βιον, quam vice verſa, in locum vocis uſitatiſſimæ alteram certe minus vulgarem interpolaſſe.

V. 84. Περιμνωσεις] In *Aldina* legitur περιμνωσης, eandem etiam lectionem ſuppeditant editio *Juntina* & codex *Vaticanus* teſte *Dorvillio* ad *Chariton.* pag. 64.

89. Μαλις' ἀδων. Lege μαλισ'.

92. Αρχην δε θηραν ου πρεπει τἀμηχανα] Cave *Johnſonum* audias qui ad αρχην ſubaudit κατα. Adverbialiter hîc, ut ſæpe alias, ponitur.

100. Απις proculdubio ultimam producit, & toto cœlo errat *Triclinius*, cum ſtatuit vocem vocali longa terminatam in vocandi caſu poſitam eandem corripere. Error autem hic ex rei metricæ imperitia ortus eſt; omnes enim hujus ſtrophæ verſus (præter ultimum qui pherecratius eſt, & glyconiorum ſyſtema apte terminat) glyconii ſunt & maxima ex parte πολυσχηματιστοι, adeoque non tantum antiſpaſtos & dijambos, ſed & ditrochæos & epitritos omnes, & in ſede ſecunda choriambos etiam, nullo diſcrimine admittunt. Vide *Hephæſt.* p. 60. Ita in hoc verſu epitritus quartus rite ditrochæo opponitur, ſicut infra v. 107. 125. epitrito quarto opponitur epitritus ſecundus, pes ditrochæo æquipollens.

104. 105. 106. Ut hi verſus, ſicut cæteri, glyconii ſint ita conſtitui debent,

Αμεραs εκλεφασων Διρκαι- ex ditrochæo & antiſpaſto ſive epitrito primo
ων ὑπερ ῥεεθρων μολουσα ex epitrito ſecundo pentaſyllabo & ditrochæo;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Αιματων γενυσι πλησθη-
ναι τε και στεφανωμα πυργων.

108. Τον λευκασπιν Αργοθεν — φωτα βαντα] Intelligitur univerſus Argivorum exercitus. MUDGE.

109. Προδρομον, *præcipitem.* MUDGE.

109. 110. Οξυτορῳ Χαλινῳ. *Fræno acute penetrante.* Peculiaris ineſt vis epitheto οξυτορῳ, ut ſignificet non ſine malo ſuo repulſos Argivos. Frigida igitur omnino eſt emendatio *Johnſoni* reponentis οξυτερῳ.

111. Ον εφ' ἁμετερᾳ γᾳ Πολυνεικης] Præclare hunc verſum, cujus conſtructio prorſus nulla eſt, quique, ut vulgo legitur, conſtructionem totius hujus ſyſtematis chorici penitus perdit, ita reſtituit Cl. MUDGE,

Ος εφ' ἁμετερᾳ γᾳ Πολυνεικεος.

113. 114. Οξεα κλαζων αιετος ες γαν
ὡς, ὑπερεπτα] Parentheſi includi debent tantum αιετος ὡς; Argivus enim exercitus per totum hoc ſyſtema uſque ad v. 129 draconi comparatur, hoc autem in loco aquilæ, tantum quoad clangorem. Vide quæ notavimus infra ad v. 118 — 120.

V. 118. 119. 120. Στας δ' ὑπερ μελαθρων φονι-
αισιν αμφιχανων κυκλῳ
λογχαις ἑπταπυλον στομα] In hac antiſtropha Argivorum exercitus ſub imagine draconis, urbi imminentis, eamque cum ſeptem portis immani rictu deglutire minantis adumbratur; neque verum eſt (quod *Scholiaſtæ* placet) continuari comparationem præcedentem, qua Polynices juxta lectionem vulgatam velut aquila cum clangore ſupra terram advolans repræſentatur. Huic enim imagini non convenit vox αμφιχανων, cum aquila non prædam hiante ore, ſicut draco, deglutit, ſed eam roſtro & unguibus lacerat. Primi autem horum verſuum ſecunda dipodia dijambus eſt, quam quare antiſpaſtum vocaverit *Triclinius* conjicere nequeo.

125. Glyconius hic ex epitrito ſecundo & choriambo conſtat; in antithetico, epitrito ſecundo opponitur epitritus quartus, choriambo ditrochæus ſive epitritus ſecundus propter την αδιαφορον, ſicut in v. 103. choriambo opponitur epitritus tertius.

126. 127. 128. Τοιος αμφι νωτ' εταθη
Παταγος Αρεος αντιπαλῳ
Δυσχειρωμα δρακοντι] Priora iſta Τοιος αμφι νωτ' εταθη Παταγος Αρεος, *Talis a tergo circumfuſus erat ſtrepitus Martis*, parentheſi debent, ut ſequentia, αντιπαλῳ Δυσχειρωμα δρακοντι, cum præcedentibus continuata oratione cohæreant; verte, *Hoſtis non ſine ſumma contentione debellatus a dracone adverſario*, id eſt, Thebano.

130. Lege omnino juxta *Aldinam* ειδων.

132. Χρυσου καναχης ὑπεροπτιας] Hujus verſus quomodo nunc legitur, neque ullus eſt ſenſus, neque ſatis conſtat metrum, verſu anapæſtico in iambum deſinente. Forſan legi poteſt,

Χρυσου καναχᾳ θ' ὑπεροπτειους.
Et auri ſtrepitu inſolentes.

136 — 139. Αντιτυπος] *Surſum reſiliens.* Ita autem hos verſus conſtituendos cenſeo,

Αντιτυπος δ' επι γαι πεσε dactylicus trimeter
Ταντάλωθεις πυρφορος, hephthemimeris trochaica
Ος τοτε μαινομενᾳ ξυν ὁρμᾳ logacœdicus alcaicus decaſyllabus;

ex *Aldina* pro ὡς repoſui ὃς. Et in antiſtropha,

Αλλα γαρ ἁ μεγαλωνυμος
Ηλθε νικα, τᾳ πολυ-
αρματῳ αντιχαρεισα Θηβᾳ.

V. 140.

V. 140. Dactylica eſt penthemimeris.

141. Glyconius eſt πολυχρυματιστος ex epitrito quarto & choriambo; penultimam in εχθιστων corripi poſſe oſtendimus ad *Electr.* v. 122.

142. 143. 144. Ita hos etiam verſus conſtitui debere exiſtimo,

> Ειχε δ' αλλα τα μεν, αλλα δ' επ' glyconius ex epitrito ſecundo & antiſpaſto pentaſyllabo
>
> Αλλοις επινωμα στυφελιζων anapæſticus dimeter
>
> Μεγας Αρης δεξιοσειρος paroemiacus.

In horum verſuum primo αλλα, non αλλα, bis in *Aldina*, legitur, ut & τα μεν pro ταδ'. Antiſtrophæ autem verſus ita ſimiliter conſtitue,

> Θεων δε ναους χορεις παννυ-
>
> χοις παντας επελθωμεν· ὁ Θηβας
>
> Δ' ελελιζων Βακχειος αρχοι.

144. Δεξιοσειρος] *Vehementer urgens.* Metaphora ducta eſt ab equo funali, qui, dum circa metam flectitur, ampliore gyro, adeoque celeriore quam jugalis curſu, iter a dextra conficit. MUDGE.

150. Diſtingue poſt νυν τ', non poſt εχθρων.

157. Ταν νυν θεοις λησμοσυναν] Claudicat metrum, ſedem enim ſecundam vice ſpondæi aut dactyli occupat trochæus. Forſan legendum eſt θεοις τε, aut θεοισι.

160. Δ' ελελιχθων Βακχειος αρχοι] Longe præſtat, meâ quidem ſententiâ, *Aldinæ* lectio, ελελιζων, quam agnoſcit etiam vetus Interpres. Nam ελελιχθων, cum accuſativum in compoſitione ſua contineat alterum ejuſdem regiminis formæ adſciſcere non poteſt; & Θηβας generandi caſu pro ὁ της Θηβης πολιτης poſitum, quomodo interpretatur *Scholiaſtes* vetus, vix in hoc certe loco veriſimile videtur.

162. Κρεων ὁ Μενοικεως νεοχμος] Hunc verſum pro anapæſtico nobis obtrudunt Editores, cujus primam & tertiam ſedem occupat iambus. Facili autem negotio in integrum reſtitui poteſt, ſi nempe legas,

> Τηνδε Κρεων ὁ Μενοικεως νεοχμος.

Fit ſynizeſis in Μενοικεως & νεοχμος. Verte autem, *Sed hicce* (Rex enim eſt hujuſce regionis) *Creon Menoecii filius recens advenit, propter novos a diis provenientes caſus, conſilium quoddam animo volvens.*

164. Τινα δη μητιν ερεσσων] Male pro ερεσσων *Johnſonus* ελισσων reponi jubet. Ut hic μητιν ερεσσων, ita *Ajac.* v. 251. ερεσσουσαν απειλας.

202. Και τα παντ' αφανισαι] Legendum omnino eſt αφαγνισαι, *conſecrare*, quam lectionem in libris ſuis reperit *Turnebus*; αφαγνισαι, quod mavult *H. Stephanus* (cujus notas videſis) contrarium prorſus ſignificat, *deſecrare* ſcilicet; Vide lectiones noſtras *Euripideas* ad *Alceſt.* v. 1146.

V. 209. Τουτον πολει τηδ' εκκεκηρυχθαι] Male reponendum εκκεκηρυγμαι arbitratur *Johnſonus*; verbum enim iſtud nunquam active ſumitur. Ad infinitivum autem εκκεκηρυχθαι ſubaudiendum eſt κελευσαι, vel προσταξαι, vel ſimile quidpiam, quod in præcedente κηρυξας εχω v. 198. continetur, & inde repeti debet. Sententia enim paullo longior hypallagen talem facile admittit.

217. Σοι ταυτ' αρεσκει] Legendum eſt τ'αυτ', id eſt, τ'αυτα, *Eadem quæ tibi, nobis etiam placent.* MUDGE.

223. Του νεκρου τ' επισκοποι] Legendum potius του νεκρου γ' επισκοποι. MUDGE.

224. Τι δητ' αν αλλῳ τουτ' επεντελλοις ετι] Verte, *Quid vero eſt quod alii etiam inſuper mandas?* Pro αλλῳ tamen αλλο legere malim, præeunte *Johnſono.*

244. Φρασαι θελω σοι παντα τ'αμαυτου] Pro παντα melius in *Aldina* legitur πρωτα.

248. Δηλοις δ' ὡς τι σημαινων νεον] Non ineleganter *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* 1082. reponit σημανων. prout teſtibus *H. Stephano* & *Turnebo* in quibuſdam codd. legitur.

249. Τα δεινα γαρ τοι προστιθησ' οκνον πολυν] Verte, *Timor enim affert quidem cunctationem plurimam.* Τα δεινα, *quæ terrent, quæ timere faciunt.*

254. Lege juxta *Camerarianam* φυς, non ους, monente etiam *Daweſio* Miſcell. Critic. p. 268.

255. Γενηδος, *Bipalii.*

277. Καλως Πραξαιμεν, *Infortunium*, negligentiæ ſcilicet pænam, *effugeremus.*

294. Ἠ, *aut*; refertur ſcilicet ad præcedens ποτερον. MUDGE.

297. 298. — ουδ' ὑπο ζυγῳ
Λοφον δικαιως ειχον] Verte ad mentem *Dorvillii* ad Chariton. p. 355. *Neque ſub jugo collum ut decet ſubmittebant.* Ita infra v. 358.

> Αγετ' αμφιλοφον ζυγον.

302. Κακον νομισμα] *Malum inſtitutum.* MUDGE.

324. Τι δαι, ρυθμιζεις την εμην λυπην ὁπου] Verte, *Quid igitur, an ægritudinem meam ad normam exigis ubinam ſita ſit explorator curioſus.*

327. Ουκουν τοδ' εργον τουτο ποιησας ποτε] *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* 712. monet in ſcripto codice legi ποιησας εγω, unde optime reſtituit ποιησας εχω.

330. Κομψευε νυν την δοξαν, *Super opinione nunc argutare.* MUDGE.

333. 334. Εαν δε τοι ληφθη τε και μη] Verte, *Sin vero & non deprehendatur.*

340. Τουτο και πολιου περαν] Ad τουτο ſubaudiendam eſſe

eſſe cenſeo præpoſitionem δια. Verte, *Hinc ſcilicet eſt quod* &c. Vide not. ad *Ajac.* v. 679.

V. 342. Iambica eſt hephthemimeris.

343. Περων υπ' οιδμασι] Magis mihi arridet vulgata lectio περων a *Scholiaſte* etiam agnita, quam *Aldina* πλεων, quanquam hanc in verſione ſua ſecutus eſt *Johnſonus.* περιβρυχια enim οιδματα magis maris fluctibus circumfrendentibus conveniunt quam velis flatu tumentibus.

345. Ακαματαν cum αροτρων jungi debet; *indefeſſis aratris.* ακαματαν in *Aldina* pro ακαματων Dorice ponitur.

347. Αροτρων ετος εις ετος] Verſus ionicus eſt a majore dimeter catalectus, ex ionico pentaſyllabo & καταληκτικῇ trochaica. Ut metrum autem conſtet, & antiſtrophæ reſpondeat, legendum eſt cum *Scholiaſte* ετος εξ ετους.

358. Αμφιλοφον ζυγον. Vide ſupra ad 297.

360 361. — ανεμοεν φρονημα, *ſublimem ſcientiam.* ανεμοεσσα, υψηλη, *Heſych.* & *Suid.* ανεμοεις proprie eſt, *ventis expoſitus*, & vi tranſlationis, *ſublimis*, quia in ſublimi poſita ventis maxime expoſita videntur. Verti etiam poteſt ex ſententia *Camerarii*, *agiliſſimum ingenium*, nihil enim ventis, unde metaphora deſumpta eſt, agilius. *Valckenar.* animadv. ad Ammonium reponi jubet φωνημα, ſed cum proxime præceſſerat φθεγμα, tautologiam adeo manifeſtam Tragicorum Principi non ultro, credo, obtrudemus.

361. 362. Αστυνομους Οργας, *Mores civiles, indolem civilem.* Οργην enim *mores* ſive *indolem* ſignificare jam ſupra oſtendimus ad *Ajac.* v. 1172. Idem *Valckenar.* ubi ſupra pro οργας legendum conjicit αρχας; ſed certe non deterior eſt vulgata ſcriptura, quam temere ſollicitari non oportuit.

363. 364. Ita omnino hi verſus conſtituendi ſunt ut antitheticis reſpondeant,

Δυσαυλων παγων αιθρια, glyconius ex antiſpaſto & epitrito tertio

Και δυσομβρα φευγειν βελη idem ex ditrochæo & epitrito tertio.

Δυσαυλων παγων αιθρια, *Pruinarum ſub dio pernoctantibus incommodarum ſerena.*

365. Iambica eſt penthemimeris, ex dactylo, choreo, & ſyllaba.

367. Periodicus eſt catalectus.

371. 372. Δεινον τι το μηχανοεν
Τεχνας υπερ ελπιδ' εχων] In *Aldina* pro Δεινον legitur Σοφον. Verte, *Mirabile quiddam in dolis fabricandis præter exſpectationem habens.*

V. 373. 374. 375. Και γαρ ποτε μεν κακον, αλλοτ' αυθις δ' επ' εσθλον ερπει·
Νομους παρειρων χθονος] Ex *Triclinii* imperitia locus hic miſere corruptus in vulgatis legitur. Dum enim metra, prout oportuit, ordinare neſciebat, quædam ultro interpolavit, alia quæ in veteribus exſtabant libris expunxit. Et bene quidem accidit quod, & ipſum hominem peſſimi hujus auſi reum confitentem habemus, quodque *Aldina*, veterem & germanam ſcripturam nobis conſervavit, juxta quam ita reſtituendi ſunt hi verſus,

Ποτε μεν κακον, αλλοτ' επ' εσ- proſodiacus ex ionico a majore pentaſyllabo, & choriambo

λον ερπει· νομους παρειρων glyconius ex antiſpaſto & epitrito ſecundo

Χθονος, θεων τ' ενορκον δικαν, idem ex antiſpaſto & epitrito tertio.

Verbum autem παρειρω, notione quam ſententia hic poſtulat, εν ἁπαξ λεγομενοις eſt, & nuſpiam alibi, ut opinor, reperitur, neque qua etymologia ſenſum illum induere poſſit video. Apud Polybium certe (quod ex *Suida* diſcimus) παρειρω eſt *inſero, interſero.* Forſan legi poteſt γαρ ωρων, participium ſcilicet verbi ωρεω, *curo, cuſtodio.*

376. Υψιπολις, *Civitatem in ſublime evehens, felicem reddens*; Απολις, *Civitate indignus.*

382. Αμφινοω, *Cogitationibus in diverſa diſtrahor.* Mudge.

387. 388. Concinnius in *Aldina* hi verſus ita conſtituuntur,

Σε γ' απιστουσαν
Τοις βασιλειοισιν αγουσι νομοις.

390. Η δ' εσ' εκειν' η τουργον εξειργασμενη] In εκειν' η non fit eliſio ſed craſis ei fere ſimilis quæ in μη ει, μη ου paſſim occurrit.

393. Ποια ξυμμετρος προυβη δικα] Verte, *Qualis crimini correſpondens progreſſa eſt juſtitia?*

396. Εξηυχουν eſt ab εξευχεω, *jactabam.* Mudge.

399. Recte reponit *Johnſonus* μακος ουδεν' ηδονη, ut ουδενι cum αλλη ηδονη cohæreat.

400. Ηκω δ' ορκων καιπερ ων απωμοτος] Δι' ορκων pendet ab απωμοτος. Mudge.

409. Lege juxta *Camerarianam* φης.

410. Ταυτην γ' ιδον θαπτουσαν] *Daweſius* pro ιδον recte reponit ιδων, verbo λεγω a præcedente verſu in conſtructione repetito, Attici enim augmentum nunquam abjiciunt. Vide Miſcell. Critic. p. 267.

411. Pro απειπας, quod verbum eſſe nihili contendit, *Daweſius* reponi jubet απειπες. Miſcell. Critic. p. 268.

268. Sed cum nullis rationibus ſententiam ſuam, opinioni licet generaliter receptæ contrariam, aſtruere dignatus eſt vir eruditiſſimus, nobis ἐπέχειν ſaltem fas ſit.

V. 418. Οσμην απ' αυτου μη βαλοι πεφευγοτες] Recte ἀφ' αὑτου repoſuit *Dorvillius* ad *Chariton.* p. 328.

436. Εκ τ' ευκροτητου χαλκεως αρδην προχου] Legendum puto χαλκεου ut ita vertatur locus, *Ex bene conflato æneo vaſculo affatim.* Quid ſane fabro hîc negotii ſit non video. Hanc vero ſignificationem vocis ευκροτητος fuſius aſſerit *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 86.

448. Lege juxta *Camerarianam* φης.

454. Secundum *Daweſium* Miſcell. Critic. p. 232. legendum eſſet ηδη, non ηδειν.

458. Lege, οἱ τουσδ' εν ανθρωποισιν. Errorem hunc *H. Stephanus* in erratorum indice notis ejus ſubjuncto, jam olim corrigi juſſerat.

460. 461. — ὡς' αγραπτα κασφαλη θεων
Νομιμα δυνασθαι θνητον ουθ' ὑπερδραμειν] Ita vertendum cenſeo; *Ut mortalis cum ſis autoritate vinceres non ſcriptas & ſtabiles deorum leges.* Lege autem ονθ'.

463. Lege ἐξ ὁτου 'φανη.

464. Τουτων εγω ουκ εμελλον] Verte, *non debui.* Quis autem non miretur *H. Stephanum*, ut metrum ſartum tectum præſtaret, repoſuiſſe τουτω 'γω, quaſi vocalis in vocis initio ecthlipſis fieri poſſit præcedente conſona, aut duabus vocalibus non concurrentibus. Sed nulla hîc eſt difficultas; fit enim ſynizeſis in εγω ουκ. Verbum autem μελλειν eodem quo indicavimus ſenſu uſurpatum reperies apud *Eurip. Hecub.* 760. *Ion.* 999. *Sophoc. Oed. Col.* 1706. 1857.

466. Tolle ſecutus *Johnſoni* interpretationem interrogationis notam poſt δωσειν, hæc enim affirmative dicuntur. *Daweſius* etiam hîc reponi juberet ἐξεδω. Vide Miſcell. Critic. p. 232.

477. 478. Δηλοι το γεννημ' ωμον εξ ωμου πατρος
Της παιδος] Verte, *Oſtendit indolem ſeveram filiæ a ſevero patre derivatam.*

491. 492. 493. Ει ταυτ' ανατει τηδε κεισεται κρατη'
Αλλ' ειτ' αδελφης, ειθ' ὁμαιμονεστερας
Του παντος ἡμιν Ζηνος Ερκειου κυρει] Verte, *Si hæc de me reportata impune ei ceſſerit victoria; ſed ſive a ſorore, ſive ex aliqua magis mihi ſanguine conjuncta quam eſt tota mea familia, nata ſit.* Ζευς Ερκειος enim hîc pro *familia* ponitur, ut recte monet *Scholiaſtes.*

515. Σοι δ' ὑπιλλουσι στομα, ηγουν ὑποβαλλουσι κλειοντες, οἷα οδαξ εν χειλεσι φυντες. *Euſtath.* ad Homer. Odyſſ. Σ. v. 11. p. 1834. l. 53.

V. 518. Ουκουν ὁμαιμος χὡ κατα χθονος θανων] Longe melius *Aldina*, χὡ καταντιον θανων, *qui ei in prælio oppoſitus mortuus eſt.*

520. Πως δητ' εκεινω δυσσεβει τιμας χαριν] Omnino legendum εκεινῳ γ' ευσεβει. De Eteocle enim hîc agitur, quod ex verſu abhinc altero, quo Creontis oratio imperfecta continuatur & abſolvitur, manifeſtum eſt. Mudge.

525. Ομως ὁγ' Αιδης τους νομους τουτους ποθει] Lectionem quam nobis ſuppeditat *Scholiaſtes*, qua pro τουτους reponitur ισους, cum *Grotio* in contextum recipiendam cenſeo.

526. Λαχειν ισον, repete απο κοινου, ποθει, de Eteocle enim ſermo eſt.

527. Τις δ' οιδεν ει κατω 'στιν ευαγη ταδε] Vertendum cenſeo, *Quis vero novit annon iſta*, iſtæ ſcilicet inimicitiæ, *apud inferos amice ſint compoſita.* Hanc interpretationem omnino ſtabilit Creontis quod ſequitur reſponſum.

534. Αιματοεν] *Sanguine fœdatum*, Faciem ſcilicet Iſmena unguibus modo laceraverat. Mudge.

537. Υφειμενη, *clam immiſſa.* Mudge.

545. Lege εγω 'κοινωσαμην.

552. Lege ἁ μη 'θιγες.

557. Αλγουσα μεν δητ' ει γελωτ' εν σοι γελω] Verte, *Dolens quidem rideo ſi te irrideo.* Vix tamen dubito quin legendum ſit,
Αλγουσα μεν δητ', ει γελω γ' εν σοι, γελω.
Dolens equidem demum, ſiquidem te irrideo, rideo. Eâdem conſtructionis formâ dicitur γελαν εν τινι decompoſitum ac compoſitum εγγελαν τινι.

558. Αλλα νυν] *Nunc demum ſaltem.* Mudge.

563. Καλως συ μεν τοις, id eſt, τοις ὑπο σου ῥητοις.

565. Συ μεν ζῃς] *Tu quidem vivis.*

573. Αλλ' ἡδε μεν σοι μη λεγ' ου γαρ ες' ετι] Μη λεγ' eſt μη λεγε, non μη λεγει, ut putavit *Johnſonus.* Verte, *Sed hanc quidem ne tuam eſſe dicas, non enim amplius eſt*, id eſt, Pro mortua reputare debes; & ita interpretatur *Scholiaſtes.*

576. Ουχ ὡς γ' εκεινῳ τηδε τ' ην ἡρμοσμενα] Verte, *Non ut inter hanc & illum pacta ſunt ſponſalia.* Vide *Camerarii* notas.

583. Νιν, *illas.*

589. 590. 591. Ita hi verſus conſtituendi videntur,
Αγευστος αιων' οἷς γαρ αν iambicus dimeter acatalectus
Θεοθεν σεισθη δομος ατας paroemiacus;
& in antiſtropha ſimiliter,
Οικων ὁρωμαι πηματα
Φθιμενων επι πημασι πιπτοντ'.

V. 592. Glyconius eſt.

595. 596. Prior horum verſuum, ut nunc leguntur, ionicus eſt a minore ανακλωμενος dimeter catalectus, cui in antiſtropha opponitur trochaica hephthemimeris, quod qua ratione ex legibus metricis defendi poſſit non video. Potius ex *Aldina* & *Scholiaſte* veteri ita utroſque reſtituendos eſſe exiſtimo,

Αλος οιδμα δυσπνοοις ὅταν iambicus dimeter acatalectus

Θρῃσσησιν ερεβος ὕφαλον επιδραμῃ πνοαις iambicus ſenarius;

ερεβος hic *procellam caliginoſam* deſignare puto, & ὕφαλον, *quæ ad imum uſque mare penetrat*. Antithetici, ut his reſpondeant, ita levicula mutatione emendandi ſunt,

Νυν γαρ εσχατας ὑπερ

Ριζας ετετατο φαος εν Οιδιπου δομοις

pro τον repoſui νυν, & augmentum verbo τετατο addidi. Præpoſitio autem ὑπερ non adverbialiter cum ουσης ſubintellecto, ut putavit *Johnſonus*, ſed cum verbo ετετατο jungi debet.

597. 598. 599. Sententia eſt, Prout procellæ impetus ad imum uſque maris fundum penetrat & litoribus etiam procul remotis fluctus addidit, ita pœna a diis irrogata ad poſteros & conſanguineos etiam remotiores diffunditur. Mudge.

598. Δυσηνεμον hîc reddi debere puto, *quod ægre a ventis movetur*, *grave*, *ponderoſum*.

609. *Triclinius*, eumque ſecutus *Canterus*, metro veriti, pro κἆτ' αυ repoſuerunt κατ' αυ, ut præpoſitio κατα per tmeſin a verbo ἀμα ſejuncta ſupponatur; ſed nihil immutari neceſſe eſt, diſpondæum enim in ſede prima admittit antiſpaſticus πολυσχηματιστος teſte *Hephæſtione* p. 59. 60.

609. 610. Κἆτ' αυ νιν φοινια θεων των Νερτερων ἀμα κονις] Verte, *Nec mora quin illam denuo demetit cruentus deorum manium pulvis*, id eſt, Pulvis cæſo Polynici injectus; vide *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 366. 367.

612. Ταν σαν Ζευ δυναμιν] In *Aldina* legitur Τεαν Ζευ δυνασιν, quæ lectio ex nimia circa metrum ſollicitudine immutata fuiſſe videtur.

613. Υπερβασια κατασχοι] Legendum videtur juxta *Aldinam* Υπερβασια, quomodo & legiſſe conſtat *Scholiaſtem*.

614. 615. Hi duo verſus non niſi unum conſtituere debent, ionicum ſcilicet a majore trimetrum acatalectum,

Ταν ουθ' ὑπνος αἱρει ποθ' ὁ παντογηρως,

cui in antiſtropha reſpondebit,

Πολλοις δ' ἀπατα κουφονοων ερωτων.

V. 616. Ακαματοι τε θεων] Nullo commento effici poteſt ut hic verſus antithetico reſpondeat; nec ſatis recte ſe habet conſtructionis ratio, præcedente ουτε, ſequente τε ſine negatione. *Aldinæ* lectio Ουδ' ακαματοι θεων poſteriori quidem culpa immunis eſt, quod ad metrum vero attinet nihilo vulgari melior. Forſan legi poteſt,

Ουδε θεων ακαματοι choriambicus dimeter catalectus.

617. *Scholiaſtes* legit αγηρω δε χρονου, *Aldina* habet αγηρω δε χρονω, ſed præſtat meâ quidem ſententiâ lectio vulgaris αγηρως δε χρονω. Verſus autem eſt anapæſticus dimeter acatalectus. De penultimæ modulo in δυνασας, vide quæ ſupra adnotavimus ad *Electr.* 122. & *Antig.* 141.

620. ad 624. Ita hæc interpunctionibus diſtingui & emendari debere exiſtimo,

Το τ' επειτα, και το μελλον,

Και το πριν, επαρκεσει

Νομος ὁδ'· ουδεν ἑρπει ithyphallicus eſt

Θνατων βιοτῳ παμπολυ γ' εκτος ατας ionicus a majore trimeter acatalectus;

cui ultimo verſui in antiſtropha reſpondebit,

Πρασσει δ' ολιγοστον χρονον εκτος ατας.

Ita autem verte; *Et jam*, *& impoſterum*, *& olim*, *vim obtinebit hæc lex*; *nihil nimium*, aut *abundans*, aut *extremum*, *mortalium vitæ accidit ſine calamitate.* Νομος ὁδ' cum επαρκεσει jungi debere vidit *Grotius.* Nugæ vero ſunt iſta quæ nobis hîc venditat *Johnſonus.*

629. Ειδοτι δ' ουδεν ἑρπει] Verte, *Homini vero plane inſcienti obrepit*, calamitas ſcilicet, ατη, quæ vox a v. 624. repetenda videtur, ut quæ intercedunt parentheſi includenda cenſeantur.

639. Ἀρ' αχνυμενος] Ut conſtat metrum legendum eſt ἆρ' αχνυμενος, ut hæc interrogative proferantur, quomodo dicta eſſe indicare videtur Creontis reſponſum. In *Aldina* autem hunc verſum ſequuntur hæc,

Τας μελλογαμου νυμφας,

quæ, præterquam quod metro ſunt mutilo, nihil niſi gloſſema eſſe ſive interpretationem vocis ſequentis Ταλιδος certum eſt, proindeque rite a ſequentibus Editoribus expuncta ſunt.

655. Και τον φιλον τιμωσιν εξισου πατρι] *Et patris amicum honorent haud minus ac ipſe pater.* Mudge.

656. Lege φιτυει, primam enim corripit φυτευει. Vide *Schol.* ad *Ajac.* v. 1313.

V. 665.

V. 665. μηδεις Την παιδ' εν ἁδου τηνδε νυμφευσειν τινι] Quanquam νυμφευειν *uxorem ducere* ſignificat, νυμφευεσθαι vero *nubere*, optime tamen ſe tueri poterit vulgata lectio; nam dativus τινι regitur a verbo μηδεις præcedente; *Concede cuivis ut ducat.* Cauſam etiam non video quare *H. Stephanus* νυμφευειν, tempore præſenti, potius quam νυμφευσειν maluerit.

670. 671. — ει γαρ δη τα γ' εγγενη φυσει
Ακοσμα, θρεψω καρτα τους γ' εξω γενους] Diſtinguere malim poſt θρεψω, non poſt ακοσμα, ut ita ad mentem *Scholiaſtæ* vertatur locus; *Si etenim hos qui natura conjuncti ſunt inobedientes alam, eadem quam maxime culpa in iis qui genere me non attingunt toleranda erit.*

686. Τροπας καταρρηγνυσι] *Exercitum in fugam diſpergit.* Mudge.

686. Ορθουμενων, *Diſciplina ordinatorum.*

687. Τα πολλα, *plerumque.* Mudge.

698. Γενοιτο μεν τ' αν χ' ἁτερῳ καλως εχον] Verte, *Fieri quidem id poſſet ab alio*, qui ſcilicet filius tuus non eſſet, *& non indecore.*

701. Το γαρ σον ομμα δεινον ανδρι δημοτῃ] Hunc verſum rectiſſime ſequenti poſtponi, aut ſaltem parentheſi includi jubet *H. Stephanus*, ut λογοις in verſu proximo regatur a verbo ψεγειν præcedente. Conſtructionem vero talem qualem excogitavit *Johnſonus*, ut λογοις τοιουτοις idem valeat ac εν λογοις τοιουτοις ουτι, apud nullum, ut opinor, Græcum ſcriptorem invenies.

714. 715. Τι γαρ πατρος θαλλοντος ευκλειας τεκνοις
Αγαλμα μειζον, η τι προς παιδων πατρι] Minime neceſſario, immo perperam plane, *Johnſonus* pro ευκλειας reponit ευκλεια, cum præcedens κτημα τιμιωτερον, quod idem fere valet ac ευκλειας αγαλμα μειζον vulgarem lectionem ſtabiliat. Το προς adverbialiter pro προσετι, *etiam*, *pariter*, poni exiſtimo.

717. Lege juxta *Camerarianam* φης.

723. Ορᾳς παραρρειθροισι χειμαρροις ὁσα
Δενδρων ὑπεικει] Quare παρα ῥειθροισι ferri non poſſit non video, immo veram hanc & germanam eſſe lectionem exiſtimo, & ſententiæ meæ aſtipulatorem habeo *Grotium.* Nec video quare præpoſitio παρα locum hîc habere non poſſit, cum dativus ῥειθροισι non a verbo ὑπεικει præpoſitionem illam non admittente regatur, quod putavit *H. Stephanus*, ſed ſubauditur participium οντα, vel φυομενα, verbum autem ὑπεικει dativum χειμαρροις regat. Verte, *Videſne prope fluenta quotquot arbores torrentibus hibernis cedunt.* Nec eſt quare de metro ſolliciti eſſe debeamus. Attici enim ſermonis eſſe proprium, ut litera ρ in initio vocis vim duplicis conſonantis habeat, luculenter oſtendit *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 159. Vide etiam ſupra ad *Oed. Tyran.* v. 866.

V. 726. Ναος ὁστις εγκρατης, ποδα] Optime ſe habet lectio vulgata; ſi quis tamen εγκρατη, quod in quibuſdam libris reperiri monet *H. Stephanus*, malit, vocem iſtam cum ναος jungendam cenſeo, ut ποδα εγκρατη ναος, ſit, *pedem quo regitur navis.*

731. Πρεσβευειν πολυ] Minime neceſſe eſt ut ad πολυ ſubaudiatur μαλλον, cum adverbii iſtius vis in notione verbi πρεσβευειν contineatur.

790. Η γνωσεται γουν αλλα τηνικαυθ'] Verte, *Aut diſcet tandem aliquando.*

793. Ος εν κτημασι πιπτεις] *Grotius* ex ingenio repoſuit ὁς εν ομμασιν ἱζῃς, non ſane improbabiliter. Forſan tamen propius ad veterem ſcripturam reſcribi poteſt ὁς εν γληναισι πιπτεις, *qui in oculorum pupillis jaces.* Γληνος apud *Heſychium* reperitur, qui per φαος interpretatur; oculos autem φαεα a Poetis appellari notiſſimum eſt. Si quis vero vulgatam lectionem mordicus retinere contendit, ita eam verti debere arbitror, *Qui opulentos invadis.* At qua conſtructione ex his verbis *P. Brumoy* ſuam elicere potuit interpretationem, *Fortunas maxime illuſtres evertis*, ne conjicere quidem queo.

797. 798. Dactylicæ ſunt penthemimeres.

799. Dactylicus eſt dimeter.

800. Ουθ' ἁμερειων επ' ανθρωπων] Non neceſſe eſt ut cum *Johnſono* pro επ', reponas εν'. Adverbialiter enim ſæpe uſurpatur επι, eadem notione qua ετι, pro *inſuper*, *adhæc.*

808. 809. 810. — των μεγαλων
Παρεδρος εν αρχαις
Θεσμων] Verte, *in imperiis aſſeſſor magnarum legum*, id eſt, æquam ſedem, auctoritatem, vel potentiam, obtinens cum magnis legibus. *Johnſonus* renitente licet metro, reponit παρεδροις, & de Hæmone interpretatur, velut Creonti in imperio proximo; ſed, ut alia omittam, quomodo Creon per hanc phraſin των μεγαλων θεσμων deſignari poſſit non video.

819. Prima dipodia non eſt antiſpaſtus, ut tradit *Triclinius*, ſed epitritus quartus, cui in antiſtropha opponitur ditrochæus.

820. Iambicus eſt dimeter brachycatalectus.

821. 822. Ita potius hi verſus conſtituendi videntur,

Κοὐποτ' αυθις· αλλα μ' ὁ παγ- glyconius ſive epichoriambicus dimeter
Κοιτας Αιδας ζωσαν αγει idem;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Πι-

Πετραια βλαςα δαμασιν'
Και τιν ομβρω τακομεναν.

V. 826. 827. Ita hi verſus conſtituendi,

Πω μι τις ὑμιος ὑμεν- choriambicus dimeter catalectus
σιν, αλλ' Αχεροντι νυμφευσω. ionicus a majore dimeter hypercatalectus;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Δειραδας' ἁ μι δαιμων
Ομοιοτατων κατευναζει.

828. Και επειτα, lege κἄπειτα.

837. Κισσος ὡς ατενης] Diſtinguendum eſt poſt ὡς, non poſt ατενης, uti ατενης cum πετραια βλαςα cohæreat; *inflexibilis*, ſive *rigida ſaxea germinatio.*

843. Δειραδας, *montium juga*, ſupra quæ ſcilicet eminebat Niobe in ſaxum mutata.

847. In *Aldina* legitur Και τοι φθιμενα, ut verſus ſit parœmiacus; vulgatam vero lectionem και τοι γε φθιμενῳ præferendam duco. Non enim a parœmiaco inchoari ſolet ſed terminari periodus, præterquam quod vulgatæ conſtructio haud paullo & facilior eſt & elegantior.

849. Και επειτα, lege κἄπειτα.

853. Dactylicus eſt dimeter.

854. Dactylica eſt penthemimeris.

857. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus ex duobus epitritis tertiis, quorum alter pentaſyllabus, & ſyllaba. Antitheticus conſtat ex diſpondæo dijambo & ſyllaba.

859. 860. 861. Ita hi verſus conſtitui debent,

Οια φιλων ακλαυτος, οιοις iambicus dimeter hypercatalectus
Νομοις προς ερμα τυμβοχωςου idem
Ερχομαι ταφου ποταινιου trochaicus dimeter hypercatalectus.

Recte *Camerarius* ταφου ποταινιου interpretatur, *inſuetum*, vel *inſolitum ſepulchrum*, antea ſcilicet inauditum. His autem in antiſtropha reſpondebunt,

Οιων εγω ποθ' ἁ ταλαιφρων
Εφυν' προς οὑς αραιος, αγαμος,
Αδ' εγω μετοικος ερχομαι.

864. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus iambicis.

876. Ut hic verſus antithetico reſpondeat ita legendus eſt,

Ατα, κοιμηματ' αυτογεννητ' —

αυτογεννητ', ultimâ eliſâ in *Aldina* legitur. Κοιμηματα autem αυτογεννητα verti debent, *Cubilia quæ ipſi ortum dederunt.*

878. Οιων ſcilicet κοιμηματων. MUDGE.

V. 887. Αυτογνωτος οργα, verte ad mentem *Scholiaſtæ*, *Proprii propoſiti tenax indoles.* Vide ſupra ad *Ajac.* v. 1172.

889. 890. Ita potius hos verſus conſtitutos velim,

Ταλαιφρων αγομαι τανδ' pherecratius
Ετοιμαν ὁδον ουκετι glyconius.

891. Dactylicus eſt tetrameter.

892. Ithyphallicus eſt.

893. Periodicus eſt dimeter acatalectus.

896. Ει χρειη, λεγειν] Lege χρείη, formâ optativâ. Vide not. ad *Oed. Tyran.* v. 563. & *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 332.

902. Μετοικιας δ' ουν της ανω στερησομαι] Verte, *Reditu autem ad ſuperos privabitur.*

904. Lege juxta *Aldinam*, ακεφρονεσι ut conſtet metrum.

925. Σ' εκπεπτωκεναι εγω] *Weſſelingius* Obſervat. p. 97. pro εγω legi mavult εχω. Atqui hoc ſi fiat prorſus actum eſt de conſtructione.

937. 938. 939. Αλλ' ει μεν ουν ταδ' εστιν εν θεοις καλα,

Παθοντες αν ξυγγνοιμεν ἡμαρτηκοτες·
Ει δ' οἱδ' αμαρτανουσι] Verte; *Quod ſi hæc quidem quæ fecimus apud deos honeſta cenſentur, id pœnas dantes agnoviſſemus ſi ea neglexiſſemus; ſin vero hi qui in nos animadvertunt peccant.* Non diſſimulabo tamen longe rectius procedere ſententiam videri ſi legatur,

Αλλ' ει μεν ου ταδ' εστιν εν θεοις καλα —

Quod ſi hæc quidem quæ fecimus apud deos minus recte facta cenſentur, dum pœnas luimus peccati conſcientia afficeremur.

942. Lege εχουσιν ut conſtet metrum.

943. Τουτων a κλαυματα pendet, non a præpoſitione δια ſubintellecta, quod voluit *Johnſonus.*

944. Ut conſtet metrum legendum eſt βεραδυτανος γ' ὑπο.

950. Ut conſtet metrum legendum eſt Θεοι τι πεπρογονεις. Inter hos præcipuus erat Bacchus Cadmi ex Semele nepos.

951. Concinnius in *Aldina* legitur,

Αγομαι δη κοὐκετι μελλω ut verſus ſit parœmiacus.

960. Γονα, *prole.* Ad hanc autem fabulam de Danae primum ſub tecto æreo, deinde poſt partum arca incluſa, illuſtrandam, plura lectu non indigna, neque ab hujus ſtrophæ ſcopo aliena contulit *G. J. van Swinden* in Obſerv. Miſcell. Nov. tom. III. p. 56.

961. 962. Ita potius hos verſus conſtituendos cenſeo,

Και

Και Ζηνος ταμιευεσκε glyconius

Γονας χρυσορυτους antiſpaſticus hemiholius,

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Ατθηρον τι μενος' κεινος

Επεγνω μανιας —

Hæc poſtrema ita verte; *Ille agnovit inſaniam ſuam quod deum tetigiſſet* &c.

967. Ζευχθη δ' οξυχολως παις ο Δρυαντος] Malim οξυχολος, quam lectionem in verſione ſua ſecutus videtur *Johnſonus*. Et poſt hæc ſcripta ita conjeciſſe video *Franc. Thorium* apud *Guellium* in Virg. Æn. III. 14.

968. Κερτομιοις Οργαις] *Indolem propter contumelioſam*. Hac conſtructione dativum uſurpatum vide apud Noſtrum ſupra v. 397. *Ajac.* 178. *Electr.* 42. *Eurip. Bacch.* 1118. 1119. *Helen.* 78. *Herc. Fur.* 293.

978 — 981. Παρα δε Κυανεων πετρων,

Διδυμας αλος τ', ακται Βοσποριαι,

Ιδ' ο Θρηκων Σαλμυδησσος,

Ιν' αγχιπολις Αρης] Diſtinguendum eſt poſt αλος τ', & ita locus vertendus; *Juxta vero Cyaneas petras, geminumque mare, litora Boſphorica, & Thracius Salmydeſſus, ubi urbi vicinus Mars*, &c. Horum autem verſuum ſecundus, antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus, ex epitrito tertio pentaſyllabo, epitrito quarto, & iambo; quartus, antiſpaſticus eſt dimeter catalectus, ex antiſpaſto, iambo, & ſyllaba.

983. Ειδεν] Præclare hujus ſtrophæ conſtructionem reſtituit Cl. MUDGE reponendo Ειδον, ut regatur a nominativis præcedentibus ακται Βοσποριαι & Σαλμυδησσος.

984. Τυφλωθεν εξ αγριας δαμαρτος] Verte, *Oculos excæcans illatum a ſævo conjuge*. Verſus autem aſynartetus eſt ex penthemimeribus iambicis.

985. 986. Αλαον αλαστορεις ομματων

Κυκλοις αραχθεν, ουκ εγχεων] Vox αλαστορεις & metrum perdit & ſententiam. *Camerarius* reponi voluit αλαστορεις, *lumine caſſis*, ſed præterquam quod vox iſta nuſpiam, ut opinor, alibi reperitur, ſententiæ quidem ita ſic ſatis cautum erit, at metrum æque ac prius laborabit. Forſan legi poteſt αλαστοις, *miſeris*, vel αλαστως, *miſere*. αλαον αραχθεν idem prorſus valet ac τυφλωθεν quod præceſſerat, ideoque malim αλαον, ut cum ομματων jungatur, & pro choreo ſit anapæſtus. Eadem autem ratione dicitur ελκος τυφλωθεν αραχθεν αλαστοις αλαον ομματων κυκλοις, ac paullo ſupra v. 802. 803. παρασπας αδικους φρενας δικαιων επι λωβᾳ. Ad ουκ εγχεων vero accerſendum eſt ab infra αιμαιαις. Ita porro hos verſus conſtitui debere cenſeo,

Αλαον αλαστοις ομματων κυκλοις iambicus trimeter brachycatalectus

Αραχθεν ουκ εγχεων iambicus hemiholius;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Βορεας αμιππος, ορθοποδος υπερ

Παγου θεων η παις.

V. 987. Hic verſus trochaicus eſſe non poteſt cum ſedem tertiam occupet ſpondæus. Glyconius eſt ex ditrochæo & epitrito quarto.

991. Αναμπευτον γοναν vertendum cenſeo, *Sortem expertem nuptiarum*.

992. 993. α δε σπερμ' αρχαιογονων

Αντασ' Ερεχθειδαν] Lege ex auctoritate veteris Interpretis & *Aldinæ*,

Α σπερμα μεν αρχαιογονων,

ut conſtet metrum ex epitrito primo pentaſyllabo, choreo, & ſyllaba. Ad σπερμα autem ſubaudiri debet præpoſitio κατα, verbum enim αντασ genitivum vel dativum, nunquam vero accuſativum, regit. Verte; *Illa vero, quod ad proſapiam attinet, veteres cognatione attigit Erecthidas*.

996. 997. Βορεας αμιππος ορθοποδος

Υπερ παγου θεων η παις] De metro ſupra diximus. Legendum autem exiſtimo θεων, non θεων, ut participium ſit verbi θεω, *curro*, & cum η παις cohæreat. Non enim deorum ſoboles erat Cleopatra, ſed e deo Borea & mortali Orithyia genita; neque quid cum proſapia divina commune habeat mons acclivis video. Verte igitur, *Boreæ filia, equis celeritate par, ardua ſuper montium juga currens puella*. Participium autem maſculino genere poſitum ubi de femina ſermo eſt rite uſurpari fuſe oſtendit doctiſſimus *Clarkius* ad Homer. Iliad. E. v. 778. Vide etiam lectiones noſtras *Æſchyleas* ad *Agamemn.* v. 253. ut & quæ adnotavimus ad *Euripid. Mede.* 850. *Iphig. in Taur.* 837. *Troad.* 535. 1114. *Ion.* 973. *Electr.* 1016. Vide etiam Ariſtoph. Eccleſ. 585. & Noſtri *Electr.* 401. *Oed. Tyr.* 1485. 1486. *Oed. Col.* 1747.

998. 999. Αλλα κἀπ' εκεινᾳ Μοιραι

Μακραιωνες εσχον, ω παι] Verte, *Attamen & hanc aſſecutæ ſunt Parcæ longævæ, o virgo*. Hæc nimirum, celeritatem Cleopatræ quam modo celebraverat reſpiciens, dicit Chorus.

1002. Αυτη κελευθος εκ προτου πελει] Verte, *Ipſum iter duci debetur*.

1006. Τηνδ' ευκληρου πολιν] Fruſtra *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* 856. reponendum ſuadet τηνδ' ευκληρου πολιν

πολιν, civitatem enim feliciter etiam tunc gubernare ſupponitur Creon.

V. 1008. Αυ νυν, *nunc iterum*; idem ſcilicet prius durante obſidione contigerat. Vide *Eurip. Phœniſſas.* Mudge.

1020. Κηκις] *Vapor*, unde κηκιω, & ανακηκιω, apud Homerum, *furſum ferer*, *erumpo.*

1022. Χολαι] *Fellis ciſtæ*, ut recte monet *Triclinius.*

1025. Φθινοντ' ασημων οργιων μαντευματα] Verte, *Deficientia ſacrorum incertorum vaticinia.* Nulla enim a talibus extis futuri certa indicia ſumi poterant.

1028. Παντελεις, *publicæ*, ad quas litandi gratia confluere ſolebat populus univerſus.

1046. 1047. 1048. — κ'ουδε μαντικης

Απρακτος ὑμιν ειμι, τωνδ' ὑπαι γενους·

Εξημπολημαι κἀκπεφορτισμαι παλαι]

Pone cum *H. Stephano* coli notam poſt ειμι, & diſtinctionem tolle poſt γενους, & ad ejus mentem ita locum verte; *Neque ab arte veſtra divinatrice vobis ſum intentatus; ab hujus generis hominibus venditus ſui atque exportatus jampridem.* Minime autem neceſſe eſt ut cum eodem eique aſtipulante *Cantero*, pro απρακτος reponamus απρατος. Hoc enim ταυτολογειν eſſet, cum ſtatim ſequatur τωνδ' ὑπαι γενους εξημπολημαι.

1054. Μη πειστις εγω] Et hic etiam *Weſſelingius* Obſervat. p. 97. pro εγω reponit εχω, quæ lectio ſi admittatur conſtructionem penitus ſubvertit.

1060. Αρα φραζεται] *An intelligit?*

1072. Ορσεις με τἀκινητα δια φρενων φρασαι] Verte, *Provocabis me ea quæ non movenda in mente latent proloqui.* Eodem ſenſu Noſter infra *Oedip. Colon.* v. 651. habet τἀκινητ' επη, & ibid. v. 1596.

Α δ' εξαγιστα, μηδε κινειται λογω.

1074. Ουτω γαρ ηδη και δοκω το σον μερος] Verte, *Ita enim & nunc loqui videor* (infructuoſa ſcilicet, quæ nihil ſecum lucri afferunt propter tuam pertinaciam) *quod ad te attinet.* Vera hujus loci ſententia omnes quos vidi Interpretes latuit.

1077. Τροχους ἁμιλλητηρας] *Rotarum ſolarium circumvolutiones ſibi mutuo ſuccedentes*; id eſt, Intra paucas horas hoc eveniet. Non enim de diurna ſolis revolutione hic agitur, ut vulgo putatur, ſed de circumvolutione rotarum currus ſolaris, qua deſignantur temporis momenta minutiora. Statim enim, ut ex ſequentibus patet, & intra eundem diem, adimplentur vatis prædictiones.

1092. Εχθραι δε πασαι συνταρασσονται πολεις] Verte, *Inimicæ vero omnes una conturbantur urbes*; iſtæ ſcilicet quibus inhumata jacebant prope Thebas civium cadavera, aut in urbis oppugnatione, aut in prælio, cæſorum. Non enim Polynicis ſolum cadaver inhumatum præda canibus & avibus fuerat projectum, ſed idem & cæteris ducibus Argivorumque vulgo qui illum contra Thebas tendentem ſecuti perierant, contigerat, quod ex *Euripidis Supplicibus* patet.

V. 1093. Οσων σπαραγματ' η κυνες καθηγνισαν] Verte, *Quorumcunque lacerata cadavera aut canes polluere.* Nam ὁσων non regi a præpoſitione κατα in verbo καθηγνισαν exinde conſtat, quod ſi præpoſitionem iſtam in conſtructione a verbo diſtrahas, verbum ἡγνισαν ſolum relictum habebis, quod ſemper uſurpatur in ſignificatione ei prorſus contraria quam hic ſententia poſtulat.

1108. 1109. — αντισπωντα δε

Ατη παταξαι θυμον εν δεινω παρα] Verte, *Sin reluctor vero, ne animum meum calamitate feriam timendum eſt.* De vi ac notione phraſis iſtius εν δεινω vide ſupra ad v. 249.

1117. 1118. Οιμοι, μολις μεν, καρδιας δ' εξισταμαι

Το δραν· αναγκη δ' ουχι δυσμαχητεον] Verte, *Hei mihi, vix quidem & cor reſugit hoc facere, ſed cum neceſſitate fruſtra non eſt pugnandum.* Ad το δραν ſubauditur επι vel προς, non ὡστε vel εις.

1127. Ionicus eſt a majore dimeter catalectus ex ionico pentaſyllabo & καταληκτικη trochaica.

1128. 1129. Ita conſtituendi ſunt hi verſus,

Νυμφας αγαλμα, και Δι- iambica hephthemimeris

ος βαρυβρεμετα γενος glyconius;

& in antiſtropha,

Στεροψ οπωπε λιγνυς,

Ενθα Κωρυκιαι νυμφαι.

1135. Dactylica eſt hephthemimeris.

1136. 1137. 1138. Hi verſus prout a *Triclinio* ordinantur, nec metra quæ ipſe vult efficiunt, neque antitheticis reſpondent. Ita potius conſtituendos cenſeo,

Παρ' ὑγρον Ισμηνου ρειθρον, glyconius ex dijambo & epitrito quarto

Αγριου τ' επι σπορα δρακοντος. trochaicus trimeter brachycatalectus;

his in antiſtropha reſpondebunt,

Αβροτων επεων ενεαζοντων, ex epitrito tertio pentaſyllabo (duarum enim ultimarum ſyllabarum vocis επεων fit ſynizeſis) & epitrito primo, ſive antiſpaſto

Θηβαιας επισκοπουντ' αγυιας.

1140. Στεροψ οπωπε λιγνυς] Verte, *Coruſcans vidit flamma.* λιγνυς, φλοξ. *Heſych.* Ita *Euripid. Phæniſſ.* v. 234. edit. *Barneſ.*

Ιω

Ιω λαμπουσα πετρα, πυρος
Δικορυφον σελας, ὑπερ ακρων
Βακχειων.

V. 1147. Ut conſtet metrum legendum eſt πουλυσταφυλος.

1148. Αθανατων επεων ευαζοντων] Verte, *Immortalibus carminibus te inclamantibus.*

1151. 1152. Ita hi verſus ex *Aldina* veterem ſcripturam a *Triclinio* immutatam repræſentante reſtituendi ſunt,

Ταν εκ πασαν τι- dactylica penthemimeris
μας ὑπερτατας πολεων glyconius polyſchematiſtus;

antithetici etiam, ex eadem *Aldina* reſtituti, erunt,

Ω πυρ πνειοντων
Χοραγ' αστρων, και νυχιων —

πνειοντων pro πνεοντων ad faciendum metrum repoſui.

1155. Pherecratius eſt πολυσχηματιστος ex diſpondæo pentaſyllabo & ditrochæo catalecto.

1156. Το νυν importune prorſus hic iteratur, nec in *Aldina* legitur, ſed a *Triclinio* interpolatum videtur ad metrum qualitercunque conſarcinandum. Ita igitur juxta ſcripturam veterem reſtituatur verſus,

Επι νοσου, μολειν dochmaicus ex antiſpaſto pentaſyllabo & ſyllaba;

antitheticus etiam ex *Aldina* ita reſtituatur,

Σαις ἁμα πειεπολοις —

antiſpaſto opponitur epitritus quartus hexaſyllabus; περιπολοις, *vagantibus ſectatricibus.*

1157. 1158. Ita hi verſus, ut antitheticis reſpondeant, reſtituendi videntur,

Συν καθαρσιῳ ποδι Παρ- glyconius πολυσχηματιστος
νησιαν ὑπερ κλιτυν pherecratius ex ditrochæo & epitrito tertio catalecto.

Præpoſitionem συν addidi ad explendum metrum. Antithetici autem ita ex veteri ſcriptura in *Aldina* conſervata ſunt reſtituendi,

Θυασιν, αἱ σε μαινομεναι
Παννυχοι χορευουσι —

1160. Πυρ πνειοντων αστρων. His vocibus faces quas manibus geſtabant Mænades deſignantur, quia aſtrorum ſpeciem noctu longo intervallo ſpectatæ præ ſe ferebant. Mudge.

1169. 1170. Ουκ εσθ' ὁποιον στατ' αν ανθρωπου βιον
Ουτ' αινεσαιμ' αν ουδε μεμψαιμην ποτε] Verte, *Non eſt ita ullius hominis vita ad ſtabilitatem conſtituta, ut eam aut laudem unquam aut culpem.* Binæ enim particulæ negativæ non hic ſe mutuo deſtruunt, ſed negationem augent. Ita ſupra v. 5. 6.

— ὁποιον ου
Των σων τε καμων ουκ οπωπ' εγω κακων.

Vide etiam v. 276. 277.

V. 1177. Λαβων τι] Malim cum *H. Stephano* Λαβων δε.

1178. Lege Ηυθυνε.

1179. 1180. — τας γαρ ἡδονας
Οταν προδωσιν ανδρες] Eleganter hic & emphatice verbo προδιδοναι utitur Poeta. Cum enim quiſquam perturbationis cujuſvis impetu ita abripitur, ut, modo ei indulgere poſſit, ſolidam vitæ felicitatem ſubvertere non dubitet, is voluptates ſuas prodere non immerito dicendus eſt. Mirum autem eſt *H. Stephanum* enallagen hic ſupponere, qua ὁταν ανδρες προδωσι τας ἡδονας pro ὁταν αἱ ἡδοναι προδωσιν ανδρας ſit dictum. Hoc certe pacto & futiliſſima evadit ſententia, & a Poetæ ſcopo alieniſſima, quod ſequentia expendenti ſatis, opinor, patebit.

1182. 1183. Πλουτει τε γαρ κατ' οικον ει βουλει, μεγα
Και ζη τυραννον σχημ' εχων] Πλουτει και ζη, *opibus pollet ac vivit*; elegantius enim hæc tertiâ perſonâ dicta, mihi ſaltem, videntur.

1190. Πoτερα πατρωας η προς οικειας χερος] Hunc verſum litera x olim notatum fuiſſe, velut ſpurium, tradit *Scholiaſtes.* Non enim rationi conſentaneum videbatur, poſtquam Nuncius dixiſſet Hæmonem αυτοχειρ interfectum, Chorum rogare *anne patris, an ſua ipſius manu id contigerit.* Sed ad hanc objectionem diluendam non parum conferet locus alius ipſius *Sophoclis* in *Ajace* v. 852. 853.

— τας αυτοσφαγεις
Προς των φιλιστων εκγονων ολωλατε.

Ita etiam apud *Æſchylum* in *Septem ad Thebas* v. 810. 811. Eteocles & Polynices, qui ſe mutuo interfecerant, αυτοκτονως, & εκ χερων αυτοκτονων, periiſſe dicuntur. Vide & ſupra v. 56. 178.

1198. 1199. 1200. Προς εξοδον στειχουσα Παλλαδος θεας,
Οπως ἱκοιμην ευγματων προσηγορος.
Και τυγχανω γε κληθρ' ανασπαστου πυλης
Χαλωσα] Diſtingue cum *Triclinio* & *Camerario* poſt στειχουσα, non poſt θεας, & ita verte; *Ad egreſſionem tendens, ut Pallada deam adirem precibus allocutrix. Et in clauſtris quidem laxandis occluſæ portæ occupor*; ανασπωμαι *contrahor* ſignificat, porta autem *contracta* idem ſonat ac porta *occluſa.*

1209. Lege ἡ 'λυθει.

1230. 1231. Αθρησαθ' ἁρμον χωματος λιθοσπαδη,
Δυντες προς αυτο στομιον, ει τον Αιμονος] Diſtinguendum cenſeo poſt Αθρησαθ', non poſt λιθοσπαδη,

δη, ut ἁρμον regatur a δυντις, & ita vertendum; *Spectate, ſubeuntes aggeris compaginem ſaxo prius amoto apud ipſum oſtium, num Hæmonis* &c. Δυντες λιθοσπαδη eâdem conſtructionis formâ ponitur ac ſupra v. 985. ελκος αραχθεν αλαον ομματων κυκλοις, & v. 802. 803. πυργαπτες αδικους φρενας διχαιων επι λωβᾳ.

V. 1233. Ταδ' εξ αδυτου διαπτου κελευσμασιν ηθρουμεν] Præpoſitio εξ ſemper genitivum nunquam dativum regit; codices tamen omnes in hac ſcriptura conſentiunt. Forſan legi poteſt ταδ' ουν.

1237. Τον δ' αμφι μεσῃ περιπετη προσκειμενον] Verte, *Illum vero mediam eam complexum præterjacentem.*

1246. Πτυσας προσωπῳ] *Et in os ejus exſpuens.* Mudge.

1250. Αι δευτεραι πως φροντιδες σοφωτεραι, quod ait Poeta. Ea igitur quæ ad Noſtri *Elect.* 820. & ad *Eurip. Hecub.* 115. *Dawesii* in Miſcell. Critic. p. 281. auctoritatem inconſulte ſecuti ſtatuimus, pro indictis haberi volumus. Ex hoc enim verſu & ex v. 1237. ſatis conſtat Atticos Poetas a literarum metri cauſa geminatione non omnino abſtinuiſſe.

1250. 1251. — ες δ' υγρον Αγκων' ετ' εμφρων παρθενῳ προσπτυσσεται] Verte, *Et in mollia* (id eſt, lenta, flexilia) *brachia virginis, mentis adhuc compos, eam amplexus, ſe conjicit.*

1252. 1253. — εκβαλλει πνοην Λευκῃ παρειᾳ φοινιου σταλαγματος] Non neceſſe eſt cum *Johnſono* ſubaudire præpoſitionem μετα, ſed a voce πνοη præcedente pendent iſta φοινιου σταλαγματος, quæ idem ſonant ac αἱματος πνοην.

1255. Εν ἁδου δομοις] Εν pro εν non agnoſcunt Attici, monente *Dawesi.* Miſcell. Critic. p. 195. Reponendum igitur εν γ' ἁδου δομοις. Vide quæ notavimus ad *Æſchyli Prometh.* v. 345. Et *Euripid. Hecub.* 39.

1265. 1266. — εμοι δ' ουν η τ' αγαν σιγη, βαρυ Δοκει προσειναι, χη ματην πολλη βοη] Verte, *Mihi quidem & nimium ſilentium grave quiddam cum homini adeſt videtur*, id eſt, Grave eum quiddam animo volvere indicare, & rem frivolam eſſe plurimum clamorem. Cl. Mudge reponendum cenſet χ' ου ματην πολλη βοη, ſed tunc in verſu præcedente reponi etiam oportet η γ' αγαν σιγη.

1276. Legendum eſt ιω κτανοντας, & in antiſtropha ιω κακαγγελα prout in *Aldina* legitur, ut verſus acatalectus ſit ſimilis præcedenti.

1277. 1278. Aſynarteti ſunt ex dochmaicis. Similis eſt & v. 1281.

1279. Νεῳ ξυν μορῳ] *Fato immaturo*, Mudge.

1280. Απελυθης] *Vita ſolutus es*, ab απολυομαι. *Johnſonus* videtur ſoni ſimilitudine deceptus legiſſe απηλυθες.

V. 1284. Εχω μαθων δειλαιος] Verte, *Sero agnovi.* δειλαιος, *ſerus*, a δειλη *veſper.*

1285. Antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus e duobus antiſpaſtis, primo pentaſyllabo, altero hexaſyllabo, & iambo, conſtans. τοτ' αρ τοτε, *tunc, inquam, tunc.* Mudge.

1287. Λακπατητον αντρεπων] *Calcibus conculcatam evertens.* In *Aldina* legitur λεωπατητον, *a vulgo conculcatam.* Utrum mavult eligat, per me licet, Lector.

1288. Hic verſus melius in duos ita diſtrahetur,

φευ φευ comma ſpondaicum

Ω πονοι βροτων δυσπονοι periodicus acatalectus;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

φευ φευ

Ματερ αθλια, φευ τεκνον.

1289. 1290. 1291. Hos verſus ita diſtingui & emendari debere exiſtimo,

Ω δεσποθ', ὡς εχων γε και κεκτημενος

Τα μεν προ χειρων τάδε φερων, τα δ' εν δομοις

Εοικας ἡκειν, και ταδ' οψεσθαι κακα.

Conſtructio eſt, Ω δεσποθ' ὡς εοικας ἡκειν εχων γε και κεκτημενος κακα, τα μεν ταδε κακα προ χειρων φερων, τα δε κακα εν δομοις και ταδε οψεσθαι εοικας. Ita autem verte; *O here, ut infortunia habens & nactus venire videris, hæc quidem quæ præ manibus ſunt geſtans, iſta vero, quæ in ædibus te exſpectant & iſta mox viſurus.*

1292. Τι δ' εστιν αυ κακιον η κακον ετι] *Cantero* aſſentior reponenti εκ κακων.

1299. Lege juxta *Camerarianam* φευ.

1300. Σφαγιον επ' ολεθρῳ] *Cædem ſuper cladem, Cædem cladi*, id eſt, Hæmonis neci, *additam.*

1305. Ut conſtet metrum lege πε ἀρα.

1309. 1310. Η δ' οξυθηκτος ἡδε βωμια περιξ Λυει κελαινα βλεφαρα] Λυειν κελαινα βλεφαρα proculdubio eſt, *Nigra ſupercilia morte ſolvere vel oculos morte claudere*; quomodo vero quis hoc περιξ, *circumcirca*, facere dici poſſit, non video. Vix igitur dubito, cum antiſyſtema hoc ſyſtemate antithetico uno verſu ſit brevius, quod nequaquam admittunt leges metricæ, quin verſus qui primum olim ſequebatur temporis injuria interciderit. Verte igitur, *Hæc vero furore atrox ad aras provoluta circumcirca* * * * * *nigra ſupercilia morte ſolvit.*

1311. Του πριν θανοντος Μεγαρεως κλεινον λεχος] Λεχος idem hîc quod ταφον ſive θανατον ſignificare mihi perſuaſum eſt. Ad Creontis enim filii alterius, Megarei ſcilicet, ſive prout ab *Euripide* appellatur, Menœcei,

cei, mortem, qui ſeipſum pro patria devovens manu ſua ſupra draconis ſpecum confoderat, alludit Poeta. Vide *Euripidis Phœniſſas* v. 930 — 1035. Verte igitur, *inclytum cubile*; intelligitur enim draconis ſpecus, in quem poſt vulnus lethale inflictum præceps ſe dederat Megareus.

V. 1314. Dividatur hic verſus in duos, præeunte *Triclinio*, ad hunc modum,

Αι, αι, αι, αι.

Ανταιαν φοβῳ &c. Hi autem verſus cum v. 1315. & 1317. aſynarteti ſunt ex dochmaicis.

1316. Repone ex *Aldina* δειλαιος, rejecto αθλιος, quod interpolavit *Triclinius*, quia prius iſtud metro minus convenire arbitrabatur, in quo falſus eſt; æque enim in prima ſede dactylum ac choreum admittit verſus iambicus.

1318. Τωνδε κάκιστον, Megarei ſcilicet & Hæmonis, ut recte interpretatur *Triclinius*.

1319. Lege *Aldinam* ſecutus Προς της θανουσης τωνδ'.

1320. Κάπελυσατ', *vita ſe ſolvit*. Vide ſupra ad v.1280.

1322. Παιδος τον' ἦδετ' εξυκωκυτον παθος] Rectius in *Aldina* legitur τονδ'.

1323 — 1328. Omnes hujus ſtrophæ verſus aſynarteti ſunt ex dochmaicis, verſus autem tertius ut metri ratio conſtet ita reſtituendus eſt partim aſtipulante *Aldina*,

Εγω γαρ σ' εγωγ' εκανον ὁ μελεος.

Verſus etiam quartus in duos dividendus ut priori dochmaico fartum tectum ſervetur ultimæ ſyllabæ το αδιαφορειν. Idem porro de verſu quinto ſit dictum.

1337. Μελει γαρ τωνδ' ὅτοισι χρη μελειν] Verte, *Iſta enim*, (quæ ſcilicet ſibi imprecatus erat Creon) *curæ ſunt quibus convenit curæ eſſe*, id eſt, ut recte interpretatus eſt *Scholiaſtes*, *diis*.

1342. Ος σε τε παι σε γ' ουκ ἑκων κατεκτα] Malim juxta *Aldinam* σε τ' ουκ ἑκων, propter τε quod proxime ſequitur. κατεκτα, *interemit*.

1344. Οπα προς ποτερον ιδω, πα κλιθω] Verte, *Quam ad partem, ad utrumnam reſpiciam, & quomodo diſponam. Canterus* legendum cenſet πα δε θω, metri gratia, ut opinor, ſed & minus neceſſario, & perperam quoad ſententiam. Vide ſupra ad v. 1323.

1345. Παντα γαρ λεχρια] Hunc verſum, qui ab editione *Henrico-Stephaniana* abeſt, quanquam eum agnoſcit *Scholiaſtes*, ideo a *Triclinio* ejectum fuiſſe puto, quia nullum habet ſtrophe præcedens qui ei reſpondeat; quod factum certe non oportuit. Æque enim, ac forſan magis, probabiliter fieri potuit, ut in ſtropha exciderit verſus, quam ut in antiſtropha interpolatus ſit. λεχρια, *præpoſtera*, *perverſa*, *diſtorta*. Pone autem comma poſt λεχρια.

V. 1346. 1347. Τατ' εν χερσιν γαρ, τατ' επι κρατι μοι
Ποτμος δυσκομιστος εισηλατο] Verte, *Quæ enim manibus teneo* (filii ſcilicet mortui argumentum cadaver) *quæque capiti meo velut onus incumbunt* (uxorem ſcilicet mortuam mox intra ædes ſpectandam) *fatum vix tolerandum veloci mihi intulit ſaltu*. Eodem ſenſu quo hic ponitur εισηλατο, verbo ejuſdem notionis πηδαν uſus eſt Noſter in *Oedip. Tyran.* v. 1323. 1324. 1325.

— τις ὁ πηδησας
Δαιμων μειζονα των μακιστων
Προς ση δυσδαιμονι μοιρα.

Duo autem ſenarii iambici poſt hanc antiſtropham excidiſſe videntur qui antiſyſtema ſyſtemati quarto oppoſitum conſtituebant.

1350. Μηδεν ασεπτειν] Malim Μηδεν' ασεπτειν, *Oportet enim neminem in rebus quæ ad deos pertinent impie ſe gerere*.

1352. Dividatur hic verſus in duos, monente *Triclinio*,

Αποτισαντες baſis anapæſtica
Γηρα το φρονειν εδιδαξαν paroemiacus.

In SCHOLIA Vetera.

19. Lege ηγαγον.

39. Lege ει δε χαρειται η ταπουσα, quod ex ſecuta ipſius *Scholiaſtæ* interpretatione manifeſtum eſt.

128. Lege ὑμας χειρωσασθαι.

481. Legendum videtur ευ κεχαραγμενα.

834. Lege η την λυχα ὑπομενουσαν.

991. Lege ασυμφυτον ἑαυτων κοινωνιαν.

1196. *Valckenarius* ad *Schol.* in *Eurip. Phœniſſ.* p.720. recte reſtituit περι του παιδος.

In SCHOLIA Triclinii.

105. Omittitur Editoris incuria Scholium ad hunc verſum, quod in Stephaniana quæras licet; ubi tamen pro εφανθη legendum eſt εφανθης.

373. Lege και γαρ ποτε μεν κακον.

526. Ita legendum videtur αλλ' ουκ ὑπαρχει ὁ νομος, ηγουν ουδε νενομισμενον εστι τον χρηστον ανθρωπον λαβειν ισον και ὁμοιον τω κακῳ.

978. Pro κυδος lege κηδος.

In Triclinianam Metrorum Enarrationem.

956. Lege εξ επιτριτου τεταρτου, αντισπαστου, και βακχειου.

NOTÆ

IN

OEDIPUM COLONÆUM.

V. 9. 10. — θακοισιν ει τινα βλεπεις
Η προς βεϐηλοις, η προς αλσεσιν θεων] Verte, *Si hominem quenquam vides aut apud conſeſſus profanos, aut apud lucos deorum.* θακος, τοπος ενθα πολλοι συνηρχοντο σκεψομενοι. *Suid.*

15. Στεγουσι] Lege juxta *Aldinam* στεγουσιν.

16. Ως απεικασαι] Mihi magis arridet lectio *Aldina*, ὡς σαφ' εικασαι.

22. Χρονου μεν οὑνεκ' ου μαθειν με δει τοδε] Verte, *Temporis diuturnitas quo tibi adſui comes in cauſa eſt ut non neceſſe ſit hoc me doceri.*

25. Πας γαρ τις ηυδα τουτον ἡμιν εμπορον] Legendum puto τουτο γ', Iſtud ſcilicet, nos non longe ab Athenis abeſſe.

34. 35. — οὑνεχ' ἡμιν αισιος
Σκοπος προσηκεις ὡν αδηλουμεν φρασαι] Verte, *Te opportunum nobis advenire ſpectatorem, ut dicas ea de quibus dubitantes hæremus.*

41. Τινων; το σεμνον ονομ' αν ευξαιμην κλυων] Interrogationis nota quæ poſt τινων ponitur inde tollenda eſt, & ad verſus finem transferenda, ut τινων cum ſequentibus jungatur; nullus enim præceſſerat genitivus quocum cohærere poſſit. Verte autem, *Quarumnam nomen venerandum audiens invocare debeo?*

44. Recte Editor *Londinenſis* τον ἱκετην. Vox enim hæc primam ſemper corripit.

47. Ξυμφορας ξυνθημ' εμης] Verte *Signum*, vel *omen*, *ad calamitates meas pertinens.*

49. Πριν γ' αν ενδειξω τι δρω] *Antequam indicavero quid facturus ſim.*

50. 51. — μη μ' ατιμασης
Τοιονδ' αλητην ὡν σε προστρεπω φρασαι] Verte, *Ne me talem mendicum indignum habeas quem de iis certiorem facias quæ te rogo.* Vide ſupra ad *Antig.* 21.

V. 52. Εξ εμου φατη] Concinnius *Aldina* εκ γ' εμου φανη.

59. Οι δε πλησιοι γυαι] Magis mihi arridet lectio a *Scholiaſte* ſervata, αἱ δε πλησιον γυαι, quam & firmat codex *Vaticanus* teſte *Dorvillio* ad *Chariton.* p. 206. Ερεισμ' Αθηνων *Athenarum ſubſtructio*, Fundamentum ſoli cui & urbs & regio innititur. Mudge.

69. Λογῳ τε, *imperioque*, ut ſupra v. 67. Mudge.

72. Προς τι λεξων eſt τι προσλεξων. Verte, *Quid nunciaturus aut perfecturus hoc itineris ſuſcipiet?*

76. Οισθ' ω ξειν' ὡς νυν μη σφαλης'] Pone interrogationis notam poſt σφαλης, & ita verte, *Noſtin' o peregrine quid facere debes ut errore ne labere?*

118. Hujus ſtrophæ verſus primus comma ſit iambicum; ita enim in duos dividi debet hic verſus;

Ορα
Τις αρ' ην; που ναιει; που κυρει,

& in antiſtropha,

Ε, ἑ
Αλαων ομματων ἀρ' και.

Verſus quartus pherecratius eſt, decimus & quindecimus dochmaici ſunt, tres ultimi anapæſtici, cæteri omnes glyconii.

119. 120. — που κυρει
Εκτοπιος συθεις ὁ παντων
Ο παντων ακορεστατος] Verte, *ubi eſſe contingit e ſede ſua egreſſus ille omnium, omnium homo maxime inſatiatus.*

121. Λευσσετ' αυτον.] Interrogationis nota poſt αυτον ponenda videtur. Verte, *Anne eum videtis?*

122. 123. Ita conſtituendi ſunt hi verſus,

Προσφθεγγου παντα χη. πλανα-
τας, πλανατας τις ὁ πρεσϐυς, ουδ' —

& in antiſtropha,

Προσθησεις τασδ' αρας· περας
Γαρ, περας· αλλ' ἱνα τῳδ' εν α-

V. 129.

V. 129, Αλεγως, *Sine ſermone.*

130. 131. — το τας
Ευφημου ϛομα φροντιδος
Ιεντες] Senſus eſt, Ora adeo caute ſolventes ut nihil niſi fauſtum proferant.

137. Claudicat metrum, pes enim ſecundus choreus eſt. Forſan legi poteſt, φατιζομενον γ'.

140. Περιιδητ' ανομον] *Pro legum contemptore habeatis.* Mudge.

141. Iterum claudicat metrum, pes enim quartus trochæus eſt. Forſan legi poteſt, ὁ πρεσβυς ὁδ'.

144. Δηλον δ'] In *Aldina* legitur Δηλω δ', & ita legiſſe conſtat veterem *Scholiaſtem.*

147. 148. 149. Ε, ἑ, αλαων ομματων ἀρα και
Ηϛα φυταλμιος, δυσαιων
Μακραιων τ' ιδ', ὡς επεικασαι] Affirmative dicuntur hæc, non interrogative, ut putavit *Johnſonus.* Verte, *Proin oculis captus natus es infelix, & præterea ſenex quantum conjicere datur.* Pro ἀρα autem legendum eſt ἆρα.

149. 150. Μακραιων τ' ιδ', ὡς επεικασαι
Αλλα γ' ου μαν εν γ' ἐμοι] *Canterus*, ut metrum accuratius antithetico reſpondeat, particulam ὡς hinc exulare jubet, ſed plane contra Græci ſermonis indolem, quæ eam abeſſe nequaquam patitur. Potius legendum videtur Μακραιων δ' ὡς επεικασαι, aut ſaltem ὡς εικασαι. In horum etiam verſuum altero, εν γ' εμοι, juxta *Aldinam* pro εν γ' ἐμοι reſcribendum eſſe cenſeo.

150. 151. Αλλα γ' ου μαν εν γ' ἐμοι
Προσθησεις τασδ' αρας] Εν γ' εμοι idem valet ac ὁσον εν εμοι γ' εϛιν. Verte igitur, *Sed certe ſaltem, quantum in me quidem ſitum eſt, non mihi imputabis has imprecationes*, quas ſcilicet in te accerſiturus es. Vide infra v. 405.

153. Cum verſus ſit glyconius πολυσχηματιϛος epitrito tertio rite opponitur diſpondæus.

154. 155. 156. — καθυδρος ού
Κρατηρ μειλιχιων ποτων
Ρευματι συντρεχει] Verte ad mentem *Scholiaſtæ, ubi crater aqua plenus ſimul dulcis potus fluento,* id eſt, melle, *miſcetur.* Vide infra v. 482 — 486. 493. 494.

157. — τον, *hunc.* Rectius tamen legi poſſe puto το, id eſt τουτο, *hoc diligenter cura.*

161. 162. Λογον ει τιν' εχεις
Προς εμαν λεσχαν, αβατων αποβας] Diſtinguendum eſt poſt εχεις, non poſt λεσχαν, & ita locus vertendus; *Si ſermonem aliquem habes quem mecum communicare cupis, ex adytis ad conſeſſum meum tranſgreſſus.* Προς enim quod in αποβας continetur, ad prædentia, προς εμαν λεσχαν, transferri debet. Ut metrum autem verſus prioris antithetico reſpondeat legi forſan poteſt,
Λογον ει τινα γ' εχεις.

V. 176. 177. Hæc duo commata unum conſtituunt verſum,
Οι. Ετι; Χο. προσβιβαζε κουρα ionicus a minore
αναπαυομενος dimeter acatalectus.

179. Εσπου μαν, ἑσπ'] Legendum videtur juxta *Aldinam* Επου μαν, ἐπ', ut verſus ſit antiſpaſticus dimeter hypercatalectus.

180. 181. 182. Ita melius, ut videtur, conſtitui poſſunt hi verſus,
Κολῳ πατερ ὡ σ' αγω. ionicus a majore dimeter catalectus
Τολμα ξεινος επι ξεινης glyconius aut dactylica hephthemimeris
Ω τλαμον, ὁτι και penthemimeris iambica
Πολις τετροφεν αφιλον pherecrateus.

192. Ηϛω, *An ſedere debeo?* Aoriſtus eſt primus paſſivus verbi ἑω *colloco* formâ ſubjunctivâ poſitus. *Scholiaſtes* videtur legiſſe ἡϛω, perſonâ tertiâ verbi ἡμαι *ſedeo* formâ imperativâ poſitum, & Choro, non Oedipo, tribuiſſe, ſed perperam, ut opinor; ſaltem hoc pacto nullum habere poteſt locum emendatio *Camerarii* legentis, in verſu proxime ſequente, βραχυ σ' οχλασας, quam tamen poſtulare videntur & ſententia & conſtructionis ratio.

198. 199. Γεραιον ες χερα σωμα σον
Προσκλινον φιλιαν εμαν] Rectius *Aldina* & *Scholiaſtes* vetus προσκλινας. Immutarunt nimirum Librarii de conſtructione ſolliciti, nec animadvertentes orationem imperfectam, interpellante Oedipo abrumpi. Verte, *Senile tuum corpus in manum hanc amicam inclinans.*

205. 206. Ita melius conſtituentur hi verſus,
Οι. Ω ξενοι αποπτολις· trochaica hephthemimeris
Αλλα μη — Χο. Τι τοδ' απεννεπεις γερον; aſynartetus ex baſi trochaica & iambico hemiholio.
Concinnius tamen evadet metrum ſi pro τοδ' reponis τουτ', ut verſus prodeat aſynartetus ex duabus penthemimeribus trochaicis.

207. 208. Ita melius conſtituentur hi verſus,
Μη μη μη μ' ανερη penthemimeris dactylica
Τις γ' ειμι, μηδ' baſis iambica
Εξεταζης πρα ματευων choriambicus dimeter hypercatalectus.

209 — 214. Ita hos verſus emendari & conſtitui debere cenſeo,

Χο. Τι τοδ᾽ ουν; Οι. δεινα φυσις. Χο. αυδα. paroemiacus

Οι. Τεκνον, ωμοι τι γεγωνω; Χο. τινος ει anapæſticus dimeter acatalectus

Σπερματος, ω ξενε, φωνει, πατροθεν. idem.

V. 216. Λεγ᾽, επειπερ επ᾽ εσχατα μενεις] Pro μενεις legi βαινεις in quibuſdam exemplaribus monet *H. Stephanus*, qui hoc etiam ſe malle dicit, modo menſura metri admittat. Iſtam autem lectionem non admittit tantum, ſed etiam poſtulat metrum, cum verſus ſit paroemiacus.

217. Metrum anapæſticum eſt, ideoque legendum videtur,

Αλλ᾽ ερω, ου γαρ εχω γε καταχρυφαν.

218. Ut conſtet metrum legendum eſt, Μακραν μελλετε γ᾽.

219. 220. Ita hi verſus conſtitui debent,

Οι. Λαϊου ιστε τιν᾽ απογονον; Χο. ω, ω. anapæſticus dimeter acatalectus

Ιου, ιου. baſis anapæſtica.

224. Ut conſtet metrum reſcribendum eſt, Συ γαρ ὁδε γ᾽ ει.

233. Ων προπαθη το πνειν] Verſus mutilus eſt ita forſan reſtituendus,

Ων μεν προπαθη τοδε και πνειν.

239. 240. Ita hi duo verſus conſtituendi videntur,

Χθονος εκθορε μητε περα χρειος ε- anapæſticus dimeter acatalectus

μα πολει προσαψης ithyphallicus.

Χρειος προσαπτειν eſt *negotium faceſſere.*

241 — 244. Fallitur *Triclinius* qui quatuor hos verſus pro anapæſticis nobis venditat. Primus ſecundus & quartus antiſpaſtici ſunt dimetri hypercatalecti; tertius ithyphallicus eſt.

246. 247. — ου καλοις προσορωμενα ομμα τον ομμασιν] *Sallierius* pro ου καλοις ομμασιν reponi jubet ουκ αλαοις ομμασιν; cujus diſſertationem vide in Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. vol. III. p. 118. & ita quidem in *Aldina* diſerte legitur. Editori tamen nupero hæc lectio ſubabſurda videtur, quia is qui in alium intuetur cœcus eſſe non poteſt. At ſupervacanea iſta non raro a Poetis, interdum etiam in oratione ſoluta, majoris εναργειας & εμφασεως gratia, addita reperiuntur. Hoc certe in loco hæc idem ſonant ac ſi dixiſſet Antigone, Oculos meos, non ſicut paterni cœcos, in oculos veſtros obvertens.

251. Εν ὑμιν γαρ ὡς θεῳ] Ut conſtet metrum pro γαρ reponendum videtur γ᾽.

253. Non anapæſticus eſt hic verſus, ſed periodicus catalectus, nam αδοκητον primam hîc producit. Vide *Clark.* ad Homer. Il. Λ. v. 398.

V. 255. — η λογος, η χρεος, *aut ratio, aut officium.*

256. 257. Ut conſtet metrum legendum videtur βροτον, & ita conſtitui debere hos verſus,

Ου γαρ ιδοις αν αθρων βροτον ὁστις αν dactylicus tetrameter

Ει θεος αγοι γ᾽ trochaica baſis

Εκφυγειν δυναιτο ithyphallicus.

265. Μονας δε τον καλουμενον ξενον] Otioſum prorſus eſt epitheton iſtud καλουμενον. Reſcribendum puto τον γ᾽ αλωμενον ξενον. Eundem errorem erravit Librarius in *Philoctete* v. 231. Apud *Suidam* autem voce Δοξα non male legitur κακουμενον.

272. Χρῄ η λεγειν] Lege χρειη formâ optativâ. Vide not. ad *Oed. Tyr.* v. 563.

281. 282. Και μη θεους τιμωντες, ειτα τους θεους Μοιραν ποιεισθε μηδαμως] Verte ex ſententia *Grotii*; *Et ne deos honorantes deinde pro diis ſortem,* vel *fortunam, omnino habeatis, abſit hoc.*

286. Ξυν οις, nempe ανοσιοις, *Inter quos impios ne felices confundas Athenas.*

292. 293. — ὁταν δε κυριος Παρῃ τις ὑμων] De vocis κυριος ſignificatione, vide notas noſtras ad *Euripid. Suppl.* 1189. *Iphig. in Aul.* 703. *Bacch.* 505.

298. 299. — τοις δε τησδε γης Ανακτας αρκει ταυτα μοι διειδεναι] Verte, *Sufficit vero hujus terræ principes hæc pro me diſpicere.* Perperam τ᾽ αυτα reponi vult nuperus Editor. Non id dicere vult Chorus, *Mihi ſufficit ſi eadem mecum decernant*; nihil enim decreverat adhuc nec judicaverat Chorus, ſed omnia ad judicium regis reſervanda in integro reliquerat.

317. Ut conſtet metrum pro αυτην ἡμων lege juxta *Aldinam* ἡμων αυτην. Cum genitivo enim conſtruitur αυτην.

321. Η γνωμη πλανα] Lege juxta *Aldinam* η γνωμη πλανα.

336. Ω δυσαθλιαι τροφαι] Verte, *O miſerrima vivendi ratio.* De patre enim, non de ſe, hæc miſerationis plena dicit Iſmene. Vox τροφη eodem ſenſu uſurpatur infra v. 351.

348. Οι δ᾽ αυ ὁμαιμοι, που νεανιαι πονειν] Ut vitetur hiatus inſuavis malim juxta *Aldinam* reſcribi αυθομαιμοι. Pro πονειν etiam *Canterus* το νυν, Editor *Londinenſis* πονων reponi malunt, ſed nihil immutari neceſſe eſt. Πονειν cum νεανιαι jungi debet, & ita expleri poteſt ſententia, νεανιαι εις το πονειν vel νεανιαι ὡστε πονειν, *juvenes laboribus apti.* Id enim quærit Oedipus, quare filii juvenes, ideoque laboribus ſubeundis

eundis idonei, non potius quam filia Iſmene, puella tenera itinerumque moleſtiis perferendis inepta, hoc negotium patris exquirendi in ſe ſuſceperint. Hanc veram eſſe hujus loci ſententiam ſatis oſtendunt ſequentia.

V. 371. Τις σ' εξηγεν οικοθεν ϛολος] Verte, *Quænam te profectio domo excivit?* id eſt, Quænam eſt itineris tui cauſa?

374. Α 'παιδων, lege *Aldinam* ſecutus ἀ 'παιδων, ut craſi facta producatur prima.

375. Ζητουσα την σην του χατοικοις τροφην] In *Aldina* legitur ϛροφην *vagationem*, quod forſan melius.

384. Κἀξ αλιτηρου φρενος] Vereor ne αλιτηρου antepenultimam corripiat. Certe ιωτα corripiunt αλιτεω, αλιταινω, & αλιτομαι. Cum igitur gravius contra leges metricas peccet pyrrhichius in quarta ſede quam anapæſtus, reponendum cenſeo αλιτηριου, quod in quibuſdam libris legi teſtis eſt *Stephanus*. Niſi forſan αλιτειου ferri poſſit, quandoquidem αλιτρος (& quidni etiam αλιτειος?) per contractionem ex αλιτηειος fieri nos docet Etymologus.

403. Ευνοιας χαριν] Cum *Kuſtero* ad *Suidam* veram lectionem eſſe exiſtimo ευσοιας χαριν, *ſalutis gratia*, quam præfert etiam vetus Interpres, & agnoſcit *Suidas*.

415. Κειναις ὁ τυμβος δυσυχων ὁ σος βαρυς] Verte, *Illis ſepulcrum tuum ſi eo fruſtrantur grave eſt futurum.*

418. Μηδ' ιν' αν σαυτου κρατης] Verte, *Neque in eo loco ubi tui juris ſis futurus.*

421. Κρατησωσιν, *in ſuam poteſtatem redigant*. Hæc affirmative non interrogative ponuntur.

422. 'Αρα, lege ἆρα prout in *Aldina* legitur.

423. Ποιας φανεισης, ω τεκνον, συναλλαγης] Verte, *Quanam, o filia, emergente*, vel *ſuperveniente cauſa*, quæ ſcilicet iſtud malum iis inferat. Συναλλαττειν enim eſt *conciliare*; is autem qui rem aliquam alicui conciliat, rite dici poteſt ei ejus rei eſſe auctor vel cauſa.

427. Και ταυτ' εφ' ἡμιν Φοιβος ειρηκως κυρει] Verte, *Et iſtud de nobis Phœbus prædixit?*

445. Ειχοτως χατηνυσιν] *Recte præſtiterit, non mirum ſi præſtiterit.*

451. 452. Κἀμανθανον τον θυμον εκδραμοντα μοι

Μειζω κολαστην των πριν ἡμαρτημενων] Ita verte, *Et ſentiebam furorem meum jam imminutum pœnas de me ſumſiſſe majores delictis præcedentibus.* Vide infra v. 803.

455. Οι του πατρος τω πατρι δυναμενοι] Non ſatis cauſæ video quare quidquam hîc innovetur; ſi tamen emendationem *Canteri* legentis εκ του πατρος recipiendam cenſeas, in notione loci, non temporis, adverbium iſtud erit accipiendum, ut ſenſus ſit, Cum præſentes adeſſent.

V. 458. Κἀκ τωνδε δ' ουσων παρθενοιν] *Pierſonus Batavus* ingenioſe reponit κἀκ τωνδε δισσων παρθενοιν referente *Valckenar*. ad *Eurip. Phœniſſ.* 1249.

466. Συνοισον τα τ' εξ εμου] Malim συνοισον τε τἀξ ἐμου.

467. Α μοι] Lege ἀ'μοι ut fiat contractio ex ἁ ἐμοι.

488. Οιος νεαρας οιοποκω μαλλω λαβων] Νεαρας penultimam certe corripit; ut conſtet igitur metrum lege Οιος γε νεαρας. *Aldinam* etiam lectionem νεοποκω μαλλω malim. Nequaquam enim a Poetarum conſuetudine aliena eſt repetitio iſta νεαρας νεοποκω. Longe denique vulgatâ etiam verior videtur altera illa ejuſdem editionis lectio, βαλων ſcilicet pro λαβων. βαλων, *circundans*. Eodem ſenſu uſurpatur βαλλειν βροχω, ϛεφανοις, *laqueo*, *corona circumdare*. Vide Lexica. Conjecturam *Valkenarii* ad *Eurip. Phœniſſ.* 994. reſcribentis, Οιος νεογνης ευκοπω μαλλω λαβων minime prætulerim.

492. Τρισσας γε πηγας] *Johnſonus* vertit, *Aquam de tribus fontibus*; at de tribus fontibus ne verbum quidem apud Poetam reperitur, e contra non niſi de uno fonte locutus eſt Chorus, unde aquam petere debebat Oedipus. Vide ſupra v. 482. 483. Πηγαι hoc loco poetice vocantur *Libationes*. Verte igitur, *Ternas quidem libationes*, forſan e tribus poculis.

512. Εκτειναντας] Recte proculdubio repoſuit *Canterus* εκπιοντας.

516. 517. — τον τοπον δ' ινα

Χρη 'ςαι μ' εφευρειν, τουτο βουλομαι μαθειν] Legendum opinor Χρει 'ςαι, ut primum vocalis ultima vocis χρεια ſequente vocali elidatur, deinde prima του εςαι ob ſimilitudinem præcedentis diphthongi ει quaſi craſi facta abſorbeatur. Verte autem, *Locum vero ubi ſit neceſſe erit inſuper ut inveniam; hoc diſcere volo.*

523 — 527. Ita hi verſus conſtitui debent,

Χο. Δεινον μεν το παλαι κειμενον η- anapæſticus dimeter acatalectus.

δη κακον, ω ξειν', επεγειρειν, paroemiacus

Ομως δ' ερμαι πυθεσθαι. cleomachius

Οι. Τι τουτο; Χο. Τας δειλαιας απορου φανεισας antiſpaſticus trimeter hypercatalectus.

528. Ω ξυνεσας] *In quo verſatus es.*

537. 538. Ita hi verſus conſtitui debent,

Οι. Ηνεγκον κακοτατ', ω ξενοι, antiſpaſticus dimeter hypercatalectus.

Ηνεγκον, ακων μεν, θεος ιςω. idem.

541. Κακα μεν ευνα πολις ουδεν ιδριν] Malim ιδριν. MUDGE.

546 — 550. Ita hi verſus reſtitui debent,

Ω ξειν',

Ω ξεν', αυτας δε δυ' εξ εμου glyconius periodicus

Χο. Πως φης; Οι. Παιδες δυο δ' ατα paroemiacus

Χο. Ω Ζευ comma ſpondaicum

Οι. Ματρος κοινας απεβλαστον ωδινος antiſpaſticus trimeter catalectus.

V. 547. Lege juxta *Camerarianam* φης.

548. Παιδες δυο δ' ατα] Verte, *Filii vero duo noxæ.* His enim verbis deſignantur Polynices & Eteocles.

551. 552. Ita hi duo verſus ex *Aldina* ſunt reſtituendi,

Χο. Σαι τ' αρ' εισ' απογονα τε και periodicus acatalectus

Κοιναι γε πατρος αδελφεαι iambicus dimeter acatalectus.

niſi quod pro Σαι τ' αρ' legendum putem Σαι γ' αρ'

555. Οι. μυριων επιστροφαι κακων] Malim επιστροφας, ut hic quoque verſus Choro tribuatur. MUDGE.

560. 561. 562. Ita potius hos verſus conſtitui debere cenſeo,

Χο. Τι γαρ; Οι. Εδεξαμην δωρον, ὁ periodus

Μηποτ' εγω ταλακαρδιος dactylicus trimeter.

566. 567. Ita conſtituantur hi duo verſus,

Χο. Πατρος; Οι. παπαι. dactylicus dimeter

Δευτεραν επαισας επι νοσῳ νοσον trochaicus ſenarius catalectus.

574. Αλλους, *Alios,* ut putabam ſcilicet, non patrem.

589. Ως οιδα γ' αυτος ὡς επαιδευθην ξενος

Ωσπερ συ] *Novi ſcilicet ipſe quod peregre educatus fuerim ſicut tu.* MUDGE.

592. 593. Ωστ' ξενον γαρ ουδεν' οντ', ὡσπερ συ νυν,

Υπεκτραποιμην μη ου συνεκσωζειν σ'] Ωστε ex præcedente εξαφισταιμην pendet, ut tres proxime præcedentes verſus δια μεσου ſint. Deinde ξενον γαρ ουδεν' οντ' ὡσπερ συ νυν ὑπεκτραποιμην etiam δια μεσου ſunt, & ſequentia μη ου συνεκσωζειν σ' pendent ab ὡστε. Hæc videtur eſſe hujus loci paullo intricatioris conſtructio.

601. Χ'ω λογος διερχεται] In *Aldina* legitur διαρχεται, ſed præſtare mihi videtur vulgata lectio.

612. Συγκομιζεται] *Simul cumulantur.* MUDGE.

614. Ου σμικρος εσ' αγων ὁδε] In *Aldina* legitur ου σμικρος ουκ αγων ὁδε. Ita *Ajac.* v. 985.

Θεοις τεθνηκεν οὑτος, ου κεινοισιν, ου.

628. Μηποτ' εις] Lege ex *Aldina* μηποθ'.

629. Ως' εκειν διχα] Verte, *Ita ut ab iis ſeorſim habites.*

630. Εξαναγκασει] Melius *Aldina* εξαναγκαζει.

644. Καλως τι πρεσσεις συ] Editor *Londinenſis* repoſuit καλως τα πρεσσεις συ, ſed præſtat vulgata; καλως enim cum verbo ἡμερει æque ac ευ jungi & poteſt & debet.

V. 648. Εν' οὑ μος] *In eo loco ubi meus.*

659. Οπου πεμπτον μεν ὁ διζυξενος] Cl. BURTONUS ex *Suida* recte reponit ὁτῳ.

660. Κοινη τ' αρ' ἡμιν] Melius *Aldina* Κοινη παρ' ἡμιν.

670. Ες δομους στειχειν εμους;] Elegantius *Aldina* Η δομους στειχειν εμους;

675. Lege ex *Camerariana* φης.

680. Του μαλις' οκνος σ' εχει] Hæc rectius in *Aldina* interrogative ponuntur. *Cujuſnam rei maxime te tenet metus?*

693. Επερρωσθη regitur a nominativo νους præcedente. Verte, *Audaciam ſumſerit atrocia minandi.*

712. Θειαις αμφιπολων τιθηναις] Subaudi συν, & verte, *Circumvagans una cum divinis nutricibus.*

719. Κηφισου νομαδες ῥεεθρων] Verte, *Alentes Cephiſi fluenta.*

732. Pro μεγιστα *Canterus* recte repoſuit μαγιστα adverbialiter, quam lectionem poſtulant & metrum & ſententia.

734. Ut conſtat metrum & antithetico reſpondeat legendum videtur ου τοι νεος. Verſus enim aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus iambicis.

735. Accuratius antithetico reſpondebit metrum ſi pro χειρι reſcribas χερι.

736. Ο γαρ ειπων] Ut metrum antithetico reſpondeat legendum eſt Ο γαρ ειπων.

747. Ταισδ' εκπεσας] Recte repoſuit *Canterus* ταισδε κηρυκας, poſtulante & metro & ſententia.

749. Ut metrum antithetico reſpondeat lege αν παραπτομενα.

759. Ει γερων χωρῳ] Vera proculdubio eſt lectio quam ſecutus eſt vetus Interpres, ει γερων εγω χωρῳ ex gloſſemate irrepſiſſe veriſimile eſt.

764. Οι μηποτ' οικειτε] Recte omnino *Aldina* & vetus *Scholiaſtes,* Οι μητ' οικειτε.

768. Τηλικον απεσταλην] Lege omnino præeunte *Aldina* τηλικον δ' απεσταλην. Ita infra v. 1014. και τηλικος δ' ων.

770. Malim cum *H. Stephano* αστων pro ανδρων prout in quibuſdam codicibus legitur.

772. Η πλειστον πολιτων] Subauditur μαλλον. Verte, *Magis quam pleroſque e civitate.* Vide *Bos.* Ellipſ. Græc. Cl. MUDGE tamen reponendum cenſet πηματα πλειστον πολιτων. Neque ſane diffitendum eſt optime etiam ita conſtare metrum.

775. Εκ δε των παντων εγω] Veram lectionem repræſentat *Aldina* εκ δε των μαλις' εγω. των hic pro τουτων, ut ſæpe alias, uſurpatur, quod a Librariis minus intellectum

tellectum anſam interpolationi dedit. Vide *Æſchyl. Sept. ad Theb.* v. 391. 478. 515.

V. 790. Κυφον] Quanquam ferri quodammodo poſſit vulgata ſcriptura, longe tamen ſimplicius & accommodatius Cl. Mudge videtur το κρυφον. Judicet Lector.

793. Δικη σεβοιτ' αν] Quid ſit ἡ οικοι δικη me neſcire fateor; reſcribendum igitur opinor δικη, ut απο κοινου ad verbum σεβοιτο repetatur πολις.

803. Lege κάμανδανον vide ſupra v. 451.

839. Αλλα λυμα τῳ γηρᾳ τρεφῃ] Verte, *Sed dedecus ſenectuti vivis.*

841. Οςις εξ ἁπαντος ευ λεγει] *Qui argumentum quodvis, ſive honeſtum ſit ſive turpe, oratione ornandum ſuſcipit.* Mudge.

842. Και τα καιρια] Rectius apud *Suidam* voce Καιρις legitur το καιεια ſcilicet ειπειν. Vide Cl. Burtoni notas.

843. Ως δη συ βραχεα, ταυτα δ' εν καιρῳ λεγεις] Verte, *Quaſi vero tu breviter opportune vera hæc dicas.*

844. Ου δηθ' ὁτου γε νους ισος και σοι περα] Lege omnino juxta *Aldinam* ὁτῳ γε.

846. Εφορμων, *ibi navigium tuum applicans.* Mudge.

847. Προς δε τοις φιλοις] Legendum potius προς δη τοις φιλοις.

875. 876. 877. Ita hi verſus conſtituendi,

Βαιωσιν ει χερων. dochmaicus

Κρ. Ειργου. Χο. Σου μεν ου ταδε γε μωμενου aſynartetus ex dochmaicis.

876. Ειργου, *manum abſtineas.*

877. Σου μεν ου ταδε γε μωμενου] Verte, *Nequaquam te quidem talia moliente.*

878. 879. Horum verſuum priorem Choro, alterum vero Oedipo tribuit Cl. Mudge, & meâ ſane ſententiâ recte, vide ſupra v. 614. 681.

887. Προβατε μ' ωδε] Longe rectius in *Aldina* legitur, Προβαθ' ωδε μοι dochmaicus.

896. Οδοιπορησης] Præcedente ου μη legendum omnino eſt Οδοιπορησεις. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. pag. 222.

898. Και τυραννος ων ἐμως] Verte, *Cum & ipſe etiam Tyrannus ſim.*

900. Αυτος αὐτον] Melius *Aldina* αυτος σαυτον.

903. Επεχε αυτου ξενε] Verte, *In eum manum injice hoſpes.* Hic autem verſus Oedipo potius quam Choro tribuendus videtur, quod ex verſu 905. quodammodo etiam conſtat; ibi enim Chorum manus Creonti injeciſſe, prout hîc jubet Oedipus, manifeſtum eſt. ξενον autem appellari, tam *eum qui hoſpitio aliquem excipit*, quam *qui hoſpitio exceptus eſt* patet ex v. 1181. hujus fabulæ.

V. 906. Και μειζον αρα ῥυσιον πολει ταχα

Θησεις] Ρυσιον eſt omne id quod ῥυεσθαι debet. Verte igitur, *Majus aliquid ut urbi recuperandum ſit ſtatim efficies.*

916. Θειεν μ' αφωνον τησδε γης αρας ετι] Plurimum mihi arridet conjectura nuperi Editoris reponentis τησδε της αρας. Verte, *Probibeant enim hæc e deæ ne unam hanc ſaltem imprecationem non adhuc effari valeam.* Addit autem τησδε & ετι Poeta ad imprecationes alludens quibus Oedipus jam olim gnatos devoverat.

926. Optime ſe habet vulgata lectio χρονῳ βραδυς, *ætate tardus*, quam ſollicitari non oportuit.

929. 930. 931. Ita hi verſus conſtituendi (vide ſupra ad v. 875. 876. 877.)

Ταδε δοκεις τελειν.

Κρ. Δοκω. Χο. Ταδ' αρ' ουκετι νεμω πολιν.

938. — ιω γας τε προμοι] Melius *Aldina* ιω γας προμοι. Particula τε addita videtur a *Triclinio* forſan, vel alio quodam de metro fruſtra ſollicito; verſus enim aſynartetus eſt ex dochmaicis in quibus antiſpaſtus epitrito primo recte opponitur.

955. Απαι ρυτηρες] *Effuſis habenis.* Phraſin hanc luculenter illuſtrat *Weſſelingius* Obſervat. p. 130. Recte autem *Aldina* & *Scholiaſtes* απο ρυτηρος habent. Vide ſupra ad *Oedip. Tyr.* v. 866. & ad *Antig.* v. 723.

962. Νυν δ' ὡσπερ αυτος τοις νομοις εισηλθ' εχων] Verte, *Nunc vero qualibus ipſe legibus uſus huc advenit.* Cl. Mudge reponit οἱωσπερ.

969. 970. — ειτ' αφεις

Τα τησδε της γης κυρι'] Verte; *deinde majeſtate bujus civitatis poſthabita* ſive *contempta.*

971. Και περισπασαι βια] Vera videtur lectio quam conſervarunt *Scholiaſtes* & *Aldina*, περισπασαι, *in poteſtatem tuam redigis*; vulgata περισπασαι Correctoribus, ni fallor, debetur, quibus verbum περισπαμαι notione iſta uſurpatum minus fuit familiare.

977. 978. — και τα των θεων βια

Αγοντα φωτας αθλιους ἱκτηρια] Verte, *Et deorum ſupplices miſeros homines vi abducere.*

995. Lege juxta *Camerarianam* φης.

997. Ουδεις ποτ' αυτοις των εμων αν εμπεσοι] *Scaliger.* recte omnino reponit αυτοις.

999. 1003. In *Aldina* pro ηδειν diſerte legitur ηδη, quomodo *Daweſius* etiam reponi juberet. Vide Miſcell. Critic. p. 232. Juxta eundem etiam legendum eſſet ξυνηδη pro ξυνηδειν, licet hîc *Aldinam* aſſentientem non habeat.

1041. Κοιναν τι ταυτα διεσμειν] Malim διαςομειν, *aperto ore effundere.* Ita ſupra v. 1018. τον σον διοικας ςομαλογ-

V. 1053.

V. 1053. Οις εγω ουδε την πετρος] Fruſtra hîc conatur *H. Stephanus* metrum conſtituere per aphæreſin primæ literæ vocis εγω, nulla præcedente vocali. Revera fit ſynizeſis in εγω ουδε. Vide ſupra ad *Antig*. v. 464.

1060. Καθ' ωδ' επαινων, πολλα τουδ' εκλανθανει] Πολλα ab επαινων pendet, non ab εκλανθανη. MUDGE.

1064. Lege αυτον τ' εχειρου. Vide ſupra v. 1005.

1074. Πομπον δε με] Sententia omnino poſtulare videtur ut legamus πομπον δε μοι.

1077. Ει δ' εγκρατεις φευγουσιν] Verte, *Sin vero qui manibus eas tenent fugiunt*.

1078. 1079. — οὓς ου μηποτε
Χωρας φυγοντες τησδ' επευχονται θεοις] Verte, *Quos nunquam ſe effugiſſe ex hac terra diis gratias agent*. MUDGE.

1083. Κ'ουκ αλλον ἕξεις εις τοδ'] Rectius, opinor, hæc ita interpretatur Cl. MUDGE. *Neque alium ad hoc inceptum peragendum adjutorem habere tibi continget*. MUDGE.

1100. Δαϊων ανδρων επιστροφαι idem valet ac Δαϊοι ανδρες επιστρεφομενοι, *Inimici homines ſeſe convertentes*, ut ſcilicet prædam partam contra Athenienſes inſequentes tueantur.

1104. 1105. Ου ποτνιαι σεμναι τιθη-
νουνται τελη
Θνατοισιν] Verte, *Ubi venerandæ ſanctæ deæ myſteria alunt mortalibus*. MUDGE.

1112. Αυταρκει βοᾳ] *Impetu negotio conficiundo pari*. MUDGE.

1114. Εφιππειον, ſubaudi χωρον.

1119. Αλωσεται. δεινος γ' ὁ προσ-
χωρων Αρης] Perperam omnino *Johnſoni* interpretationem ſecutus punctum poſt ἁλωσεται poſuit nuperus Editor. Ita enim nullus erit nominativus qui verbo iſti conveniat. Nam Creontis ſatellites plures erant quam ut verbo ſingulari jungi poſſint, & binæ etiam erant Oedipi filiæ. Error inde ortus videtur, quod veram in hoc loco notionem verbi ἁλωσεται non vidit *Johnſonus*. Ita igitur verte, *Deprehendetur quidem terribilis accolarum Mars, terribiliſque Theſeidarum cuſpis*.

1123. Πωλων αμβασις, *Acies equeſtris*. MUDGE.

1124. Verſus pherecrateus eſt e duobus epitritis quartis quorum ultimus catalectus. Antitheticus conſtat ex epitrito quarto & antiſpaſto catalecto.

1125. Ut metrum ſtrophico reſpondeat legendum videtur Αμβασις γ'.

1128. Fit ſynizeſis in voce Ρεας.

1129. Pone interrogationis notam poſt μελλουσιν, quod & in verſione ſua fecit *Johnſonus*.

V. 1132. 1133. Ita potius hi verſus conſtituendi,
Ταν δεινα τλασαν δεινα δ', pherecrateus
Ευρουσαν προς αυθομαιμων παθη. aſynartetus ex dochmaicis;
& in antiſtropha,
Επινικιῳ σθενει τον
Ευαγρον τελειωσαι δη λοχον.

1134. Κατ' ημαρ, *Hoc ipſo die*. MUDGE.

1136. 1137. Hi duo verſus non niſi unum conſtituere debent, trochaicum nempe ſenarium,
Ειθ' αελλαια ταχυρρωστος πελειας,
& ſimiliter in antiſtropha,
Και κασιγνηταν πυκνοστικταν οπαδον.

1139. 1140. Κυρσαιμ', αυτων δ' αγωνων
Θεωρησασα τουμον ομμα] Ferri poteſt hæc lectio modo præpoſitio κατα ſubintelligatur; Θεωρησασα κατα τουμον ομμα. Præcedens genitivus αυτων δ' αγωνων regitur a verbo κυρσαιμι. Ita igitur verte, *Utinam ſicut velox impigra columba nubem ætheriam nanciſcerer, & ipſis certaminibus intereſſem, ea oculis meis ſpectans*.

1145. Τον ευαγρον τελειωσαι δη λοχον] Verte, *Has inſidias proſpero venatu cumulare*. Conſtructio eſt τελειωσαι ὡστε ευαγρον ειναι.

1153. 1154. — τῳ σκοπῳ μεν ουκ ερεις
Ως ψευδομαντις] Verte, *Exploratori tuo non dices quod fallax ſum vaticinator*. MUDGE.

1156. Scribe τι φης juxta *Camerarianam*, non τι φης.

1163. 1164. — Και το μηδαμα
Ελπισθεν ἥξειν σωμα βαστασαι δοτε] Verte, *Et quod nunquam eventurum ſperaveramus concedite mihi ut corpus meum ſuffulciatis*. Præivit Cl. *Dorvillius* ad *Chariton*. p. 304.

1174. 1175. Ερεισατ', ω παι, πλευρον αμφι δεξιον,
Εμφυτε τῳ φυσαντι] Reponendum cenſeo αμφιδεξιον, una voce, & εμφυντε. Ita autem verte, *Fulcite filiæ latus utrinque mihi nunc dextrum*, id eſt, ope veſtra promptum, *genitori adhærentes*. MUDGE. Vide ſupra ad *Oed. Tyran*. v. 1266.

1175. 1176. — κἀναπαυσατον
Του πρoσθ' ερημου του τε δυστηνου πλανου] Verbum αναπαυειν cum genitivo rei, perſonæ vero accuſativo, jungi ſolet. Verte igitur, *Et mihi requiem conciliate ab hac ſolivaga, quæ prius mihi obtigit, ac miſera erratione*.

1181. 1182. Ω ξεινε, μη θαυμαζε προς το λιπαρες.
Τεκν' εμφανεντ' αελπτα, μηκυνω λογον] Omnino legendum eſt cum *Scholiaſte* Τεκν' ει φανεντ' αελπτα, & cum *H. Stephano* commatis non periodi nota ponenda poſt λιπαρες. Verte autem; *O hoſpes, ne mirere quod animo meo morem nimis geram, ſi liberis*

ris meis inſperato redditis, produco ſermonem. De ſenſu vocis Λιπαρης vide *Suidam.*

V. 1193. Φιλλοισι τ' ει θεμις, το σον καρα] In cod. *Vaticano* legitur τ' ἢ θεμις teſte *Dorvillio* ad *Chariton.* p. 555. unde effecit ille δ' ἢ θεμις ſed haudquaquam deterior mihi videtur vulgata ſcriptura.

1196. 1197. — ουκ εγωγε σε
Ουδ' ουν εασω] Verte, *Non ego quidem te tangam, nec ſane ut id mibi obſequare permittam.* Nihil in ſequentibus video quod huic interpretationi adverſetur; quin eam confirmant plane iſta, Συ δ' αυτοθεν μοι χαιρε.

1210. Ita hic verſus in *Aldina* legitur,

Χώπως μεν αγων οὗτος ἠρεθη, τι δει ματην,

ex qua corrupta lectione veram reſtituere, ejecta voce οὗτος, quæ ex gloſſemate irrepſiſſe videtur, in proclivi eſt, Χώπως μεν ἅ 'γων ἠρεθη, τι δει ματην.

1212. *H. Stephano* minime aſſentior pro λογον reponenti λογου. Non raro enim apud Atticos duplex accuſativus eidem verbo ſubjungitur; ita *Ajac.* 1126.

Αλλ' ὥνπερ αρχεις, αρχε, και τα σεμν' επη
Κολαζ' εκεινους —

& *Electr.* v. 1040.

Ουδ' αυ τοσουτον εχθος εχθαιρω σ' εγω —

ſed conſtructionem huic noſtræ ſimiliorem habes apud Ariſtoph. Nub. 1113.

Τοις κριταις ἃ κερδανουσιν, ην τι τουδε τον χορον
Ωφελωσ' εκ των δικαιων, βουλομεσθ' ὑμιν φρασαι.

Idem ibid. v. 145.

Ψυλλαν ὁποσους ἅλλοιτο τους αυτης ποδας.

Plura vide apud *Kuſter.* ad Plutum v. 55. Vide & notas noſtras ad *Æſchyl. Agamem.* v. 181. 182. 825. 1366.

1215. Πραγος δ' απιζειν ουδεν' ανθρωπων χρεων] Cl. Mudge lectionem apud *Suidam* obviam, ουδεν, præferendam exiſtimat. Mihi vulgata ſcriptura modo vox integra ſit ουδενι, verior videtur, ut ſententia ſit; *Negotium a quocunque bominum oblatum aſpernari non oportet.*

1224. Ουκ ογκου (ſubaudi τι) πλεον, *Nec grave quidquam aut moleſtum amplius.* Eodem ſenſu infra v. 1406.

Βραχει συν ογκῳ και πονῳ διαστειδω.

1227. Conſtructionis ratio requirere videtur ut legamus απελθειν τ' ασφαλως.

1231. Ω φιλτατ' επειχες ὥσπερ ει] Recte monuit *H. Stephanus* pro επειχες reponendum eſſe ισχες, cogente metro, & aſtipulante editione *Florentina*, quod ex Cl. Burtoni notis diſco. Maluerim tamen Ω φιλτατε ισχες ὥσπερ ει.

1255. 1256. Θεμιν σε γ' ειναι κεινον αντιδραν κακως,
Αλλ' αυτον] Verte, *Non fas eſt te ei viciſſim mala rependere, ſed ipſum ſibi*; id eſt, Satis cum ſua ipſius ulciſcetur improbitas. Mudge.

V. 1259. ad 1264. Συ δ' εις εκεινα μη ταυν' αποσκοπει
Πατρῳα και μητρῳα πημαθ', ἃ 'παθες.
Κἂν κεινα λυσῃς, οιδ' εγω, γνωσῃ κακου
Θυμου τελευτην, ὡς κακη προσγινεται·
Εχεις γαρ ου βαια τἀνθυμηματα,
Των σων αδερκτων ομματων τητωμενος]

Horum verſuum quintum ita literulæ unius additione reſtituendum cenſeo,

Εχεις γαρ ουν βαια τἀνθυμηματα,

& ita totum locum vertendum; *Tu vero nequaquam ad iſtas nunc reſpice calamitates quas patris ac matris cauſa perpeſſus es; & ſi iſta a crimine liberare poteris, ſat ſcio cognoſces tamen quam malus ſit impotentis animi exitus. Habes enim certe ejus rei argumenta cogentia, tuorum oculorum viſu orbatus.*

1260. Qua ratione α in ἃ 'παθες produci poſſit ambigit *H. Stephanus*, & exemplum ſimilis productionis deſiderat, atque interim ἃ επαθες, ut fiat tribrachys, reponendum cenſet. Sed nodum in ſcirpo quærit vir eruditus; producitur enim hoc in loco το ἃ propter craſin duarum vocalium brevium, α, ε, in unam longam α coaleſcentium, eadem prorſus ratione qua producuntur τ'αμα pro τα εμα, ακων pro αεκων & alia ejuſmodi plurima. Ita ſupra v. 374. ἃ 'παθον pro ἃ επαθον, & v. 467. ἁ 'μοι pro ἁ εμοι.

1268. Τεκνον, βαρειαν ἡδονην νεμετε μοι λεγοντες] Verte, *Nata, moleſtum mibi quanquam vobis volupe oratione veſtra conſequimini.*

1274. Σων ιδ'] Legi debere puto Σως ιδ'.

1275. ad 1278. Οςις του πλεονος μερους
Χρῃζει του μετριου παρεις
Ζωειν, σκαιοσυναν αειι φυλασσων
Εν εμοι καταδηλος εσται] Chorus non hîc inſectatur nimias & inexplebiles hominum cupiditates generaliter ut exiſtimavit *Camerarius*, & eum ſecutus *Johnſonus*, ſed eorum nimiam vitæ longioris cupiditatem, quod manifeſte patet ex univerſi hujus ſyſtematis melici ſcopo. Verte igitur; *Quiſquis longiorem vitæ ſortem, mediocri ſpreta, appetit, is ſtultitiam amplexus exemplo meo arguetur.*

1277. Ut metrum antithetico reſpondeat, ex *Aldinæ* auctoritate delendum eſt το αει, quæ vox ſalvâ etiam ſententiâ abeſſe poteſt. Eam autem in contextum irrepſiſſe opinor ex gloſſemate, quod ad marginem adſcripſit aliquis quaſi interpretationem præcedentium. Iſta nempe idem ſignificare

 cre-

credidit ille, quiſquis fuerit, ac ſi dixiſſet Chorus, Οϛις χρηζει αιει ζωειν.

V. 1282. 1283. Ut hi verſus antitheticis reſpondeant ita forſan reſtituendi ſunt,

τα δ' ουκ αν ιδοις όπο- ionicus a majore dimeter catalectus

τι γ' αν τις ες πλειον πιση iambicus dimeter acatalectus.

1282. 1283. 1284. — όπο-

τι γ' αν τις ες πλειον πιση

Του θελοντος] *Quando eo deventum eſt ut hominem deficiat deſiderium*, id eſt, Quando nullius rei cupiditate amplius tenetur. Mudge.

1284. ad 1288. — ουδ' επι κορος

Ισοτελεϛος αϊδος,

Οτι μοιρ' ανυμεναιος,

Αλυρος, αχορος, αναπεφηνε,

Θανατος ες τελευταν] Verte, *Neque adeſt ſatietas ſimul cum morte adimpleta* (id eſt, neque ad mortem uſque ſatiantur) *quando ſors hymenæi, lyræ, & chorearum expers*, (id eſt, ſenectus) *apparuerit, & ad extremum ipſa mors.*

1291. Βοεας κυδων ὅϛις περ ἐχει] Lege κυσιν. Mudge.

1308. Verſus eſt ionicus a majore trimeter brachycatalectus, ex ionico, epitrito quarto pentaſyllabo, & trochæo.

1309 — 1312. Ita hi verſus conſtitui debent,

Αι μεν απ' αελιου δυσμαν dactylica hephthemimeris

Αι δ' ανατελλοντος choriambicus hemiholius

Αι δ' ανα μεσσαν ακτιν' choriambicus dimeter catalectus

Αι δε νυχιαν απο ῥιπαν glyconius.

1312. Ut Ριπαι idem ſignificat quod Ριπαιων ορεων vix *Scholiaſtæ* affirmanti credo; neque id evincit locus ex *Alcmane* laudatus. Quamvis enim daremus ορος Ριπας pro ορος Ριπαιον poni, non inde ſequeretur vocem etiam Ριπαι nude poſitam eandem habere ſignificationem. Νυχιαι ῥιπαι *ſplendores* potius ſunt, vel *radii nocturni*, aſtrorum ſcilicet, quæ non niſi noctu lucent; παμφεγγεις αϛρων ῥιπαι in eadem notione uſurpantur in *Electra* v. 105. Cum vero media nox meridiei ex adverſo opponatur, æque apti ſunt *ſplendores nocturni* ac *montes Riphæi* ſeptentrioni deſignando.

1315. Ασκετι, *affatim, largo imbre.*

1324. Γεραν γεραιτι ςυγκατοικειν τινος] Pro τινος τινος legendum exiſtimo cum *Sallierio* (vide Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. tom. III. p. 119.) quem in verſione ſua ſecutus videtur *Johnſonus.*

1330. Και μαρτυρω κακιϛος ανθρωπων τεθραφαι

Ταις σαισιν ηκειν] Verte, *Et teſtor me hominum peſſimum quod ad victum quem tibi ſuppeditatum oportuit attinet huc advenire.*

V. 1331. Τἆλλα μη 'ξ αλλων πυθη] Nullus omnino his ineſt ſenſus idoneus. In *Aldina* legitur τἆλλα μη 'ξ αλλων παθη, ſententia nihilo meliore. Forſan reſcribi debet τἆλλα γ' ει 'ξ αλλων παθης, *etiamſi cætera ab aliis paſſus es.*

1334. 1335. — των γαρ ἡμαρτημενων

Ακη μεν εϛι, προσφορα δ' ουκ ες' επι] Verte, *Ea quæ peccavimus ſanari quidem poſſunt, non vero adhuc aboleri*, aut *infecta reddi.* Quaſi dixiſſet τα ἡμαρτημενα μεν ακεϛα εϛι, ανθεναι δε προσφορον ὡςε μηκετ' ἡμαρτημενα ειναι, ουκ εϛι.

1337. 1338. 1339. Ουδε in ſententiæ principio ſtare non poteſt; ita igitur hunc locum reſtitui debere exiſtimo,

Φωνησον ω πατερ' τι μη μ' αποςραφης,

Ουδ' ανταμειψη μ' ουδεν, αλλ' ατιμασας

Πεμψεις ανευδων, ουδ' ἁ μηνιεις φρασας;

1342. Δυσπροσῖτος nequaquam ferre poteſt metrum. Vide lectiones noſtras *Euripideas* ad *Iphig. in Aul.* v. 345. Δυσπροσοιςος eſt *ferus, moroſus, qui conſuetudinem alicujus averſatur.*

1346. Τα πολλα γαρ τοι ῥηματ', η τερψαντα τι] *H. Stephanus* non dubitat quin τα πολλα hîc adverbialiter ſumatur pro *plerumque*. Mihi potius adjective poſitum videtur; non enim verborum unius, quodcunque ſit, generis, ſed multiplicium verborum opera, varios effectus, oblectationem, iram, miſericordiam, producentium, verba viciſſim, etiam e pertinaciter ſilentibus, elici ſolere dicit Poeta.

1365. Επειτα κἀπο μαντεων ταυτη κλυων] Optime ſe habet vulgata lectio ταυτη κλυων, *eodem modo*, ſeu, *haud aliter audiens.* ταυτην, quod in libris quibuſdam repertum prætulit *H. Stephanus*, quandoquidem cum voce Εριννυν neceſſario jungi debet, vix hîc locum habere poteſt. Non enim patris Erinnyn tantum a vatibus audiverat Polynices, ſed hanc etiam Erinnyn exilii ſui fuiſſe cauſam.

1383. *Johnſonus* legiſſe videtur κατασκαφη, non κατασκαφη, ſed perperam, cum ſequatur ασυ, vox neutrius generis.

1386. Της προσθεν αδμητης χερος] *Diu quondam virgine.*

1388. 1389. — κ'ει μη σος, αλλα του κακου

Ποτμου φυτευθεις, σος γε τοι καλουμενος] Verte, *Atque etiam ſi non revera tuus ſed mali fati natus, tuus tamen vocatus.*

1391. Οι σ' αντι παιδων τωνδε και ψυχης, πατερ

Ικετευομεν] Verte, *Qui te per filias haſce & animam tuam ſuppliciter oramus.* Præpoſitionis Αντι in hac

hac ſignificatione rarior eſt uſus, at ei tamen originem debet verbum αντιαζω, *ſupplex peto*, plus ſimplici vice a Noſtro uſurpatum; nec ab ea prorſus abludit notio illa quæ præpoſitioni, *propter*, aut ablativo, *gratia*, reſpondet.

V. 1426. Ὡσπερ αν ζω] *Quomodocunque vivam.*

1435. Τοι γαρ σ᾽ ὁ δαιμων νυν ὁρᾳ μεν οντι πω
Ὡς αυτικ᾽] Pro οντι πω reſcribendum puto ουδε πω, & ita locum vertendum, *Quapropter te nunc quidem fortuna proſpera aſpicit, illico vero non amplius te aſpiciet.*

1487. Αισχρον το φυγειν, *Turpe eſt exulare.*

1489. 1490. Ὁρᾳς τα τουδ᾽ ουν ὡς ες ορθον εκφερει
Μαντευμαθ᾽, ὁς σφων θανατον εξ αμφοιν θροει]
Ορθος eadem qua αληθης notione ſæpe uſurpatur. Ita *Trachin.* v. 378.

— ει δε μη λεγω φιλα,
Ουχ ἡδομαι, το δ᾽ ορθον εξειρηχ᾽ ὁμως.

Ita igitur hunc locum verti debere cenſeo; *Animadvertiſne igitur bujus hominis prædictiones, quam ad veritatis normam directas eas profert, qui ambobus mortem mutuis ictibus inferendam pronunciat.*

1517. ad 1526. Nemo quem vidi Interpretum mentem Poetæ in hac ſtropha, ne minima quidem ex parte, aſſecutus videtur; ideoque vulgatam lectionem, quæ optime ſe habet, niſi quod v. 1525. τάδε juxta *Aldinam* non τὰ δὲ, legendum cenſeam, varie, ſed perperam omnes, immutare ſunt conati. Ita autem verte; *Nova mibi* (& qualia antehac nunquam obſervavi) *nuper ſeſe obtulerunt infeliciſſima illa infortunia quæ imprecatus eſt cæcus boſpes, niſi adjuvante fato quadantenus ad ſcopum pertingant.* (id eſt, Inſperatum prorſus mihi accidet ſi imprecationes iſtæ effectum non ſortiantur) *Incaſſum enim fuiſſe ullum deorum decretum non poſſum dicere. Videt, videt iſta ſemper tempus; quandoquidem cætera* (Oedipi ſcilicet infortunia a diis prædeſtinata ac prædicta eventu confirmaverit) *bæc etiam infortunia incrementis in tempus futurum cumulans. Sonuit æther, o Jupiter.*

1525. Ut conſtet metrum, & antithetico reſpondeat, ita omnino legendum, non ſine ſententiæ etiam emolumento,

Τάδε δη πημαθ᾽ αυθις αυξων ανω aſynartetus ex dochmaicis.

1527. Πως αν ειτις εντοπος] *Quomodo ſi quis in boc loco adeſt.*

1528. Θησε᾽ αν ποθει] Rectius *Aldina* Θησεα ποθοι. Vulgata lectio ex Interpolatoribus profecta eſt, ultimam vocis Θησεα produci neſcientibus.

1533. Ut conſtet metrum reſcribendum videtur,

Κτυπος ὁδ᾽ αφατος iambica baſis ex choreis.

V. 1538. Τι μαν αφησει τελος] Anonymus quidam ab Editore *Londinenſi* laudatus reponi jubet βελος, quia τελος, ut putat, nullo ſenſu legitur. Mihi quidem plane contrarium videtur, nullo ſcilicet ſenſu βελος hîc legi, optimo vero τελος. Quid enim ſibi vult hæc quæſtio; *Quodnam emittet telum?* An aliud præter fulmen emittere ſolent telum tonitrua & fulgura? An vero fulminum varia ſunt genera, ut de hac re quæſtionem anxie inſtitueret Chorus? revera, quod recte monet *Scholiaſtes*, tonitrua ac fulgura quaſi ſigna quædam & portenta, eventum aliquem haud vulgarem præſignificantia, reputabantur. Eventus autem tales cum ſignis a quibus præſignificari credebantur connecti quodammodo, atque ab iis pendere exiſtimati ſunt, adeo ut non improprie eorum quaſi fines quidam atque exitus dici poterant. Haud immerito igitur Chorus, de eventu a fulgure prænuntiato ſollicitus, quærit, *Quemnam emittet finem*, id eſt, Quem finem portendat, aut Qualem exitum ſortiri debeat.

1539. Legendum videtur ου γ᾽ ἄλιον, non ου γε, alias metrum antithetico non reſpondebit. Aut melius adhuc forſan Δεδια δ᾽, juxta *Canterianam* & *Turnebianam*, non Δεδια τοδ᾽.

1540. Οὐκ αιεν ξυμφορας] Omnino reponendum ουδ᾽.

1544. Elegantius *Aldina*,

Πως οιδα; τῳ δε τουτο συμβαλων εχεις;

1550. Ita juxta *Aldinam* reſcribendum eſt ut conſtet metrum,

Ιλαος, ω δαιμων, ἱλαος, ειπ γᾳ.

In *Aldina* quidem legitur δαιμον, ſed nominativum pro vocativo poni apud Atticos uſitatum. Vide *Euripid. Troad.* 267. 795. *Herc. Fur.* 701. Verſus autem aſynartetus eſt ex dochmaicis ut & v. 1551. 1554. In hujus vero antithetico ſyllaba tertia & quarta in Ποσειδαονιῳ in unam per ſynizeſin contrahuntur.

1558. Rectius in *Aldina* hic verſus Choro tribuitur.

1560. Τυγχανων ὑπεσχομην] Verte, *Quam impetratis quæ cupiebam promiſeram.*

1563. Ut conſtet metrum, & antithetico reſpondeat, reſcribendum videtur,

Επ᾽ αιγιαλον εναλιῳ periodicus catalectus ſive pherecratius.

1576. Legendum eſt,

Τυχην τις εσθλην τωδ᾽ εθηκε της ὁδου.

Attici enim augmentum nunquam abjiciunt.

1584. In *Aldina* pro Τα πολλα βεβωτα legitur Αι πολλαι βεβωται, perperam.

V. 1589. ἁ σοι γηρως αλυπα τηδε κεισεται πολει] Interpretes quos vidi omnes ἰων hîc ſubaudiri putant, ut conſtructio ſit ἰων γηρως. Cum vero ejuſmodi ellipſis non ſuppetant alia exempla, *Sallierius* (Vide Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. tom. III. p. 121.) ſcripturam vulgarem corruptam eſſe pronunciat, & pro γηρως ex conjectura reponit καλως, aut, ſi id minus placeat, γεγωτ pro γεγωτι; ſed utrumque meâ quidem ſententiâ perperam. Iſtud enim καλως αλυπα, ſi demus Græce dici, quod vix puto, frigide certe atque inepte dicetur. Nec in v. 1847.

— καλως
Χωραν ἕξειν αιεν αλυπον,

καλως cum αλυπον jungi debet, ſed cum ἕξειν. Quod ſi quis & καλως hîc etiam cum κεισεται jungi debere contendat, videat is quam exile & jejunum relinquetur epitheton, αλυπα, ad ea commoda deſignanda, quæ ex Oedipi ſepulchro Athenarum urbs conſequi debebat. Eadem objectio contra ſecundam etiam ejuſdem viri eruditi conjecturam militat, ſi nimirum γεγωτ' αλυπα legas; præterquam quod tunc deeſſet copula, qua γεγωτι & τηδε πολει jungerentur; non amplius enim το σοι abundaret, ſed cum γεγωτι neceſſario jungendum eſſet. Ut meam nunc aperiam ſententiam, vulgatam lectionem optime ſe habere exiſtimo, genitivum autem γηρως ab adjectivo αλυπα regi, neque ullam hîc ellipſin eſſe quærendam, aut nullam ſaltem niſi præpoſitionis ὑπο, ut γηρως αλυπα ſint τα ὑπο γηρως μηδεποτε λυπηθησομενα, vel ἁ γηρας ου μηποτε λυπησει ν μαραινει, id eſt, *a ſenectute*, ſive *temporis diuturnitate, nullam unquam imminutionem ſive labem ſenſura.*

1594. 1595. Ως αλκην αει τιθη] *Ut tutamen ſemper adponat.*

1605. Ραδιως καθυβεισαι] Conſtructionis ratio poſtulare videtur ut reſcribatur ῥαδιως αν καθυβεισαν.

1611. Μηδε γ' εντρεπωμεθα] *Neque reverentia moti vereamur.* Hoc ideo dicere Oedipum exiſtimo, quia in ſacrum illum Eumenidum lucum, ubi ille & mori & ſepeliri debebat, quemque ſupra v. 37. χωρον ουχ ἁγνον πατειν, v. 125. αστιβες αλσος, & v. 162. αβατον vocaverat Chorus, filias ſuas & Theſeum una cum aſſeclis erat ducturus.

1619. Ω φως αφεγγες προσθε που ποτ' ησθ' εμον] Perperam hunc verſum interrogative poſuit Editor nuperus *Londinenſis*. Ita verte, *O lux, nunc mihi non lucida, olim aliquando mea eras, nunc vero, &c.*

1629. Hic verſus, ut nunc in vulgatis legitur, a pari in antiſtropha nimium quantum quoad metrum diſcrepat. *Scholiaſtes* monet in optimo exemplari reperiri διδου μοι, quibus verbis paullulum immutatis ita forſan reſtitui poteſt metrum,

Ω Αϊδωνευ, Αϊδωνευ, δος μοι ſpondaicus tetrameter hypercatalectus.

V. 1630. Λισσομαι μηποτ' επιπονῳ] Μηποτε de eventu unico & certo dictum nequaquam convenit. In *Aldina* legitur μητ' επιπονῳ, ſed ita claudicat metrum. Vix dubito quin reponendum ſit μητ' επ' επιπονῳ, ut verſus ſit glyconius ex epitrito ſecundo & dijambo pentaſyllabo, quibus in antithetico reſpondent epitritus quartus pentaſyllabus, & epitritus primus ſive antiſpaſtus itidem pentaſyllabus.

1635. 1636. Ita potius hi verſus conſtituendi,

Δομον. πολλων γαρ αν και ματαν antiſpaſticus dimeter hypercatalectus
Πηματων ἱκνουμενων, Euripideus,

& in antiſtropha,

Βεται ὁρμωμενῳ νερτερας
Τῳ ξενῳ νεκρων πλακας.

1644. Ον, ω γας παι και Ταρταρου] Et ſententiæ & conſtructionis ratio omnino legendum poſtulat,

Σε, ω γας παι και Ταρταρου.

Invocatur enim Cerberus.

1648. Σε τοι κικλησκω τον αιενυπνον] Laborat metrum nec minus ſententia. Ambobus conſuletur ſi juxta *Aldinam* reſcribas αιεν αυπνον. De Cerbero enim ſermo eſt.

1654. Ως λελοιποτα] Reponendum eſt λελογχοτα. Mudge. Vide quæ notavimus ad *Oedip. Tyran.* 1526.

1661. Τον καταρρακτην ὀδον] Cum *Scholiaſte* conſentit *Euſtathius* ad Homer. pag. 156. cenſens το ὀδον hîc pro ουδον ejecta litera υ poni. Sed hoc mihi vix veriſimile videtur.

1663. Εστι κελευθων εν πολυσχιστῳ μιᾳ] Sententia poſtulare videtur ut pro πολυσχιστῳ reponamus πολυσχιστων.

1665. Ξυνθηματα, *pignora*. Vide ſupra ad v. 47.

1666. 1667. Εφ' οὗ μεσου στας, του τε Θορικιου πετρου,
Κοιλης τ' Αχερδου, κ'απο λαϊνου ταφου
Καθεζετ'] Si hæc non corrupta ſunt, quod valde ſuſpicor, ita reddi debent, *Apud quem* κρατηρος ſcil. *cum reſtitiſſet, media via ſitum inter Thoriciamque petram, cavamque Acherdum, & æque a ſaxeo tumulo diſſitum, conſedit.* Ab Acherdo forſan gentile Αχερδουσιος. Certe Thucydidis Poetæ Αχερδουσιου meminit *Marcellinus* in vita Thucydidis edit. *Duker*. p. 5.

1668. Lege καθιζετ', verſu enim proxime præcedente

dente in diphthongum deſinente eliditur augmentum. Vide v. 1677. infra.

V. 1671. Τω δ' ευχλοου — μολουσα] Melius *Aldina* & vetus *Scholiaſtes*, Τα δ' ευχλοου — μολουσα, quanquam & ſcriptura vulgata a dialecto Attica minime abhorret.

1673. Lege ταχει 'πορευσαι.

1675. Επει δε παντος ειχε δρωντες ηδεσιν] Verte, *Cum jam omni re potitus eſſet quæ cum voluptate aliqua afficere poterat.*

1677. 1678. Lege 'κπληκτοι, & 'ρημοσαι, id eſt, εκπληκτοι & ερημοσαι, quarum vocum prima litera eliditur propter vocem præcedentem, quanquam verſum alterum claudentem, in vocalem vel diphthongum deſinentem. Similis eliſionis exempla repeririuntur in *Electr.* v. 717. 718. & *Oedip. Tyran.* v. 340. 341.

1679. Lege πονουσαι 'λλαιον.

1684. Lege τ' αμα juxta *Stephanianam*.

1690. Τον λοιπον ηδη βιοτον αυ διαξετον] *Weſſelingio* omnino aſſentior pro αυ reponenti ευ. Vide ejus Obſervat. p. 97.

1695. Lege εθωϊξεν, in qua voce fit etiam, ut opinor, ſynizeſis.

1705. 1706. — τιλειν δ' ες' αν
Μελλης φερειν ευ ξυμφεροντ' αυτοις αει] Verte, *Facturus vero quæcunque ex animo benevolo te facere par eſt iis utilia in perpetuum.* Vide infra v. 1857. & *Antig.* 464.

1707. Ουκ οικτου μετα] Οικτος hic non *miſericordiam* ſignificat, ſed *lamentationem*, quæ virum generoſum non decet. Nihil igitur mutandum eſt.

1712. Μη μ' ἁ μη θεμις] Omnino cum *H. Stephano* legendum eſt μηδ' ἁ μη θεμις.

1732. Αλλ' εντις εκ θεων πομπος] Rectius *Aldina* Αλλ' η τις εκ θεων πομπος.

1741. 1742. 1743. Αι, αι, φευ, εστιν, εστι ναιν δη
Ου το μεν, αλλο δε μη, πατρος εμφυτον
Αλαστον αιμα δυσμορουν στενάζειν] Primus horum verſuum, ut metrum antithetico reſpondeat, ita reſtituendus eſt,

Αι, αι, φευ, 'στιν, εστι νων δη glyconius;

εστι νων in *Aldina* legitur. Verte autem, *Ah, ah, heu, eſt, eſt quidem nobis infelicibus lugendum non, hoc quidem malum, illud vero non, ſed malum omnia ſimul mala comprehendens.* Paterna ſcilicet ſanguine conjuncta & nunquam non memoranda mors. Mudge.

1751. Ως μαλις' αν ει ποθω λαβοις] Legendum omnino eſt cum *Cantero* εν ποθω. Particula enim αν cum conditionali ει nunquam conjungi ſolet. Verte autem, *Ita ut tu quam maxime mori velles.*

V. 1752 — 1756. Omnes hi verſus glyconii ſunt, ſicut & duo proxime ſequentes, ita igitur conſtituendi ſunt,

Τι γαρ, οτῳ μητ' αρης μητε
Ποντος αντεκυρσεν, ασκο-
ποι δε πλακες εμαρψαν εν αφα-
νει τινι μορῳ φαινομεναι;

Et in anteſyſtemate,

Εβαιν' κοιται δ' εχει νερθεν
Ευνασον αιν, ουδε
Πενθος εκλιπ' αχλαυτον. αει
Γαρ ομμα σε τοδ', ω πατερ, εμον —

1754. Ασκοποι πλακες] *Inexploratæ plagæ.*

1755. 1756. Εν αφανει τινι μορῳ φαινομεναι] *In occulto quodam fato ipſæ manifeſtæ*; id eſt, Quanquam Oedipi mors occulta prorſus ac nemini niſi Theſeo viſa evenerit, in plagis tamen iſtis eam eveniſſe manifeſtum erat.

1757. Ταλαινα numero duali ponitur, *Heu miſeræ.*

1758. Lege ομμασιν, ut conſtet metrum.

1759. Ut conſtet metrum & antithetico reſpondeat, legi forſan poteſt,

Πως γαρ; η τινα γ' απαν γαν, η trochaicus dimeter hypercatalectus.

1762 — 1766. Ita hujus ſtrophæ conſtituantur verſus,

Ου κατοιδα. baſis trochaica
Κατα με φονιος Αΐδας ελοι iambicus dimeter acatalectus
Πατρι ξυνθανειν γεραιῳ glyconius
Ταλαιναν. ὡς εμοι γ' ὁ μελ- iambicus dimeter acatalectus.
λων βιος ου βιωτος. antiſpaſticus hemiholius;

& antiſtrophæ ſimiliter;

Ω ταλαινα,
Τις αρα με ποτμος αυθις ὡδ'
Ερημος, απορος, επαμμενει
Σε τ', ω [κασιγνητα] φιλα,
Πατρος γ' ωδ' ερημας;

Vox κασιγνητα, quam uncinulis incluſi, aut alia ſimilis moduli, ad metrum adimplendum deſideratur.

1768. Το φερειν εκ θεου] Pro το φερον recte, ut opinor, το παρον reponit *Sallierius.* Vide Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. tom. III. p. 121.

1770. 1771. Hi duo verſus in unum coaleſcant nempe aſynartetum ex penthemimeribus iambicis; & antithetici pariter.

V. 1779.

V. 1779. Και ταδε μη χωρισης] Et metrum & ſententia poſtulant ut legamus ταδε, Huic ſcilicet δυστηνω, ipſi Antigonæ, quod viderunt etiam *Johnſonus*, & *Scaliger*. & aſtipulatur *Turnebiana*.

1799. Ex hoc verſu exciderit neceſſe eſt vox quædam diſſyllaba, quæ ad metrum explendum deſideratur.

1802. ad 1833. Hæc non monoſtrophica ſunt, ut putavit *Triclinius*, ſed ſyſtematica αλλοιοστροφα, ſicut præcedentia, & conſtant ex ſtropha, ſyſtemate κατα στιχον, antiſtropha, & antiſyſtemate. Evenit autem Librariorum incuria, aut Editorum negligentia, ut nonnullis in locis corrupta hæc, aut mutila, ad nos pervenerint. Corrupta emendare conati ſumus, mutila e MSStis Codicibus ſupplenda relinquimus, metra interim ita conſtituenda cenſentes.

Strophe III.

Αν. Παλιν φιλα συθωμεν. iambica hephthemimeris
Ισ. Ως τι ῥεξομεν; trochaica penthemimeris
Αν. Ιμερος εχει με. Ισ. Τις; iambicus hemiholius
Αν. Ταν χθονιον ἑσταν ιδειν. glyconius
Ισ. Τινος; Αν. Πατρος ταλαιν' εγω iambicus dimeter acatalectus
Ισ. Θεμις δε πως ταδ' εστ; μων idem
ουχ ὁρᾳς; Αν. Τι τοδ' επεπληξας; glyconius
Ισ. Και τοδ' ὡς, Αν. Τι τοδε μαλ' αυ; pherecratius
Ισ. Αταφος επιτνε, διχα τε παντος. glyconius
Αν. Αγε με * * * * * idem
* * * και τοτ' εναριξον. pherecratius.

Syſtema III.

Ισ. Αι, αι, δυσταλαινα πει δητ' glyconius
Αυθις ὡδ' ερημος, απορος, idem, ſive trochaicus dimeter acatalectus
Αιωνα τλαμαν ἑξω pherecratius.

Antiſtrophe III.

Χο. Φιλαι τρεσητε μηδεν.
Αν. Αλλα ποι φυγω;
Χο. Και παρος απεφυγετον
Σφωϊν το μη πιτνειν κακως.
Αν. Φρονω. Χο. Τι δηθ' ὑπερνοεις;
Αν. Οπως μολουμεθ' ες δομους
Ουκ εχω. Χο. Μηδε γε ματευε'
Μογος εχει. Αν. Και παρος, επει
Τοτε μεν περα, τοτε δ' ὑπερθεν.
Χο. Μεγ' αρα πελαγος ελαχετην τι.
Αν. Ναι, ναι. Χο. Ξυμφημι καυτος.

Antiſyſtema III.

Αν. Φευ, φευ, ποι μολωμεν, ω Ζευ,
Ελπιδων γαρ ες τι με * *
Δαιμων τανυν γ' ελαυνει;

In v. 1803. lego juxta editionem *Camerarianam* ῥεξομεν', pro ῥεξομενα numero duali, non ῥεξομεναι ut volebat *Camerarius*; diphthongus enim αι vocem polyſyllabam terminans nunquam niſi in verbis eliditur: v. 1806. pro χθονιαν reſcripſi χθονιον *Turnebiani* marginis auctoritatem ſecutus: v. 1808. pro εγωγε repono εγω, metro ita poſtulante. v. 1809. το δητ', ejeci quod ab *Aldina* etiam abeſt. v. 1812. pro αυθις lego αυ. & v. 1820. pro απεφυγετον lego απεφυγετον.

1809 — 1813. Ita hæc reddi debent; Iſm. *Quomodo vero hæc ut facias fas eſt? An non vides* — Ant. *Quid iſtud eſt quod mihi objicis?* Iſm. *Hoc etiam quod* — Ant. *Quid hoc rurſus eſt?* Iſm. *Inſepultus obiit, & ab omni conſpectu procul.*

1822. Φρονω, *agnoſco*. Ita infra *Trachin*. v. 293. Φρονει νυν ὡς ἑξοντα.

1823. Υπερνοεις, *inſuper meditaris*.

1825. Μηδε γε ματευε' μογος εχει] Optime ſe habet vulgata lectio, nec ſollicitari oportuit. Verte; *Neque ſane ut domum redeas ſollicita ſis; moleſtia eam tenet.*

1826. 1827. Και παρος, επει
Τοτε μεν περα, τοτε δ' ὑπερθεν] Verte, *Atque antehac etiam moleſtia eam tenuit, quandoquidem interdum exundabat, interdum vero ad culmen pervenit.* Metaphora ab æſtu marino ſumitur, quod ex verſu ſequente liquet. Hanc autem adverbii ὑπερθεν interpretationem confirmat *Euripides Mede.* 651. 652. 653.

Μοχθων δ'
Ουκ αλλος ὑπερθεν
Η γας πατριας στερεσθαι.

1834. 1835. 1836. Παυετε θρηνον παιδες. εν οἱς γαρ
Χαρις ἡ χθονια ξυναποκειται,
Πενθειν ου χρη' νεμεσις γαρ.] Hæc Theſeo non Choro tribuenda cenſeo. Ita autem verte, *A luctibus deſiſtite, puellæ; illos enim lugere non decet cum quibus in ſepulcro repoſtæ ſimul conſervantur gratiæ huic terræ promiſſæ; id enim reprehenſione eſſet dignum.* Ut conſtet autem metrum legendum videtur ξυν γ' αποκειται.

1837. In *Aldina* legitur,

Ω τεκνον Αιγεως, προσπιτνομεν σοι,

unde reſcribendum forſan eſt,

Ω τεκνον Αιγεως, προσπιπτομεν σοι,

a πιτνω

a πτυω πιτνεις eſt επιτνον apud Heſiod. Scut. Herc. v. 291. & επιτναντο Pindar. Nem. 5. v. 20.

V. 1856. Δρασω και ταδε και παιδ' όπ αν] Ad fulciendum verſum malim cum Editore *Londinenſi* όπ γ' αν.

1857. Μελλω πραττειν] *Facere me par eſt.* Ita ſupra v. 1706.

— τελειν δ' όσ' αν
Μελλης φρονων ευ ξυμφεροντ' αυταις αει.

In SCHOLIA Vetera.

3. Pro απλεσος *Bentleius* reponendum cenſet απυσος.

92. Pro Τιωνῳ lege Επιωνῳ.

219. Malim τοις θεωμενοις.

230. Melius leges το μη εκβαλειν.

247. Lege ουκ αλαοις ομμασιν ex ſententia *Sallierii* in diſſertatione ſupra ad ipſum hunc locum laudata.

V. 485. Pro Μητιῳ repone Μητιωνι Auctore *Weſſelingio* ad Diodor. Sicul. p. 319.

502. Legendum videtur cum *Bentleio* και της ἡρωιας φησι, & Ησυχιδης pro Ησυχιδαι in verſu e Callimacho laudato. Lege etiam cum *Hen. Valeſio* ad Harpocrat. p. 230. Πολεμων εν τοις προς Ερατοσθενην.

659. Malim και εκ πολεμιων φιλοις, vel και εν πολεμιοις φιλοις.

1002. *Valckenar.* Animadv. ad Ammonium p. 110. pro εγγυη reponit εγγυη, non inepte.

1182. *Scholiaſtes* hîc το λιπαρεις in *ſupplicandi* ſenſu accepit, adeoque per vocem κελευσμον interpretatus eſt, quæ *hortativum* reddi poteſt. Nullum igitur mendum, ut putavit *H. Stephanus*, hîc ſubeſt.

1312. *Stanleius* & *Meurſius* legunt εν Ηλιασι.

1671. Legendum puto θελεις τι θιγ, nam quid ſit χρεος θελεια prorſus ignoro.

1733. Legendum puto αλαμπητον.

Tragœdiam hanc diſſertatione ſingulari illuſtravit *Sallierius* edita inter Commentarios Acad. Gallic. Inſcript. tom. VIII. p. 607.

N O T Æ

I N

T R A C H I N I A S.

INter Actus primi Perſonas reponi debuit Θεραπαινα, non Παιδαγωγος, quod e v. 62. 63. patet. Hoc vidit etiam *Camerarius*.

V. 12. 13. — αλλοτ' ανδρειῳ κυτει

Βουπρωρος] Rectius omnino & elegantius legitur apud Strabonem lib. x. p. 703. αλλοτ' ανδρειῳ κυτει Βουπρωρος. Vide ipſum Strabonem & in eum *Caſaubonum* & *Philoſtrati* junioris Icones N°. 4. pag. 868. edit. *Olear.* & verte, *corpore humano, vultu bovino.*

15. Τοιον δ' εγω μνηστηρα προσδεδεγμενη] Verte, *Talem ego procum nacta.*

16. Lepide Lectorem monet *Johnſonus* δυσπνος hîc fœmininum eſſe Attice, quaſi vox utriuſque generis non ſit, aut uſpiam reperiatur δυσπνη. Lege autem επευχομην.

18. Χρονῳ δ' εν υστερῳ μεν, ασμενη δε μοι] Cum optime ſe habeat vulgata lectio, rationem excogitare nequeo qua motus *Johnſonus* ασμενῳ pro ασμενη reponi voluerit, ut cum χρονῳ jungatur. Ασμενος enim, non *gratus*, ſed *gratum habens, volens lubenſque*, ſignificat.

24. Ημην, *aſſidebam*; & ita vertit *Camerarius.*

52. Τοις ελευθεροις φρενουν] Δευτεραι φροντιδες non ſunt ſemper σοφωτεραι, ſaltem apud *Johnſonum*. Φρενουν enim non ſignificat *ſapere*, ſed *admonere*, ut recte interpretatur *Scholiaſtes*, quem & ipſe *Johnſonus* in verſione ſua ſecutus eſt.

56. 57. — ει πατρος

Νεμοι τιν' ωραν του καλως πρασσειν δοκειν] Quid hîc ſibi velit το καλως πρασσειν δοκειν me neſcire fateor. Reſcribendum igitur exiſtimo,

— ει πατρος

Νεμειν τιν' ωραν του καλως πρασσειν δοκει.

Si patris res ut proſpere ſe habeant ei curæ eſſe videntur.

V. 65. 66. Ita duos hoſce verſus concinnius repræſentat *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* 394.

Σοι πατρος ούτω δαρον εξενωμενου

Το μη πυθεσθαι που 'στιν αισχυνην φερει.

87. Κατηδεν, *Daweſius* reponi juberet κατηδη. Vide Miſcell. Critic. p. 232.

92. 93. — και γαρ ύστερῳ το γ' ευ

Πρασσειν, επει πυθοιτο, κερδος εμπολᾳ] Verte, *Proſpera enim fortuna ei qui ſero de ea reſciſcit, quando tandem reſciſcit, lucrum adponit.* Id eſt, Proſperæ fortunæ nuncius, diu dilatus, gratior tandem advenit.

98. 99. — ποθι μοι ποθι παις

Ναιει ποτ'] Ποτε non hîc ſignificat *ubi*, quemadmodum in curis ſecundis vertit *Johnſonus*, in prioribus rectius interpretatus, ſed cum ποθι jungi debet; *ubi demum.*

99. 100. Hi duo verſus non niſi unum conſtituunt, iambelegum ſcilicet, verſui hujus ſtrophæ ſecundo ſimilem.

101. 102. Η ποντιους αυλωνας, η

Δισσαις απειροις κλιθεις] Verte, *An ponti fluctibus jactatus, vel continenti in duplici recumbens.* Fluctos marinos αυλωνας appellat Poeta, quia inſtar montium ac vallium, orta tempeſtate, elevantur ac deprimuntur.

107. 108. Ου ποτ' ευναζειν αδακρυ-

των βλεφαρων ποθον] Senſus eſt, Ου ποτ' ευναζειν ποθον ώστε βλεφαρα αδακρυτα ειναι. De hac conſtructionis formula vide ſupra ad *Antig.* v. 985. 986. 1230.

109. 110. Ευμναστον ανδρος δειμα φερουσαν όδου] Verte, *Sed viri memorem, ex hac ejus profectione metu laborantem.*

111. Ενθυμιοις ευναις τ' ανανδρωτοις] Το τε rectius ab *Aldina* abeſt.

V. 118.

V. 118. Ουτω δε τιν Καδμογενη] Sententia omnino poſtulat ut pro δε legamus δη. Το δε ab imperito quodam Correctore nimium de metro ſollicito profectum videtur; a diſpondæo enim rite incipit glyconius πολυσχηματιστος, auctore *Hephæſtione* p. 60. Nec, quod pluries jam monuimus, neceſſe eſt ut antitheticorum ſinguli pedes ſingulis pedibus accurate reſpondeant; legibus metricis abunde ſatisfit ſi metra & homogenea ſunt & menſurâ æqualia.

119. Τρεφει, ſubaudi βιος. Cl. Mudge pro τρεφει reponendum cenſet τρυχει ut a nominativo κυμα regatur ex præcedente κυματων repetendo. Ita ſententia erit, *Pari ſcilicet ratione Cadmigenam Herculem ferit fluctus, nec mora quin alius ſtatim incumbens hunc auget, vitam laborioſam efficiens.*

120. Ωσπερ πελαγος] Lege juxta *Aldinam* ὥσπερ πελαγος, ut conſtet metrum.

122. Αλλ αμπλακητον αιδα
Σφε δομων ερυκει] Cum vox αμπλακητος neceſſario ſignificet *in lapſus pronum, erroribus obnoxium*, quæ notio ſententiæ hujus loci minime convenit, reponendum exiſtimo απλακητον, *inoffenſantem, nunquam incurrentem, incolumem, Heſychii* auctoritate ductus qui verbum iſtud Tragico noſtro in hac ipſa tragœdia diſerte tribuit. Vide etiam quæ notavimus ſupra ad *Oedip. Tyran.* v. 480. Hanc autem emendationem præivit & pluribus illuſtrat doctiſſimus *Abreſchius* in Obſervat. Miſcell. vol. v. p. 102.

125. αδεια μεν αντια δ' οισω] Omnino legendum eſt αδεα, neutrum ſcilicet plurale adjectivi αδεης per contractionem pro αδεεα, nam ex ηδυς nunquam efficies neutro plurali ηδεα. Verte autem, *Pavore quidem expertia quanquam ſententiæ tuæ adverſa adſeram*; id eſt, Minime verebor ne te offendam etiamſi ſententiæ tuæ contraria proferam.

129. Melius *Suidas* voce Αποτρυειν, & *Aldina*, Ο παντα κραινων.

137. Τῳδ' επερχεται] *Eidemque ſupervenit.*

139. 140. 141. Α και σε ταν ανασσαν
Ελπισιν λεγω
Ταδ' αιεν ισχειν] Verte, *Quapropter dico te quoque reginam hæc*, id eſt, has fortunæ viciſſitudines, *ſpe ſemper & expectatione præcipere oportere.* Mudge. Α eſt καθ' ἁ, vel δι' ἁ.

140. 141. 142. Ita hi verſus conſtitui debent,
Ελπισιν λεγω ταδ' αιεν ισχειν. trochaicus ſenarius brachycatalectus
Επει τις ωδε τεκνοισι glyconius.

V. 145. 146. — ὡς δ' εγω θυμοφθορω,
Μητ' εκμαθοις παθουσα, νυν δ' απειρος ει] Lectio *Aldina* παρουσα, quam protulit *Johnſonus*, aut nullum, aut certe frigidiſſimum, exhibet ſenſum, & regulis inſuper grammaticæ plane repugnat. In ea enim conſtructionis forma quam poſtulat iſta lectio, verbum εκμαθοις optativo modo poſitum, ut vim, quam potentialem vocant, obtineat, particulam αν comitem habere omnino debet. Quænam porro oppoſitio, qualem indicant particulæ μητε & δε, concipi poteſt inter παρουσα & νυν? Optime profecto ſe habet vulgata lectio, quam ita interpretari potes; *Quantum vero animo macerer, neque unquam eadem paſſa diſcas, impræſentiarum vero prorſus inexperta es.*

148. Χαιρειν αυτου] Longe melius *Aldina* αὐτοῦ quam lectionem & *Scholiaſtes* agnoſcit & in verſione ſua ſecutus eſt *Johnſonus.*

150. Αλλ' ἡδοναις αμοχθον εξαιρει βιον] Verte, *Sed vitam dolore expertem voluptatibus extollit.*

161. Ξυνθηματα ἁ μοι] Ut vitetur Hiatus, lege, *Camerariana* præeunte, Ξυνθημαθ' ἁ μοι. ἁ μοι primam producit ex craſi duarum vocalium brevium α & ι in ἁ εμοι in unam longam α. Vide ſupra ad *Oed. Colon.* v. 1260. Recte autem Ξυνθηματα exponit *Camerarius*, Mandata de quibus conſtituerat Hercules, & quorum exſequutionem commiſerat Deianiræ.

164. ad 169. — ειπε μεν λεχους ὁ τι
Χρειη μ' ελεσθαι κτησιν' ειπε δ' ην τεκνοις
Μοιραν πατρωας γης διαιρετον νεμοι,
Χρονον προταξας ὡς τριμηνον, ἡνικ' αν
Χωρας απειη κανιαυσιος βεβως,
Τοτ' η θανειν χρειη σφε τῳδε τῳ χρονῳ] Lege cum *Daweſio* in v. 165. & 169. χρεὼν & in v. 168. απιων, & poſt verbum hoc ultimum diſtinctionem tolle. Vide Miſcell. Critic. p. 333. Malim vero in v. 167. ἡνικ' αν cum vulgatis retinere, quam cum viro doctiſſimo reponere ἡνικα. Adverbium enim ἡνικα, aut cum verbo formæ indicativæ ſine particula αν, aut cum verbo formæ ſubjunctivæ vel optativæ comite particula αν jungi ſolere obſervavi; & cum verbo quidem formæ ſubjunctivæ quando de tempore præſenti, optativæ vero quando de præterito ſermo eſt, prout iſtarum formarum vim & uſum alibi p. 82. optime diſtinxit & explicavit idem vir eruditiſſimus.

193. Απαξ] Malim Απαξ.

205. Lege ἰτω. Vide quæ notavimus ad *Antig.* v. 1255.

V. 206. 207. Αιτ' εκτος αυλας. ως ατλητον ομμ' εμοι
Φημας αναχον τησδε νυν χαρπουμεθα] *Valckenar.* Animad. ad Ammonium p. 75. non poſt αυλας diſtinguendum cenſet, ſed poſt εκτος, & pro αυλας reſcribi mavult αυγας, ut ομμα αυγας pro ſolita Tragicorum grandiloquentia idem quod αυγη, φαος, ſignificare intelligatur. Ingenioſe ſane, ſi non vere; at cum vulgata ſcriptura optime etiam ſe tueri poſſit, nihil invitis codicibus immutandum. Certe ſi nihil aliud, at bini iſti genitivi, αυγας, φημας ab eadem voce ομμα pendentes conjecturam iſtam haud parum labefaciunt.

208. ad 228. Monoſtrophica ſunt hæc non epodica. Non enim plures quam tres in ſtropha verſus paribus in antiſtropha reſpondent, primus ſcilicet, quintus, & ſeptimus. Præterquam quod ſententiam non abſolvit ſtrophe, ſed imperfectam relinquit, plane contra leges metricas, a Noſtro ſaltem in omnibus iis quæ ad noſtram uſque ætatem pervenerunt tragœdiis, nuſquam hac in parte violatas.

208. & 210. *Johnſonus* ανολολυξον & μελλονυμφος per pluralia interpretatur, quia ſecundum eum, non cum uno tantum ſponſo conſtaret ſequens εν. Quaſi ſcilicet hoc mendum, ſi revera mendum ſubſit, in verſione ſua corrigere ſatis eſſet, & Græca non prius emendari oporteret. Sed fallitur vir non indoctus, præpoſitio enim εν ad vocem pluralem αλαλαγαις refertur.

210. Ο μελλονυμφος] Poſtulare videtur ſententia ut reponamus ω μελλονυμφος, qua quidem appellatione innuitur Deianira, poſt tam longam viri abſentiam quaſi nova ſponſa futura. Ολολυζειν enim proprie ad fœminas pertinebat, & virorum clamor ſeorſim mox memoratur.

212. Minus plene diſtinguendum eſt poſt κλαγγα, ſequentia enim τον ευφαρετραν Απολλωνα προστατην a verbo præcedente ανολολυξον pendent, & δια μεσου ponuntur iſta εν δε κοινος αρσενων ιτω κλαγγα.

215. Αναγετ' ω παρθενοι] Αναγετε non regit χορειαν ſubauditum, ſed præcedens Παιανα, ideoque poſt vocem hanc minus plene diſtinguendum eſt.

218. 219. Ita hi verſus conſtitui debent,

Ελαφαβολον αμφιπυρον glyconius πολυχρωματισος, aut, ſi mavis, proſodiacus

Γειτονας τε νυμφας ithyphallicus.

223. Ευοι μ' ὁ κισσος] *Evantem me reddit hedera.*

226. Reſcribe ut vitetur hiatus,

Ιδ', ιδ', ω φιλα γυναι ionicus a minore απαλλωμενος dimeter catalectus.

V. 227. 228. Ταδ' αντιπρωρα δη σοι
Βλεπειν παρεσθ' ορᾳν] Verte ad mentem veteris Interpretis & *Camerarii*; *Hæc coram tandem tibi adſunt manifeſte videnda.* Hanc interpretationem veram eſſe ſatis oſtendunt proxime ſequentia.

230. Φρονεῖν παρεῖσθ' ες τονδε] In *Aldina* non deterius legitur Φρονεῖν παρεῖσθ', τοδε.

233. 234. — ευ δε προσφωνουμεθα
Γυναι κατ' εργων κτησιν] Προσφωνουμεθα in notione paſſiva ponitur. Verte, *Et bene ſalutamur, quod præmium factis noſtris*, id eſt, lætis, quæ afferimus, nunciis, *meriti ſumus.*

240. Που γης πατρωας, ειτε βαρβαρου, λεγε] Γης omnino pendet a που, non a præpoſitione επι ſubaudita. Commate igitur diſtinguendum eſt poſt γης, ut arcte cum που cohærere intelligatur. Verte, *Quanam in terra? patriane an barbara? ede.*

242. Τελη τ' εγκαρπα] In *Aldina* legitur, τελει τ' εγκαρπα, quod vulgato certe non deterius eſt. Εγκαρπα autem non hic de frugibus ſacrificia, ſed victoriæ primitias ſignificare, ſatis conſtat ex ſequentibus infra v. 291. 292. 769 — 775.

251. Χρονον πραθεις ουκ ημερων αριθμιον] Genitivus ημερων pendet ab adjectivo αριθμιον, non a præpoſitione δια ſubintellecta.

274. *P. Brumoy* hunc Iphitum appellat *quendam Iphitum (un certain Iphitus)* unde conſtat eum ignoraſſe id quod & tironibus notum eſt, & quod ſi *Scholiaſten* inſpexiſſet ignorare non potuiſſet, hunc ſcilicet Iphitum Euryti fuiſſe filium. Neque adeo mirum ei videri debuit Poetam facinus tam imbelle heroi, etiam in oratione ad fallendum ficta, tribuiſſe. Idem enim facinus Herculi tribuit priſcæ hiſtoriæ concurrens auctoritas, atque ipſe etiam Homerus Odyſſ. Φ. v. 22 — 37. Neque in ipſo facto narrando fallebat Lichas, cujus quippe veritas ipſi etiam Deianiræ cognita eſſe debebat, ſed in eo, quod ſervitutem in Lydia, hujus facinoris pœnam a Jove decretam, velut cauſam afferebat impetus in Oechaliam ab Hercule facti, cum revera bellum iſtud non niſi ex amore quo Iolen deperibat, quam ei pater Eurytus negaverat, eſſet ortum.

285. Κεινοι δ' ὑπερχλιδωντες] Verte, *Illi vero in inſolentiam effuſi.* Non enim ſubauditur hic αυτου, ut putavit *Johnſonus*; εκ γλωσσης κακης cum υπ' οικητορες cohærent, *linguæ petulantis gratia orci ſunt incolæ.*

296. Των μεν παροντων] Genitivus eſt abſolute poſitus, non ſubauditur ενεκα. Verte, *Cum hæc quidem coram adſint*, victoriæ Herculeæ ſcilicet indicia.

V. 299.

V. 299. Πολλη δ' αναγκη] Rectius *Aldina* Πολλη 'ς' αναγκη. Potes etiam cum *Valckenario* ad *Eurip. Phœniſſ.* 1668. legere Πολλη γ' αναγκη.

312. Τικουσα] In *Aldina* legitur τεκουσα. Vide *H. Stephani* notam.

315. Τις δ' ἡ τικουσα] Elegantius *Aldina* τις ἡ τεκουσα.

317. Φρονειν hîc eſt *generoſe ſe gerere.* Vide *Euripid. Suppl.* v. 455.

322. Ξυνεμπορων, *Itineris comitum*, id eſt, Captivarum quæ eam comitatæ ſunt. Συνεμποροι, συνοδοιποροι. *Suidas.*

326. 327. Ουτ' αρα τῳ γε προσθεν ουδεν ἐξισου
Χρονῳ διοισει γλωσσαν] Conſtructio hujuſmodi eſt Ουτ' αρα ουδεν διοισει γλωσσαν ἐξισου τῳ γε προσθεν χρονῳ, *Non equidem omnino linguam movebit, ſicut ad hoc uſque tempus non movit.* Ut ſenſum quem exprimit *Johnſoni* verſio exhiberet hic locus, legi oporteret διαφεροι αν, non διοισει. Hæc autem aſtute ſua ſponte ingerit Lichas, Ioles reſponſum anticipans, ne ipſa ſcilicet reſpondens ſe proderet.

331. Δυσηνεμον, ut puto, reddi debet, *ventis perflatam.* Æquata enim ſolo urbe, nihil quod ventis reſiſteret, eoſve excluderet, relinquebatur.

353. Lege juxta *Camerarianam* φυς, non φυς.

354. Omnino ut retineamus αγωνα μ' ἐχει poſtulat Græci ſermonis indoles; nec eſt quare de hujus vocis modulo ſimus ſolliciti. Quanquam enim ſubſtantiva in οια deſinentia ultimam corripere poſſint, & interdum etiam corripiant, ut apud Noſtrum *Antig.* v. 289.

Προνοιαν ἐχειν τουδε του νεκρου περι,

& *Euripidem Troad.* v. 7.

Ευνοι' απεστι των ἐμων Φρυγων πολει,

ubi ultima ſi brevis non eſſet non elideretur, interdum tamen eam etiam producunt. Ita χροια ultimam producit apud Ariſtoph. Nub. v. 716.

Φρουδα τα χρηματα, φρουδη χροια,

& ibid. v. 1012.

Χροιαν λευκην, ωμους μεγαλους,

& ibid. denique v. 1173.

Ως ἡδομαι σου πρωτα την χροιαν ιδων.

Ευβοια etiam ſimiliter ultimam producit apud Heſiod Εργ. v. 651.

Ει μη ες Ευβοιαν ἐξ Αυλιδος ἡ ποτ' Αχαιοι,

& apud Noſtrum infra v. 765.

Ακτη τις αμφικλυστος Ευβοιας ακρον,

quanquam eadem vox ultimam interdum etiam corripiat, Homer. Il. Β. v. 536.

Οι δ' Ευβοιαν ἐχον μενεα πνειοντες Αβαντες. Vocem etiam Τροια ubique fere ultimam producere notum eſt. Hanc ipſam denique vocem αγωνια ultimam etiam producere conſtat ex Noſtro infra ver. 425.

Ουκουν συ ταυτην ἡν ὑπ' αγνοιας ὁρᾳς.

Vide etiam infra ad *Philoctet.* v. 130.

V. 383. Ἡ και τα λαμπρα και κατ' ομμα και φυσιν] Feliciter ſatis reponit *Canterus*, Ἡ καρτα λαμπρα, ſed melius forſan adhuc reſcribi poteſt Ἡ καρτα λαμπρα, ut articulus ἡ a præcedente ανωνυμος pendeat; ſed tunc ponenda etiam erit hypoſtigme, non interrogationis nota, poſt διωμνυτο, ut ita vertatur locus; *An nomine prorſus caret, ſicut jurabat adductor, fœmina hæc admodum ſplendida & vultu & indole?* Melius autem hæc perſonæ Deianiræ quam Nuncii convenire nemo non videt.

385. Lege Ιολη 'καλειτο.

399. Ως εκ τραχειας συν χρονῳ βραδει μολων] Ut τραχειας, voce γης ſubaudita, ſignificet Τραχινος nunquam mihi perſuadebit *Johnſonus*, ne dicam & τραχειας & Τραχινα primam producere. Potius igitur cum *H. Stephano* (cujus notam vide) & *Cantero* reſcribi debere ἐξ Τραχινας exiſtimo. Subauditur ſcilicet ὁρμης.

400. Πριν ἡμας και πιστωθαι λογοις] Veriſimilem eſſe *Canteri* conjecturam exiſtimo reponentis ex *Scholiaſtæ* interpretatione αναπιστωσθαι, ejectâ particulâ και.

408. Ει φρονεις, *Si agnoſcis.* Vide ſupra 293.

432. Κλυειν γ' ἐφασκον, *Me audiiſſe quidem dicebam.* MUDGE.

441. Ανθρωπος ω δεσποιν' ἐπισπα] Ex auctoritate *Scholiaſtæ* veteris proculdubio reſcribendum eſt δεσποινα παρασπα, nam ἐπισπα ex *Triclinii* conjectura profectum videtur.

442. Νοσουντι ληρειν ανδρος ουχι σωφρονος] *H. Stephanus* reponendum cenſet νοσουν τι ληρειν, quam conjecturam ſuam multis aſtruere contendit, aſt mihi ſaltem non perſuadet; nam frigide omnino & importune infarcitur iſtud τι, & longe elegantius, ſi quid immutandum eſſet, reponeretur νοσουντα ληρειν. Sed optime ſe habet vulgata lectio, quam recte etiam ita interpretantur vetus *Scholiaſtes* & *Triclinius*; *Cum homine cui mens haud ſana eſt ſermones futiles cædere non eſt ſapientis.* Hæc autem ſervi hominis dominam alloquentis παρρησια, quanquam a moribus hodiernis prorſus abhorret, Græcis tamen antiquis non adeo abnormis viſa eſt, quod tum ex aliis Noſtri locis, tum ex v. 417. 419. 421. præcedentibus colligere datur.

453. Μεμπτος ειμι, *Reprehenſum eo.* Legendum enim puto μεμπτος ειμι.

454. 455. Ἡ τηδε τῃ γυναικι τῃ μεταιτια
Του μηδεν αισχρου, μηδ' ἐμοι χακου τινος] Multum & fruſtra hîc ſe torquet *H. Stephanus*, recte enim ſe

ſe habet vulgata lectio. Τι μετωπα eandem vim habet ac ſi ſcripſiſſet Poeta ἡ μετωπα ἐστι, & του μηδεν αισχρου eandem vim ac πραγματος ὁ κατα μηδεν αισχρον ἐστι, & μηδ' ἐμοι χακον τινος eandem ac μηδε κακον τι ἐμοι ἐστι. Illius autem emendatio, qua pro του μηδεν αισχρου reponit το μηδεν αισχρον, ut το μηδεν pro μηδαμως poſitum cum μετωπα cohæreat, & ab αισχρου ſejungatur, conſtructionem inducit a Græci ſermonis indole, meâ quidem ſententiâ, plane abhorrentem.

V. 469. Ita cum *H. Stephano* diſtinguendum cenſeo,

Ηνεγκατ', ουδ' οπειδος' ηδε τ', ουδ' αν ει —

Neque unquam earum quævis ex me verbum malum retulit, neque probrum; neque hæc referet etiamſi &c. Vide *H. Stephani* notam. Hanc diſtinguendi rationem firmat etiam *Aldina*.

480. Κ' ουκ αγνωμονα] *Nec prudentiæ expertem.* Vide *Heſych. Harpocrat.* & *Suid.*

498. Εξαιρουμεσθα] *Nobis eligemus.*

499. Lege ισου. Vide quæ adnotavimus ad *Antig.* 1255.

504 — 518. Hæc metra adeo miſere in vulgatis turbantur, ut vix unum qui legitime conſtitutus ſit verſum deprehendere poſſis. Ita autem reſtituenda videntur,

Μεγα τι σθενος ἁ Κυπρις εκφερεται anapæſticus dimeter acatalectus

Νικας αει' και τα μεν θεων glyconius ſive periodicus dimeter acatalectus

Παρεβαν' χ' ὁπως Κρονιδαν proſodiacus dimeter acatalectus

Απατασεν, ου λεγω ionicus a minore dimeter catalectus αναλωμενος;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Ο μεν ην ποταμου σθενος, ὑψικερω

Τετραορου φασμα ταυρου,

Αχελωος απ' Οινιαδαν

Ο δε Βακχιας απο —

512. Αμφιγυοι] *Ambidextri*; vide *Suidam* & Etymolog. Magn.

513. 514. Παμπληκτα παγκονιτα τ' εξηλθον &c.] Verte, *Plurimis vulneribus plurimoque pulvere reportari contigit præmia certaminum.*

518. Vide *Stephanum Byzantinum* voce Οινιαδαι.

522. 523. Horum duorum verſuum laborat metrum. *Johnſonus* voces εν μεσω velut gloſſema ejiciendas, & pro ισαν legendum ιεσαν, cenſet. Mihi verbum ισαν gloſſema magis ſapere videtur; ita enim hos verſus olim conſtitutos exſtitiſſe exiſtimo,

Παις Διος' οἱ τοτ' αολλεις

Ες μεσον ἱεμενοι λεχεων' μονα —

αολλεις ες μεσον, *in medium una progreſſi.* Nihil enim verbi ſubſtantivi ellipſi frequentius, quam cum ſupplere voluit Gloſſator quidam, cum ut conſtructionem explicaret verbum ισαν ad marginem addidiſſe veriſimile eſt, quod deinde in contextum irrepſit.

V. 526. 527. Ita hi verſus conſtitui debent,

Τοτ ην χερος, ην δε τοξων cleomachius

Πατταγος ταυρειων ionicus a minore dimeter brachycatalectus.

529. 530. Ita hi verſus conſtitui debent,

Ην δ' αμφιπλεκτοι κλιμακες iambicus dimeter acatalectus

Ην δε μετωπων ολοεντα anapæſticus paroemiacus.

530. Κλιμακες] Διακλιμακισας, διαπαλαισας. κλιμαξ γαρ και κλιμακισμος παλαισμα τινων. *Suidas.* Κλιμακιζειν inter παλαισματων ονοματα recenſet etiam *Pollux* Onomaſt. lib. III. §. 155.

533. 534. Ita hi verſus conſtitui debent,

Τηλαυγει παρ' οχθῳ ἡστο glyconius

Τον ὁν προσμενουσ' ακοιταν idem.

535. Εγω δε ματηρ μεν οια φραζω] *Ego vero ea tantum quæ ex matre audivi dico.* Chorus ſcilicet ex adoleſcentulis conſtabat. Vide ſupra v. 146 — 153, adeoque per ætatem ipſa hæc vidiſſe non poterat. Mudge.

538. 539. Ita hi verſus conſtitui debent,

Καπο ματρος αφαρ βεβακεν periodicus dimeter acatalectus

κεν ὡς πορτις ερημα. pherecratius.

543. Pone hypoſtigmen poſt πεχνωμεν.

550. 551. Τηλουμενος οικουρια] Reponendum omnino eſt ex *Aldina* κηλουμενος. Cl. Mudge vulgatam ſcripturam retinendam cenſet, & vertit, *rependens.*

558. Των ὑπεκσεσωσμενων ποδα] Lege juxta *Aldinam* των δ' ὑπεκσεσωσμενων ποδα.

563. Αντιχειον λυπημα, pro una voce habendum eſt, *Doloris remedium.* Mudge. Sed vide quæ adnotamus infra ad v. 1039. & ad *Æſchyl. Agam.* v. 1207. 1208. *Chœph.* v. 65.

571. 572. Των πατρωων σταλων ἐυνις] *A paterna familia ſejuncta.* Vera vocis ἐυνις ſignificatio *Canterum* latuiſſe videtur, qui ideo perperam vel του πατρωου ἑνεκα στολου, vel των πατρωων ἑνεκα στολων reponi voluit.

375. Diſtingue cum *Cantero* poſt επιψηφας, non poſt χεροιν.

581. 582. 583. Εαν γαρ αμφιθρεπτον αἱμα των εμων Σφαγων ενεγκη χεροιν ἡ μελαγχολοις Εβαψεν ιους θρεμμα Λερναιας ὑδρας] Verte, *Si enim ſanguinem de mea cæde manibus abſtuleris iſtum,*

tum, qui concretus eſt circa eam ſagittarum lividarum partem, quam intinxit Lernæa Hydra.

V. 586. In *Aldina* pro στεξη legitur στεξαι. Legendum autem omnino eſt στεξει præcedente ὡς μη. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 228.

590. Και πεπειρανται ταδε] *Atque hæc jam perfecta ſunt & uſui parata.* In eodem ſenſu verbo πεπειρανται utitur Homerus Odyſſ. M. v. 37.

Ταυτα μεν ούτω παντα πεπειρανται —

ubi ita *Euſtathius*, Εστι δε το πεπειρανθαι, αντι του τετελειωνται, απο του πειραινω, ὡς εκ του φαινω το πεφανται. Deduci etiam poteſt a πεπειρος, πεπειραινω, & paſſive πεπειραιμαι, & ita πεπειρανται erit, *ad maturitatem perducta ſunt.*

595. 596. — ει τι μη δοκω Πειρωσιν ματαιον· ει δε μη, πεπαυσομαι] Cum præcedat ει τι μη ſententia poſtulare videtur, ut ſequatur ει δε μην.

596. Ματαιον, *improbum, interdictum.* MUDGE. Eodem ſenſu ſupra v. 574. habes ματαιοις χερσιν.

609. Αλλ᾽ αυτα δη σοι ταυτα και πρασσω Λιχα] Verte, *Sed eadem ipſa quæ tu ago, Licha,* id eſt, Longum tempus maneo te expectans.

611. Οπως φορεις. Legendum eſſe exiſtimo ὅπως φορης. Vulgata lectio inde orta videtur, quod ſequuntur αμφιδυσεται, οψεται, formâ indicativâ itidem poſt ὅπως poſita, ſed notandum eſt intercedere negativum μη cum ὅπως junctum, & verba illa tempore futuro non præſenti poni, ex quibus nata eſt alia prorſus conſtructionis ratio. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 228.

617. Malim ex auctoritate librorum quos memorat *H. Stephanus* reponere αυτον φανερον εμφανως σταθεις, nam lectio *Aldina* φανερος εμφανως σταθεις plane tautologa eſt.

623. 624. Και τωνδ᾽ απιστεις σημ᾽ ὁ κεινος ευμαθες Σφραγιδος ερκει τωδ᾽ επ᾽ ομμα θησεται] Hujus loci conſtructio perplexa ſatis eſt & intricata, adeo ut *Johnſonus* corruptum eſſe pronunciare non dubitaverit. Sed emendationes quas profert tales ſunt quales vix admittit Atticæ poeſeos indoles. Hiatibus enim diphthongorumque eliſionibus ſcatent, quæ ſtudioſe evitare ad plurimum ſolent Scriptores Tragici. Abſque ulla autem immutatione ita conſtructionem ordinari poſſe puto; και απιστεις σημα τωνδε ευμαθες, εφ᾽ ὁ εκεινος ομμα θησεται, δηλονοτι εφ᾽ ερκει τωδε σφραγιδος. Si quid vero immutandum eſt, malim reſcribere σφραγιδος ερκος τοδε, vel ερκη τοδε, *clauſtra hujus ſigilli,* ut ſcilicet per appoſitionem τῳ σημα ſubjungantur iſta.

V. 637. Αυτον δ᾽ ὡς εδεξαμην] Rectius in *Aldina* legitur αυτην ὡς εδεξαμην.

640. Μη πειν λεγοις αν] Longe elegantius in *Aldina* legitur, Μη πρῳ λεγοις αν, *Ne mature nimis nunties.*

645. 646. Hi duo verſus non niſi unum conſtituere debent, trochaicum ſcilicet trimetrum brachycatalectum

Οι τε μεσσαν Μηλιδα παρα λιμναν,

παρα pro παρ᾽ ex *Aldina* repoſui. Huic in antiſtropha reſpondebit,

Αλλα θειας αντιλυρον μουσας.

655. Ut metrum antithetico, qui glyconius eſt πολυζηματισος, reſpondeat, pro κουφος reponendum eſt κορος.

659. Ut conſtet metrum, quod proſodiacum eſt dimetrum hypercatalectum, legendum eſt παντᾳ, id eſt παντη, *penitus, omnino.*

661. Metrum hujus verſus antithetico non reſpondet; prima enim dipodia quæ trochaica eſſe debet ex pyrrhichiis conſtat. Forſan reſcribi poteſt και πελαγιον, quam emendationem facile etiam admittit ſententia, nam duo verſus proxime præcedentes δια μεσου poni cenſendi ſunt.

672. Ut hujus verſus metrum antithetico reſpondeat, inverſo ordine reſcribendum eſt,

Ενθα θυτηρ κληζεται trochaica hephthemimeris.

673. Οθεν μολοι παναμερος] Reponendum puto πανιμερος *deſiderii & cupidinis plenus.* MUDGE.

686. Θαυμ᾽ ανελπιστον παθειν] *Aldina* habet ανελπιστον μαθειν, quæ verior videtur lectio; ita enim & infra v. 707. αξυμβλητον ανθρωπῳ μαθειν.

688. Αργητ᾽ οιος ευειρῳ πεκῳ] Non diſplicet conjectura *Valckenarii* ad *Euripid. Phœniſſ.* 994. reponentis ευειρον.

691. Ψη] *In pulverem redacta dilabitur.* MUDGE. Lege autem Ψῃ, eſt enim a verbo Ψημι.

703. Κτησιον βοτον] Κτησιον βοτον τῳ αγελαιῳ opponi exiſtimo, & hac appellatione deſignari pecora illa quæ cæſa in victum quotidianum comparantur. Ita Ζευς κτησιος apud *Suidam* & *Harpocrationem* eſt, *Qui cellis penuariis præeſt*, cujuſque ſimulachrum in ejuſmodi cellis collocari ſolebat. Vide *Valeſium* in *Mauſſaci* notas p. 299. 300, *Athenæum* l. XI. pag. 473. & in hunc *Caſauboni* Animadverſiones c. 6. Hæc interpretatio ex eo etiam confirmatur, quod Deianira una cum Licha in domum ingreſſa, non rem differt donec ovis e grege accerſi poteſt, ſed ſtatim negotio expediendo ſe accingit, quodque hæc in intima domus parte, in cella nimirum penuaria, ubi nulla niſi κτησια βοτα, pecora ad victum do-

domeſticum coempta, reperiri poterant, geſta ſupponuntur. Hæc autem omnia e v. 499 — 501. 565. 587. 588. 699. 702. inter ſe collatis patent.

V. 714. 715. Εκ δε γης ὁθεν πεσὼν ἐκειτ'] Verte, *At e terra, e loco ubi projecta jacebat.*

731. Δοξει γουν εμοι] Lege omnino ex auctoritate librorum quorundam ab *H. Stephano* laudatorum δοξῃ γουν εμῃ. Verte, *Certe mea quidem ſententia hunc perimet*; repetendum enim απο κοινου eſt ολει τονδε.

733. Ταύτῃ. lege omnino cum *H. Stephano* παντῇ.

744. Σιγαν τον πλειω χρονον] *In reliquum tempus, in tempus quod ſupereſt tacere*; multo elegantius hic legitur quam quod in libris quibuſdam reperitur, Σιγαν τον πλειω λογον, *Tacere ſermonem quod ſupereſt.* Neſcius tamen non ſum σιγαν λογους apud *Euripidem* inveniri *Ion.* v. 394. 395.

— τους λελεγμενους λογους
Σιγα προς ανδρα —

Sed aliud prorſus eſt aliorum ſermones jam prolatos tacere, aliud ſermonem inchoatum abrumpere, & in hac ſignificatione poſteriori σιγαν λογον vix Græce dici credo.

747. 748. 749. Ω μητερ, ὡς αν εκ τεκων σ' ἐν ειλομην,
Η μηκετ' ειναι ζωσαν, η στομωτατην
Αλλων κεκλησθαι μητερα σ', η λωους φρενας]

Aldinæ auctoritate fretus το σ' non in verſuum horum primo delendum eſſe cenſeo, ſed in tertio, ubi omnino ſuperfluum eſt, ut legatur μητερ' η λωους. Ita etiam vitabitur in quarta ſede anapæſtus. Tales autem verborum trajectiones apud Poetam noſtrum non ſunt infrequentes: vide ſupra v. 326. 327. & 519 — 521. In horum autem verſuum primo το σ' non σε ſed σοι deſignat. Ita in *Ajac.* 191. το μοι eliſionem patitur.

758. Lege juxta *Camerarianam* φως.

779. Ponenda eſt hypoſtigme poſt δρυος.

780. Recte *H. Stephanus* αυτοις hic reponendum vidit.

785. Lege δη 'ζωσι.

791. Πνευμονον] In *Aldina* legitur πλευμονον, quod magis Atticum.

794. 795. Κομης δε λευκον μυελον εκραινει μεσου
Κρατος διασπαρεντος, αιματος δ' ὁμου] Hæc prout nunc leguntur ſenſu prorſus deſtituuntur. Nam primum, manifeſtum eſt genitivum κομης non regi a præpoſitione δια ſubaudita, quod voluerunt *Scholiaſtes*, eumque ſecutus *Johnſonus*, ſed aut a præpoſitione in verbo εκραινει, aut a ſubſtantivo μυελον pendere. Cerebrum autem ex coma elidi, aut comæ medullam recte dici, nemo, opinor, propugnabit. Deinde adjectivum μεσου, cum ſubſtantivo quod a verbo εκραινει regitur, omnino conjungi debet; nam quid ſibi vult μεσου κρατος διασπαρεντος, *medio capite disjecto?* Vix dubito igitur quin voces duæ ex Librariorum inſcitia locum inter ſe invicem permutaverint, & ita reſcribendum ſit,

Κρατος δε λευκον μυελον εκραινει μεσου,
Κομης διασπαρεντος, αιματος δ' ὁμου.

Ex medio autem capite medullam albam elidit, coma disjecta unaque ſimul ſanguine. Adjectiva maſculina ſubſtantivis fœmininis non raro apud Atticos jungi, ſatis ſuperque oſtenderunt *Clark.* ad Homer. Il. Ε. v. 778. & *Barneſius* ad *Euripidem Hippolyt.* v. 387. & *Electr.* v. 993. Hoc cum Correctoribus minus notum eſſet, anſam emendationi, unde orta eſt vulgata lectio, dediſſe videtur. Vide quæ adnotavimus ad *Antig.* 997.

796. Lege ανηφαιστον. Apud *Heſychium* vero legitur ανηφαιστον.

814. Ει δ' οικτον εχεις] Verte, *Si vero te miſeret mei.* Deſignatur enim oppoſitio inter præcedentia & ſequentia.

822. Ει θεμις δ' επευχομαι] Longe malim ει θεμις δη 'πευχομαι.

823. Επει μοι την θεμιν συ προὐβαλες] Omnino legendum eſt ex *Aldina* προὔβαλες, quam lectionem agnoſcit etiam vetus Interpres.

834. Verſus aſynartetus eſt ex penthemimeri iambica alteraque dactylica, id eſt, iambelegus.

838. Αυδηατος τ' αεστος, αναδοχαν τελειν πονων] Ex auctoritate *Aldinæ* dele copulam τε, quæ & metrum perdit, & ſententiæ obeſt. Alteram verſus partem ita verte, *allaturum receptum a laboribus.*

840. Εμπεδα κατουριζει] Verte, *Indubitanter ad exitum flatu ſecundo perducit.* Verbum κατουριζει pendet a præcedente τελος το θεοπροπον, & activam, non intranſitivam habet ſignificationem.

845. Δολοποιος αναγκα] *Neceſſitas a fraude illata.*

847. Ον τεκετο θανατος] Verte, *Quod genuit mors.*

849. Προστακεις, *Colliquefactus.* MUDGE.

853. In *Aldina* ita hæc leguntur,

Νεσσου δ' ὑπο
Φοινια δολομυθα κεντρ' —

Veterem etiam *Scholiaſten* φοινια legiſſe conſtat; idem vero præpoſitionem ὑπο quæ metrum prorſus ſubvertit non legiſſe videtur, quam proinde ex gloſſemate in contextum irrepſiſſe omnino ſit veriſimile. Eâ igitur ejectâ ita hunc verſum reſtituendum eſſe arbitror,

Νεσσου φοινια δολομυθα κεντρ' iambicus dimeter acatalectus;

cui

cui reſpondebit antitheticus, modo addita particula γε fulciatur pes tertius,

Επι ποτ' ετ' επιπνον γ' εχει.

V. 854. Λογχον] Verte ad mentem *Scholiaſtæ*, *Celeri pede appropinquantem.*

857. 858. Τα μεν ουπι προσιδαλε, τα δ' απ' αλλοθροου Γνωμας μολοντ' ολεθριαισι ξυναλλαγαις] Horum verſuum prioris metrum, prout hæc nunc leguntur, ab antithetico uſquequaquam diſcrepat; quin & iſtud τα δε poſt τα μεν, oppoſitionem indicans quæ prorſus nulla eſt, ſententiam inſuper turbat. Sin vero το τα δ' ejicias, & metrum optime conſtitutum habebis, & conſtabit ſententia. Verte, *Hæc quæ quidem minime advertit, ab infenſo conſilio profecta exitialibus conciliationibus*, Neſſi ſcilicet. De ſignificatione vocis ξυναλλαγαις vide ſupra ad *Oedip. Colon.* v. 423.

860. 861. Η που αδινων χλωραν Τεγγει δακρυων αχναν] Ut imber lacrimarum denſus αχνης, *roris*, nomine deſignetur & *ros* iſte inſuper χλωρος, id eſt, aut *virens*, *floridus*, aut *tener*, *mollis*, aut denique *pallidus*, dicatur, vix mihi videtur veriſimile. Ita igitur potius hæc interpretanda exiſtimo; *Certe alicubi copioſis pallidam tingit lacrimis genam.* Αχνην *Lanuginem* eſſe, nemini, opinor, ignotum eſt, quæ, cum genarum ornamentum ſit haud minimum, ad ipſas genas deſignandas, per ſynecdochen non incommodam neque incredibilem, præſertim ſi ſtylum Tragicorum figuratum ſpectes, adhiberi potuiſſe videtur. Genitivus autem δακρυων regitur a præpoſitione υπο ſubaudita; vide *Boſ.* Ellipſ. Græc. p. 377. Ita apud Homer. Iliad. Β. 415.

πρησαι δε πυρος δηιοιο θυρετρα.

867. Ut metrum antithetico reſpondeat, una ſyllaba ita augeri debet hic verſus,

σιων ουπω αγακλειτον glyconius.

868. *Scholiaſtes* vetus ατεμολε legit, & aſtipulantem habet *Aldinam*, quam veram quidem lectionem eſſe vix dubito, ſed non bene diſtinguuntur verba; ita enim reſcribi debet hic verſus,

Ηρακλεα 'τεμολεν παθος οικτιστον anapæſticus dimeter acatalectus;

cui optime reſpondet antitheticus prout ſupra emendatus,

Τα μεν ουπι προσιδαλ' απ' αλλοθροου —

'τεμολεν autem ετεμολεν deſignare exiſtimo, vocali prima brevi ε propter præcedentem vocalem longam α, quæ elidi non poteſt, eliſa. Vide *H. Stephani* notam.

V. 869. Delendum eſt το των, quod ab *Aldina* etiam abeſt. Verſus enim antiſpaſticus eſt trimeter acatalectus ex dijambo antiſpaſto & dijambo. Antiſpaſtus in ſtropha pentaſyllabus eſt.

893. Lege juxta *Camerarianam* φες.

894. 895. Ita hi verſus conſtitui debent,

Τρ. Σχετλιωτατα προς γε πραξιν. trochaicus dimeter acatalectus

Χο. Ειπε τῳ μορῳ γυνα ξυντυχει aſynartetus ex penthemimeri trochaica & dochmaico.

899. 900. Hi duo verſus unum conſtituunt,

Ξυνεικε. Χο. πως εμιξατο iambicus dimeter acatalectus.

906. Τις αν, ſubaudi απο κοινου repetitum ιδοις ιδε.

908. 909. Hi duo verſus unum conſtituunt,

Χο. Τι φωνεις; Τρ. σαφηνη. antiſpaſticus hemiholius.

911. Αποτος ειδε νυμφα] *Camerario* & *Johnſono* omnino aſſentior veterem lectionem α ποτος præferentibus. Judicet Lector.

915. Claudicat metrum, quod ex *Aldina* & *Scholiaſte* vetere prout eum repræſentat editio *Henrico-Stephaniana* reſtitui poteſt, reſcribendo πε χειρ γυναικεια. Sed metrum ita inſuaviſſimum evadit; ideoque reponere malim Και ταυτα γ' ετλη.

918. Per κοιλα δεμνια, *lecticam* intellige, qua commodius adveheretur Hercules. Mudge.

921. Lege 'Βρυχατο; fit enim augmenti eliſio verſu præcedente in diphthongum deſinente. Vide ſupra ad *Elect.* v. 717. 718.

922. Lege 'κλαιε.

932. Lege 'φρουρουν.

935. Lege 'καθιζετ'.

965. Ποτερα τελεα προσαιτερα] *Utros exitus præcipue?* Mudge.

971. Εσωθεν αυρα] *Ventus a domo ſurgens.* Mudge.

977. Χωρειν απο δομων λεγουσιν] Χωρειν προ δομων non eſt *ad ædes accedere*, ſed *in conſpectu ædium procedere*, quod de Hercule neminem adhuc dicentem audiverat Chorus. Hyllus enim v. 817 — 819. eum littus appuliſſe, & mox adfuturum, nunciaverat, & non ante v. 979. eum in conſpectum adveniſſe ſentit Chorus. Legendum igitur proculdubio eſt,

Χωρειν προς δομων λεγουσιν glyconius.

Hanc etiam emendationem confirmat ac plane ſtabilit metri ratio.

979. 980. Αγχου δ' αρα κ'ου μακραν Εκλαιον] Malim cum *Scholiaſte* vetere & *Aldina* legi Προυκλαιον, ut ita vertatur locus; *Prope vero ſane, & non procul ab Hercule, jam ante plorabam.*

V. 981.

V. 981. Ξυνων γαρ εξομιλος ηδη τις βασις] Lege ἐξόμιλος, *Sex hominum ſociam operam navantium.* Mudge.

982. 983. 984. Πας δ' αυ φορει νιν, ως φιλου
Προκηδομεναν, βαρειαν
Αψοφον φερει βασιν] Solœca prorſus ſunt hæc ut vulgo leguntur, neque ullum commodum efficiunt ſenſum. Veram lectionem ſuppeditat *Aldina*,

Πᾳ δ' αυ φερει νιν; ως φιλου iambicus dimeter acatalectus
Προκηδομενα, βαρειαν cleomachius
Αψοφον φερει βασιν hephthemimeris trochaica Euripidea.

Verte; *Quo autem eum portat? Quaſi amici curam gerens, gravem abſque ſtrepitu fert gradum.* Προκηδομεναν pro Προκηδομενα a *Triclinii* manu profectum videtur circa metrum fruſtra ſolliciti. Æque enim a pœone ſecundo ac ab ionico incipit verſus ionicus a majore.

985. 986. Ut conſtet metrum ita reſtituendi videntur hi verſus,

Αι αι αι, οδ' ανουδος φερεται anapæſticus dimeter acatalectus
Τι δη χρη, θανοντα νιν, η καθ' glyconius.

988. 989. 990. Ita hi verſus conſtitui debent,

ΥΛ. Ω μοι εγω σου πατερ, ω μοι εγω
Σου μελεος· τι παθω; τι δε μησομαι;
Οι μοι.

993. Πρηνετης] *Corpore prono.* Mudge.

995. Lege juxta *Camerarianam* φης. Ab eadem & *Aldina* vocandi etiam particula ω melius abeſt, ut verſus ſit parœmiacus.

996 — 1000. Ita hunc locum reſtitue præeunte *Daweſio* in Miſcell. Critic. p. 223.

Πρ. Ου μη 'ξεγερεις τον ὑπνῳ κατοχον
Κακκινησεις, κἀνατησεις
Φοιταδα δειναν νοσον, ω τεκνον. ΥΛ.. αλλ'
Επι μοι μελεῳ
Βαρος απλετον εμμεμονε φρην.

Verte, *Sed mihi miſero ad mali pondus intolerandum,* quod ſcilicet Herculem invaſit, *exarſit animus.* *Daweſius* quidem in verſu penultimo pro μοι reponit τοι, ſed minus recte, meâ ſaltem ſententiâ. Non enim de Hercule, qui nondum locutus erat, ſed de ſeipſo hæc dicit Hyllus, ut ſe ſcilicet excuſet, quod verebatur ne dolore abreptus exclamationibus ſuis patrem expergefecerit. Hanc interpretationem indicat & confirmat particula αλλα. Cl. Mudge conjicit reponendum εμμεμονε, ſatis ſane probabiliter.

V. 1001 — 1004. Ita hos verſus conſtituendos cenſeo,

Ω Ζευ
Ποι γας ηκω; παρα τοισι βροτων
Κειμαι πεπονημενος αλληκτοις
Οδυναις; οι μοι, μοι, εγω τλαμων.
Η δ' αυ μιαρα βρυκει, φευ.

Ex *Aldina* repoſui αλληκτοις poſtulante metro.

1007. Proximo verſu a vocali incipiente hic verſus contra metri leges in trochæo deſinit, quod caveri poteſt ſi reſcribendum ſtatuas και βλεφαρων ὑπνον.

1008. 1009. Ita hi verſus conſtitui debent,

Ου γαρ εγω πως
Αν στρεξαιμι κακον τοδε λευσσων.

1012. 1013. Αμετροι prorſus ſunt hi verſus, primam enim του θυματων nequaquam corripere licet. Ita forſan reſtitui poſſunt,

Θυεων, ταυδ' επι μοι μελεῳ χαειν
Ηνυσω ω Ζευ.

Θυματων pro Θυεων ex gloſſemate forſan in contextum irrepſit.

1014. Οιαν μ' αρ' εθου λωβαν, οιαν] Ponenda eſt interrogationis nota ad finem verſus, *Quali me peſte afflixiſti, quali?*

1021. Θαυμ' αν προσωθεν ιδοιμαν] Verte, *Utinam miraculum iſtud vel e longinquo viderem.*

1022. 1023. Hi duo verſus non niſi unum conſtituere debent ad hunc modum e *Camerariana* reſtituendum,

Εατε μ' εατε με δυσμορον ευνασαι —

verſum qui ſequitur,

Εατε με δυσανον ευνασαι pro gloſſemate mero reputandum cenſeo, quod e margine in contextum irrepſit. Præterquam enim quod prorſus ſit αμετρος, ne a *Triclinio* quidem agnoſcitur, qui numerum verſuum huic ſyſtemati tribuit uno minorem quam exhibent editiones vulgatæ. Duæ autem primæ verſus ſyllabæ per ſynizeſin in unam coaleſcunt.

1024. Ut expleatur metrum malim πᾳ με κλινεις.

1026. Forſan expleri poteſt metrum legendo,

Ανατετροφας ὁτι και μυσῃ,

pede ſecundo proceleuſmatico.

1027. Που ποθεν εσ' ω] Malim που ποθι γ'. In ambobus enim exemplis quæ ex Homero & ex hac ipſa tragœdia affert *Camerarius*, το θεν ad finem vocis adjectum habitum exprimit *e loco*, non *in loco*.

1031. Ου πυρ, ουκ εγχος τις ονησιμον ουκ αποτρεψει] Verte, *Neque ignem neque enſem aliquis ſalutarem huc avertet.*

V. 1032.

V. 1032. 1033. Ita hos verſus conſtituendos cenſeo,

Ε, ἐ, ουδ' απαρᾶξαι κρατα βιου anapæſticus dimeter acatalectus

Θιλει μολων baſis iambica.

1036. 1037. — σοι τε γαρ ομμα

Εμπλεον η δι' εμου σωζειν. ΥΛΛ. Ψαυω μεν εγωδε]

Hæc corrupta eſſe manifeſtum eſt. Neque enim ſenſum quem in verſione ſua expreſſit *Johnſonus*, neque alium ullum qui ſit commodus, exhibent. Ita autem forſan non incommode reſtitui poteſt hic locus,

— σοι τε γαρ ομμα.

ΥΛΛ. Ην πλεον η δι' εμου σωζειν, ψαυω μεν εγωγε —

Verte; *Nam & tibi etiam oculus eſt*, quo ſcilicet ei provideas. Hyll. *Siquidem per me ſtet ut promoveatur ejus ſalus, manus ego quidem admoveo.* Emendationem hanc non parum confirmat *Scholiaſtæ* interpretatio, ει το κατασχειν αυτον ικανω, ιδου εφαπτομαι αυτου.

1039. 1040. Λαθιπονον δ' οδυναν ουτ' ενδοθεν ουδε θυραζ' εστι μοι εξανυσαι βιοτου· τοιαυτα νεμει Ζευς]

Verte; *Remedium vero quod dolores dum in vita manet ſiſtat, & eorum oblivionem inducat, nec mea, neque aliorum opera ut inveniam, in me ſitum eſt; talia remedia largitur Jupiter*, ſolus ſcilicet, ac nemo mortalium. Τῳ λαθιπονον οδυναν phraſis plane gemella eſt v. 653. λυπηειον λυπημα. In utriuſque enim loci conſtructione intervenit verbum, ut λυπημα εχω λυπηειον, & οδυναν βιοτου εξανυσαι λαθιπονον.

1041 — 1060. Ita ſyſtema hoc anapæſticum, quod prout in vulgatis legitur nihil minus quam anapæſticum eſt, conſtituendum cenſeo,

Ιω παι, παι, παι, που ποτε γ' ει;
Ταδε μοι, ταδε μοι προσλαβε κουφισας.
Ε, ἐ, ιω ιω δαιμον.
Θρωσκει δ' αυ θρωσκει δειλαια
Διολουσ' ἡμας
Αποτιβατος αγρια νοσος. ιω, in ſecunda ſede ponitur proceleuſmaticus
Παλλας, τοδε μ' αυ λωβαται.
Ιω παι, τον
Φυσαντ' οικτειρας, ανεπιφθονον
Ειρυσον εγχος, παισον εμας ὑπο
Κλῃδος, ακου δ' αχος ῳ μ' εχολωσεν
Σα ματηρ αθεος γ', ἁν ιδ' επιδοιμι πεσουσαν αρ'
Αυτως ὠδ' αὑτως ὡς μ' ωλεσεν.
Ω Διος αυθαιμαιν γλυκυς Αιδας,
Ευνασον, ευνασον ωκυπετα
Μορῳ τον μελεον φθισας.

In v. 1041. παι tertio & particulam γε addidi ad ſupplendum metrum, eademque de cauſa in v. 1054. itidem particulam γε & in v. 1055. particulam αρ' inſerui; in verſu vero 1058. vocandi particulam ω quod abundabat ejeci. Notandum denique & ſyſtema hoc anapæſticum glyconio non paroemiaco terminari; exemplar haud multum abſimile habes *Oedip. Colon.* v. 253. 257.

V. 1043. Προσλαβε] *Prehende, manum admove.* Mudge.

1051. Ειρυσον εγχος] Ex hoc loco manifeſtum eſt εγχος apud Græcos interdum pro *gladio* uſurpari, de qua re magna olim inter Academiæ Gallicæ Inſcriptionum Socios orta eſt contentio. Vide Hiſtoriam ejus Academiæ tom. III. p. 178. tom. IV. p. 305 — 329. Vide etiam lectiones noſtras *Euripideas* ad *Electr.* v. 696.

1063. Ω πολλα δη και θερμα και λογῳ κακα] *Clarkius* ad Homer. Iliad. Α. v. 395. ex conjectura reſcribit,

Ω πολλα δητ' εργῳ τε και λογῳ κακα,

ſed nulla videtur opus eſſe mutatione, vulgatum enim θερμα interpretationem Ciceronis, *perpeſſu aſpera*, ſatis commode exprimit.

1071. Πνευμονος] Lege juxta *Aldinam* πλευμονος. Vide ſupra ad v. 576.

1079. Γυνη δε θηλυς ουσα, κ'ουκ ανδρος φυσιν] Legi mallim,

Γυνη δε θηλυς κ'ουκ εχουσ' ανδρος φυσιν — Mudge.

1092. Νυν δ' εκ τοιουτου θηλυς εὑρημαι ταλας] Verte, *Nunc vero, talis vir qui fuerim, fœmina deprehendor miſer.*

1112. Υπειροχον] Lege cum *Clarkio* ad Homer. Iliad. Β. v. 426. ὑπειροχον.

1125. Χειρωσομαι. κα'ν τωνδε προσμολοι μονον] Cum *Camerario* & *H. Stephano* interpungendum cenſeo poſt κα'ν τωνδε, non poſt χειρωσομαι, & ita vertendum; *Pœnæ eam ſubjiciam, hoc etiam in ſtatu cum ſim; accedat modo.*

1133. 1134. 1135. Δος μοι σεαυτον, μη τοσουτον ὡς δακνη
Θυμῳ δυσοργος. ου γαρ αν γνοιης εν οἱς
Χαιρειν προθυμῃ, κα'ν ὁτοις αλγεις ματην]

Ita hæc vertenda cenſeo; *Da mihi teipſum talem ut non tantopere ira mordeare iracundia abreptus; ita enim nequaquam ut ea ſcias pote eſt quibus te delectare cupidus es, neque ea quæ injuria indignare.* id eſt, Nequaquam pote eſt ut ſcias, quam non eas pœnas merita eſt mater mea, quas tu tantopere ei infligere cupis, & quam falſis nixus argumentis ei ſuccenſes. Rectiſſime autem meâ ſententiâ Cl. Mudge pro τοσουτον reponit τοιουτον.

1143. 1144. Ηρ. Ου δητα τοις γε πρωσθεν ἡμαρτημενοις;
ΥΛΛ. Αλλ' ουδε μεν δη τοισδ' εφ' ἡμεραν ερεις] Periodi,

riodi, non interrogationis notam poſt ἡμαρτημένοις ponendam eſſe cenſeo, ut ita vertatur locus. Herc. *Non quidem ſilentium poſtulat decori ratio, quod ad iſta attinet quæ antehac peccaverit.* Hyll. *Sed ne quidem quod ad iſta attinet quæ vel hodie peccaverit, fatebere.* Hoc eſt ſcilicet quod dicit Hercules, Priora forſan matris tuæ peccata excuſationem quandam admittunt, atque ideo non poſtulat decori ratio ut de iis ſilendum ſit; hoc vero ultimum ejus peccatum nequaquam excuſari poteſt, de eo igitur omnino ſilere debes.

V. 1147. Πρὸς του; τερας τοι δια κακων εθεσπισας] Verte; *A quonam? monſtroſum quiddam ſane infauſtis verbis vaticinatus es.*

1149. Πριν ὡς χρην σφ' ἐξ ἐμης θανειν χερος] *Priuſquam ex manu mea ut oportuit morte mactata ſit.* Mudge.

115·. Χρησα μνωμενα] Malim μωμενα, a μαομαι *molior.* Ita ſupra v. 990. Τι δε μωσωμαι. & *Oedip. Colon.* v. 877.

Σου μεν ου ταδε γε μωμενου.

1167. 1168. — αλλ' επακτια
Τιρυνθι συμβεβηκεν, ὡς' εχειν ἑδραν] Verte, *Sed in litorali Tirynthe eſſe contingit ibi habitans.*

1176. Προς των πεσοντων μαθειν θανειν ὑπο] Legendum θανειν απο, id eſt αποθανειν. Ita præpoſitioni προς ſua optime conſtabit conſtructio. Mudge.

1185. Χρονῳ τῳ ζωντι και παροντι νυν] *Tempore quod nunc viget & præſens adeſt.* Mudge.

1195. 1196. — ταρβω μεν εις λογον σεων
Τοιονδ' επελθων] *Exhorreſco in talem ſermonis conditionem cum inciderim.* Mudge.

1198. Αγαν επιστρεφεις] Nihil opus eſt interpoſito γε, το αγαν enim ultimam interdum producit, *Oed Colon.* v. 1329. *Philoct.* v. 607. *Theogn.* v. 219. Callimach. Epigr. 47. interdum corripit, *Ajax.* v. 965. *Euſtath.* ad Homer. Odyſſ. β. v. 49. p. 1432. lin. 64.

1201. Ομνυ Διος νυν του με φυσαντος καρα] Minime neceſſe eſt ut ad καρα ſubaudiatur præpoſitio προς, verbum enim ομνυμι accuſativum regit.

1231. Κὰν χαμη τοὐμον μεσος] Repetendum απο κεινου eſt · ιεον γ' αν, *Et modo non moriare meo facinore, mea manu.*

1251. Τις ταυτ' αν ἐστι μη 'ξ αλαστορων νοσοι
Ελοιτο] Quid *Johnſono* in mente erat divinare non poſſum, cum pro ταυτ' αν repoſuerit ταυτα, niſi forſan, quod & ex verſione ejus conjicere licet, ταυταν, id eſt ταυτην, legi voluerit. Sed Doriſmum in Scriptore Attico quis ferat? Optime ſe habet vulgatum. *Quis iſta acciperet?* id eſt, Quis rem tam exitialem acciperet?

V. 1257. Οι μοι. ταχ' ὡς εοικας, ὡς νοσεις φρονεις] Verte, *Hei mihi, brevi, qualis mihi videris, ex mente haud magis ſana quam eſt corpus locuturus es.* Mudge.

1259. Ως ει πολλα γ' επαπορειν εχω] In *Aldina* legitur πολλα τ'αποςειν, at legi debuit τ'ωπορειν, vocalibus brevibus, ο, α, per craſin in longam ω coaleſcentibus, quomodo etiam ὠρχων poſitum reperitur pro ὁ αρχων; quod cum minus intelligerent Librarii, & forſan ipſe *Triclinius*, ut metrum ſartum tectum præſtarent, vulgatum πολλα γ' επαπορειν repoſuiſſe videntur.

1265. 1266. Το σον Θεοισι δειξας εργον] *Deos teſtatus tuum eſſe* (id eſt, tuo juſſu factum) *hoc facinus.*

1276. 1277. Χαλυβος λιθοκολλητον στομιον] *Ferreum ſaxea compage junctum frænum adhibens.*

1280. 1281. — μεγαλην μεν εμοι
Τουτων θεμενοι συγγνωμοσυνην] Verte, *Magnam quidem mihi quare hoc faciens excuſari debeam cauſam eſſe admittentes* Hæc interpretatio plane evincit hæc Hyllo, non Herculi eſſe tribuenda. Idem etiam conſtat e v. 1287. & 1289. 1290. per pronomen enim ἡμιν manifeſte deſignantur Hyllus qui loquitur, cæterique aſtantes, & per τῳ τηνδ' αταν ὑπεχοντι ipſe denotatur Hercules.

1282. 1283. Μεγαλην δε θεοις αγνωμοσυνην
Ειδοτες εργων των πρασσομενων] *Magnam vero diis imputantes malignitatem rebus hunc exitum ſortientibus.* Mudge.

1291. Λειπου μηδε συ παρθεν' απ' οικων] Hiſce Chorum alloqui Iolen e domo prodeuntem putat *P. Brumoy*, ſed, ut opinor, fallitur. Illa enim in gynæcio abſcondita eorum quæ modo evenerant conſcia non fuerat. Revera Coryphæus virgines ex Choro comites ſuas alloquitur, quod vidit etiam vetus Interpres. Verior etiam videtur lectio illa quam memorat idem, επ' οικων ſcilicet. *Neque tu o virgo apud ædes haſce vel relinquare, ſed potius domum redeas.* Nam quare apud ædes Herculeas, adeoque in ſcena, maneret Chorus omnibus jam peractis quæ ibi peragi debebant, nulla potuit eſſe cauſa.

1293. Hic verſus ſyllaba una longa, vel duabus brevibus, brevior eſt quam eſſe debet. Omnis enim tragœdiæ, qu· in epilogo anapæſtico deſinit, verſus penultimus aut dimeter eſt, aut baſis, nunquam paroemiacus. Forſan legi poteſt,

Πολλα δε πηματα ταδε καινοπαθη.

In

In SCHOLIA Vetera.

V. 29. Apud *Euripidem Hippolyt.* v. 223. legitur Τι ποτ' ω τεκνον ταδε κηραινεις.

40. Lege παρειλαιπω.

54. Pro Ολιτης reponendum Οδιτης præeunte *Hemſterhuſio* ad Lucianum tom. I. p. 237.

270. *Bentleius* Epiſt. ad Mill. p. 52. 53. edit. ſecund. ita ultimum Heſiodi verſum reſtituit,

Αντιοπη κρειουσα Πυλαονος Νειβολιδαο,

& pro Κριοφιλος reponit Κρειωφιλος. Ante *Bentleium* reponendum eſſe Νειβολιδαο viderat *Camerarius* in hunc locum, aut forſan in veteri editione ita ſcriptum invenerat; vocem enim iſtam in verſione ſua exhibet, nulla emendationis a ſe profectæ mentione facta.

276. Lege corrigente *Valckenario* ad *Eurip. Phœniſſ.* 1427. και ουδεν δεινον πεισεσθαι πεπονθοτα.

326. Lege των καθ' ἑαυτην.

357. Forſan ἱλων τ' ειη.

358. Pro Ευρυτον τον Μελανος repone Ευρυτον τον Μελανεως præeunte *Auguſtino van Staveren* in Obſer. Miſcell. vol. x. p. 306.

V. 529. Lege αυτοις ςρεφεσθαι.

544. Lege συν ὑμιν θρηνουσα.

783. Lege οδαξισθαι.

837. Lege αιακωχην.

854. Pone Hypoſtigmen poſt Ηρακλεα, non poſt λιαν; & pro οικιαν lege οικειαν.

869. Pro αἱμα lege αιχμα.

889. Legendum puto ουχι ὡς θνησουσα βεβηκε δη;

915. Poetæ verba ita ex editione *Henrico-Stephaniana* repone πε χεις γυναικεια κπσου.

1026. Τουτο τοι, hæc ad v. 1027. referri debent; ibi enim pro μου νοσος in *Aldina* legitur etiam τουτο τοι, ſed perperam ut opinor.

1071. Lege τας φλεβας.

1175. Iſta οὑτω δε δια του Σ εν τῃ τραγικῃ λεξει, non huc pertinent, ſed *Scholio* ad v. 1183. inſeri debent poſt Ελλοις αποδεχομενοι.

1183. *Clericus* in Heſiodi verſu reponit επιχθονιοις, ſed male; φερομαι enim active uſurpatur.

1241. Lege συγκατακλιθεισαν εμοι.

NOTÆ

NOTÆ

IN

PHILOCTETEN.

V. 22. 23. — ειτ' εχει
Χωρον προς αυτον τονδε γ', ειτ' αλλη κυρει] Minime neceſſe eſt ut quidquam hîc immutetur, εχω enim interdum eſt *verſor*, *habito*, *ſum*; ita apud Lucian. εχειν αμφι την καμινον. Vide Lexica.

25. Κοινα δ' εξ αμφοιν ειη] Longe commodior videtur ſcriptura quam in codicibus ſuis deprehendit *Scholiaſtes*, nempe, κοινα δ' εξ αμφοιν ιη. MUDGE.

26. Τουργον ου μακραν λεγεις] Editor nuperus reponendum conjicit μακρον, ſed nulla ſatis valida ratione fretus; adverbialiter enim ponitur το μακραν, & ſubaudiri poteſt participium απον. Verte, *De re loqueris quæ non longe abeſt.*

29. Και στιβου γ' ουδεις τυπος] Legi malim ουχ εις, & *veſtigii non una nota, ſed plurimæ.* Vide infra v. 104. MUDGE.

33. Στειπτη γε φυλλας ως εναυλιζοντι τῳ] Verte, *Foliorum quidem eſt ſtrues preſſa velut ab aliquo ibi diverſante.*

35. 36. Αυτοξυλον γ' εκπωμα, φαυλουργου τινος
Τεχνηματ' ανδρος] Omnino retinendum eſt τεχνηματ', particula enim τε interpolata, quod voluit nuperus Editor, ſententiam perdit.

48. Αλλ' ερχεται τε] Verte, *Sed advenit jam ille.* De ſenſu verbi φυλαξεται vide ſupra ad *Electr.* v. 1018.

55. 56. Τον Φιλοκτητου σε δει
Ψυχην ὁπως λογοισιν εκκλεψης λεγων — Λεγειν] Verte, *Convenit te, ut Philoctetæ animum ſubdolis fallas dictis, — dicere.*

127. Εαν μοι του χρονου δοκητ' ετι] *Cantero* omnino aſſentior reponenti δοκητε τι.

129. Ναυκληρου τροπον] Verte, *Naucleri* vel *Navarchi habitu*; navita enim erat ſpeculator ille etiam non diſſimulatus.

130. Ως αν αγνοιᾳ προση] Legendum omnino eſt ſi ſententiam ſalvam velis, ὡς αν αγνοια προσῃ. Veriſimile eſt Librarios, ultimam ſyllabam vocis αγνοια produci poſſe ignorantes, ut metro ſuccurrerent vulgatam lectionem in contextum intuliſſe. Sed vide ſupra ad *Trachin.* v. 354.

V. 131. Ποικιλως αυδωμενου] *Commentitia loquentis.* MUDGE.

137. Ανδρ' ὑποπταν] *Hominem ſuſpicacem.*

138. 139. Ita potius hos verſus conſtituendos cenſeo,

Φραζε μοι· τεχνα γαρ τεχνας periodus
Ετερας προυχει baſis anapæſtica;

& in antiſtropha,

Νυν δε μοι λεγ' αυλας ποιας
Ενεδρος ναιει.

140. Melius ut videtur *Aldina* Και γνωμα.

142. Σοι δε τεκνον τοδ' εληλυθε] Ut quidquam hîc immutetur minime poſtulat metri ratio; verſus enim glyconius eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo & dijambo quibus in antiſtropha reſpondent diſpondæus pentaſyllabus & dijambus. Quid ſibi voluit Editor *Londinenſis* reponens τηδ', *hic*, non capio. Non enim in Lemno erat Neoptolemi Regnum.

145. 146. Νυν μεν ισως γαρ τοπον εσχατιαις
Προσιδειν εθελεις ὁντινα κειται] Verte, *Nunc quidem (forſan enim regionem hanc qualis ad ultimos uſque receſſus porrigitur luſtrare cupis)* MUDGE.

148. Τουδ' εκ μελαθρων] *Cujus hæc ſunt habitacula.* MUDGE.

152. Φρουρειν ομμα, verti debet, *Oculum meum excubias agere, intentum eſſe.*

158. Τιν' εχει στιβον eſt που στειβει — *Quemnam locum pede calcat.*

162. Lege αποστιν, ut conſtet metrum.

170. Οπως, *quomodo*, hæc enim vox poſt quædam interjecta cum ſequentibus v. 176. πως ποτε πως con-

connectenda eſt, & ita conſtructio continuanda. MUDGE.

V. 175. 176. Αλυει δ' επι παντι τῳ

Χρειας ἱσταμενῳ] Verte, *Animum vero deſpondet in omni quæ ſupervenit neceſſitate.*

176. 177. Melius ita conſtituentur hi verſus, ut ſint ambo glyconii, ſicut omnes, uno pherecratio excepto, præcedentes,

Χρειας ἱσταμενῳ, πως πο-

τε πως δυσμορος αντεχει —

& in antiſtropha,

Λιμῳ τ' οικτρος, ανηκεστα

Μεριμνηματ' εχων' βαρει-

Verſus etiam tres ſequentes ex antiſpaſticorum ſunt genere, dochmaicus ſcilicet, glyconius, & pherecratius.

180. Οις μη μετριος αιων] *Quibuſcunque vitæ ratio tolerabilis ſaltem non contingit.* MUDGE.

181. 182. Ουτος πρωτογονων ισως

Οικων ουδενος ὑστερος] *Suidas*, voce Λασιοις, hunc locum exſcribens, pro οικων habet ηκων, ſed magis placet vulgatum; judicet Lector.

185. Στικτων η λασιων μετα] *Stanleius* in notis ad *Æſchyl. Sept. ad Theb.* v. 783. per στικτοις θηρας *aves* denotari, per λασιοις vero *feras*, ingenioſe monet. Illum vide.

195. Της ωμοφρονος Χρυσης, ſubaudi απο. Epitheton autem ωμοφρονος ſatis oſtendit falli Editorem nuperum, qui Chryſen, non nympham, ſed urbem vel inſulam eſſe ſtatuit, quanquam inſulam vel locum aliquem cognominem incoluiſſe nympham iſtam inficias non eam, cum hoc quidem aperte ſatis conſtet ex ſequentibus v. 272. 273.

204. 205. Ita hi verſus conſtitui debent,

Προυφανη κτυπος penthemimeris trochaica

Φωτος συντροφος ως τειρομενου —

& in antiſtropha,

Φερμιδος νεας,

Ως ουχ εξεδρος αλλ' εντος ανηρ.

Poſtulat enim metri ratio ut pro εντοπος reſcribatur εντος.

208. 209. Του στιβον κατ' αναγκαν

Ερποντος] *Scholiaſtes* videtur legiſſe στιβου, ſubintellecta præpoſitione επι, quam lectionem & conſtructionis formam, vulgata magis, probat *Stanleius* ad *Æſchyl. Sept. ad Theb.* v. 162. præſertim cum το ἑρπειν tranſitive uſurpatum non facile occurrat, & locus *Æſchyli* modo laudatus ſimile exemplum præpoſitionis επι ante genitivum ellipſin paſſæ præbeat. Fateor tamen conſtructionem iſtam mihi duriorem videri, nec uſquequaque convenire exemplum ex *Æſchylo* allatum; ibi enim deſignatur motus ad locum, & præpoſitio κατα convenientius quam επι ſubaudiri poteſt, ut in lectionibus *Æſchyleis* ad locum oſtendi. Malim igitur præpoſitionem επι ante accuſativum ſubintellectam dicere, quod forſan dixit etiam *Scholiaſtes*; ſed lectionis varietas, ſpecie corrigendi, tolli non debet.

V. 209. 210. Ita hi verſus potius conſtituendi,

Ερποντος' ουδε με λαθει βαρεια antiſpaſticus trimeter brachycatalectus

Τηλοθεν αυδα τρυσανωρ hephthemimeris dactylica;

& in antiſtropha,

Βοα τηλωπος ιωαν, η ναος

Αξενον αυλαζων ὁρμον.

216. Μολπας] Elegantius in *Aldina* legitur μολπαι.

231. Καφιλον χαλουμενον] Nullum ſenſum hîc habet καλουμενον, forſan reſcribi debet κάφιλον γ' αλωμενον. Eundem errorem jam antea erraſſe Librarios notavimus ſupra ad *Oedip. Colon.* v. 265.

240. Τις δ' αντιμων ὁ φιλτατος] Reſcribe ex *Aldina* τις αντιμων ὁ φιλτατος.

246. 247. — τοι

Στολῳ προσεσχες τηνδε γην πλεων; ποθεν;] Melius & elegantius hæc ita in *Aldina* leguntur, aſtipulante etiam *Suida* voce προσεσχες.

— τινι

Στολῳ προσεσχες τηνδε γην; ποθεν πλεων;

Verte, *Cuinam expeditioni intentus huic terræ appuliſti? unde navigans?* Eodem ſenſu mox uſurpatur vox στολος. Vide v. 250.

253. Ον ειδοτ ουδεν ωδ' ιστε] Elegantius *Aldina* ὃν γ' ισθι.

269. Τησδ' ανδροφθορου] *Canterus Auratum* ſecutus reponendum cenſet της Ανδροφθορου; at quare Echidna illa Ανδροφθορος appellaretur conjicere nequeo.

273. Ναυβατῳ στολῳ] Rectius *Aldina* ναυβατῃ στολῳ. Et ita etiam *Suidas*.

291. Lege εξανειοιμι & ſupra v. 286. Ηυρισκον.

294. Δυστηνος εξελκων ποδα] Pro δυστηνος *Canterus* reponit δυστηνον, ſed nullo ſane ex emendatione iſta ſententiæ accedente commodo.

296. Και που παγου χυθεντος οια χειματι] Verte, *Et quandoque glacie terris ſuperfuſa, ut hyeme fieri ſolet.* Omnium Interpretum peſſime vertit *P. Brumoy*, *Inſula aquis ſuperfuſa.*

305. Ου γαρ τις ὁρμος εστιν] Ferri poteſt lectio *Turnebiana* ὁμορος, ut ſenſus ſit, *Nec quiſquam prope habitat.* Ορμον enim qualemcunque habere poterat iſta inſulæ pars, quanquam non eſſet ευορμος, aliter Græcorum claſſis non ibi appuliſſet. Ορμου etiam quamvis αξενου mentio fit v. 220.

V. 319.

V. 319. Δοιεν ποτ' αυτοις αντιποιν' εμου παθειν] *Canterus* pro αυτοις reponit αυτις, ſed præſtat vulgatum, nam αυτις continetur in αντιποινα. Eleganter autem deflectitur conſtructio, ut cum præcedente οις, non cum ſequente παθειν, cohæreat το αυτοις, cum conſtructio obvia & uſitata eſſet οις θεοι δοιεν αυτοις παθειν.

323. 324. Ως εισ' αληθεις, οιδα συντυχων κακων
Ανδρων Ατρειδων, της τ' Οδυσσεως βιας] Verte, *Quod vera ſunt novi, expertus malos eſſe viros Atridas & Ulyſſem.* Comma vero ponendum eſt poſt οιδα, non poſt αληθεις.

327. Θυμῳ γενοιτο χειρα πληρωσαι ποτε] Verte, *Iræ utinam contingat ut manum meam aliquando tandem ſatiem.*

330. Τινα γαρ] Legendum potius puto Τινος γ' αρ'.

364. Lege επει 'δακρυσα.

373. Ω σχετλι' η τολμησετ'] Legendum videtur Ω σχετλιοι η, ut fiat craſis ſicut in εγω ουκ, επει ου, μη ειδοτ' & ſimilibus, aut primus pes ſit dactylus; nunquam enim apud Atticos in nomine polyſyllabo eliditur diphthongus.

385. Ου μη ποτ' ες την Σκυρον εκπλευσης εχων] Legendum omnino eſt εκπλευσεις. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 222.

398. 399. Σε κᾀκει ματερ ποτ-
νι' εξηυδωμαν] Longe rectius in *Aldina* legitur επηυδωμαν, quod Correctores metro imperite caventes in εξηυδωμαν mutarunt. Ita enim conſtitui debent hi verſus ambo dochmaici,

Σε κᾀκει ματερ
Ποτνι' επηυδωμαν.

404. 405. 406. Ita potius hos verſus conſtitui debere cenſeo,

Ιω μακαιρα ταυροκτονων λεοντων antiſpaſticus trimeter acatalectus
Εφεδρε, τῳ Λαερτιου glyconius aut iambicus dimeter acatalectus;

& in antiſtropha,

Επ' ευστολου ταχειας ναος πορευσαιμι
Αν ες δομους, ταν εκ θεων —

410. Ωστε γινωσκειν, ſubaudi εμε.

423. Ου μη θανων'] Pone interrogationis notam poſt θανων, hæc enim interrogative dicuntur, ut ex reſponſo patet.

428. Κειναν κακ' εξηρυκε βουλευων σαφως] Nullis machinis efficies ut verbum εξεκηρυξε quod velut lectionis varietatem a *Scholiaſta* memoratum mavult *H. Stephanus*, hunc verſum ſalvo metro ingredi poſſit; neque ulla opus eſt emendatione, optime enim hîc convenit vulgatum εξηρυκε, *coercebat.* Præpoſitio enim εξ in compoſitione notionem compoſiti interdum non mutat, ſed intendit tantum. Vide Lexica. Pro σαφως rectius σοφως in *Aldina* legitur, quod & ex ingenio repoſuerat *H. Stephanus.*

V. 430. Αντιλοχος, αυτῳ φρουδος, ὁσπερ ην γονος] Minime neceſſe eſt ut immutetur interpungendi ratio. αυτῳ φρουδος, eſt, *illi periit.*

431. Οι μοι, δυ' αυτος δειν' ελεξας, οιν εγω] Subauditur præpoſitio περι, περι εκεινων δηλονοτι οιν. Pro αυτος autem malim cum *Cantero* reponi αυτις. In *Aldina* & apud veterem *Scholiaſtem* legitur αὐτως. Clariſſ. Mudge reponendum cenſet δυ' αυ τουσδ' ουν ελεξας, credo tamen eum voluiſſe τωδ' numero duali.

436. 437. Σοφος παλαιστης κεινος &c.] Perperam omnino hæc, quæ de Ulyſſe loquitur Neoptolemus, quaſi de Antilocho dicta interpretatur *P. Brumoy*, cui nullo modo convenire poſſunt.

437. Εμποδιζονται] *Propriis laqueis illaqueantur.* Mudge.

438. Πη γαρ ην ενταυθα σοι] Πη eſt *quo*, non *ubi*; vide *Heſych. Suid.* Etymolog. Magn. & *Euſtath.* in Homer. Odyſſ. κ. v. 431. p. 1664. lin. 8. Neque πη pro ποι Atticum eſſe puto. Rectius igitur in *Aldina* legitur που.

439. Ος σοι πατρος ην τα φιλτατα] *Hemſterhuſius* ad Lucian. tom. 1. p. 147. recte reponit σου πατρος.

446. Ποιου τε τουτου πλην γ' Οδυσσεως ερεις] Malim Ποιου γε τουτο. Primum forſan γε mutatum fuit in τε propter alterum mox ſecutum.

451. Εμελλ', *Ita* ſcilicet *par erat evenire.* De hac hujus verbi poteſtate vide Noſtri *Antig.* 464. *Oed. Col.* 1706. 1857. *Eurip. Hecub.* 760. *Ion.* 999.

461. Οπου γ' ὁ χειρων] Melius in *Aldina* legitur Οπου θ' ὁ χειρων.

479. Αλλ' εν παρεργῳ θου με] Verte, *Sed in appendicis loco*, vel *acceſſionis cujuſdam ſcopo itineris tui propoſito, me pone* vel *reputa.*

483. Σοι δ' εκλιποντι τουτ'] Verte, *Tibi vero officium hoc non præſtanti.*

486. Ουθ' ημερας τοι μοχθος ουχ ὁλης μιας] Longe elegantius in *Aldina* legitur,

Ιθ', ἡμερας τοι μοχθος ουχ ὁλης μιας,

το ιθι ſupplicantis eſt. Ita ſupra *Oedip. Tyran.* v. 1481. 1482.

Ιθ' ω 'ναξ
Ιθ' ω γονυ γενναι,

& *Oed. Colon.* v. 252. 253.

αλλ' ιτε, νευσατε
Ταν αδοκητον χαριν.

497. Ut vitetur anapæſtus in quarta ſede legi poteſt,

Τραχινιαν δειραδα τε και τον ευροον.

V. 513. Πολλων δ' ελεξεν] Melius in *Aldina* abeſt το δε.

520. 521. Ενθα πως, *ubi.*

531. — σου γε μ' ενδεεστερον

Ξενω φανηναι] *Me officii negligentiorem quam tu quidem te prodis hoſpiti videri.* MUDGE.

545. Στρεγει ταδε] Cum eadem vox ταδε verſum quoque proxime præcedentem claudat, melius, opinor, juxta veterem *Scholiaſtem* leges στεγει κατα.

554. Πλεων γαρ ὁ ναυκληρος] Lege juxta *Aldinam*, ὁς ναυκληρεις.

558. 559. 560. Εδοξε μοι, μη σιγα, πριν φρασαιμι σοι
Τον πλουν ποιεισθαι, προσυχοντι των ισων.
Ουδεν συ που κατοισθα των σαυτου περι]

Quod ad nautas ſibi pares venerat nauclerus iſte, futilis omnino erat ratio quare concilium a Græcis initum de Neoptolemo vi reducendo ipſi indicaret. Ita potius hunc locum reſtitui, & interpunctionibus diſtingui, debere exiſtimo,

Εδοξε μοι μη σιγα, πριν φρασαιμι σοι,
Τον πλουν ποιεισθαι, προσυχον τι, των ισως
Ουδεν συ που κατοισθα, των σαυτου περι.

Verte, *Viſum eſt mihi non ſilentio navigationem continuare, priuſquam tibi dicerem quædam quæ mihi nota eſſe contigerint, quorum tu forſan nihil noſti, quædam ſcilicet quæ teipſum & ſalutem tuam ſpectant.*

561. 562. Α τοισιν Αργειοισιν αμφι σ' ὁυνεκα
Βουλευματ' εστι] Pulcherrima eſt emendatio *J. Aurati* reponentis αμφι σου νεα.

577. Εξανηγομην εσω] *Canterus* rectiſſime repoſuit εγω.

581. ἂν λεγης δε μη φωνει μεγα] Malim ἅ'ν λεγης, *quæcunque vero dicas.*

582. Οδ' ες' ὁ κλεινος] Lege juxta *Aldinam* Οδ' εσθ'.

589. Μη με διαβαλλης σρατῳ] Rectius *Aldina* διαβαλης, quod & maluit *H. Stephanus.*

594. Δει δη σ' εμοι γ' ελθοντα, προσφιλη λογον] Cum *H. Stephano* diſtinguendum eſt poſt προσφιλη, non poſt ελθοντα.

599. Ποιου λεγων;] Ponenda eſt, præeunte *Aldina* & *H. Stephano*, periodi, non interrogationis nota poſt λεγων.

600. Ανδρι τωδ' ὡσπερ κλυεις] Melior videtur *Aldina* lectio ὡπερ κλυεις, quomodo etiam legiſſe puto *Scholiaſtem* veterem.

609. Ον τ' ειχεν] Malim Ον γ' ειχεν.

623. Ηκουσεν ὁ Λαερτου τοκος] Vocalis quantumvis longa ſequente vocali proculdubio corripi poteſt. Malim tamen cum *H. Stephano* ηκουσ' ὁ Λαερτου.

643. Και νυν οιδ' ὁθ' ὁυνεκ' ἱξεται] Verte, *Et nunc ſcio quod veniet.*

644. 645. — ὡς ἡμας πολυ
Πελαγος ὁειζει της Οδυσσεως νεως] Malim ὁριζει.

V. 648. Ουκουν επειδαν πνευμα τουκ πρωρας αγη] Πνευμα το εκ πρωρας ventum eſſe adverſum, luculenter oſtendit Clar. *Dorvillius* ad *Chariton.* p. 115. unde & idem το αγη ab αγνυσθαι *frangi* deduci rectiſſime ſtatuit; ut ſententia ſit, Quamprimum ventus adverſus fuerit fractus. Naves ſcilicet in portu puppim habebant ad littus appulſam, proram vero mari obverſam; teſte Virgilio Æneid. VI. 5.

Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci
Ancora fundabat naves, & litora curvæ
Prætexunt puppes,

& ibid. v. ult.

Ancora de prora jacitur, ſtant litore puppes.

Hinc ventus a prora is eſt qui contra litus reflat portum egreſſuris contrarius.

661. 662. Οι μοι, τι τοξων τωνδ' απημελημενον
Παρερρυηκεν; ὡς λιπω μη τῳ λαβειν] Pro Οι μοι omnino reponendum eſt aſtipulante *Aldina* Ει μοι. Verte, *Si quid mihi harum ſagittarum per negligentiam ſit elapſum ut ne alicui auferendum relinquam.* De mente Poetæ repræſentanda non nimis hoc in loco ſollicitus videtur *P. Brumoy.*

664. Ταυτ' ου γαρ αλλα γ' εσθ' ἁ βασταζω χεροιν] Minus plene diſtinguendum eſt poſt Ταυτ', & poſt εσθ', ut illa ου γαρ αλλα γ' εσθ' parentheſi quaſi includantur; hujus enim loci conſtructio hæc eſt, Ταυτα ἁ βασταζω χεροιν, ου γαρ εστι αλλα.

680. Ουκ αχθομαι σ' ιδων τε και λαβων φιλον] Forſan legendum,

Ουκ αχθομαι δ' ιδειν σε και λαβειν φιλον. MUDGE.

687 — 692. Ita hi verſus & conſtitui debent, & ex *Aldina* reſtitui. Veram enim ſcripturam ex ignorata metri ratione bis corruperunt Correctores,

Τον πελαταν λεκτρων ποτε του Διος anapæſticus dimeter acatalectus
Ιξιονα κατ' αμπυκα δη proſodiacus ex ionico a majore pentaſyllabo & choriambo
Δρομαδα δεσμιον, ὡς ελαβ' ὁ glyconius
Παγκρατης Κρονου παις. ithyphallicus
Αλλον δ' ουτιν' εγωγ' οιδα glyconius
Κλυων, ουδ' εσιδων μοιρα idem;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Ουδε τιν' εγχωρων κακογειτονα,
Παρ' ᾧ στονον αντιτυπον
Βαρυβρωτ' αποκλαυσειεν
Αιματηρον ουδε γ'
Ος ταν θερμοτατων αἱμαδα κηκιομεναν ἑλκεων.

694. Ουτ' ειξας] Ουτ' hoc in loco eſt ουτι, non ουτε. MUDGE.

V. 695. Ut conſtet metrum, quod choriambicum eſt, pro εν legendum eſt ειν.

699. *Cantero* aſſentior pro κλυζων reponenti κλυων.

701. Ιν' αυτος ην προσουρος] Verte, *Ubi ipſe ſibi erat vicinus*, Nullum alium ſcilicet vicinum habens. Non enim ουρος *ventum quemvis*, ſed *ſecundum ventum* ſignificat, adeo ut προσουρος hîc non poteſt eſſe *ventis expoſitus*.

702. Κακογειτονα] Verte ad mentem *Scholiaſtæ*, *Malo ſuo ſibi vicinum*. αντιτυπον *reſonantem*, *repercuſſum*. Cl. Mudge interpretatur, *pertinacem*, *nulli remedio cedentem*; melius ſane, ſi cum eo etiam pro στονον reponis πονον. Sed vide infra v. 1506. eandem prorſus loquendi formam, στονον αντιτυπον.

704. Αποκλαυσειεν] *Deplorando leniret*. Mudge.

709. 710. — ειτις εμπεσοι

Φορβαδος εκ γε γας ελειν] Lege ειτιν' præeunte Cl. Mudge & ita verte, *Si quæ*, folia ſcilicet, *occurrerent quæ e terra altrice carpi poſſent*. Ante ελειν ſubauditur ωστε.

711. Rectius in *Aldina* ita legitur,

Ερπει γαρ αλλοτ' αλλα pherecratius πολυσχηματιστος, epitrito ſcilicet ſecundo & ditrochæo catalecto in ſtropha hîc in antiſtropha opponuntur epitritus tertius & antiſpaſtus catalectus.

712. Τοτε refertur ad ανικα in v. 715. *Tunc — quando*.

714. 715. Οθεν ευμαρει' υπαρχει

Πορων] Verte, *Ad illa loca unde copia ſeſe offert cibi parandi*.

716. 717. 718. Diſtingue cum *Scholiaſte*,

Ου φορβαν ιερας

Γας Σπορον, ουκ αλλων (ſubaudi τι) Αιρων —

Verte, *Non pro cibo ſacræ terræ ſemen*, *neque aliud quidquam capiens eorum quibus veſcimur* &c.

720. 721. Ita hi verſus conſtitui debent,

Πλην εξ ωκυβολων penthemimeris dactylica ſimilis quatuor præcedentibus

Ειποτε τοξων πτανων, πτανοις dactylicus tetrameter

Ανυσειε γαστρι φορβαν. ionicus a minore dimeter acatalectus;

& in antiſtropha,

Ος νιν ποντοπορῳ

Δουρατι, πληθει πολλων μηνων

Πατρῳαν αγει προς αυλαν.

In verſuum autem ſtrophicorum ſecundo pro πτανοις Cl. Mudge optime reponit πτανοις, & ita vertit, *Niſi ſi quando alatarum ſagittarum celeriter ferientium ope aves in ventris cibum conficeret*.

723. 724. 725. Ita conſtituantur horum verſuum metra,

Ος μηδ' οινοχυτου penthemimeris dactylica

Πωματος ηδη δεκετη χρονον' choriambicus trimeter brachycatalectus

Λευσσων δ' οπου γνοιη στατον εις anapæſticus dimeter acatalectus

Υδωρ αιει προσενωμα. paroemiacus;

& in antiſtropha,

Σπερχειου τε παρ' οχ-

θαις, ιν' ο χαλκασπις ανηρ θεοις

Πλαθει πασιν θειῳ πυρι παμ-

φαης, Οιτας υπερ οχθων.

Exigente metri ratione, nec ſine ſententiæ commodo in ſtropha pro οπου repoſui οπου, & in antiſtropha pro πασι, πασιν. Cl. Mudge exiſtimat per στατον υδωρ deſignari *aquam fontanam*, & opponi, non ſtagnis, ſed fluentis. Vide v. 21.

V. 736. Ερπ' ει θελεις] Editor nuperus mavult θενεις, ſed nihil immutandum eſt. Nondum enim Philoctetæ morbum ingrueſcentem ſenſerat Neoptolemus; nec quia ſæpiſſime verbo θενειν utitur *Sophocles*, ideo & hîc quoque reclamantibus libris veteribus intrudi oportet.

751. Διερχεται δυστηνος] Diſtinguendum poſt διερχεται, & vertendum, *penitus me trajicit*, *ah miſer*. Mudge. Forſan legendum δυστηνον.

767. Τουπισαγμα] *Doloris ſarcina*. Mudge.

771. 772. — πλανοις ισως

Ως εξεπλησθη] Verte ad mentem *Scholiaſtæ*, *Prorſus quaſi vagationibus ſaturata eſſet*, peſtis ſcilicet.

782. In *Aldina* legitur magis Attice εκπλοον.

795. Αλλ' ουν δεδοικα μη μ' ατελης ευχη τεκνον] *Canterus* reponendum cenſet μη ματην ευχη, Editor nuperus *Londinenſis* μη μ' ατελες ευχη vel μη μ' ατελη ευχη. Mihi magis arridet vetus ſcriptura quam repræſentat *Aldina*,

Αλλα δεδοικ' ω παι μη μ' ατελης ευχη,

niſi quod forſan melius adhuc legi poteſt μη μ' ατελη γ' ευχη. Ita verſus erit non iambicus ſed aſynartetus e duobus penthemimeribus dactylicis, prout in *Trachiniis* etiam v. 1102. in medio ſyſtemate iambico inſeruntur duo trimetri dactylici,

Ωναξ αϊδη δεξαι μ'

Ω Διος ακτις παισον,

ubi Hercules, ut hic Philoctetes, acerbiſſimis doloribus excruciatus, ſolito orationis tenore non amplius ſervato, in aliud metri genus erumpit. Diphthongus autem in μοι & ſimilibus monoſyllabis ſæpe eliditur. Vide ſupra ad *Ajac.* v. 178. Facile porro & ex more, ſi minus placet emendatio noſtra, ſubaudiri poteſt verbum ſubſtantivum εστι.

V. 802.

V. 802. Εχετε το πραγμα] Verte, *Jam rem tenetis*, id eſt, Cauſam quare ita gemo ac perturbatus videor. Cl. Mudge interpretatur, *Propoſito firmiter adhære, ne ab incepto quacunque de cauſa recedas.* Judicet Lector.

807. Πως αν αντ' εμου] *Quam opto ut mei vice*—Mudge.

813. Ανακαλουμενῳ] *Quem adeo ſæpe invocavi.* Mudge.

817. 818. Lege juxta *Camerarianam* φυς.

839. Elegantius in *Aldina* ita legitur,

Και δη μεθιημι· τι δε δη πλεον φρονεις;

Verte autem juxta Cl. Mudge, *Quid autem ultra moliris?*

843. Καρα γαρ υπτιαζεται τοδε] Ex his verbis colligi poteſt, Philoctetem ſupra in v. 830. & 832. voluiſſe ut Neoptolemus ipſum in terram ſupinum demitteret, illoque ejus propoſitum non capiente, deinde v. 834. petiviſſe ut ipſum miſſum faceret, quo facto, ipſum ſeſe in terram dejeciſſe & caput reclinaſſe. Mudge.

851. 852. Ομμασι δ' αντεχοις] Verte, *Ab oculis arceas.* Duorum autem horum verſuum, primus antithetico parum reſpondet, alter prorſus αμετρος eſt. Pro αντεχοις igitur αντισχοις reſcribendum, & ita metra conſtituenda cenſeo,

Ομμασι δ' αντισχοις ταν δ' αιγλαν, dactylicus tetrameter

Α τεταται τανυν. dochmaicus;

& in antiſtropha,

Πεμπε λογων φαμαν, ως πασιν
Εν νοσῳ ευδρακης.

855. 856. — πως δε μοι
Τἀντευθεν φροντιδος ορας] Sententia poſtulare videtur ut legatur ορα non ορας, ut ſenſus ſit, *Vide vero quomodo mihi curanda ſunt quæ agenda reſtant.*

858. 859. Καιρος τοι παντων γνωμαν ισχων,
Πολυ παρα ποδας κρατος αρνυται] Verte, *Occaſio enim conſilio juncta magnam in rebus omnibus potentiam obtinet.*

863. Κομπειν δ' ες' απελα συν ψευδεσιν αισχρον ονειδος] Verte, *Jactare autem incepta poſt mendaciorum etiam opem adhibitam irrita turpe eſt dedecus.* Mudge.

865. Importune prorſus & imperite, ex ignorata metri ratione, infarctum videtur iſtud ου. Melius *Aldina*,

Ον δ' αν αμειβῃ μ' αυδης anapæſticus dimeter brachycatalectus.

868. 869. Ως παντων εν νοσῳ ευδρακης
Υπνος αυπνος λευσσειν] Verte, *Ægrotantibus enim omnibus perſpicax eſt ſomnus, quaſi ſomnus non eſſet quod ad viſum attinet.*

870. 871. 872. Αλλ' ο τι δυναιο μακιστον.
Κεινο μοι γαρ μεγιστον
Λαθρ' εξιδου οτι πραξεις] Longe melius in *Aldina* hæc ita leguntur,

Αλλ' ο τι δυναιο μακιστον, glyconius
Κεινο μοι κεινο λαθρα pherecratius πολυσχηματιστος
Εξιδου ο τι πραξεις idem.

Verte, *Sed quam maxime potes hoc mihi, hoc occulte diſpice quid faciendum cenſes.*

V. 873. 874. 875. Οισθ', ου αυδωμαι, ει ταυταν
Τουτῳ γνωμαν ισχεις, μαλα τοι
Απορα πυκινοις ενιδειν παθη] Priores duo verſus, prout vulgo leguntur, antitheticis nequaquam reſpondent. Horum primus haud paullo melius ita in *Aldina* ſcriptus comparet,

Οισθα γαρ ον αυδωμαι, ει ταυταν,

ſed pro οισθα γαρ ον reſcribendum exiſtimo οισθα γ' ον, poſtulante metro, ut verſus ſit dactylicus tetrameter. Alter ſyllaba una antithetico brevior eſt; ut conſtet igitur metrum quod anapæſticum eſt reponendum videtur μαλα μαν τοι. Ita autem totum locum verte; *Noſti equidem quem dico, ſi ejuſdem ſententiæ es cum illo*, id eſt, ſi aſportandum vel invitum cenſes Philoctetem, *valde quidem ad reſiſtendum infirma ſunt hujus a morbo incommoda, ſi a prudentibus conſiderantur.* Summa cum arte Ulyſſis, omnium hominum Philoctetæ maxime inviſi, nomen hîc reticet Chorus, veritus ne pronunciatum hunc etiam ſomno ſepultum excitaret. Hoc jam poſt *Scholiaſtem* notaverat *P. Brumoy.*

876. 877. 878. Ita hæc metra conſtitui debent,

Ουρος τοι, τεκνον, ουρος, pherecratius
Ανηρ δ' ανομματος idem
Ουδ' εχων αρωγαν ithyphallicus
Εκτεταται νυχιος dactylica penthemimeris.

Horum verſuum primum ita verte, *Ventus ſecundus tibi, ventus ſecundus aſpirat nate*, id eſt, Cuncta conatibus tuis favent. In his enim, ut & in præcedentibus & ſequentibus, Neoptolemo ſuadet Chorus, ut dormienti Philocteti manus injiciat, adeoque eum vi comprehenſum vel invitum inde abducat. Operæ autem pretium eſt animadvertere, quanta cum arte, quantoque cum judicio, nautarum horum gregariorum mores depingit Poeta. Hi enim honeſti decorique nullam rationem habentes, nulla miſericordia, aut humanitatis ſenſu commoti, omnia per fas nefaſque tentare parati ſunt, modo optata quam minimo cum periculo conſequantur. Talibus autem moribus contrapoſitis, tanto magis conſpicua enitet, animoſque lectorum afficit, Neoptolemi generoſa indoles, magnanimitaſque egregia.

V. 879. Αλιος ὕπνος ἐσθλος] *Somnus in aprico*, prout hæc verba interpretatur *Johnſonus*, nihil ad ſcopum Poetæ facit. Αλιος Dorice ponitur pro Ηλιος quam vocem per αφρων κοιτος exponit *Heſychius*. Verte, *Somnus altus ſenſus expers eſt.*

880. 881. Hi duo verſus unum conſtituere debent dactylicum tetrametrum.

882. 883. 884. Ita hunc locum diſtingui & emendari debere exiſtimo,

Αλλ' ὡς τις γ' αιδᾳ παρακειμενος, dactylicus tetrameter

Ορα, βλεπει· καιρια φθεγγει· choriambicus dimeter hypercatalectus

Τοδ' ἁλωσιμον εμᾳ φροντιδι παι. ionicus a minore trimeter catalectus.

Verte; *Sed ſicut aliquis orco propinquus (aſpice) videtur, opportuna loquitur*, id eſt, opportunum nobis conſilium ſuggerit; *præda hæc mea cura facilis tibi captu erit, o fili.* Vulgata nullum efficiunt ſenſum; non enim ideo quis mortuo ſimilis eſt quia opportuna loquitur, nec omnino quidquam, nedum opportuna, tunc temporis revera loquebatur Philoctetes, ſomno quippe ſepultus. Ad fulciendum autem metrum in primo verſu particulam γε addidi.

885. Πονος ὁ μη φοβων κρατιστος] Verte, *Labor periculi expers optimus eſt.* Hoc ideo dicit Chorus, ut Neoptolemo perſuadeat, Philoctetem jam ſomno oppreſſum ſine mora eſſe comprehendendum, ita enim nihil ex ſagittis Herculeis fore metuendum.

886. Μηδ' αφεσαι φρενων] Verte, *Et non ineptire.*

888. 889. Perperam hæc ita interpretatur *P. Brumoy*, quaſi Philoctetes experrectus primo ſe ſolum relictum, & Neoptolemum una cum Choro abiiſſe crediſiſſet (ελπιδων απιστον οικουρημα vertens, *ſpes meas fallentem cuſtodiam*) deinde vero eos adeſſe animadvertens ſuſpiciones ſuas excuſet. Sed quicquid ex iſta interpretatione huic loco accreverit gratiæ ac venuſtatis, id totum debetur ingenio iſti, quo velut gentis ſuæ proprio gloriari ſolent Galli, cui inopinata omnia placent, quodque varietatem continuam aucupari amat. Idem ſit dictum de ejuſdem Scriptoris interpretatione verſuum 909. 911. 930. 944. 973. quæ nobis exhibet, non quæ dictaverat Græca ſimplicitas, ſed qualia excogitare ſolet acumen Gallicum, idque noviſſimorum etiam temporum.

890. 891. 892. Ου γαρ ποτ', ω παι, τουτ' αν εξηυχησ' εγω,
Τλῆναι σ' ελεινως ὡδε ταμα πημαθ
Μειναι παροντα και ξυνωφελουντα μοι] Verte, *Nunquam enim, o fili, hujus rei fiduciam habere potuiſſem, ut tu ſcilicet ſuſtineres calamitates meas miſericorditer adeo præſtolari præſens & opem ferens.*

V. 895. 896. Αλλ' ευγενης γαρ ἡ φυσις κάξ ευγενων
Ω τεκνον ἡ ση] Parentheſi includi debent iſta, ευγενης γαρ ἡ φυσις κάξ ευγενων ω τεκνον ἡ ση. Verte, *Sed (generoſa eſt enim & ex generoſis orta indoles tua) omnia hæc &c.*

906. Προς τας παρουσας ξυμφορας] *In morbi tui exaſperatione quam modo vidimus.* MUDGE.

914. Καυτος αντεχου] *Et ipſe etiam me firmiter prehende.* MUDGE.

933. 934. Λιπων μεν ουκ εγωγε· λυπηρως δε μη
Πεμπω σε μαλλον, τουτ' ανιωμαι παλαι] Mihi magis arridet ſcriptura *Aldinæ* & vulgatarum editionum, πεμπων, quanquam ex illa vix ſenſum ullum elici poſſe affirmat *H. Stephanus*. Sed fallitur vir eruditus; απο κοινου enim repetendum eſt τον πλουν στελω, & ita inſtituenda constructio; Λιπων μεν σε ουκ εγωγε τον πλουν στελω, μη δε τον πλουν στελω πεμπων σε μαλλον λυπηρως η ει ελιπον αν, τουτο ανιωμαι παλαι.

950. Ideo forſan πυρ Neoptolemum vocat Philoctetes, quia nihil igne violentius aut exitioſius. Cl. MUDGE legendum conjicit Πυρσε, *O merito Pyrrhi nomen obtinens rutilantis cometæ inſtar.*

956. Τον βιον μη μ' αφελης] Ut conſtet metrum legendum eſt ex *Aldina* μη μου 'φελης.

961. Ου γαρ αλλον ουδ' ὁτῳ λεγω] Hoc ideo dicit Philoctetes, quia Chorum e Neoptolemi ſubditis conſtantem æque cum illo perfidiæ reos, atque inſidiarum ſibi ſtructarum conſcios, putabat. Hinc tamen colligit *P. Brumoy* Chorum non amplius in ſcena præſentem eſſe, & verba illa Philoctetæ v. 911. τουτοις δ' εασον, ita interpretatur ac ſi Chorus iſtis dimitteretur, & celeri paſſu ripam verſus antegrederetur, adeo ut ſolus relictus eſſet cum Philocteta Neoptolemus. Sed Neoptolemi mandatum, cui, non Philoctetæ, obtemperare tenebatur, exſpectare par erat Chorum; neque aliud verbis iſtis ſignificatur, niſi Philoctetæ, ut moleſtia ipſum portandi abſolveretur Chorus, deprecatio. Chorum autem ab Ulyſſe remiſſum (cujus tamen rei nulla apud Poetam ſit mentio) redire putat ad v. 986. At ipſa Chori verba, eo ipſo in loco, τοις τονδε προσχωρειν λογοις, plane demonſtrant omnia quæ præcedunt coram Choro dicta fuiſſe. Viro erudito ſuppoſitionem ſuam concedamus, quid inde venuſtatis huic ſcenæ accedat, aut quomodo reditu Chori pathos augeatur, quæ ambo ab eo venditantur, me non intellectu aſſequi poſſe fateor.

V. 967.

V. 967. 968. Και τοισιν Αργειοισι φηναιδαι θελει,

Ως ανδρ' ἑλων μ' ισχυρον, εκ βιας αγει] Verte, *Et ſe Argivis venditare vult, quaſi me viribus valentem cum cepiſſet, vi abducat.*

974. Lege juxta *Camerarianam* φυς.

977. Αλλ' αυ θανουμαι] Nullum hîc habet ſenſum particula αυ, ſummopere igitur mihi placet ſcriptura a *Scholiaſte* conſervata, & ab *H. Stephano* probata, Αλλ' αυανουμαι. Ita *Electr.* v. 821. αυανω βιον.

986. Ita omnino cum *H. Stephano* interpunge,

Τι δρωμεν; εν σοι και το πλειν &c.

995. 996. — Νυν δ' αλλοισι δους

Οις εικος] Verte, *Nunc vero fraudibus iſtis, iis quibus par eſt, redbibitis.*

1007. Ουδ' ην θελη δρασεις ποτ'] Lege omnino ex *Aldina* probante *H. Stephano* δρασει.

1009. Τολμισατε] Lege juxta *Aldinam* τολμησατε pro τολμισατε, a τολμεειν, nulla enim analogia formatur iſtud τολμισατε.

1018. Τους θεους ψευδεις τιθεις] Verte, *Cum deos mendaces effeceris.* Hæc Ulyſſem quaſi pejerare ſolitum arguens dicit Philoctetes.

1027. Αιπεινον βαθρον] *Excelſus ſitus.* Antrum ubi habitabat Philoctetes, quia in loco editiore (vide ſupra v. 29.) ponebatur, climacis gradui ſummo hîc comparatur, unde ſeſe præcipitaturum mox ille minatur.

1029. Κρατ' εμον τοδ' αυτικα] Κρατα accuſativum nunquam neutrius eſſe generis puto, quanquam *Euſtathius* ad Homer. p. 700. l. 62. aliter ſenſiſſe videtur. Dicit enim, hunc ipſum, ut opinor, locum reſpiciens, παρα δε Σοφοκλει και το κρατα εὑρηται κοινοτερον. Aliquando tamen de hoc dubitat, ut p. 976. l. 6. το της τοιαυτης λεξεως γενος ου παντη ευδηλον, τοσουτον δε μονον δηλον ὁτι ου τεθηλυται. Sed quod ad hunc locum attinet, nihil ex eo certi colligi poteſt de hujus vocabuli genere. Nam τοδ' cum αυτικα, ut opinor, jungi debet, ut ſenſus ſit, *hoc ipſo temporis momento.*

1036. Περιβλημα σαυτου metaphora a clypeo ducta.

1044. Και νυν δη μ' ω δυστηνε] Lege juxta *Aldinam*, Και νυν εμ' ω δυστηνε.

1047. Lege ηυξαμην.

1048. Αλλ' ου γαρ ουδεν] Verte, *Sed nihil enim* &c.

1051. Γελωμενος προς σου γε και των Αργειων] Melius *Aldina* σου τε και των Αργειων.

1052. Διπλων στρατηγων] Melius *Aldina* Διοισιν στρατηγων.

1056. Pro εκβαλεν legendum eſt juxta *Aldinam* εβαλεν, Attici enim nunquam augmentum abjiciunt. Lege etiam *Cameraria*na præeunte, φυς.

V. 1057. Ita metrum claudicans ex *Camerariana* reſtitue,

Και νυν τι μ' αγετε; τι μ' απαγεσθαι, του χαριν;

1060. Ευξεσθ' eſt ευξεσθαι; Ita rite præibit ſequentibus αιδειν, αντιδειν. Neque obſtat diphthongi αι eliſio ſequente vocali brevi, talem enim eliſionem in verbis admittunt Attici. Vide *Eurip. Oreſt.* 493. *Heracl.* 335. 689. *Ion.* 40.

1065, Επει ουτ' αν σολον] Lege ex *Aldina* επει ουποτ' αν σολον, ut diphthongorum hîc, ut ſæpe alias, fiat craſis.

1122. Ου γαρ ετ' εγω] Legendum eſt omnino, poſtulante & metro & ſententia, ου γαρ ετ' εγω, *non enim amplius prohibeo* vel *detrecto.*

1125. 1126. Ita horum verſuum metra conſtituenda,

Ουκ αλλοθεν εχη τυχα ταδ' glyconius πολυσχηματιστος

Απο μειζονος baſis iambica.

1128. 1129. Ita hi verſus, ut antitheticis reſpondeant, ſunt conſtituendi,

Του λωονος δαιμονος ει- choriambicus dimeter acatalectus

λου το κακιον ἑλειν antiſpaſticus hemiholius.

Verte, *Potius quam meliorem fortunam, maluiſti quod pejus eſt eligere.*

1137 — 1140. Ου πτανων απ' εμων ὁπλων

Κραταιαις μετα χερσιν

Ισχων· αλλα μοι ασκοπα

Κρυπτα τ' επη δολερας ὑπεδυ φρενος] Particula αλλα oppoſitionem aliquam inter ea quæ connectit, aut ſaltem ea ſe mutuo quodammodo reſpicere indicat. Ejuſmodi tamen nihil reperies prout locus hic nunc legitur. Deinde, qualis eſt iſta conſtructio, ισχειν πτανων απ' ὁπλων μετα χερσιν, ut ſignificetur, *volucres ſagittis trajectos manibus apprehendere?* Quorſum denique otioſum iſtud epitheton κραταιαις, cum non validarum, ſed quarumvis, manuum opus ſit volucres ſagittis transfixos, & in terram delapſos, tollere? Ego aliud prorſus hîc voluiſſe Poetam exiſtimo, & pro απ' εμων ὁπλων, επ' εμων ὁπλων reponendum, ut ſenſus ſit, *Non vi manuum arma mea alata occupans, ſed* &c. Ισχων εφ' ὁπλων eſt επισχων ὁπλων, *armis manus injiciens.* Ita *Oed. Colon.* v. 903. Επισχες αυτου ξενε, *In eum manus injice o hoſpes.* Cum ισχων autem ſubaudiri debet εκρατησε μου, vel ειλε με, quod ex altero quidem ſententiæ membro repetendum erit. Ut conſtructio enim integra ſit, ſcribi illic oportuit pro ὑπεδυ, ὑποδυντα εκρατησε μου, ſed Poeta orationem deflexit,

& ea quæ poſteriori ſententiæ membro neceſſaria erant poſuiſſe contentus, quæ ad prius membrum accommodari debebant, ſubaudienda reliquit. Ponenda autem eſt commatis nota poſt ολουμαι in v. 1134. periodi nota poſt προτερον ad finem v. 1136. & commatis denique, non coli, nota poſt εχων in v. 1139.

V. 1141. Lege juxta *Aldinam*,

Ιδοιμαν δε νιν dochmaicus.

1145. 1146. 1147. Ut conſtent metra, & antitheticis reſpondeant, ita hos verſus emendandos & conſtituendos eſſe cenſeo,

Ουδε σε γε δολος εχ' dochmaicus ſive iambica penthemimeris

Υπο χειρος γ' εμας' συνερων glyconius πολυσχηματιστος

Εχε δυστανων baſis iambica.

poſt χειρος ad fulciendum metrum interpoſui το γε.

1152. Ut hic verſus antithetico reſpondeat legendum videtur,

Ποντου θινος εφημενος εγ- hephthemimeris dactylica

γελα μου &c.

1154. Ταν εμαν μελεου τροφαν] Arcum Philoctetæ victum ejus appellari duriſſimum videtur *Weſſelingio* Obſervat. pag. 213. 214. ideoque τροφον, *nutricem*, fuiſſe olim a *Sophocle* ſcriptum ſuſpicatur. Atque emendationem quidem hanc & ingenioſam eſſe & elegantem non diffiteor, neceſſariam vero aut veram minime exiſtimo. Nemini enim, opinor, cui veterum Tragicorum ſcripta familiariora, aut audax nimis, aut inſolens videbitur tranſlatio, qua victus ipſe, pro arcu cujus ope victum ſibi parare ſolebat Philoctetes, ponitur.

1156. Ω τοξον φιλων, ω φιλων] Longe malim cum *H. Stephano* & Editore nupero Ω τοξον φιλον, quanquam etiam φιλων admittit metrum.

1158. Ut metrum antithetico reſpondeat reſcribendum eſt ελεινον. Vide ſupra v. 891. Τλαναι σ' ελεινως ὡδε.

1159. 1160. — τον Ηρακλειον

Αεθλον ὡδε σοι

Ουκετι χρησομενον το μεθυστερον] Quidquid de ſenſu vocum τον Ηρακλειον αεθλον ſtatuendum ſit, certum eſt *H. Stephani* conjecturam, reponentis το pro τον, recipi non poſſe. Præterquam enim quod hiatum injucundum introducat, articulus iſte nunquam vocativo jungitur, niſi immediate præcedente ω vel ω συ, ut ſupra v. 263. ω παι πατρος εξ Αχιλλεως. Ita autem locum verti debere exiſtimo; *Cum Herculei labores ita te in poſterum non amplius ſint uſuri*; id eſt, Cum dehinc non amplius in facinoribus pulcherrimis patrandis, ſicut olim cum in manibus Herculis eſſes, uſurpabere.

V. 1162 — 1167. Philoctetes eorum, quæ paullo ante v. 1090. dixerat Ulyſſes, memor, hujus manibus arcum ſuum denuo tractatum fore exiſtimabat. De hoc igitur, non de Neoptolemo, quod *H. Stephano* placuit, loquitur. Neque enim æque Neoptolemo ac Ulyſſi conveniunt iſta, πολυμηχανου ανδρος, & αισχρας απατας, & στυγνον φωτ' εχθοδοπον. Verſum autem 1166. ita interpretatur *P. Brumoy*, quaſi turpem originem Ulyſſi exprobraret Philoctetes; ſed qua conſtructione ſenſum iſtum ex Poetæ verbis eliciat divinare nequeo.

1166. 1167. Metra hæc anapæſtica ſunt, & ita conſtitui debent,

Μυρι' απ' αισχρων ανατελλονθ', ὁσ' εφ' dimeter acatalectus

Ημιν κακ' εμησατ' Οδυσσευς. paroemiacus.

Recte autem meâ quidem ſententiâ Cl. Mudge pro απ' αισχρων reponendum conjicit επ' αισχρων, ut præpoſitio cum participio conjuncta efficiat επανατελλονθ', *alia ſuper alia cumulantem*, & genitivus αισχρων a μυρια pendeat.

1168. 1169. 1170. Ανδρος τοι το μεν ευ δικαιον ειπειν,

Ειποντος δε, μη φθονεραν

Εξωσαι γλωσσης οδυναν] Verte ad mentem *H. Stephani*, *Quæ in homine*, id eſt, in Ulyſſe, *bona ſunt æquum eſt eloqui, & dum eloquar te non effundere invidioſam linguæ petulantiam.*

1171. 1172. Κεινος δ' εις απο πολλων

Ταχθεις, τουδ' ευφημοσυνα] Legendum omnino εφημοσυνα cum *H. Stephano* cenſeo aſtipulantibus etiam *Aldina* & *Scholiaſte* vetere. ευφημοσυνα a Correctoribus metri rationem ignorantibus profectum veriſimile eſt. Verſus enim eſt glyconius πολυσχηματιστος, in quo metri genere diſpondæum vel epitritum quemvis pro lubitu in prima ſede, in ſecunda vero etiam choriambum ponere licet. Vide *Hephæſt.* p. 59. 60. Verte autem ad mentem *Camerarii*, *Ille vero* (Neoptolemus ſcilicet) *unus a multis miſſus, hujus* (Ulyſſis) *conſiliis inſtructus.*

1178. 1179. Φυγα μ' ουκετ' απ' αυλιων

Πελατ'] Verte, *Non amplius cum cautione, fugientium inſtar, mihi appropinquate e latibulis veſtris.* Quod vero *Canterus* pro πελατ' reſcribi jubet ελατ', neſcio an Græce dicitur φυγα ελαν, ut ſignificetur, *fugientes currere*, ſed etiamſi hoc concedatur, minime ſaltem neceſſaria eſt hæc emendatio.

1184. Ερπετε νυν καλον] Diſtinguendum cenſeo poſt ερπετε, ut καλον regat infinitivum κορεσαι in verſu ſequente.

quente. Καλον autem eandem vim hîc habet ac εν καλῳ, εγκαιρον.

V. 1186. Ita hic verſus juxta *Aldinam* reſtituendus eſt,

Εμας σαρκος αιολας antiſpaſticus hemiholius.

Prout hæc nunc leguntur præcedens anapæſticus cretico terminatur. Cl. autem Mudge interpretatur αιολας, *ex morbi virulentia maculis interſtincta.*

1190. 1191. Metra ab antitheticis longe diſcrepant ita forſan reſtituenda,

Μηκετι μηδενος κρατυνων ὅσα
Πεμπει βιοδωρος γ' αια —

Verte, *Nullum amplius animal in poteſtatem redacturus ex omnibus quotquot ei obviam mittit alma terra.*

1192. 1193. Προς θεων ειπερ σεβῃ ξενον πελασσον
Ευνοιᾳ πασᾳ πελατην] Verte, *Per deos obſecro ſi quam hoſpitis reverentiam habes hinc accedito qui omni cum benevolentia viciſſim te adit.*

1195. Αποφυγειν] Ut metrum antithetico reſpondeat, lege juxta *Aldinam* αποφευγειν.

1196. 1197. 1198. Οικτρα γαρ βοσκειν' αδαης
Δ' εχειν μυριον
Αχθος ᾡ ξυνοικει] Lege cum Editore *Cantabrigienſi* εχει, & ita verte, *Miſere enim alitur*, morbus ſcilicet; *ſtultus vero mille habet ærumnas quibuſcum habitat.*

1199. 1200. 1201. Παλιν παλιν παλαιον
Αλγημ' ὑπεμνασας με
Ω λωςε των πριν εντοπων] Verte, *Iterum, iterum, veterem injuriam in memoriam revocaſti, o optime, ab iis mihi factam qui olim huc appulerunt*; a Græcis ſcilicet & præcipue ab Atridis & Ulyſſe. In verſu autem 1200. delendum eſt τε με quod ab *Aldina* abeſt.

1205. Concinnius quoad metrum ita hic verſus in *Aldina* legitur,

Τρωαδα γαιαν μ' ηλπισας αξειν anapæſticus dimeter acatalectus.

1208. — 1214. Ita hi verſus conſtitui debent,

Χο. Φιλα μοι, φιλα ταυτα παρηγγειλας ἱ- anapæſticus dimeter acatalectus
κοντι τε πρασσειν. dactylicus dimeter
Ιωμεν, ιωμεν, dochmaicus
Ναος ἱν' ἡμιν τετακται pherecratius
Φι. Μη προς αραιου Διος ελθῃς anapæſtica hephthemimeris
Ικετευω. Χο. μετριαζ'. Φι. ω ξενοι anapæſticus dimeter acatalectus
Μεινατε προς θεων. Χο. τι θροεις; idem brachycatalectus.

In verſu autem 1210, non neceſſe videtur cum *Scholiaſte* & *Boſio* in ellipſεων Græcarum ſyntagmate ad genitivum ναος ſubintelligere præpoſitionem επι, dici enim poteſt, genitivum iſtum regi ab adverbio ἱνα, perinde ac ſi plenius ſcripſiſſet Poeta, Ιωμεν ενταυθα της ναος ἱνα ἡμιν τετακται.

V. 1220. 1221. Τι ῥεξοντες αλλοκοτῳ γνωμᾳ
Των παρος ὧν προυφαινες] Forſan legendum eſt παροντων, ut ſenſus ſit, *Quid facturi eorum quæ prius protervo animo rejecturus videbaris.* Vulgata certe nullum prorſus exhibent ſenſum. Primam autem in αλλοκοτῳ rite hîc corripi oſtendimus ad *Oedip. Tyran.* 475. Vide etiam *Antig.* 142.

1222. 1223. Ita potius hi verſus conſtituendi,

Ου τοι νεμεσητον αλυοντα ionicus a majore trimeter brachycatalectus.
Χειμεριῳ λυπᾳ penthemimeris dactylica.

1225. Hic verſus in duos dochmaicos ita dividendus,

Βαθι νυν ω ταλαν,
Ως σε κελευομεν.

1228. Βροντας αυταις μ' εισι φλογιζων] *Valckenar.* Animadv. ad Ammonium p. 76. ex auctoritate *Scholiaſtæ* reponi jubet Βροντας αυγαις; ſed mihi, fateor, longe magis arridet vulgata lectio, quæ fide codicum ſatis ſe tuetur.

1231. Ita hunc verſum ſcriptum oportuit,

Αρθρον απωσαι 'λλ' ω ξενοι ἑν γε μοι.

1239. 1240. Hæc unum conſtituunt verſum, antiſpaſticum ſcilicet dimetrum catalectum ſive hephthemimerin iambicam,

Χο. Τι ποτε; Φι. πετρας μαστευων.

1241. 1242. Ita hi verſus conſtituantur,

Χο. Ποι γας; Φι. εις ἀδην penthemimeris ſpondaica
Ου γαρ ες' εν φαει γ' ετι. periodus.

1245. 1246. Hi verſus ita conſtitui debent,

Ος γε σαν λιπων ἱεραν glyconius πολυχημαστος
Αλκαδ', εχθροις ιδαν Δαναοις idem
Αρωγος, ετ' ουδεν ειμι pherecratius.

In verſu autem ſecundo legendum eſt forſan εχθροισι βας. Mutationem certe hanc aut ſimilem aliquam poſtulare videtur ſyntaxeos ratio.. Forſan etiam melius ſententiæ & conſtructioni conſultum erit, ſi, cæteris intactis, reponamus in ultimo verſu εστ', id eſt, εστι, pro ετ'. Statuat Lector. Ita verſus iſte periodus evadet.

1247. Ομου, *una omnes, univerſi.* Mudge.

1250. Προς ἡμας δευρ' ιοντ' ελευσσομεν] Recte *Johnſonus* (quod ex verſione ejus conſtat) legit ελευσσαμεν.

V. 1258.

V. 1258. Το ποιον] Lege juxta *Aldinam* Τον ποιον; ſubtelligitur enim ανδρα.
1266. Lege juxta *Camerarianam* φυς.
1267. Δις ταυτα βουλει] Lege cum *Scholiaſte* τ' αυτα.
1271. Lege juxta *Camerarianam* φυς.
1281. 1282. Ξυν τῳ δικαιῳ τον σον ου ταρβω φοβον.
Αλλ' ουδε τοι σῃ χειρι πειθομαι το δραν] Verte, *Cum juſtitia a me ſtet, quæ mihi timenda oggeris non metuo; ſed neque manus quidem tua auctor mihi erit quid faciam.* Ad το δραν ſubaudienda videtur præpoſitio κατα.
1283. Ουτ' αρα Τρωσιν αλλα σοι μαχουμεθα] Ουτ', cum non aliud præcedat τε, hic eſt ουτι, non ουτε.
1340. Τιν' ανδρα πολεμιον] Lege omnino juxta *Aldinam* τι μ' ανδρα πολεμιον.
1344. Τοις των Αχαιων ψευδοκηρυκας] *Qui ut legationes ſibi ab Achivis committantur mendaciis efficiunt.*
1368. Ως αν αυτος ἡλιος] Legendum videtur οὗτος ἡλιος. Pronus ſane in hac voce Librariorum error, nec raro in hiſce notis animadverſus.
1371. Ασκληπιαδων] Lege juxta *Aldinam* Ασκληπιδων poſtulante metro.
1388. Απιστω] *Non obtemperabo.* Mudge.
1390. Αλλ' εικαθω δητ'] *Sed eſto, cede tandem.* Mudge.
1392. Πως ω τα παντ' ιδοντες αμφ' εμοι κυκλοι] Recte vidit *Camerarius* voce κυκλοι hîc deſignari Philoctetæ oculos.
1402. Οιτι σου καθυβρισαν] Malim hîc reſcribere οἵ γε σου, quam cum *Cantero* in verſu ſequente οἵτε τον αθλιον.
1403. 1404. 1405. — οἵ τον αθλιον
Αιανθ' ὅπλων σου πατρος ὕστερον δικῃ
Οδυσσεως εκρινον] Hîc Poeta oblitus videtur eorum quæ ipſe, a Neoptolemo quidem ficta, at a Philoctete, quaſi ita revera geſta erant, credita poſuerat ſupra v. 415. & ſeqq. Mudge.
1419. Παυσοντας αλγους, κἀποσωζοντας νοσου] Forſan κἀποσωσοντας.
1420. Lege juxta *Camerarianam* φυς. Δεινον αινον, *Fabulam prodigioſam.* Mudge.
1423. Πως γαρ τις αισχυνοιτ' αν ωφελουμενος] Sententia poſtulare videtur ut legamus ωφελουμενους. Verte, *Quomodo enim quis eos erubeſcat quos beneficiis devinctos habet.* Philoctetem ſcilicet intelligit Neoptolemus, prout ex illius reſponſo patet.
V. 1442. 1443. Nulla hîc habetur commatis trochaici ratio.
1461. Ut conſtet metrum omnino legendum eſt τα Διος τε φρασων.
1468. Εκ των πονων τωνδ' ευκλεα θεσθαι βιον] Nihil hîc mutandum eſt, nec opus eſt copula; eadem enim eſt conſtructio ac ſi ſubaudiretur δηλονοτι.
1479. Και σοι ταυτ' Αχιλλεως τεκνον] Reſcribendum omnino eſt τ' αυτ'.
1496. Καιρος και πλους.] Dele *Aldinam* ſecutus periodi notam poſt πλους, qua vox cum ἥδ' jungi debet.
1501. Κτυπος αρσην] *Fragor vehemens*, Ita etiam Noſter in *Polyxena* apud *Stobæum* Ecl. p. 165.
Αχερωντος εξυπηχος αρσενας χοας.
1502. 1503. Ου πολλακι δη τουμον ετεγχθη
Κρατ' ενδομυχον πληγησι νοτου] Legendum puto ετεγχθην κρατ' εν δομυχον. Accuſativus enim κρατα ſine verbo a quo regatur hîc ſtare non poteſt.
1506. Χειμαζομενῳ] *Morbi doloribus agitato.* Mudge.
1511. Πεμψον απημαντως] *Deduc incolumem.* Mudge.
1515. Lege juxta *Aldinam* ασπλεις, quomodo etiam ex conjectura reſcripſerat *Bentleius.*

In SCHOLIA Vetera.

98. Hoc Scholium ad hunc verſum perperam refertur, cum ad v. 100. certiſſime pertineat, quem optime etiam interpretatur.
138. Lege δρωσ' οἱ κρατουντες, & Τουτικα γαρ βασιλευς.
431. In *Stephaniana* ita Poetæ verba ſcripta reperiuntur, Δυ' αὐτως δειν' ελεξας, quæ ſcripturæ varietas ſpecie emendandi tolli non debuit.
600. Legendum videtur οὕσπερ ακουεις, *Scholiaſtem* enim ὥσπερ, non ὁ ἀστηρ, legiſſe veriſimile eſt.
651. Malim επεχοντα.
866. Pro ἡμερα malim ηρεμα.

In Triclinianam Metrorum Enarrationem.

1130. Lege το ια και το ιγ δακτυλικα εσι καθαρα.

NOTÆ

N O T Æ

I N

SOPHOCLIS FRAGMENTA

EX EDITIONE

GROTII in Excerptis & STOBÆO.

ATHAMAS Primus.

HUjus Fabulæ àrgumentum habes apud *Apoſtolium* Proverb. XIII. 46.

Βρυαζουσης λεαινης. *Heſych.*

ATHAMAS Secundus.

De hujus Fabulæ argumento vide *Schol.* ad Ariſtoph. Nub. 256.

AJAX Locrus.

Σοφοι τυραννοι των σοφων συνουσιᾳ] Hic verſus a Platone in Theage, & in lib. VIII. de Republica, *Euripidi* tribuitur, quem ſequitur *Stobæus* tit. 46. edit. *Geſner.* 48. edit. *Grot.* ſed & *Sophocli*, & huic etiam *Sophoclis* fabulæ, contra Platonem, diſerte aſſeritur ab Ariſtide in Orat. Platonic. pro IV. viris Opp. tom. II. edit. *Jebb.* p. 288. & ab A. Gellio Noct. Attic. XIII. 18. Dubie loquitur Themiſtius Orat. VI. edit. *Harduin.* p. 72.

— καταστικτου κυνος

Σπολας Λιβυσσα, παρδαληφορον δερος. *Suid.* voce Σπολας & *Schol.* ad Ariſtoph. Aves v. 934.

Και πεξα και φορηματα. *Schol.* ad *Eurip. Alceſt.* 446. Forſan πεξαι.

Inter *Euripidis* Fragmenta a *Barneſio* collecta ſex ſequentes exſtant verſus, inter illius *Oilei* reliquias collocati, quos tamen & Cicero, qui eos Latino carmine donavit, Tuſc. Quæſt. lib. III. §. 29. & *Stobæus* tit. 115. edit. *Grot.* & p. 851. edit. *Wechel.* *Sophocli* tribuunt. Illos ex *Ajace Locro* deſumtos cum *Daviſio* exiſtimo.

Τοις δ' αν μεγιστοις και σοφωτατοις φρενι
Τοιουσδ' ιδοις αν, οιος εστι νυν όδε,
Καλως κακως πρασσοντι συμπαραινεσαι.
Οταν δε δαιμων ανδρος ευτυχους το πριν,
Μαστιγ' ερειση του βιου παλιντροπον,
Τα πολλα φρουδα και καλως ειρημενα.

ÆGEUS.

Πατηρ δ' απηλθεν ώρισ' εις ακτην εμοι
Πρεσβεια νειμας τησδε γης. Τῳ δ' αυ Λυκῳ
Τον αντιπλευρον κηπον Ευβοιας νεμων.
Νισῳ δε την ανομαλον εξαιρει χθονα
Σκειρωνος ακτης. Της δε γης το προς νοτον
Ο σκληρος ούτος και γιγαντας εκτρεφων
Ειληχε Παλλας. Strabo. lib. IX. p. 601. edit. *Almelov.*

Εκλυομεν ουκ εγωγε χωριτην γ' όρον. *Steph. Byzant.* voce Χωρα, ubi *Salmaſius* legit χωριτην οφιν

Κεντρα σιδηρα πλευρα και κατα ραχιν

Πλειον αλειπται. Ita enim legendum cenſeo apud *Pollucem* X. 160. Vocalem brevem, etiam eam quæ vocem

vocem terminat, ſequente ρ, rite apud Atticos produci, jam antehac a *Daweſio* edocti pluries monuimus. Vide *Hemſterhuſ.* ad locum.

Πως δηθ᾽ ὀδυρεσθ᾽ ὁμοιος εξεβης λαθων. *Schol.* ad Pindar. Pyth. Β. 55. *Valckenar.* ad *Ammonium* p. 194. pro ὁμοιος reponendum conjicit οιος, *ſolus.*

Ωσπερ γαρ ευφυλλοισιν αιγειροις μακραις
Κἂν αλλο μηδεν, αλλα τουλαστης καρα
Κινεῖ᾽ εν αυραις, κἀνακουφιζει πτερον. Ita enim legendum puto apud *Scholiaſtem* ad Homer. Odyſſ. Η. 106. ubi perperam etiam legitur Σοφοκλης εναργως pro εν Αιγει.

ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΕΣ.

Πατηρ δε χευσε᾽ αμφιλιν᾽ εισδυς κρουπαλα. Ita legendum puto apud *Heſych.* voce Αμφιλινα. Ex anapæſto autem in quarta ſede conjicere licet hanc fabulam fuiſſe Satyricam.

Προσεπιμαστευεται πλειω. *Heſych.* voce Επιμαστευεται.

Και Βωμιαιον εσχαραις λαβων *Steph. Byzant.* voce Βωμοι.

Και υπνωτας και μακρας Ευρωπας. Idem voce Ευρωπη.

Ταυτην εγω Κιλλαν τε Χρυσην. Idem voce Χρυση.

Υφαρεθη σου καλαμος ὡσπερει λυρας. *Pollux.* IV. 62. *Schol.* ad Ariſtoph. Ran. v. 233.

Εκπιουσα βαιας κυλικος ὡστε δευτερα. *Suid.* voce Βαιαι.

Ει μικρος ων τα φαυλα νικησας εχω. Idem voce Φαυλον. Etymolog. Magn. voce Φαυλος.

Στρατου καθαρτης, κἀπομαγματων ιδεις,
Αειπολατος απομακτης τε μεγαλων ξυμφορων. *Harpocration* voce Αποματτων. Verſus a *Grotio* editus a *Suida* voce Υποπτιτος ex Αιχμαλωτοις excitatur, ut & a *Scholiaſte* in Nicandri Theriaca.

ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΙ.

Ασπις μεν ἡμιν, λυγδος ὡς, πυκνον χαρει. *Pollux* X. 190. ubi vide *Hemſterhuſ.*

Αχνην Λυδης κερκιδος. *Heſych.* voce Αχνην.

ΑΚΡΙΣΙΟΣ.

Stob. Floril. p. 51. Retinendum omnino & Βοᾳ τις, non legendum cum *Grotio* Βοω τις; patet enim e verſu ſequente hæc dicta eſſe a quodam clamorem audiente, non ipſo clamante. Metri etiam ratio poſtulat ut reſcribatur ἡ ὑλακτω ματην, prætterquam quod λακτω vox nihili eſt.

Idem. p. 457. Θαρσει γυναι᾽ τα πολλα των δεινων οναρ
Πνευσαντα νυκτος, ἡμερας μαλασσεται] Verte, *Bono ſis animo, mulier, malorum plurima, ſicut ſomnium, noctu furentia, die leniuntur.*

ALEADÆ.

Stob. Florileg. p.331. Πανσαι. κατάρχει τουδε κακληθεις πατρος,
Ειπερ πεφυκε γ᾽· ει δε μη, τις αν βλαβη]
Scripti libri, habent, fatente *Grotio*, μειζον βλαβη, unde ex conjectura repoſuit *Geſnerus* μειον βλαβη; recte, judice *Valckenario* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 923. cui omnino aſſentior.

Adde Fragmenta quæ exſtant apud *Stobæi* Florileg. ex edit. *Grotii* p. 83. 381. & 371. ubi v. 3.

Τυραννιδος θακουσιν αγχιστην ἑδραν,

pro θακουσιν, quod ex conjectura eſt *Salmaſii*, *Grotianorum* codicum unus habet τ᾽ αγουσιν, at cæteri libri & ſcripti & editi ἡκουσιν, unde reponendum puto,

Τυραννιδος γ᾽ ἡκουσιν αγχιστην ἑδραν —

& v. 7. claudicat metrum ita forſan reſtituendum,

Και ωσπερ τα βατα δι᾽ κοινποτ᾽ αν πενης ανηρ —

& v. 8. Μηδ᾽ ευτυχων, rectius omnino apud Plutarchum legitur, Ουδ᾽ ευτυχων, exigente ſcilicet linguæ indole cum præceſſerat ουποτε. Et v. 10. Γλωσσῃ σοφον τιθησιν veriorem puto ſcripturam codicum *Stobæanorum* Γλωσση, caſu recto, quibus aſtipulantur etiam editiones Plutarchi de Audiend. Poet. Opp. p. 21. Denique v. 11. 12.

Μονῳ δε χαιρειν και νοσειν εξουσια
Παρεστιν αυτῳ, κἀπικρυψασθαι κακα —

Verte, *Illi vero ſoli competit ut ſimul & gaudeat & vitio laboret, & mala ſua pulchra ſub ſpecie occultet.*

Νομας δε τις κεραοσσ᾽ απ᾽ ορθιων παγων
Καθειρπεν ελαφος. Ælian. Hiſt. Animal. VII. 39.
— μυξας αερσα και κερασφορους
Στορθυγγας ειρπεν. Idem ibid.

Verſus autem quem e Clement. Alexandrin. Stromat. lib. VI. p. 741. edit. *Potter.* deſumptum edidit *Grotius* in excerptis, rectius in ejuſdem *Stobæo* p. 333. ita legitur,

Απαν το χρυσον, γενναν εχει φυσιν —

quod & obſervavit *Potterus* ad locum.

ALEXANDER vel ALEXANDRA,

Utrumque enim nomen huic Fabulæ apud *Heſychium* tribuitur.

Ον

Ου γαρ τι θεσμα τοισιν αστιταις πρεπει. *Steph. Byzant.* voce Αςυ.

Βοτηρες νικαν ανδρας αστιτας. τι γαρ; Idem ibid.

Στειχων αγχωστιν οχλον. *Euſtath.* in Homer. Il. E. p. 533.

ΑΛΕΙΤΗΣ *vel* ΑΛΗΤΗΣ.

Stob. Florileg. p. 363. Γενος γαρ εις ελεγχον εξιον καλον
Ευκλειαν αν κτησαιτο μαλλον η ψογον]
Verte, *Generis enim nobilitatem ſi experimentis probetur gloriam potius quam reprehenſionem ſibi acquiſituram credibile eſt.*

Idem. v. 435. Η σμικρον, η τον μηδαμου τιμωμενον] Malim, ητοι μηδαμου.

Idem p. 445. v. ult. Lege ευτυχει.

Adde Fragmentum quod apud *Stobæum* exſtat Tit. XXXVI. p. 145.

ALCMÆON.

Ειδ' ευ φρονησαντ' εισιδοιμι πως φρενων

Επηβολον καλων σε. Porphyr. Quæſtion. Homeric. §. 1. edit. *Barneſ.*

Την Αλφεσιβοιαν ἡν ὁ γεινησας πατηρ. *Priſcian.* de metris Comicis p. 1328. edit. *Putſch.* a quo excitatur in exemplum ſenarii iambici a trochæo incipientis. Nobis vero & æquius videtur & veriſimilius vitium hoc Librario imputare, non ipſi Poetæ, adeoque ut addito articulo tolleretur cavimus.

AMYCUS Satyricus.

Σιαγονας τε δυο μαλθακας τιθησι. *Athenæus* lib. III. cap. 14.

Γεροντοι, κορωναι, γλαυκες, ικτινοι, λαγοι. Idem lib. IX. cap. 14.

AMPHIARAUS Satyricus.

Ωχριασαι θλιβομενης της καρδιας. *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. Ran. v. 484.

Ο πιττοπρεπης τουδε μαντεως χωρου. *Schol.* ad Ariſtoph. Veſp. v. 1501.

Εδεξατο ῥαγειτα Θηβαια κονις

Αυτοισιν ὁπλοις και τετρωρειστω διφρω. Strabo. lib. IX. p. 612. edit. *Almelov.*

Κοινος πιλος τε τριμνασδες ῥινου βοος. Ita enim exigente metro legendum apud Erotian. voce Πιλον.

AMPHITRYO.

Επει δε βλαστοι την τριων μιαν λαβειν

Ευτειαν αρχει. *Scholiaſt.* in *Sophocl. Oedip. Colon.* v. 403.

ANDROMEDA.

Ιδου δε φονιον μαδαλια διγονον. Etymolog. Magn. voce Διγονος. Verſus autem aſynartetus eſt ex penthemimeribus iambicis.

Ιππειον η κυμβαισι ναυςκλεις χθονα. *Athenæus* Deipnoſ. lib. XI. cap. 9. *Euſtath.* ad Homer. 1205. 56.

Μηδεν φοβεισθαι προςτρεπτικως εντολας. *Phrynicus* voce Προςταλον.

Αυτοσχεδιοι λεκιθοις. *Pollux* lib. X. §. 120. ubi vide *Hemſterhuſium.*

Ημιν όταν κουρειον ήρεθη πολει

Νομος γαρ εστι τοισι βαρβαροις Κρονω

Θυηπολειν βροτειον αρχηθεν γενος. Ita enim legendum opinor apud *Heſychium* voce Κουρειον.

ANTENORIDÆ.

Ορνιθα και κηρυκα και διακονον. *Athenæus* Deipnoſ. lib. IX. cap. 4.

ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΛΛΟΓΟΣ.

Συ δ' εν θρονοισι γραμματων πτυχας εχων

Απονειμον

Νεμει τις, ου παρεστι τις ξυνωμοσι. *Schol.* ad Pindar. Iſthm. B. v. 68. Legendum autem eſt forſan εν θρονοισι.

Ως ναοφυλακες νυκτερου ναυκληριας

Πληκτροις απευθυνουσιν ουριαν τροπιν. *Pollux* lib. X. §. 133.

ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΣ.

Stob. Florileg. p. 119. Λαθα &c.] Ita hoc Fragmentum emendari & ad anapæſtici metri leges exigi debere exiſtimo,

Λαθα
Πειθει στυγερα και αναρσιος
Α δε μανις γ' ευποτμοτατος
Θνατοις μελλου
Αντεχουσα βιου βραχυν ισθμον.

In Excerptis Ου τοι γενεια ώδε χρη διηλιφεις] Leguntur apud *Athenæum* edit. *Caſaub.* p. 675. F.

 Ω παιδα

Ω παῖδα πρέπων ὡς ὁ Σίσυφος πολυς

Ενδηλος εν σοι πανταχου μητρος πατηρ. *Schol.* ad Noſtri Ajacem v. 190.

Αλλ' αμφι θυμῳ την κακοσμον ουρανην

Εῤῥιψεν, ουδ' ἁμαρτε. περι δ' εμῳ καρᾳ

Καταγνυται το τευχος ου μυρου πνεον

Εδειματουμην δ' ου φιλης οσμης ὑπο. *Athenæus* Deipnoſ. lib. 1. cap. 14. ubi pro αμφι θυμῳ, quæ *Caſaubono* σκληρα φρασις, & genio *Sophoclis* ου πρεποντα, merito videtur, legi malim αμφι θ' ἡμιν ex auctoritate loci *Æſchylei* plane gemelli, proximeque apud *Athenæum* præcedentis, ex quo *Sophoclea* hæc imitatione proculdubio ſunt expreſſa. *Euſtathius* tamen qui ad Homer. Odyſſ. ρ. v. 462. p. 1818. hæc ex *Athenæo* tranſcripſit vulgatam exhibet ſcripturam.

Φορειτε, μασσετω τις, εγχειτω βαθυν

Κρατηρ', ὁ δ' ανηρ ου πιειν αν φαγη καλως.

Ομοια και βους εργατης εργαζεται. *Athenæus* Deipnoſ. lib. xv. cap. 10. Pro ὁμοια *Caſaubonus* reponendum cenſet πιειν ὁμοια. Sed paucis opinor ſatisfaciet conjectura iſta; nec nobis impræſentiarum meliora ſuccurrunt. Si ſequentia haberemus forſan nihil immutari neceſſe eſſet.

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΕΡΑΣΤΑΙ *Drama Satyricum.*

Stob. Florileg. p. 263. lin. 1. Ερως νοσημα τουτ' εφημερον κακον] Prior verſus pars ex *Grotii* conjectura ita legitur; vetus ſcriptura erat Εpωτις γαρ νοσημα τουτ' εφημερον κακον. Quinetiam epitheton εφημερον ad ſequentia non admodum appoſitum videtur. Forſan igitur reſcribendum,

Ερωτος αρα νοσημ' εφιμερον κακον.

Lin. 5. Τα ποσοτ' εχουσιν ἡδονας απειρονας] Vetus ſcriptura erat ποτ' ενιοις, unde optime repoſuit *Scaliger.* ποτανιοις, *inſolitas* ſcilicet, *non prius cognitas.* Vide notas noſtras ad *Antig.* 861.

6. Τελος δ' ὁ χυμος ουδ' ὁπως αφη θελει] Conſtructionis ratio minime conſtat. Legi malim ουθ' ὁπως αφης. Vide *Zenobii*, *Diogeniani*, *Suidæ*, & *Apoſtolii* Proverbia in Ο παις τον Κρυσταλλον.

In Excerptis v. 1. Τις γαρ μονον με μοχθος ουκ επεστατει] Leguntur hæc apud Pindari *Scholiaſtem* ad Neme. γ. 60. Vocem μονον ex conjectura ſupplevit *Grotius.* Mihi ita potius metrum ſupplendum eſſe videtur,

Τις γαρ με μοχθος δεινος ουκ επεστατει.

Γλωσσης μελισσης τῳ κατερρυηκοτι. *Scholiaſt.* ad Noſtri *Oed. Colon.* v. 494.

η δορος διχεσομεν

Πληκτρον. *Scholiaſt.* ad Pindar. Neme ε. v. 85.

Παππαι τα παιδιχ', ὡς ὁρας, απωλεσας. *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. veſp. v. 1021.

Συ δ' ω Συαγρε Πηλιωτικων τρεφου. Ita enim legendum cenſeo apud *Athenæum* Deipnoſ. lib. 9. cap. 14. Verte, *Tu vero o ſuum venator apud Peliotas*, ſive *montis Pelii incolas, educate.* Vide *Steph. Byzant.* voce Πηλιον.

Ομματων απο λογχας. Ita reſtituit *Caſaubonus* ad *Heſychium* voce Ομματειος ποθος. Verſus videtur eſſe periodus catalectus.

DÆDALUS.

Τεκτοναρχος μουσα. *Pollux* lib. VII. §. 117.

DANAE.

Ουκ οιδα την σην πειραν, ἑν δ' επισταμαι,

Του παιδος οντος τουδ' εγω διολλυμαι. *Scholiaſt.* ad Noſtri *Ajacem* v. 2. & *Suidam* voce Πειρα, ubi male legitur ουδ' επισταμαι.

Γονον τε μηλων, κἀφροδισιαν αγραν. *Heſych.* voce Αφροδισια αγρα.

Κρεισσων γαρ ουδεις χρηματων πεφυκ' ανηρ,

Πλην ει τις' ἐστις δ' οὑτος εστι ουχ ὁρω. *Stob.* Florileg. cap. XII. In *Grotiana* hæc ad *Euripidis Danaen* referuntur, at in *Geſneriana* notatur ad *Sophoclis Danaen* in codicibus quibuſdam referri.

DOLOPES.

Ευναιος ειη δρωπετην στεγην εχων. Etymolog. Magn. voce Ευναιος. Hunc etiam verſum reſpicere puto *Heſychium* voce Ευναιος.

ΕΛΕΝΗΣ ΑΠΑΙΤΗΣΙΣ.

In Excerpt. Και γαρ χαρακτηρ &c. Exſtant apud *Scholiaſt.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 310.

Γυναικα δ' εξελοντις ἡ θραασει γενυν τε ὡς του μεν ἑωλον γραφιοις ενημμενοις. Ita hæc leguntur apud Erotianum voce Θραασει. Emendationem autem & metrorum reſtitutionem peritioribus relinquo.

ΕΛΕΝΗΣ

ΕΛΕΝΗΣ ΓΑΜΟΣ.

In Excerp. Πιτνων δ' ειτος &c.] Leguntur apud *Athenæum* Deipnoſ. lib. III. cap. 3. p. 76. D.

Εμοι δε λωστον &c. Leguntur apud *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. Equit. v. 84. *Suidas* vero horum verſuum primum voce Νωϊν ita exhibet,

Εμοι δε λωστον αἱμα ταυρειον πιειν,

& de Themiſtocle dictum refert, aut potius ad infelicem ejus ſortem alludere Poetam indicat.

EPIGONI.

Stob. Florileg. p.311. Ω παν συ τολμησασα και πλεα γυναι] Verte, *O Facinus omne & pluſquam omne auſa mulier.*

Το κοιλον Αργος ου κατοικησοντ' ετι. *Scholiaſt.* ad Noſtri *Oed. Colon.* v. 391.

Audiſne hæc Amphiarae, ſub terram abdite? Ciceron. Tuſcul. Diſput. lib. II. §. 24.

ERIPHYLE.

Stob. Florileg. p. 485. Γηρα φρονουντος σωζε την ευφημιαν. Malim, Γηρως φρονουντος.

Και γαρ Αργειους ὁρω. Proverbiorum Appendix *Vaticana* II. 49.

HERMIONE.

Αλλ' ω πατρωας γης αγυιαιου πεδον. *Stephanus Byzant.* voce Αγυια.

Και ταν νεορυον αστ' αστολος χιτων

Θυραιον αμφι μηρον πτυσσεται Ερμιοναν. Plutarch. Numa p. 77. Corruptiſſima ſunt hæc, ita tamen forſan reſtitui poſſunt,

Και τοι νεορυος αμφιαζεται στολη

Χιτων τ' αραιος αμφι μηρον πτυσσεται.

Vox quæ ſequitur, Ερμιοναν, potius Ερμιονα ſcribi debet, ſive gloſſema ſit, ſive ab ipſo Plutarcho addita ut indicaret hæc ex *Hermiona* ſe excerpſiſſe.

ΖΩΣΤΗΡΕΣ.

Εχοντες εζωσμενους ισαιαν ἱματιων επεζωσμενας. *Pollux* l. VIII. §. 68. Metrum in his qualecunque fruſtra requires.

HERCULES Satyricus.

συνελεγον τα ξυλ' ὡς εκκαυματα. *Pollux* l. X. §. 110.

Στειφουσι κρηνης φυλλα χωριτην οφιν. *Stephanus Byzant.* voce Χωρα.

Κυκλωπειων τροχων. *Heſych.* voce Κυκλοις.

Βουθοιν Δειλωνος επι προχουσιν ιναδη. Etymolog. Magn. voce Βουθοιν, ubi male legitur Ονομακλει pro ω Ηρακλει, notante *Fabricio* in Biblioth. Græc. tom. I. p. 626. quanquam mihi, fateor, altius latere errorem, & verſum hunc hexametrum a quovis alio potius quam a *Sophocle* noſtro profectum eſſe, veriſimile videtur.

ERIGONE.

In Excerpt. Α δε &c.] Hæc apud Etymolog. Magn. & *Suidam* leguntur voce τοπαζειν.

Νυν δ' ειρη ὑποφερος εξ αυτων ἑως

Απωλεσεν τε κἀυτος εξαπωλετο. *Erotian.* voce Υποφερειν. Vox autem ειρη & metrum perdit & ſententiam. Emendationem aliis ingenio aut ſcriptis codicibus melius inſtructis relinquo.

THAMYRAS.

Εκ μεν Ερεχθονιου ποτιμαστον εχεθε κουρον

Αυτολυκον πολεων κτεανων συνιν Αργεϊ κοιλῳ. *Scholiaſt.* ad Noſtri *Oedip. Colon.* v. 391.

Οιχωκε γαρ κροτητα πηκτιδων μελη,

Λυρα, μοναυλος [ὁ τε χειμωνων πλεως

Ναος στερημα κωμωσης] *Athenæus* Deipn. lib. IV. cap. 23. Verba poſtrema nullum habent ſenſum, neque impræſentiarum emendationem ſuppeditat conjectura.

Πηκται δε λυραι και μαγαδιδες τα τ' εν Ελλησι ξοα ἡδυμελη. *Athenæus* Deipn. l. XIV. cap. 9. Hæc autem anapæſtica ſunt ita reſtituenda,

Πηκται δε λυραι, και μαγαδιδες,

Τα τ' εν Ελλησι ξοαν' ἡδυμελη.

Primam autem του μαγαδιδες hic produci puto juxta analogiam fuſius a doctiſſimo *Clarkio* explicatam ad Homer. Iliad. Λ. 398.

Θριγκοις εσκοπαν Ζηνος Αιθερος. *Euſtathius* ad Homer. p. 358.

THESEUS.

Ομπνιον ιαπος. *Suidas* voce Ομπνιαν.

THYESTES.

Stob. Florileg. p. 125. — ου γαρ ισθ' ὁπως
Σπουδης δικαιας μωμος ἅπτεται ποτε] Malim ἅπτεται.

εστ γαρ τις εναλιας πολις
Γης Ευβοιας, τηδε Βακχειος βοτρυς
Επ' ημαρ ερπει· πρωτα μεν λαμπρας ἑω
Κεκληματωται χλωρος, οινανθης δεμας
Ειτ' ημαρ αυξει μεσον ομφακος τυπον,
Και κλινεται τε, κἀποπερκουται βοτρυς,
Δειλη δε πασα τεμνεται βλαστουμενη
Καλως οπωρα, κἀνακιρναται ποτον. *Scholiaſt.* ad *Eurip. Phœniſſ.* v. 236. ubi vide & *Valckenarium*, quem partim ſecutus ſum, partim *Barneſium* rectiora, ut mihi quidem videtur, ſuggerentem.

Αποπληκτῳ ποδι. *Heſychius* voce Αποπληκτῳ.

INACHUS.

Πλουτωνος δ' επεισοδος. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Plut. v. 727.

Τοιαδ' εμου Πλουτων' αμεμφιας χαειν. Idem ibid.

Γυνη τις ἥδε Κυλλανης Αρκαδος κυνη. Ita legendum puto apud *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. Aves v. 1203. Vide *Heſych.* voce Αρκας κυνη.

Ξανθη δ' Αφροδισια λαταξ.
Πασιν γ' επεισκυπτει δομοις. *Athenæus* Deipnoſ. lib. xv. cap. 2.

Παντα δ' ρειθων αρραχαν βριθει. *Suidas* voce Αρραχη. Verſus anapæſticus eſt.

Ιναχε γεινατορ, παι κρηναν
Πατρος Ωκεανου, μεγα πρεσβευων
Αργους τε γυαις, Ηρας τε παγοις,
Και Τυρσηνοισι Πελασγοις. Dionyſius Halicarnaſ. Antiq. Rom. lib. 1. cap. 25.

Πανδοκος ξενοστασις. *Pollux* lib. ix. §. 50.

Επηκρουμα χθονος Αργειας. *Heſychius* voce Επηκρουμα.

Πατηρ δε ποταμος Ιναχος
Τον αντιπλαστον εχει νομον κεκμηκοτων. *Heſychius* voce Αντιπλαστον.

Χειμωνι συν παλινσκιῳ. *Harpocration* voce Παλινσκιον. *Suidas* voce eadem.

IOBATES.

Αφυλλωτον πετραν. *Heſychius* voce Αφυλλωτον.

IOCLES.

Αλλα και λινορραφη τυλην. *Pollux* lib. x. §. 39.

HIPPODAMIA.

In Excerptis lin. 3. 4. 5. Ειθ', ἀλλιλαι μεν αυλος, εξοπτα δε με
Ισομετρον οφθαλμοισιν, ὥσπερ τεκτονος
Παρα σταθμην ιεντος ορθουται κανων]

Ita hos verſus reſtitui poſſe arbitror,

Εφαπτεται μεν αυτος, εξοπτα δε με
Ισομετρον οφθαλμοισι, ὥσπερ τεκτονος
Παρα σταθμην ἰοντος ορθουται κανων.

Verte, *Ardet quidem ipſe, me vero oculis ſuis pariter incendit, ſicut architectus, cum jacit amuſſim, lineam rectam examine comprobat. Caſaubonus* Animadv. ad *Athenæum* lib. xiii. cap. 2. legit Ισον μετρων οφθαλμον, & ita locum vertit; *Deinde currum inſilit, eique inſiſtens recte oculis me ſemper intuetur, ſicut faber materiarius demiſſa amuſſi lineam perpendicularem facit.* Sed particulæ iſtæ, μεν, δε, in horum verſuum primo oppoſitionem quandam inter utrumque ſententiæ membrum indicant, quæ tamen inter ἀλλιται & εξοπτα nulla omnino deprehenditur. Deinde, ut μετρειν οφθαλμον Poetice ſignificet, *Radios oculi aliquo intendere, prout linea, qua aliquid menſuratur, intendi ſolet*, id ſane vix mihi perſuadere poſſum, & exemplo ſaltem aliquo firmari oportuit. Quid vero *Caſaubonum* permoverit ut præpoſitionem παρα, quæ apud *Athenæum* diſertim legitur, omittendam cenſuerit, cum ita de metro prorſus actum ſit, aut quid *Grotio* in mentem venerit, ut in ejus locum vocem πυρα ſubſtituerit, conjicere nequeo; niſi forſan non animadverterint viri eruditiſſimi præpoſitionis iſtius ſyllabam ultimam ſequentibus duabus conſonantibus rite produci.

HIPPONOUS.

Strob. Eclog. p. 143. Προς ταυτα κρυπτε μηδεν, ὡς ἁπανθ' ὁρων,
Και παντ' ακουων, παντ' αναπτυσσει χρονος] Rectius apud *Clem. Alexandrin.* p. 742. edit. *Potter.* legitur, ὡς ὁ πανθ' ὁρων. ut & apud A. Gellium lib. xiii. cap. 11.

Εξ Ωλενου γης φορβαδος κομιζομαι. *Stephanus Byzant.* voce Ωλενος.

IRIS.

Ευπορος γαμος. *Heſychius* voce Ευπορος.

Εγω δε πεινωσ' αυ προς ιτρια βλεπω. *Athen.* Deip. lib. xiv. cap. 14.

IPHI-

IPHIGENIA.

In Excerpt. Νοει προς ανδρι σωμα πουλυπου ὁμως
Πετρᾳ τεραπεσθαι γενναιου φρονηματος] Hæc apud *Athenæum* exſtant lib. XII. cap. I. ubi pro ὁμως, quod ſententiam plane perdit, recte legitur ὁπως. Ut vitetur hiatus, lege πουλυπου γ᾽ ὁπως, & ita verte, *Studeto ut homini qui legitimi eſt ingenii ita te applices, ſicut polypi corpus petræ applicatur.* Qua ratione *Caſaubonus* & *Grotius* interpretationes ſuas ex his verbis elicere potuerint, ne hariolando quidem aſſequi poſſum.

Συ δ᾽ ω μεγιστων τυγχανουσα πενθερων. *Suidas* voce Πενθερα.

ΙΧΝΕΥΤΑΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.

Κἀξεφωνιζει, κ᾽ουκ᾽ επηχολαζεται
Βλαπη. *Athenæus* Deip. lib. II. cap. 22. *Euſtathius* ad Homer. p. 899. 17.

— εγκλατα

* * ξυλ᾽ ἁ τεγομφα διατορειν σε δει. Ita enim legendum puto apud *Polluc*. lib. X. §. 34. ubi vide *Hemſterhuſium*, & *Valckenar*. ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 1186.

ION.

Stob. Florileg. p. 207. Την δ᾽ ευσεβειαν &c. Apud *Euripidem* leguntur *Ion.* v. 1045 — 1047.

Ibid. p. 425. Ita horum metra conſtituantur,

Εν Διος κηποις αρουσθαι trochaicus dimeter
Μονον ευδαιμονας ολβους. pherecratius aut ionicus a minore dimeter.

κειμενος μεν
Βουσταδας αυλας επι χερσινει. *Heſychius* voce Χερσινει.

ΚΑΜΙΚΟΙ vel ΚΩΜΙΚΟΙ juxta *Suidam* & *Apoſtolium.*

Αλιας στρατηλου τουδε τευχιον ει τινα
Δυναιμεθ᾽ ευρειν. *Athenæus* Deipnoſ. lib. III. cap. IX.

ορνιθος ηλθ᾽ επωνυμος
Περδικος εν κλινοις Αθηναιων παγοις. Idem lib. IX. cap. 10.

CEDALION.

In Excerp. v. I. ου πιχμαιρομαι, *non diſco, quod ad inſtructionem attinet nihil adjuvor*. Exſtant autem hæc apud *Suidam* voce Λευκη σταθμη.

Ο τι αν γε γινηται, τα παντ᾽ ονου σκια. *Suidas* voce Ονου σκια.

Μαστιγιαι, κεντρωνες, αλλοτριοφαγοι. *Athenæus* Deipn. lib. IV. cap. 18.

Αυτοκτιτοις δομοις. *Heſychius.*

CLYTEMNESTRA.

Τον δ᾽ αυτον περιδινουντα
Ουχ ἑστατε δειμα φρενοντα
Αντιας θιου. *Erotian.* voce Αντιον θιον.

COLCHIDES.

Η φης ὑπομενειν ανδρυπουργησαι χαριν. *Suidas* voce Ανδρυπουργησαι.

Μηρεις ὑπαιθων την Διος τυραννιδα. *Athenæus* Deipnoſ. lib. XIII. cap. 8.

Η βλαστος ουκ εβλαστεν ὑποχθονιος,
Και χαρτα φειξας ευλοφω σφηνωματι,
Χαλκηλατοις ὁπλοισι μητρος εξεδυ; *Scholiaſtes* ad Apollonium Rhodium lib. III. v. 1371. Vide *Rutgerſ.* Var. Lect. lib. IV. cap. 16. *Valckenar.* ad *Euripidis Phœniſſ.* v. 670. pro σφηνωματι, *caulium ordinibus confertis*, reponit σφηκωματι, quo ſenſu haud aſſequor.

COLCHI.

Απηξει δη τεμφιξ νιν ου τελεσφορος. Ita forſan ſcribendum apud Galenum Comment. I. in Hippocrat. Epidem. lib. VI. Opp. edit. *Charter.* tom. 9. pag. 385.

κἀν εθαυμασα
Τηδε σκοπων πεμφιγα τε χρυσεαν ιδων. Idem ibid.

Ὑμεις μεν ουκ αρ᾽ εστε τον Προμηθεα. Etymologic. Magn. voce Ηισμεν.

CREUSA.

Stob. Florileg. p. 151. Ita, veteris ſcripturæ veſtigia propius legendo, Fragmentum hoc in anapæſticos rectius digeri poteſt,

Ουτε γαρ, ω φιλε, γαμον, ουτ᾽ ολβον αν
Εχμετρον ενδον γ᾽ ευξαιμ᾽ αν εχειν·
Φθονεραι γαρ οδοι.

Ibid. p. 373. errore Typographi verſu 6to pro αινουσιν legitur ακουσιν.

Ibid.

Ibid. p. 427. v. 2. Λωστον δε ζην ατοσον᾽ ἡδιστον δ᾽ ὲτῳ] Claudicat metrum ita forſan ſupplendum,

Λωστον δε το ζην ατοσον, ἡδιστον δ᾽ ὲτῳ.

CRETENSES.

Σοφοκλης δε ὁ ποιητης εν Κρισει τῳ δραματι την μεν Αφροδιτην, ἡδονην τινα ουσαν δαιμονα, και μυρῳ αλειφομενην παραγει, και κατοπτριζομενην᾽ την δ᾽ Αθηναν, φρονησιν ουσαν και νουν, ετι δ᾽ αρετην, ελαιῳ χρωμενην και γυμναζομενην. *Athenæus* Deipnoſ. lib. xv. cap. 10.

ΚΩΦΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.

Κυλιδεις ὡς τις ωνς ισοπειος. *Scholiaſt.* ad Apoll. Rhod. I. 972. Quid autem valet vox ισοπειος juxta cum ignariſſimis ſcio. Forſan legi poteſt ὡς κοπειαν. Fimum enim & ſtercora ut plurimum frequentant inſecta iſta.

LACÆNÆ.

Θεοις αρ᾽ ουπετ᾽, ει τι χρη βροτον λεγειν,
Αρξασι Φρυξι την κατ᾽ Αργειους ὕβριν
Ξυναινω ταυτα μη μαχου βιαι. *Priſcianus* lib. XVIII. pag. 1177. edit. *Putſch.* Editio *Aldina* ita verſum tertium exhibet,

Ξυναινουντα ταυτα μη μαχου βιαι

unde, ſi in verſu primo pro Θεοις αρ᾽ reponis Θεοι γαρ, ita forſan verſus tertius reſtitui poteſt,

Ξυναινεσουσι ταυτα᾽ μηδ᾽ εχειν βια.

Στενω δ᾽ εθυμεν ψαλιδα, κ᾽ουκ αβαρβαρον. *Pollux* lib. IX. §. 49.
Νη τω Λαπιρσω, νη τον Ευρωτας τριτον,
Νη τους εν Αργει και κατα Σπαρτην θεους. Strabo. lib. VIII. p. 560. edit. *Almelov.* Hæc ad hanc Fabulam referenda cenſet *Meurſius.*

LAOCOON.

In Excerp. Νυν δ᾽ εν πυλαισιν &c.] Leguntur apud Dionyſ. Halicarnaſſ. Antiq. Roman. l. 1. p. 38. edit. *Hudſon.*

V. 3. Νωτου καταστραπτοντα βωμιον φαρος] Apud Plutarch. de Virtute & Vitio legitur μοτου, quæ lectio ſi admittatur, omnino in verſu præcedente reponendum eſt κεραυνιον.

4. Κυκλει δε πασαν οικετων πανηγυριν] Ita hunc verſum optime reſtituit *Caſaubonus,*

Κυκλοι δε πασα νιν οικετων πανηγυρις,

nullum certe ſenſum exprimunt vulgata.

Λαμπει δ᾽ Αγυιευς βωμος ατμιζων πυρι
Σμυρνης σταλαγμοις, βαρβαρον ευοσμιας. *Harpocration* voce Αγυιας & *Schol.* ad Ariſtoph. Veſp. v. 870.
Ποσειδον, ὁς Αιγαιου
Μεδεις πρωνος, η γλαυκας
Μεδεις ευανεμου λιμνας
Εφ᾽ ὑψηλαις σπιλαδεσσι
Στοματων. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Ran. v. 678. ubi vide *Kuſterum* quem ſecuti ſumus.

LARISSAEI.

In Excerpt. Ως και τυραννον πας εφιλαι φυγειν. *Heſych.* voce Ως. ubi tamen ita potius legendum cenſeo,

Ως και τυραννον πας εθιζεται φυγειν.

Πολυν δ᾽ αγωνα παξενοις κηρυσσεται,
Χαλκηλατους λεβητας εκπιθεις φερειν,
Και κοιλα χρυσοκολλα, και πααργυρα
Εκπωματ᾽, εις αριθμον ἑξηκοντα δις. *Athenæus* Deipnoſ. lib. XI. cap. 3.
Και μοι * * * εκτον ῥιπτοντι
Δωτιευς ανηρ αγχου προσπιπτων
Ελαφρος εν δισκηματι. Ita leguntur corrupta hæc verba apud *Stephanum Byzant.* voce Δωτιον, unde forſan peritior aliquis melius quiddam extricabit. Ita certe metra ex Codice *Coiſliniano* reſtitui poſſunt,

Και μοι τριτον ῥιπτοντι Δωτιευς ανηρ
Αγχου προσπιψεν ελα * ος εν δισκηματι.

Vide *Montfaucon.* Bibl. *Coiſlin.* p. 289.

LEMNIÆ.

Ω Λημνε, Χρυσης τ᾽ αγχιτερμονες παγοι. *Stephanus Byzant.* voce Χρυση.
Ασαλπικτον ὡραν. *Heſychius.*
Φερητιδης δ᾽ Αδμητος ηδ᾽ ὁ Δωτιευς
Λαπιθης Κορωνος. *Stephanus Byzant.* voce Δωτιον & *Montfaucon.* Biblioth. *Coiſlin.* p. 289. & *Hering.* Obſervat. Critic. p. 235.

ΜΑΝΤΕΙΣ.

Ου τοι ποθ᾽ ἡξει των ακρων απιν πονων. *Stobæi* Florileg. p. 127. Hæc ita reſtituenda cenſet *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 576.

Ου τοι γ᾽ εφιξει των ακρων ατερ πονου.

Τας μαλλοδετους κυστεις. *Scholiaſtes* ad *Euripidis Phœniſſ.* v. 1262.

v. 1262. edit. *Valckenar.* quem ad *Scholia* iſta vide p. 753.

Τοις γλαμυροις κατα φορβαν. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Ran. v. 596.

MELEAGER.

Συος μεγιςον χρημ' επ' Οινεως γυαις
Ανηκε Λητους παις ἑκηβολος θεα. Lucian. Convivium §. 25. Opp. tom. III. p. 437. edit. Nuper.

Κναμφ πατειφ. *Heſychius* voce Κναμφ.

MELANIPPE.

In Excerpt. Ομνυμι δ' &c.] Legitur hic verſus apud *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. Ran. v. 100.

MINOS.

In Excerpt. Ουκ εςι &c.] Legitur hic verſus apud *Clement. Alexandrin.* Stromat. lib. VI. p. 741. 742. edit. *Potter.*

MYCENÆ ſive ATREUS.

In Excerpt. Μα την εκεινου &c.] Leguntur apud *Scholiaſt.* ad *Euripid. Hippolyt.* v. 307.

MYSI.

Αφθιτοις γυιαις. *Heſychius* voce Αφθιτοις.

Πολυς δε Φρυξ τειγωνος, αντιασπασα τε
Λυδης εφυμνει πηκτιδος συγχορδια. *Athenæus* Deipn. lib. IV. p. 183. & lib. XIV. cap. 9. p. 635.

Ψαλιδα, παρας, και σισυρνωδη ςολην. *Pollux* lib. X. §. 186.

Ασια μεν ἡ συμπασα κληζεται ξενε,
Πολις δε Μυσων. Μυσια προσηγορος. Strabo. lib. VIII. pag. 546.

NAUPLIUS πυρκαευς.

Stob. Florileg. p. 427. Τῳ γαρ κακως πρασσοντι μυρι' αν μια
Νυξ εςιν ου παθοντι θητερα θανειν]

Ita hæc leguntur emendante *Grotio*, qui ex conjectura in verſu priori particulam αν inſeruit, & in altero pro παθοντα repoſuit παθοντι, pro ἡ 'τερα, θητερα. Sed profecto infeliciter omnino in hoc loco reſtituendo viro doctiſſimo ceſſerunt conatus ſui. Prodit enim oratio barbara & ſolœciſmis ſcatens, quæque neque ſententiam quam ipſe in verſione ſua reddidit, neque ullam quæ vera ſit, exprimit. Κακως πρασσειν μυρια, pro eo quod eſt *mala millia pati*, Græce non dicitur; κακως πρασσοντι νυξ εςι ου παθοντι purus putus eſt ſolœciſmus. Nec ad θητερα θανειν ſubaudiri, quod voluit vir eruditus, verbum εςι, aut απο κοινου hîc repeti, patitur linguæ indoles. Et ſi quam maxime admittatur ellipſis iſta, non tamen θητερα θανειν εςι ſignificarent, *alterâ mors imminet*, ſed *alterâ omnino moriendum eſt.* Ita igitur propius veteris ſcripturæ veſtigia hæc reſtitui poſſe exiſtimo,

Τῳ γαρ κακως πρασσοντι μυρια μια
Νυξ εςι, τῳ παθοντα δ' ἡ 'τερα φθανει

Verte, *Infelici enim nox una mille eſſe videtur, ei vero qui in deliciis verſatur altera nec opinanti ſupervenit.*

Νυκτι κατουλαδι. *Scholiaſtes* ad *Apollon. Rhod.* lib. IV. v. 1695. ubi pro εν Ναυπακτῳ, quod perperam exhibent editiones vulgatæ, recte εν Ναυπλιῳ repoſuit *Kuſterus* ad *Suidam* voce κατουλας.

Επευχομαι δε νυκτι τη κατουλαδι. *Kuſter.* ad *Suid.* voce Κατουλας ex *Photii* Lexico inedito.

Ανοςτος πολεμος. *Heſychius.*

Και πασα πιττιχαμμα, και κυβων βολας. *Heſychius* voce Πισσα. *Pollux* lib. IX. 97. *Euſtath.* ad Homer. p.1397. 29.

Νυμφικον Ελυμιον. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Pac. ver. 1126.

Ναυπλιου πυρας ὑποπυροις. Ariſtides tom. I. p. 259. edit. *Jebb.*

NAUPLIUS καταπλεων.

Ζευ παυσιλυπε, και Διος Σωτηριου
Σπονδη τειτου κρατηρος. *Scholiaſtes* ad Pindar. Iſthm. ϛ. v. 10. *Heſychius* voce τειτος κρατηρ.

Αλλ' Ασπιδην οντα και πιφεγγμενον
Ως ασπιδουχος ἡ Σκυθης τοξευμασι. *Steph. Byzant.* voce Ασπις.

ΝΙΠΤΡΑ.

— την παρουσιαν
Των εγγυς οντων. *Suidas* voce Παρουσια.

ΞΟ-

ΞΟΑΝΗΦΟΡΟΙ.

Γεγονε δε και εν Ξοανηφοροις Σοφοκλεους, ὡς οἱ θεοι απο της Ιλιου φερουσιν επι των ωμων τα ἑαυτων ξοανα, ειδοτες ἐπ ἁλωσομενην. *Scholiaſtes* A. ad *Æſchyli Sept. ad Theb.* v. 310.

ULYSSES Ακανθοπληξ.

Τας θεσπιωδους ἱερειας Δωδωνιδας. *Stephanus Byzant.* voce Δωδωνη. *Valckenar.* ad *Euripid. Phæniſſ.* v. 1475. ἱερειας recte, ut videtur, repoſuit, pro ἱερας quod in vulgatis legitur.

Σιρμος αληλεσμενων σιτων φησι. *Scholiaſtes* ad Hom. Odyſſ. Λ. 127.

Δωδωνη ναιων Ζευς ὁμεστιος βροτων. *Stephanus Byzant.* voce Δωδωνη p. 322. edit. *Berkel.*

Νυν δ' ουτε μ' εκ Δωδωνος

Ουτε Πυθικων γυαλων τις απειση, vel potius αποιση. Idem ibid. Ita autem & metra & ſententia, ex Codice MS. *Coiſliniano* reſtitui poſſunt,

> Νυν δ' ουτε μ' εκ Δωδωνος, ουτε Πυθικων
> Γυαλων τις αν πεισειεν.

Vide *Montfaucon.* Biblioth. *Coiſlin.* p. 285.

ULYSSES Μαινομενος.

Θρυπτικα νομιμα. *Heſychius*, qui addit quoſdam legere κλαστικα.

In Excerpt. Παντ' οιδα &c.] Leguntur apud *Scholiaſtem* ad Pindar. Iſthm. ς. v. 187.

OENOMAUS.

In Excerpt. v. 1. Πληθουσι γαρ τοι και ατιμων διεξοδοι] Ita verſus hic reſtituendus ex *Suida* voce Διεξοδοι, & Ληθω ex Diogene Laertio lib. 4. §. 35.

> Ληθουσι γαρ τοι κἀτιμων διεξοδοι.

Σκυθιστι χειρομακτρον εκκεκαρμενος. *Athenæus* Deipn. lib. IX. c. 18. ubi vide *Caſaubonum.*

> — δια ψηφιδας σ' ὁρω

Ξανθην καθηρμοσθ' ἱππον αυχμηρας τριχος. *Pollux* l. x. §. 55.

PALAMEDES.

In Excerpt. v. 1. ad 11. incluſive. Ουτος δ' εφευρε &c.] Hæc apud Achillem Tatium leguntur in Iſagoga ad Aratum cap. 1. ſed meâ ſententiâ ad fabulam potius referenda videntur cui titulus *Nauplius* Πυρκαευς, cum velut a Nauplio dicta a Tatio afferantur.

V. 2. Σταθμων τ' αριθμων, και μετρων ευρηματα] *Salmaſio* omnino aſſentior reſcribenti,

> Σταθμων, αριθμων, και μετρων ευρηματα

Ponderum, numerorum, & menſurarum inventa. Illum vide libro de Uſur. c. XV. p. 430.

3. Ταξεις τε ταυτας γραμματων τε σηματα] Apud Tatium legitur ουρανια τε σηματα, unde cum prodeat ſententia ab hoc loco prorſus aliena, quæque nec cum præcedentibus, neque cum ſequentibus quidquam habet commune, verſum hunc in locum non ſuum Librariorum incuria migraſſe veriſimile eſt. Hinc igitur amovendum, & ad inferiora poſt v. 8. cui non incommode ſubjungi poteſt, relegandum cenſeo,

> Εφευρε δ' αστρων μετρα και περιστροφας,
> Ταξεις τε ταυτας, ουρανια τε σηματα.

5. Και τωνδε κἀυθις ηυρε πεντηκονταδας] Lege Tatii editiones partim ſecutus κἀκ τωνδε γ' αυθις.

6. Ως χιλι' αυθις ὡς στρατω φρυκτωριαν] *Grotius* ὡς pro ἐς ex conjecturâ bis repoſuit, ſed neque ita recte procedit conſtructio, aut membrorum periodi connectio. Legendum puto,

> Εις χιλι' ουτος εις στρατω φρυκτωρειαν,

Poſt hunc autem verſum proxime ſequi debere puto verſum 9.

> Υπνου φυλαξεις, ες θ' ἑω σημαντεια

ita enim, non σημαντειας, recte apud Tatium legitur. Utroſque verſus una cum ſequente ita verte; *Uſque ad millia. Ille unus exercitui facium accenſionem, ſomni cuſtodias, & ad auroram uſque ſigna edendi rationem, monſtravit atque exhibuit, quæ res nemini prius erant notæ.* Excubias ſcilicet caſtrenſes, & ſigna, quibus, ſi quid novi vel inopinati noctu ſe offerret, ne quid exercitus dum ſomno indulgebat inſcius detrimenti caperet, cavebatur, Poetam reſpicere exiſtimo.

7. Εδειξε κἀξεφηνεν ου δεδειγμενα] Recte apud Tatium legitur κἀνεφηνεν, quod mutatum non oportuit.

10. Ναων τε ποιμαντηρας ενθαλασσιων] Apud Tatium legitur ποιμαντηρσιν. Legendum proculdubio eſt ποιμαντηρσιν, *gubernatoribus.* Ex correctione igitur noſtra ita totum hoc Fragmentum prodibit.

> Ουτος δ' εφευρε τειχος Αργειων στρατω,
> Σταθμων, αριθμων, και μετρων ευρηματα·
> Κακεινα πρωτος εξ ἑνος δεκα,
> Κἀκ τωνδε γ' αυθις ηυρε πεντηκονταδας
> Εις χιλι' ουτος εις στρατω φρυκτωρειαν,
> Υπνου φυλαξεις, ες θ' ἑω σημαντεια
> Εδειξε κἀνεφηνεν, ου δεδειγμενα.

Εφευρε

Εφευρε δ' αστρων μετρα και περιστροφας
Ταξεις τε ταυτας, ουρανια τε σηματα·
Ναων τε ποιμαντηρσιν ενθαλασσιων
Αρκτου στροφας τε, και κυνος ψυχραν δυσιν.

In Excerp. v. 12. & ſeqq. Ου λιμον ουτος &c.] Leguntur hæc apud *Euſtathium* ad Homer. p. 228.

14. Φλοισβου μετακοπην] *Salmaſio* omnino aſſentior reponenti μετὰ κόπον, *poſt pelagi laborem*. Vide *Dorvill.* Critic. *Vann.* p. 271.

PANDORA vel ΣΦΥΡΟΚΟΠΟΙ.

Και πληρες εκπιουσα χρυσεον κερας
Τειψει γεροντα μαλθακης ὑπ' ωλενης. Ita legendum conjicio apud *Athenæum* Deipn. lib. XI. cap. 7.

PELIAS.

Λευκον γαρ αυτην ουκ επαιδευσεν γαλα. Ita legendum videtur apud *Erotian.* voce Παιδικον παθος.

PELEUS.

In Excerpt. Πηλεα τον Αιακειον &c.] Exſtant apud *Clementem Alexandrin.* Stromat. lib. VI. p. 748. edit. *Potter.* & *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. Nebul. v. 1419. Equit. 1096.

Κημοισι πλεκτοις πορφυρας φθειρει γενος. *Schol.* ad Ariſtoph. Equit. v. 1147.

Και ξηραλοιφων ειματος δια πτυχων. *Harpocration* voce Ξηραλοιφων.

Πυθιας βοα. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Aves v. 858.

Βασιλευς χωρας της Δωτιαδος. *Stephanus Byzant.* voce Δωτιον.

ΠΛΥΝΤΡΙΑΙ.

Πεπλους τε νιπτει λινοπλυνεις τ' επενδυτας. *Pollux* lib. VIII. §. 45. Conjecturas virorum eruditorum, λινοπτυεις *Kuhnii*, νεοπλυντους *Gatakeri*, cætera parum commodas plane reſpuit metri ratio.

ΠΟΙΜΕΝΕΣ.

In Excerptis ex Ποιμεσιν ιδου ξενουται &c. Exſtat apud *Suidam* voce Ξενον.

V. 2. Λογω γαρ ουδεν &c. Exſtat apud *Suidam* voce Θρηνειν.

Ενθ' η παρηγικος πηλαμυς χειμαζεται,
Παρηγικος Ελλησποντις, ωραια θερους
Τω Βοσπορειτη, τωδε γαρ θαμιζεται. *Athenæus* Deipnoſ. lib. VII. cap. 20.

Εωθινος γαρ, πριν τιν' αυλητων ὁραν,
Θαλλον χλιαρα προσφερων νεοσπαδη,
Ειδεν στρατον στειχοντα παρ' ἁλιαν ακραν. *Athenæus* ibid. lib. XIII. cap. 6. *Harpocration* voce Ναννιον.

Βουν Κυκνιτιν. *Stephanus Byzant.* voce Κυκνιτις.

Φοινικιοις γραμμασι. *Heſychius* voce Φοινικιοις.

Βρεκκοντας βρυγμον. Ita legendum apud *Heſychium* voce Βρεκκοντα.

Ιω Βαλλην. *Sextus Empiricus* contra Mathematicos lib. I. §. 313. edit. *Fabric.*

POLYIDUS.

In Excerpt. v. 1. Ην μεν γαρ οιος μαλλος, ην δε κ' αμπελων] Leguntur hæc apud Porphyrium de Abſtinentia lib. II. cap. 19, ubi non χαμπλων, ſed χαμπελων, quod rectius, deprehendes. Apud *Clement.* vero *Alexandr.* Stromat. lib. IV. p. 565. edit. *Potter.* ubi hi verſus itidem excitantur invenies κάμπελων.

3. Εν τωδε παγκαρπεια συμμιγης ολαις] Quid *Grotium* permovere potuerit ut hunc verſum ultro corrumperet hariolari nequeo. Ita optime apud Porphyrium ſcriptus legitur,

Ενην δε παγκαρπεια συμμιγης ολαις.

Verte, *Inerant etiam omnigeni fructus hordeis ſalſis commiſti.* Apud *Clementem* autem ubi ſupra ita ſe habet hic verſus,

Ενην δε συμμιγης ὀλαις παγκαρπια.

4. Λιπος τ' ελαιας] Apud *Clementem* legitur ελαιου.

5. Ξουθης μελισσης] Apud *Scholiaſt.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 116. legitur Ξουθου μελισσης.

Ορω προς χειρων Πολυιδου του Μαντεως. Etymolog. Magn. voce Πολυειδος.

Ουκ εστι ει μη Πολυιδω. Idem ibid.

Ο πρασθεν ελθων ην αρχαιος μοι νεκυς. *Heſychius* voce Αρχαιον.

POLYXENA.

In *Stobæi* Eclog. p. 165. Ω παι απειρονας τε και μελαμβαφεις] *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 1017. pro μελαμβαφεις reponi mavult μελαμφαεις. Idem ibid. veram vocis απειρων poteſtatem optime exponit. Im-

 portune

portune autem prorſus hic ſe obtrudit particula Ω. Forſan legendum eſt Η της απωλωτας τε &c. Verte, *Quæ adveni relictis evanidis obſcuriſque paludibus lamentis ſonantibus*, Acherontis ſcilicet miſere affligentis fluentis ſterilibus.

In Florileg. p. 187. v. 4. Ουτ' εξεπεμβεων, ουτ' επευχομενους, φιλος] Εξεπεμβεων vox eſt nihili, ex compoſitione qualem non admittit analogiæ grammaticæ ratio, nata. Potius igitur reſcribendum, Ουτ' αρ' επεμβεων.

5. Βροτοις αν ελθοι, ει δικην λογων οφλοι] Vetus Codicum ſcriptura eſt απελθων, ſcribendum igitur αν ελθοι γ', ut vitetur hiatus. Porro legendum eſt etiam οφλοι, nihili eſt enim iſtud οφλαι.

Συ δ' ουδε μιμνων την κατ' Ιδαιαν χθονα

Ποιμνας Ολυμπου συναγαγων θυηπολει. Strabo lib. x. p. 721. edit. *Almelov*.

Χιτων σ' απειρος ενδυτηειος κακων. Etymolog. Magn. voce Απειρος.

Απ' αιθερος δε καπο λυγαιου νεφους. *Scholiaſtes* ad Apollon. Rhod. lib. II. v. 1123.

PROCRIS.

— κολασται κἀπιτιμηται κακων. *Pollux* lib. x. § 140.

ΡΙΖΟΤΟΜΟΙ.

In Excerp. Ηλιε δεσποτα &c.] Exſtant apud *Scholiaſt.* Apoll. Rhod. ad lib. III. v. 1213.

3. Το δε ουλυμπου πολλον προφερει] Verte, *Quod per Olympum late profundit.*

Η δ' εξοπισω χερος ομμα τρεπουσ',
Οπον αφρινεφη σταζοντα τομης,
Χαλκεοισι καδοις δεχεται * * *
Αι δε καλυπτραι
Κισται ριζων κρυπτουσι τομας,
Ας ηδε βοωσ', αλαλαζομενη
Γυμνη χαλκεοις ημα δρεπανοις. Hæc corrupte leguntur apud *Macrobium* Saturnal. lib. 5. cap. 19. Nos emendare, & ad anapæſticum metrum reducere conati ſumus, rejecta voce τομας, quæ ad finem ultimi verſus plane abundat.

Κεραον αισσουσα πυρι. Ita forſan legendum apud *Heſychium* voce Αισσουσα.

ΣΑΛΑΜΙΣ Δραμα Σατυρικον.

και ταχ' αν κεραυνια
Πυρπνεοι, βρονταις, και δυσοσμιαις λαβοι. *Galen.* Comment. I. in Hippocrat. Epidem. lib. VI. tom. IX. edit. *Charter*. p. 385.

Πυρφορε πασαι οψιν αγελαι πυρι. Idem ibid. Corrupta hæc eſſe ſatis declarant metri vitia; at in ramentis hiſce minutulis emendatio non niſi incertiſſima eſſe poteſt.

SALMONEUS.

Τα δ' εστι κνισμος και φιληματων ψοφος
Τω καλλικοτταβουντι νικητηρια
Τιθημι, και βαλοντι χαλκειον καρα. *Athenæus* Deipnoſ. lib. XI. cap. XII.

SATYRISCUS.

Λεβραγις ομμα. *Heſychius.*

SISYPHUS.

Χαριτων τεζυγων. *Heſychius* voce Ζυγος.

SCYTHÆ.

Κρημνους τε και σπηλαγγας, ηδ' επακτιας
Αυλωνας. *Athenæus* Deipnoſ. lib. v. cap. 2.
ου γαρ εκ μιας
Κοιτης εβλαστον· αλλ' ο μεν Νηρηΐδος
Τικτον αρ' εβλαστανουσι, την δ' Ευδυια πειν
Ποτ' Ωκεανου 'τικτεν κορη. *Scholiaſtes* ad Apollon. Rhod. IV. 223.

SCYRIÆ.

In *Stob.* Floril. p. 225. v. 2. 3. Οις ουτε Δαιμων, ουτε τις θεων νεμων,
Πλουτου ποτ' αν νειμειαν αξιαν χαριν] Ita hæc corrigenda & interpunctionibus diſtinguenda,

Οις ουτε Δαιμων, ουτε τις θεων, νεμων
Πλουτον, ποτ' αν νειμειεν αξιαν χαριν.

V. 4.

V. 4. Λεπτης επιρροπησιν] Lege λεπταις επι ῥοπαισιν.
6. Η κερδανον] Lege η 'κερδηναν.
Ibid. p. 483. v. 2. Εργ' αχρεια] Apud *Clement. Alexand.* Protreptic. §. 10. legitur rectius & elegantius αυτ' αχρεια.

TÆNARII.

— τοιγαρουν
Εδει φυλαξαι χειρον ὡστε δεσμιαν. *Athenæus* Deipnoſ. lib. IX. cap. 4.

TEUCER.

— ουρανου δ' απο
Πρηστηρ, βροντη δ' ερρηγη δι' αστραπης. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Nub. v. 583.

TEREUS.

In *Stob.* Florileg. p. 283. v. 10. Αι δ' εις αληθη δωματ' αι δ' επιρροθα] Omnino aſſentior *Scaligero* reponenti αηθη δωματ'; Verte, *Aliæ in familias ſibi inaſſuetas, aliæ in turbulentas.*
Ibid. p. 355. v. 1. Ut conſtet melius metri ratio lege εδειξεν; verſus enim eſt anapæſticus.
Ταν δ' ανθρωπου ζωαν ποικιλομητιδες αται
Πηματων πασαις
Μεταλλασσουσιν ὡραις. *Stobæus* Florileg. p. 409. edit. *Grotian.* ubi hæc ad Noſtri Tereum referuntur; at in *Geſneriana* nullus memoratur auctor.

TRIPTOLEMUS.

In Excerpt. Απυνδακωτος ου προσπαιζωνται κυλιξ] Exſtat hic verſus apud *Pollucem* lib. x. §. 79. Vide & *Heſych.* & Etymolog. Magn. voce Απυνδακωτος. Præcipue autem Demetrium Phalereum pag. 73. edit. *Gale.*
Ιλλυεις γενη vel γυνη. *Heſychius.*
Δρακοντα τ' αιρων αμφιπλεξ ειληφοτες. Etymolog. Magn. voce Ευπλεκτον. Ex *Rufo* autem *Epheſio* p. 32. edit. *Clinch.* & *Heſychio* voce Θαιρος conſtat legendum eſſe,

Δρακοντε θαιρον αμφιπλεξ ειληφοτε.

Τα δ' εξοπισθε χειρος εις τα δεξια
Οινωτρια τε πασα, και Τυρσηνικος
Κολπος, Λιγυστικη τε γη σε δεξεται. Dionyſius Halicarnaſſ. Antiq. Roman. lib. I. §. 12. Verte, *Poſtea vero, ad dextram,* &c.
Βρυτον δε τον χερσαιον ου πιειν *Athenæus* Deipnoſ. lib. x. cap. 13.
Θες δ' εν φρενος δελτοισι τοις εμοις λογους. *Scholiaſtes* ad Pindar. Olymp. I. v. I. ubi legitur Σο δ' εν φρενος unde *Scaliger.* effecit Θες δ' &c. referente *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 76.
Χερει 'στω δε σ' ενθενδ' αυθις. *Scholiaſtes* ad Noſtri *Oedip. Colon.* v. 517.
Et fortunatam Italiam frumento canêre candido. Plinius Natur. Hiſtor. lib. XVIII. cap. 8. aut in edit. *Harduin.* 12.
Ουδ' ἡ ταλαινα δευτε περιχηρου γαρου. *Pollux* lib. VI. §. 65. & *Athenæus* Deipnoſ. lib. II. cap. 25. ad quem vide & *Caſaubonum.*

TROILUS.

Εγημεν ὡς εγημεν αφθογγους γαμους
Τη παντομορφῳ Θετιδι συμπλακεις ποτε. *Scholiaſtes* ad Pindar. Neme. Γ. v. 60.
Τον ανδροπαιδα δεσποτης απωλεσα. Idem ad Pyth. B. v. 121. & *Heſych.* voce Ανδροπαις.
Πληρη μαγαλισματων. *Suidas* voce Εμαγαλισθη.
Σχαλμη γαρ ορχεις βασιλις εντεμνουσ' εμοις. Ita optime hunc verſum reſtituit *Caſaubonus* ad *Athenæum,* cum vulgatam ſcripturam βασιλεις metrum jugulet; quod miror non animadvertiſſe doctiſſimum *Hamſterbuſium.* Exſtat autem apud *Polluc.* lib. x. §. 165.
Ελαιουται θριξ. *Heſychius.*
Καταρβυλαις χλαιναις. Idem.
Τοξον αποσκη. Idem voce Αποσκη.

TYMPANISTÆ.

In *Stob.* Florileg. p. 227. v. 2. Των γης επιψαυσαντε και ὑπο στεγη] Ut vitetur hiatus iſte inſuavis & a Poeſi Attica quam maxime abhorrens lege, και στεγης ὑπο Κολχος τε, Χαλδαιος τε, και Συρων εθνος. *Stephanus Byzant.* voce Χαλδαιοι.

TYNDAREUS.

In *Stob.* Florileg. pag. 431. v. 4. 5. 6.

Εν γαρ βραχει καθειλε κωλιγῳ χρονῳ
Παμπλουτον ολβον δαιμονος κακου δοσις,
Οταν μεταστη, και θεοις δοκει ταδε] Hæc corrup-

ta eſſe, aut certe mutila, manifeſtum eſt; neque enim ſatis conſtat aut conſtructionis aut ſententiæ ratio. Deeſt nominativus a quo pendeat verbum χαθειλε, nam ut δοσις καθειλεν dici poſſit nimis eſſet abſurdum. Emendatio autem non adeo in promptu eſt, quam idcirco intentatam peritioribus permitto, in quorum gratiam veterem editionis *Geſnerianæ* ſcripturam expendendam ſubjungo,

Παν πλουτον όλον βαρυδαιμονος κακου δοσις.

TYRO.

In *Stob.* Florileg. p. 107. Θυμος ευναθεις. Verte, *Affectus ſedatus.*

355. Πολλων δ' εν πολυπληθια πελεται] Verbum πελεται & abſque conſtructionis detrimento abeſſe poteſt, & metro obeſt; verſus enim periodus eſt ut & bini proxime ſequentes; additum igitur conjicio a Florilego ut gnomæ forma abſolutior prodiret.

V. 3. Ουτ' αχθεινον το λιαν κακος] Omnino legendum ὁ λιαν κακος.

5. Βροτῳ δε πιστον ουδεν] Malim Βροτων.

Ibid. p. 435. Μηπω μεγαν ειπης πριν τελευτησαντ' ιδης] Omnino legendum Μηπω μεγ' ειπης. Ita Noſter *Ajac.* v. 386.

Μηδεν μεγ' ειπης' ουχ ὁρᾳς ιν' ει κακου;

Verte autem, *Nequid elate dixeris.*

In Excerpt. v. 1. Κομης δε λαχαιου τάνδος απωλεσεν δικην] Fragmentum hoc debemus Æliano, operi ejus de Natura Animalium lib. XI. cap. 18. inſertum, cujus verba dum non attendit aut non intelligit *Grotius* ſententiam totam quantam penitus ſubvertit. Ipſa enim *Tyro* hæc loquitur, prout ab Æliano diſerte docemur. In editionibus vulgaribus legitur,

Κομης δε πενθος λαχαιοπωλου δικην.

In ſcriptis *Geſneri* & *Mediceo* λαχαιοπωλου; unde obvia & facilis eſt emendatio,

Κομης δε πενθος λαγχανω πωλου δικην.

Verte, *Moerore vero efficior ex amiſſa coma inſtar equulæ.*

3. Μανδραισιν ἱππειαισιν] Atticiſmum magis ſapit codicum ſcriptura, ἱππειοισιν.

5. Σπασθεισα δ' εν λειμωνι ποταμιων ποτων] Σπασθεισα huic loco minime convenit; forſan legendum αφιθεισα.

6 — 9. Ita potius quatuor hoſce verſus reſtitui poſſe puto,

Ειδη σκιας ειδωλον, αυχαισθεισ' ὑπο
Κουραις ατιμως διαπεπρισμενην φοβην'
Κεινην αν οικτισμαν τις οικτειρειεν αν,
Οπαισιν αιχμαισιν οια μαινεται,

In verſu primo Ειδη eâdem formâ quâ præcedens Θειεδη. αυχασθεισα ſcriptura eſt codicum; conjecturam *Grotii* αγασθεισα alioquin parum commodam reſpuit metrum. In verſu tertio codicis *Medicei* ſcriptura eſt Κειναν αν unde facili negotio prodit Κεινην αν. Ιππον, quod in pleriſque codicibus ad finem verſus quaſi cauda appenditur, manifeſtum eſt gloſſema, ad explicationem vocis κεινην a quodam in margine appictum. In verſu quarto MSS. habent ιουσιν unde effecimus ὁπαισιν.

Διονυσου του Ταυροφαγου. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Ran. v. 360. *Suidas* voce Ταυροφαγον.

Ου τοισι παγκοσμιοισιν εξενιζομην. *Athenæus* Deipnoſ. lib. III. cap. 21.

προς την γαρ μεσην

Τραπεζαν, αμφι σπα και καρχησια. Ita enim legendum cenſeo apud *Athenæum* Deipnoſ. lib. XI. cap. 7. *Macrob.* Saturnal. lib. V. cap. 21.

Τυρω πελιδνη τας παρειας. *Pollux.* lib. IV. §. 141.

TYRO δευτερα.

Stobæi Florilegium p. 459.

Τις Ορνις ούτος εξεδρον χωραν εχων. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Aves v. 276.

ΥΒΡΙΣ ΣΑΤΥΡΩΝ.

Εδησεν εθελω·τον Δελφακα. *Athenæus* Deipnoſ. lib. XIV. cap. 21.

ΥΔΡΟΦΟΡΟΙ.

Πολυκοπον Αμφιτεστην. *Heſychius* voce Καινος. *Scholiaſtes* ad Noſtri *Antigon.* v. 1.

PHÆDRA.

In *Stobæi* Eclog. p. 133. Ita hos verſus conſtitui debere opinor,

Περιωσι' αφυκτα τι ionicus a minore dimeter catalectus
Μηδια παντοδαπων βουλαν heptheminieris dactylica
Αδαμαντιναις ὑφανται ionicus a minore dimeter hypercatalectus
Κερκισιν αισα dactylicus dimeter.

In

In *Stob.* Florileg. p. 245. Ερως γαρ ανδρας &c.] Hæc a *Clemente Alexandrin.* Stromat. lib. VI. p. 745. edit. *Potter.* *Euripidi* tribuuntur, ſed perperam, ut opinor; neque enim ſatis conſtat fabulam *Euripidis* ſub *Phædræ* nomine unquam exſtitiſſe.

Ibid. p. 287. v. 1. Ουτω γυναικος &c.] Malim Ουτω γυναικος.

3. Παθων δ' ἑκαστος ὠν τυχη λεγει] Lege juxta *Geſnerianam* τυχη.

Ibid. p. 321. v. 2. Γυναιξιν αισχρον εν γυναιξι χρη στεγειν] Codicum ſcriptura erat εν γυναικι, quæ quamobrem immutaretur cauſam nullam video.

Αποπλυσαι λογους. *Heſychius.*

Κυλαιτων κατω. *Heſychius.*

PHILOCTETES in Troja.

Οσμης μονον γ' ὡς μη βαρυνθησεσθε μου. *Priſcian.* lib. XVIII. p. 1169. edit. *Putſch.*

Μιλη βοων αναυδα και ραχτηεια. *Heſychius* voce Ραχτηεισις.

Δρυοπαγη σολον. *Heſychius.*

PHINEUS.

Βλεφαρον κεκλεισαι γ' ὡς καπηλειου θυραι. *Pollux* lib. VII. §. 193.

Ουδ' αν το Βοσπορειον ἐν Σκυθαις ὑδωρ. *Stephanus Byzant.* voce Βοσπορος.

Εξωμμαλωται και λελαμπρυνται κορας. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Plut. v. 635.

PHINEUS Δευτερος.

Αχαλκευτα πωματα. *Heſychius.*

PHOENIX.

Κυναρος ακανθα παντα πληθυει γυιν. *Athenæus* Deipnoſ. lib. II. cap. 28.

Φορβας γυνη. *Euſtathius* ad Homer. p. 1088. lin. 34.

PHRIXUS.

Οσια κελευθου τησδε γης πεμπασιας. *Stephanus Byzant.* voce Αςυ.

PHYLETIDES.

In Excerpt. Γερων γεροντα &c.] Hic verſus apud A. Gellium exſtat lib. XIII. c. 18. & ibi ſcriptus dicitur in Tragœdia *Sophoclis*, cui titulus eſt Φυλετιδες, quanquam in codicibus quibuſdam legitur Φιλοκτητης probantibus *G. J. Voſſio* & *Gatakero.*

INCERTA.

In *Stobæi* Eclog. p. 119. Θεου δε πληγην ουχ ὑπερπηδᾳ βροτος. Hic verſus *Sophocli* tribuitur a *Theophilo Antiocheno* lib. II. §. 9. p. 110. edit. *Wolf.*

125. Και ταυτα μεν τοιαυθ' &c.] Hi duo verſus exſtant in Noſtri *Electra* v. 698. 699. In p. autem 127. nihil *Sophocli* aſcriptum reperitur.

133. Fragment. I[mum]. Ita hos verſus conſtitutos malim,

> Κλυετε Μοιραι
> Διος, αἱ τε παρα θρονον αγχοταται
> Εζομεναι

143. Ita ſe habet corrupta veterum codicum ſcriptura,

> Χρονος αυ γηρᾳ ἁμα χραπερα τερμοσυνα βιου
> Πολλ' αν εὑρισκει σοφα μαιομενοις.

Quæ horum loco ſubſtituit *Grotius* & nimis longe ab hujus ſcripturæ veſtigiis recedunt, & alioquin minus ſatisfaciunt. Quem enim obſecro hîc ſenſum habere poteſt μνημοσυνα βιου? Ita forſan leviſſima mutatione facta hæc reſtitui poſſunt,

> Χρονος αυ γηρᾳ, μακρα τε
> Ατερμοσυνα βιου,
> Πολλ' αν εὑρισκοι σοφα
> Μαιομενος.

Verte, *Porro tempus per ſenectutem vitamque longe ultra terminum communem productam multa excogitaverit inveſtigans ſapienter conſtituta.*

In *Stobæi* Florileg. p. 3. Bina in hac pagina reperiuntur Fragmenta quæ a voce Ουτοι incipiunt, quorum primum in *Euripidis Andromacha* hodie legitur, alterum vero in omnibus *Stobæi* editionibus ex ejuſdem *Oedipo* excerptum diſerte dicitur.

27. Fragment. I[mum]. v. 2. Αλλ' ουδ' ἐρωντες εισορωσι παμφαη] Lege juxta *Geſnerianam* πάμφαη.

Ibid. Fragmentum II[dum]. Ως δυσπλαστον εστιν αμαθια κακον] Rectius, opinor, & ad veterem ſcripturam propius ita hunc verſum reſtitues,

> Ως εστι δυσπλαστον ἡ 'μαθια κακον.

Ibid. p. 63. Nihil hîc *Sophocli* aſcriptum legitur.

Ibid.

Ibid. p. 95. Fragment. II^{dum}. v. 2. Εν πυτ' αναγκη τῳ βιῳ γαςρος κρατειν] Vetus codicum ſcriptura erat Εντευθ' ὑπαρχει τῳ βιῳ, unde reponere malim Εντευθ' απαρχη τε βιε. Verte, *Ab imperio in ventrem inſtitutum auſpicantur.*

Ibid. Fragmen. III^{tium}. v. I. Διδασκαλος γαρ ευτελεια των σοφων] Lege codicum auctoritatem ſecutus ἡ 'υπολεια.

P. 97. Τι ταυτ' επαινεις; &c.] Hi quatuor verſus leguntur etiam apud *Clement. Alexandrin.* Pædagog. lib. II. p. 181. ed. *Potter.* Verſus etiam quartus cum tertii dimidio apud Plutarch. de Capiend. ex Inimic. Utilitate p. 89.

V. 4. Ακων ακουειν, οἱς ἑκων ειπεν κακως] Apud *Clement. Alexand.* pro οἱς ἑκων legitur ἁπερ ἑκων. Apud Plutarchum ubi ſupra pro ειπεν κακως, ειπε λογοις.

P. 107. v. I. Ut vitetur hiatus, legendum αἱ δ' ανωςεραι γ' ετι.

123. v. 4. Προς του παροντος ἱμερου νικωμενη] Legitur hic verſus in *Euripidis Danae* v. 19.

157. Ουτ' αν φιλον ποτ' &c.] Exſtant hæc in Noſtri *Antigone* v. 193 — 197.

165. Οπου γαρ οἱ φυλακτηρες ἡσσωνται τεκνων] Codicum ſcriptura erat οἱ φυλασσοντες, unde conjicere licet Poetam ſcripſiſſe οἱ κολασοντες.

169. Fragm. II^{dum}. Αναρχιας δε &c.] Exſtat in Noſtri *Antig.* v. 683.

483. Του ζην γαρ ουδεις ὡς ὁ γηρασκων ερᾳ] Hic verſus infra p. 489. ex Noſtri *Acriſio* excerptus dicitur.

485. Προμηθια γαρ κερδος ανθρωποις μεγα] Lege Προμηθια & vide *Valckenar.* ad *Euripid. Phæniſſ.* v. 1475.

487. Fragment. I^{mum}. Σμικρα παλαια &c. Exſtat in Noſtri *Oedipo Tyranno* v. 980.

Quinetiam alia quoque Fragmenta a *Grotio* omiſſa, Noſtro vero a *Stobæo* aſcripta in Florilegio reperies p. 29. bis. 37. 83. 239. ubi v. 7. pro πλευμονων legendum videtur πλευμονων.

In Excerptis p. 145. v. 1 — 9. Hi verſus leguntur apud *Juſtin. Martyr.* de Monarchia p. 159. edit. *Hutchin. Clement. Alexandrin.* Stromat. lib. v. p. 722. edit. *Potter.* & *Euſebium Clementem* exſcribentem in Præparat. Evangel. lib. XIII. §. 13. p. 684. edit. *Viger.*

V. 5. Φλεξει μανεισ'· ὁταν δ' αρ' ἐκλιπη το πυρ] Hic verſus e duobus diverſorum verſuum, quos inter intercedebant alia, hemiſtichiis concinnatus eſt, quod ex *Clemente,* & *Euſebio* patet. Ita igitur legendum,

Φλεξει μανεισα - - - - - -
- - - - - - ὁταν δ' αρ' εκλιπη το πυρ.

V. 7. Γη δενδρεων ερημος] Retinenda omnino eſt vulgata apud *Juſtinum* & *Clementem* ſcriptura Γη δ' ἑδραιων ερημος, *Terra vero manſionibus carebit.* Certe Ionicum illud δενδρεων e *Grotii* conjectura ortum, a Scriptore Attico proficiſci haudquaquam potuit, immo ne *Pſeudo-Sophocli* quidem imputandum videtur.

8. Πτερωτα φυλα βλαςαισει πυρουμενος] Apud *Juſtinum* legitur βαςασει, apud *Clementem* vero & *Euſebium* βλαστησει, quod elegantius judicat Reverendiſſimus *Potterus.* Sed elegantiſſimum ſit licet, certiſſime nullum hic per metri leges habere poteſt locum. Retinendum igitur eſt βαςασει, quod & ſententiæ magis idoneum videtur. Aeris enim eſt proprium volucres ſuſtinere, non item producere.

10. 11. Exſtant apud Plutarch de Audiend. Poet. Opp. p. 23.

12. 13. Exſtant apud Dionyſ. Halicarnaſſ. de Compoſit. Verbor. Opp. tom. II. p. 15. edit. *Hudſon.* ubi rectius & ex codicum auctoritate legitur καρχαρευμασι.

14. 15. Exſtant apud Plutarch. de Audiend. Poet. Opp. 16.

Ibid. p. 147. v. 4 — 8. Exſtant apud Plutarch. de Audiend. Poet. Opp. p. 21.

V. 9 — 12. Exſtant apud Plutarch. de Audiend. Poet. Opp. p. 21.

13. Exſtat apud eundem ibid. p. 27.

15. Εν χειρι θηγει, εν τεχει δ' αμβλυνεται] Hic verſus cum præcedente exſtat apud *Scholiaſtem* ad *Euripid. Oreſt.* v. 490. Quanquam autem activa pro paſſivis non raro uſurpare ſolent Scriptores Attici, at in hoc verſu tamen vel ipſe hiatus ſatis indicat omnino legendum eſſe,

Εν χειρι θηγετ' εν τεχει δ' αμβλυνεται.

16 — 23. Hi verſus leguntur apud Plutarch. in Vita Demetrii p. 911.

24 — 27. Ex hexametris bonis anapæſticos non bonos fecit *Grotius.* Ita vera ſcriptura ex *Clemente Alexandr.* Stromat. v. p. 726. edit. *Potter.* poſtliminio eſt reducenda,

— ουδε θεοις αυθαιρετα παντα πελονται
Νοσφι Διος, κεινος γαρ εχει τελος ηδε και αρχην.

28 — 30. Exſtant apud *Clement. Alexandrin.* Stromat. v. p. 659. edit. *Potter.* & Plutarch. de Pythiæ Orac. Opp. p. 406.

31. Προς δ' οἱον ἡξεις δαιμον' ὡς αρηγοτα] Propius veſtigia receptæ lectionis accedes, & ſententiam luculentiorem efficies reſcribendo,

Προς δ' οἱον ἡξεις, ει γ' ερωτας, δαιμονα —

P. 149.

P. 149. v. 4 — 12. Leguntur hæc apud *Juſtin. Martyr.* Cohort. ad Græcos. §. 17. edit. *Hutchin.* Eundem de Monarch. §. 3. edit. *Hutchin. Clement. Alexandr.* Cohort. ad Gent. p. 63. Eundem Stromat. lib. v. p. 717. *Euſebii* Præparat. Evangel. xiii. p. 680. *Cyrill.* contr. *Julian* lib. I. p. 32. edit. *Spanheim. Theodoret.* Curat. Græcar. Affection. Serm. vii. Opp. tom. iv. 590. edit. *Sirmond. Joann. Malalam* Chronogr. p. 47. edit. *Oxon. Georg. Cedren.* Hiſtor. Compend. p. 46. Primi autem duo verſus etiam apud Athenagoræ Legat. §. 6.

V. 8. Πημάτων πειρ...ψυχας] Verius videtur πειρ...ψυχην quod legitur apud *Juſtin. Martyr.* in Cohort. ad Græcos. *Clement. Alexandrin.* utroque loco. *Euſebium, Cyrillum, Theodoretum,* & *Cedrenum.*

12. Τευχοντες] Elegantius &, ut puto, verius legitur ςιφοντες apud *Clement. Alexandrin.* in Stromat. *Euſebium* & *Theodoretum.* Apud *Clement. Alexandr.* in Cohort. ad Gent. legitur Νεμοντες.

13. Legitur apud *Heſychium* voce Δαις.

14. 15. Leguntur apud Plutarch. Conſolat. ad Apollon. Opp. p. 107.

16. Legitur apud *Achillem Tatium* Iſagog. ad Arat. cap. I. Ita autem potius metra conſtituenda puto, veſtigia vulgatæ ſcripturæ preſſius legendo,

προσκυνει δε πας
Τον * * * ςτιφοντα κυκλον ἡλιου.

17. Exſtat apud Plutarch. in Artaxerxe pag. 1025. juxta quem legendum ὑδατηγει.

18. Pertinet ad *Nauplium* Πυρκαια.

19. 20. Exſtant apud *Athenæum* Deipno. lib. 15. p. 688.

21. 22. Lege veſtigiis veteris apud *Athenæum* ſcripturæ inſiſtens,

ὡς αρα το προς βιαν πεσ.

23. Ad Αιχμαλωτιδας pertinet.

24. 25. Exſtant apud Plutarch. Præcept. Conjugial. pag. 141. In verſu autem altero pro τι malim γε.

26. 27. Exſtant apud Plutarch. Quæſtion. Roman. p. 280.

30. 31. Hi verſus una cum primo paginæ ſequentis leguntur in Noſtri *Antigone* v. 323. 324. 325. quod ſi reſciviſſet *Grotius*, conjecturam ſuam proculdubio compendifeciſſet.

P. 151. v. 4. 5. Exſtant apud Plutarch. in Diſquiſit. An Seni ſit gerenda Reſpublica Opp. p. 792. & de Occulte Vivendo p. 1129.

V. 5. Χρονῳ δ' αμαυρα πανθ' ... γηρας] Verte, *Tempore vero deſerta ruit domus.* Vide *Gatakeri* Adverſar. Opp. p. 567. 568.

Ibid. v. 7. Exſtat. apud Philon. liber Quiſquis virtuti ſtudet, Opp. tom. II. p. 448. edit. *Mangey.*

8. 9. Exſtant apud Plutarch. in Cleomene p. 795.

11. 12. Exſtant apud Ciceron. Epiſt. ad Attic. lib. II. Epiſt. 16. & Longinum §. 3.

13. Exſtat apud *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. Ran. v. 193.

14. Exſtat apud *Zenobium* Proverb. Cent. II. 14.

15. Exſtat apud Plutarch. de Oracul. Defect. pag. 417. ubi rectius legitur αὐτων, non αὐτην.

16. Exſtat apud Plutarch. de Oracul. Defect. p. 414. ubi ad vitandum hiatum legendum potius θεοι δ' αρ' ου. *Gatakerus* autem Adverſar. Poſthum. cap. x. Opp. p. 506. cenſet Plutarchum ſententiam tantum *Sophocleam* verbis propriis reddidiſſe, ipſa autem *Sophoclis* verba conſervaſſe Philoſtratum Vit. Apollon. lib. vii. cap. 7. quæ hujuſmodi ſunt,

μονοις ου γιγνεται
Θεοισι γηρας, ουδε μην θανειν ποτε·
Τα δ' αλλα συγχει πανθ' ὁ παγκρατης χρονος.

19. Κολλατ' εαν πεπακται εις αμφοιν μεσον] Ita potius hunc verſum legi malim,

Κολλωτ' αν ει πεπακται γ' εις αμφοιν μεσον.

23. Legitur in Etymolog. Magn. voce Αζωος, & apud *Scholiaſt.* ad Nicandr. & apud *Scholiaſt.* ad Theocrit. Idyll. vii. v. 76. Apud Etymologum autem legitur Αμμιας βοος, forſan non male. Illum videſis, & *Iſaac. Voſſium* ad Melam lib. II. cap. 2. p. 160. qui hanc lectionem contra *Salmaſium* propugnat.

27. Ισομοιρος ἐστ αιγειρου] Forſan legendum eſt, coli nota poſt αιγειρου interpoſita,

Ισομοιρος ἐστιν αιγειρου,

Similis ſors eas (id eſt, opes) *manet ac populum bene corticatam*; *vitam perdunt*, id eſt, pereunt ac diſſipantur, *ſicut arbor iſte folia perdit.* Senſum forſan hujus loci minus ſum aſſecutus. Interpretationi enim meæ non valde confido; ſed condonandus eſt error in Fragmento perparvo, & ſententia forte etiam imperfecta.

29. 30. Leguntur apud Plutarch. Adulator. & Amic. Diſcrim. Opp. p. 74.

P. 153. v. I. Αλλ' εγγυς Εκτωρ ἐστιν, ου μενειν καλον. Hic verſus cum præcedente leguntur apud Plutarch. de Adulator. & Amic. Diſcrim. Opp. p. 74. ex cujus ſcriptoris codd. MSS. veram ſcripturam revocavit *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 723.

Αλλ' εγγυς Εκτωρ ἐστι, θυμαινειν καλον.

Ibid.

Ibid. v. 3. Πως δητα τλαση πραγμ' ὑπεξελθειν τοδε] Verte, *Quomodo quæſo animum ita obfirmabis ut tormentum hoc ſuſtineas?* Interpretatio *Grotii* & a verbis & a ſententia Poetæ prorſus aliena eſt.

6. 7. Leguntur apud Plutarch. in Pompejo, p. 661.

8. Legitur apud *Clement. Alexandrin.* Pædagog. lib. III. p. 286. edit. *Potter.* Simile quiddam exſtat etiam inter *Euripidis* Fragmenta *Antiop.* v. 4. edit. *Barneſ.*

9. 10. Leguntur in Noſtri *Antigone* v. 662. 663.

11. 12. Leguntur in Noſtri *Antigone* v. 923. 924.

13. Legitur apud *Athenæum* Deipnoſ. lib. II. p. 40.

14. Legitur apud *Achill. Tatium* Iſagog. ad Aratum, cap. I.

Addenda.

Αει γαρ ευ πιπτουσιν οἱ Διος κυβοι. *Schol.* ad *Euripid. Oreſt.* v. 602.

Παιδας γαρ οἷς ἐφυσ' αναλωτας εχει. *Schol.* ad Ejuſd. *Medeam.* v. 33.

Ευφημιαν γαρ πρωτα κηρυξας εχω. *Scholiaſt.* ad Ejuſd. *Medeam* ibid.

Ορθως δ' Οδυσσευς ειμ' επωνυμος κακοις,

Πολλοι γαρ ωδυσαντο δυσσεβεις εμοι. Vita *Sophoclis* anonymo auctore ejus Tragœdiis præfixa in edit. *H. Stephani* pag. 2. col. 2. lin. 1. 2.

Ως χαραι' ὑφερπει δακρυον εκκαλουμενη. *Scholiaſtes* ad Homer. Odyſſ. T. v. 471. & *Euſtathius* p. 707. l. 7. Sed verſus hic *Æſchyli* eſt in *Agamemnone* v. 278. ubi ita legitur,

Χαρα μ' ὑπερπει δακρυον εκκαλουμενη.

Εδεξατην μοι τωδ' ηπειρω μολειν. *Scholiaſtes* ad *Æſchyli Perſ.* v. 181. Claudicat autem metrum & τωδ' numero duali poſitum priorem habet longam. Forſan reponi poteſt τωδε γ' ηπειρω.

Σχολαιοι πολλοις εις σοφος διολλυται. *Stobæi* Florileg. p. 13.

Ζευ ανοτε ανωθε Νικομαχαν και Πονσανιαν και Ατρειδαν. *Schol.* ad *Ariſtoph.* Nub. v. 1162. Apud *Suidam* voce Λυσανιας hæc paullo minus corrupte ita leguntur Ζευς νοσον αγει τιν Νικομαχαν &c. Forſan reponi poteſt,

Ζευς νοσον αγοι τον Νικομαχον και Πονσανιαν κ' Ατρειδαν.

Χρυση μακελλη Ζηνος εξαναστραφη. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Av. v. 1240.

Περι πετραις Ελυμαιαις. *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Pacem v. 1126.

Ως αν Διος μεγιστον εκηθη χαρα. *Suidas* voce Τοξοτικον, & ita legendum apud *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. Lyſiſt. v. 8.

Αυτω γαρ, ει και των τελων ἐν οιστειαι. *Scholiaſtes* ad Pindar. Olymp. A. v. 97.

Χορος γαρ οὑτος εστι ενθρωπων φρενων,

Οπου το τερπνον και το πικαινον φυει.

Δακρυρροει γουν και τα και τα τυγχανων. *Scholiaſtes* ad Pindar. Pyth. Δ. v. 213.

Ω

Γη και Πειραια χαιρε, συγγονον θ' ὑδωρ,

Υπερεια κρηνη, ναμα θεοφιλεστατον. *Scholiaſtes* ad Pindar. Pyth. Δ. v. 221.

Ηδη γαρ ἑδραν Ζευς ευ εσχατω θεων. *Scholiaſtes* ad Pindar. Neme. I. v. 57.

Ω πρεσβα λοιβης εστια. *Scholiaſtes* ad Pindar. Neme IA. v. 5.

ἐς πυρκαιαν

Στειχων αναμετρουντα κισσδαλων ὁδον. Hypotheſis ſecunda ad Pindari Iſthmia.

Μετ' εις σοφιστην ερων. *Scholiaſtes* ad Pindari Iſthm. E. v. 36.

Ωνην εθου και πρασιν ὡς Φοινιξ ανηρ

Σιδωνιος καπηλος. *Scholiaſtes* ad Pindar. Pyth. B. v. 125.

Την τουδε γαρ τοι Ζευς εγημε μητερα,

Ου χρυσομορφος, ουδ' επημφιεσμενος

Πτιλον κυκνειον, ὡς πορπη Πλευρωνιαν

Υπημβρυωσεν, αλλ' ὁλοσχερης ανηρ.

Ταχυς δε βαθμοις νυμφικοις επισταθη

Ο μοιχος

Ο δ' ουτε δαιτος, ουτε χερνιβος θιγων,

Προς λεκτρον ειχε καρδιαν ωδαγμενος,

Ολην δ' εκεινην ευφρονην εθρυπτετο. Exſtant apud *Clement. Alexandrin.* Stromat. lib. v. p. 716. edit. *Potter.* & *Euſeb.* Præpar. Evangel. lib. XIII. cap. 13. pag. 680. edit. *Viger.* apud quem in verſu ultimo rectius, ut opinor, legitur εθρυπτετο.

Ηελιος οικτειρειε με

Ον οἱ σοφοι λεγουσι γεννητην θεων

Και πατερα παντων. Vita Arati p. 151. edit. *Petav.* qui hæc ita ex conjectura emendavit & ſupplevit.

Ψακαλουχοι μητερες. *Euſtathius* ad Homer. p. 777. 62.

Υδωρ τευμεσιον. Idem p. 881. 22.

Κρητη ιοεσσα. Idem ibid.

Φιλαυλοις Μουσαις. Idem p. 11.

Ει μεν τις ουν εξεστιν, ει δε μη, λεγε. Idem. p. 66.

— φρονειν γαρ οἱ ταχεις ουκ ασφαλεις. Idem p. 127.

Υψου δ' αιρει θυμον

Οιδιπους εν λυπαις. Idem. p. 143.

Θηβας λεγεις μοι, τας πυλας ἑπταστομους,

Ου δη μονη τικτουσιν αἱ θνηται θεους. Dicæarchus Βιος Ἑλλαδ. p. 16. edit. *Hudſon.*

Ορκους εγω γυναικος εις ὑδωρ γραφω. Hellad. Chreſtomath. p. 4. edit. *Meurſii.*

Τυμβω γαρ ουδεις προς ανθρωπων φιλος. S. Maximus in editione *Stobæi Wechel.* p. 877.

Ως μητε χρουσης μηθ' ὑπο χειρα βαλης. *Harpocration* voce Παρεγχεουντα.

Δακρυρ

Δαφνην φαγων οδοντ' επειτ το ϛομα. *Scholiaſtes* ad Heſiodum p. 234. b. edit. *Heinſ.*

Ευκαρπος Κυθερεια. Plutarch. Præcept. Conjugial. pag. 144.

Οταν τις ᾄδῃ τον Βοιωτιον νομον. *Zenob.* Proverb. Cent. II. 65.

Το θερμον του οβελου. Idem Cent. VI. 19.

Ακων δ' αμαρτων ουτις κακος. Idem Cent. II. 28.

Προς ἀτηρ αρ' οἱ μαργωντες εντονωτατοι. Plutarch. de Profectu in Virtute Opp. p. 84.

Τα μεν διδακτα μανθανω, τα δ' ευρετα

Ζητω, τα δ' ευκτα παρα θεων ητησαμην. Idem de Fortuna p. 98..

Οι γ' αυλοι κωκυτοισιν, ου λυρα, φιλοι. Ita enim legendum exiſtimo apud Plutarchum de Ει apud Delphos Opp. p. 394.

Μουσομανει δ' ελαφθην αν, και τῳ ποτι διρχαν ερχομαι δ' εκ τε λυρας εκ τε νομων. Plutarch. Non poſſe ſuaviter vivi juxta Epicurum Opp. pag. 1093. Corruptiſſima ſunt hæc, conjecturis vero, quandoquidem circa Fragmenta tam puſilla incertiſſimæ ſint neceſſe eſt, lubens ſuperſedeo, peritioribuſque lampada trado.

Ω θεοι τις αρα Κυπρις, η τις

Ιμερος τουδε ξυνηψατο. Plutarch. in Timoleonte pag. 253.

Πολλων χαλινων εργον οιακων θ' ἁμα. Plutarch. in Alexandro p. 667.

Οτῳ δ' ερωτος δηγμα παιδικου προσῃ. Plutarch. de Profectu Virtut. Opp. p. 77. & Sympoſiac. lib. I. p. 619. Vide *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 386.

Ουδ' ὁσον ανδονις ὑπνωσσουσιν. *Suidas* voce Ανδων.

Ποιμεσι

Κρυμον φερων γναθοισιν εξ αμφημερου. *Suidas* voce Αμφημερον.

Ανταρης

Νυκτερις οψεσι. Idem voce Ανταρης, quæ Dorice pro Αντηρης ponitur. Vide notas noſtras ſupra ad *Electr.* v. 89. & ad *Euripid. Electr.* v. 498. & Verte, *Ei oppoſita Minerva noctuæ oculos habens.*

Γυνη γαρ οξυθυμος, ὡς δ' αὑτως ανηρ

Ρᾳων φυλαττειν η σιωπηλος ανηρ. *Suidas* voce Αξιος λαβειν. Reponendum autem in verſu ſecundo πελει vel ſimile aliquid pro ανηρ cum *Pearſono* cenſeo.

Καλλιϛα τευχη δ' εν χαλκοισι σαγμασι. Idem voce Σαγμα.

Μη ψευσον ω Ζευ της επιουσης ελπιδος. Idem voce ψευσον. Vide Epilogum ad noſtras in *Euripidem* notas.

Θαυμαστα γαρ το τοξον ὡς ολισθανει. Idem voce Ως.

Πρωτον μεν οψει λευκον ανθουντα σταχυν

Επειτα φοινιξαντα γογγυλον μορον. *Athenæus* Deipnoſ. lib. II. cap. II.

Και βοτρυς αρτυματα. Idem lib. II. cap. 26.

Χορος δ' αναυδων ιχθυων επερροθει

Σαινουσιν ουραιοισι την κεκτημενην. Idem lib. VII. cap. 2.

Διψωντι γαρ τοι παντα προσφερων σοφα

Ουκ αν πλεον τερψειας η πιειν διδους. Idem lib. X. cap. 9.

Ως ουδεν εστι ρημα συν κερδει κακον. Idem lib. III. cap. 35.

Οψις γαρ ωτων κεντηκωτερα πελει. *Scholiaſtes* ineditus in Homer. Vide *Valckenar.* ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 1554.

Σεμνα της σης παρθενου μυστηρια. *Heſychius* voce Σεμνα.

Σειριου κυνος δικην. *Heſychius* voce Σειριου.

Σιλφιου λειμων. *Heſychius.*

Εισεπιφορος εις τον πηλον. *Suidas* & Etymolog. Magn. voce Καπηλος. Et vide *Gataker.* Adverſ. Poſthum. cap. 5. Opp. p. 446.

Μαρειτις αλοιμος. Etymolog. Magn. voce Αλοιμος.

Τευχει κελυφθεις Θεσσαλικης ἀπηνηιδος. Idem voce Απηνης. ubi *Valckenar.* quidem ad *Euripid. Phœniſſ.* v. 328. reponendum conjicit Θεσσαλιδος, ſed nulla opus eſſe videtur immutatione; ubicunque enim nominis proprii uſus poſtulat, ab anapæſto in ſede etiam ſecunda & quarta non abſtinent Poetæ Attici.

Εχω δε χερσιν αγραν βελαχον. Etymolog. Magn. voce Βελαχος.

Εχε το δελεπον. Idem voce Δελεπον.

Οιος γαρ ἡμιν δημοκοινος οιχεται. Idem voce Δημοκοινος.

Το δ' εγχος εν ποσιν κυλινδεται. Idem voce Εγχος.

Τετραπτεροι γαρ τουτον εν διοιμωμασι

Σφηκοι μελαμπρεπεις. Idem voce Εσφηκωμενον.

Πολυς δε πηλος εκ ποθων τορβαζεται. Idem voce Καπηλος.

Γραμμα κηρυκειον. Idem voce Κηρυκειον.

Μυρῳ λευγαλεῳ. Idem voce Λευγαλεον.

και μολιβος ὡστε δικτυον

Κατεχε. Idem voce Μολιβος.

Προς ναρα δε κρηναια χωρουμεν ποτα. Idem voce Ναρον.

ἱζεις δε τοι

Ου πωποθ' ἡβης εις το σωφρον ἱκετο

Αλλ' εν νεοις ανθει τε και φθινει παλιν. Idem voce Νεικος, ubi hæc corrupte leguntur.

Θελοιμι πηλον οργασαι. Idem voce Οργαδα.

Περσηλθε μητρι και φυταλμιῳ πατρι. Idem voce Φυταλμιος.

Εις Αιαν πλεων. *Stephanus Byzantinus* voce Αια.

Εστι τις Αια Θεσσαλων παγκληρια. Idem ibidem.

Τι μελλετ' Αρτακεις τε και Περκωσιοι. Idem voce Αρτακη.

Ανακτορειον της δ' επωνυμον χθονος. Idem voce Ανακτορειον.

Ορθοκραιρας φρικη. Pollux lib. II. §. 31.

Τας Εκαταιας μαγιδας δορπων. Idem lib. VI. §. 83.

Ο γαρ φρονων ευ παντα συλλαβων εχει. *Apoſtol.* Proverb. Cent. XIV. 10. Apud *Stobæum* autem in Florileg. p. 17. edit. *Grot.* verſus hic Chæremoni tribuitur.

Οθεν κατειδεν την βεβακχιωμενην
Βροτοισι κλεινην Νυσαν, ἣν ὁ βουκερως
Ιακχος αὑτῳ μαιαν ἡδιστην νεμει,

Οπου τις ορνις ουχι κλαγγανει. Strabo lib. XV. p. 1008. edit. *Almelov.*

Idem lib. VII. p. 452. περι της Ωρειθυιας, ὡς αναρπαγεισης ὑπο Βορεου κομισθειη

Υπερ τε ποντον παντ᾽ επ᾽ εσχατα χθονος,
Νυκτος τε πηγας, ουρανου τ᾽ αναπτυχας,
Φοιβου τε παλαιον κηπον.

INDEX

INDEX

AD NOTAS IN SOPHOCLEM.

A

ACcuſativus duplex non raro apud Atticos eidem verbo ſubjungitur 63
Αγαν ult. interdum prod. interdum corr. 80
Αγηλατειν 29 b
Αγνωμονα 74
Αδαμας prim. prod. 28
Αδοκητον prim. prod. 58 b
Αειδω } Αηδων } prim. prod. poſſ. 21
Αελλοποδων ſecund. corr. poteſt 30
αμφι σε Αζομενος 27
Αι dipthong. quando elid. 10 — 84 — 89 b
Αιματοειν 47 b
Αιολας 91
Αιολου 10 b
Ακελευστος 12
Ακορεστον penult. corr. poteſt 14 b
Ακταν παρα βωμιον 27 b
Ακτης ult. prod. 44
Αλαστορεις 51
Αλητης 88
Αλημα 5 b
Αλιτηρου 59
Αλλα τον 47 b
Αλλακοτῳ prim. corr. 91
Αλογως 57
Αλωσεται 62
Αμεμπτοις πεμψον 92 b
Αμεινον 10
Αμοι prim. prod. 71 b
Αμιλλητηρας πωλοις 52
Αμον pro εμον prim. prod. 16

Αμπλακητος } Απλακητος } 30 b — 71
Αμφιγυοι 74
Αμφιδεξιοις ακμαις 36 b
Αμφιλοφον ζυγον 46
Αμφιπνω 46 b
Αμφιρυτου antepen. corr. 2 b
Αμφιχανων 44 b
αν particula comite, infinitivus aoriſti primi ſæpe pro futuro uſurpatur 39
Αναγκαια τυχη } Αναγκαιον ημαρ } Αναγκομεναρχος } 6 b
Αναγκαν 33 b
αγνωτ᾽ Αναμνησω νιν 35 b
Ανακαλουμενῳ 87
Ανασπαομαι 53 b
Αναπαυειν cum genitivo rei, perſonæ vero accuſativo jungi ſolet 62 b
Αντι prim. non prod. 16
Ανεχειν 5
Αντιαω genitivum vel dativum, nunquam accuſativum regit 51 b
Αντηρεις 4
Αντι 64 b
Αντιτυπος 44 b — 86
Ανυμφευτον γοναν 51 b
Αοκνον 77
Αολλεις ες μεσον 74 b
Aoriſtus ſecund. forma potent. poſ. ut plurimum temporis futuri ſignificationem habet 36 b
Απαι ρυτηρος 61 b
Απελωθης 54
Απηξαν 6

I N D E X.

Απιστω 92
Απ' Οιδιπου 43
Απολις 46 b
Αποκλαυσειν 86
Αποπημον prim. prod. 28
Αποτομον prim. prod. 33 b
Αρκειν accuſativum rei eleganter regit 6 b
Αρπαζειν 2
Αρχην adverbialiter uſurp. 44
Ασκοποι πλακες 67 b
Ασκοπον πελαγος 2
Ασμενος 70
Ασσον cum genitivo conſtruitur 58 b
Ατιμης πετραια βλαστα 50
Attici accuſativum pro nominativo ponere ſolent 11 b
Attici poetæ a literarum geminatione metri cauſa non omnino abſtinent 54
Attici maſculina adjectiva ſubſtantivis fœmininis non raro jungunt 76 b
Attici ειν pro εν non agnoſcunt 54
Αυλωπας 70 b
Αυταρκει βορα 62
Αυτογεννητα κοιμηματα 50
Αυτογνωτος οργα 50 b
Αχεων 15
Αχνη 77

B

Βαλων } 59 b
Βαλλειν βροχω — στεφανοις }
Βλεποντα 14

Γ

Γαιαοχον 27
Γελω εν σοι 47 b
Γενεα 50 b
Genitivus abſolute poſitus 72 b
Γεννητα mediæ formæ poteſt. habet 11
Γηνιδος 45 b
Γληνος 49 b
Glycônius πολυσχηματιστος a diſpondæo rite incipit 71
— in hoc metri genere diſpondæum vel epitritum quemvis pro lubitu in prima ſede, in ſecunda vero etiam choriambum ponere licet 90 b

Δ

Δεδορκοτα 14
Δειλαιος 54
Δεινα 45 b
Δεινον αυτην 92
Δεξιοσειρος 45
Δημια κοιλα 77 b
Δημιουργειον 6 b
Δηλοι 9 b
Δηλον 10
Διαστομειν } 61 b
Διστομειν }
Διηνεμον 73
Διοισεται 6 b
Dipthongus finalis in omni voce pluſquam monoſyllaba ſequente vocali brevi vix eliditur except. Dipthong. αι in fine verbi 10 — 84
Dipthongus in μοι & ſimil. monoſyl. ſæpe eliditur 86 b
Διωλεσα 28 b
Δολοποιος αναγκα 76 b
Δουλειαλωτον 5
Δυντες λιθοσπαδη 54
Δυσημερον 48
Δυσνοειστον 37 b

E

Εγγεινας 36 b
Εγχαρπα 72 b
Εγχος 79 b
Εδεξαμην το ενθεν 18
Ειν pro εν non agnoſcunt Attici 54
Ειν de terminatione hac Attica vid. 20 b
Ειναι pro δυνατον ειναι 8 b
Ειργου 61
Ειργω genitivum regit 43 b
Εισηλατο 55 b
Εκκεκηρυχθαι nunquam active ſumitur 43 — 45 b
Εκλειποντι 84 b
Εκλυειν 6 b
Εκτετιμαι 27
Ελα 30
Ελελιχθων } 45
Ελελιζων }
Ελευθερον ημαρ 6 b
Eliſio augmenti & vocalium 18 b
Ελλαδος adjective poſ. 18 b

Ελπις

I N D E X.

Ελπις 33
Εμβαλλειν φιλον αιτιᾳ 32
Εμελλ' 84 b
Εμπληκτοι 12 b
Εμποδιζονται 84 b
Εναγη 31 b
Εν γε μοι idem valet ac ὅσον εν εμοι γ' εστιν 57
Ενδοθεν 8 b
Ενηλλακται 5
Ενθα περ 85
Εξ præpoſitio in compoſitione notionem compoſiti interdum non mutat, ſed intendit tantum 84 b
Εξ ſemper genitivum nunquam dativum regit 54
Εξαιρουμεθα 74
Εξηκειν participio junctum 40
Εξηυχουν 46 b
Εξικετευσε ſecund. prod. 32 b
Εξομιλος 78
Επι adverbialiter uſurp. 49 b
Επιδαμιον φατιν 30 b
Επινικια 18 b
Εργομαι 33 b
Ερεβος 48
Ερειπι' Αθηνων 56 b
Εεννεις liquida non geminata, & ſecunda brevi 14 b
Ερκιος Ζευς 47
Εσσομαι duplicato ſigmate 19 b
Ετι 2 b
Ευθυ 36 b
Ευκεστητος 47
Ευλαβηθηθ' 26
Ευνις 74 b
Ευεινος 2
Εφαγνισαι 45
Εφορμων 61
Εχετε το πραγμα 87
Εχθιστων 45
Εχρησατ' αν 26 b
Εχω 83

Z

Ζευς Ερκιος 47

H

Ηγεισθω 52 b
Ηιδειν 30
Ημιν ultim. corr. 5
Ηνεμοεν 46
Ηνικα hujus adverbii uſus 71 b
Ηντινα pro τινα 4
Ητ' pro ητοι 4

Θ

Θακος 56
Θεν ad finem vocis 78 b
Θεοι εγγενεις 16 b
Θερμα 79 b
Θεων 9 b
Θεωρια 40
Θρασεις 20
Θρονον ευκλεα 27
Θυματων prim. nequaquam corr. 78 b

I

Iambicus verſus in prima ſede æque dactylicum ac choreum admittit 55
Ιλιων χαματων 27 b
Ιθι 84 b
Ικαριων prim. prod. ſecund. corr. 8
Infinitivus aoriſti primi comite particula αν ſæpe pro futuro uſurpatur 39
Ionicus a majore æque a pæone ſecundo ac ab ionico incipit 78
Ιππομανη 3
Ιστε 32 b
Ιφιανασσα prim. prod. 15

K

Καθηγεισαι 52 b
Κακιον 30
Καλον eandem vim habet ac εν καλῳ, εγκαιρον 91
Καλως πραξαιμεν 45 b
Κἀπιλυσαιτ' 55
Καταρρηγνυσι 49
Κατεκτα 55
Κατονειζει 76 b
Κενης 10 b
Κηκις 52
Κλιμακες 74 b
Κλυτεις 5 b
Κονιζειν 12 b

Κρεττω

I N D E X.

Κερτα 89
Κερτομεωσι 59
Κηρυττεται paſſive uſurp. 7 b
Κτισειν 24
Κτησις {βιοτος, ζωης} 75 b
Κτυπος αστων 92 b
Κυριος 58 b
Κυρος 20

Λ

Λακπατητον αντιτυπον 54 b
Λεχος 54 b
Λεχεια 55
Λεγεος 52 b
Λιπαρει χερι 22 b
Λογῳ 56 b
Λυει 20
Λυειν κιλαινα βλεφαρα 54 b
Λυπειν λυπημα 74 b

M

Maſculina adjectiva fœmininis ſubſtantivis non raro apud Atticos junguntur 76 b
Μακρον adverbialiter poſ. 82
Ματαιον 75
Μιγαδιδης prim. prod. 97 b
Μελλειν 47
Μελλω πρασσειν 69
Μελλονυμφος 72
Μη ſequente vocali non corr. 17
Μοιρα καθηκεια 23
Μονοστολον 28

N

Νεαρος penult. corr. 59 b
Νεμειν φιλοις τιμας 8
Νεῳ ξυν μορῳ 54
Νηλεα γενεθλα 27 b
Νιν 18 — 36 b — 37 b — 47 b
Nominativus pro vocativo ſæpe apud Atticos pon. 65 b
Νομισμα 45 b
Νυμφευειν, Νυμφευεσθαι 49
Νωπηι 28

Ξ

Ξενων 61
Ξυναλλαγας 77
Ξυναλλαξας 35 b
Ξυμφορας ξυνθημ' εμας 56
Ξυνεμπορον 73
Ξυντετμημεν penult. corr. poteſt 12 b
ω Ξυνετας 59 b

O

Οια — Subſtantiva in οια deſinentia ultimam interdum corr. interd. prod. 73
Οιδιποδα 30 b
Οικτος 67
Ολολυζειν 72
Ομοσπορον 28 b
Ομου 91 b
Οξυτορῳ χαλινῳ 44
Οργη 11 b — 29 — 46 b — 50 — 51
Ορθιων κηρυγματων 18 b
Ορθως eadem qua αληθως notione ſæpe uſurpatur 65
Ορθουμενων 49
Οτοτοτοι 22
Ουδε in principio ſententiæ ſtare non poteſt 64 b
Ουρος, Ουριζειν 37 b — 86 — 87 b
Οχηματα, Οχοις 19

Π

Παμμηνῳ 19 b
Πανημερος 75 b
Παντᾳ 75 b
Παντελεις 52
Παρειρω 46 b
εν Παρεργῳ 84 b
Παρεστωσι 61 b
Participium maſc. generis ubi de fœmina ſermo, rite uſurpatur 51 b
Πειρα 1
Πεμψον αμεμπτως 92 b
Πεπειρανται 75
Περιπολοις 53
Πεφασμαι 3
Πη 84 b
Πηγαι 59 b

Πινδαρ

INDEX.

Πινδαρ 55 b
Ποικιλαις αυδωμενου 82 b
Πορσυνων πραγμα μεγα 18 b
Ποταμιων ταφων 50
Ποτε 70
Πραξις 9
Πραττειν 19 b
Προδρομον 44
Προπετης 78
Προσλαβε 79 b
Προσουρος 86
Προς adverbialiter 49
Προστακαις 76 b
Προς τι λεξων eſt τι προσλεξων 56
Προσφωνουμεθα paſſive uſurp. 72 b
Προπεμπτης 21 b
Πτυσσεις προσωπῳ 54
Πωλων αμβατης 62

P

P. 3 — 33 — 49
Ριπτει τυχαι }
Ριπται } 64
Ρυσιον 61 b

Σ

Σεισιον ιππον 19
Σιγαν { χρονον / λογους } 78
Σοι παρελκει 2
Στατον υδωρ 86 b
Στιξαντις }
Στριξαντις } 25
Στολος 83 b
Συγκομιζεται 60
Συναλλαττειν 59
Σφαγια 5
Σφαγιον επ' ολεθρῳ 54 b

T

Ταδ' ult. prod. 14 b
Ταλαινα 67 b
Ταν Doricum corr. pot. 22
Ταχα 40
Τιμα priorem nunquam corr. 7 b

Τεκμαιρομαι 99
Τελουμενος 74 b
Τοι Doricum reſpuit ſermo Atticus 21 b
Τοιαυτη νουν 20 b
Τουτο pro δια τουτο 7 b
Τραχειας }
Τραχεος } prim. prod. 73 b
ες Τριβας ιλα 35 b
Trochaicum metrum ſpondæum locis imparibus nunquam admittit 6
Τρωιαν penult. corr. poteſt 11 b
Τροφη 58 b
Τυραννα δραν }
Τυραννος ειναι } 31
των pro τουτων 60 b

Υ

Υγρον αγκαινα 54
Vocalis ante duplicem ν ut ante duplicem λ forſan corr. poteſt 15
Vocalis brevis ante κ τ ρ corr. poteſt 21
Υπεζυγην 2
Υπερθεν 68 b
Υπερπονεις 68 b
Υποβλητον }
Υποβαλλομενοι } 6 b
Υποδεισαντες 3 b
Υποπτιαν ανδρα 82 b
Υφαλον 48
Υφημιν 47 b
Υψιπολις 46 b

Φ

Φαμα 27
Φιλος 21 b
Φρενουν 70
Φροντιν 73
Φρονει 68 b
Φρουρειν σημα 82 b
Φυλαξομαι 20 b — 82
Φυτευει prim. corr. 48 b

X

Χειμαζομενῳ 92 b
Χειρι τοιαυτῃ 26 b

Χλωρη

INDEX.

Χλωρη 77
Χιτων 19
Χρεῖος προσπαίζειν 58
Χρυσᾶ 20
Χρυσεῖα 5
Χρόνῳ βραδὺς 61 b
Χαίρειν περὶ δόμων 77 b

Ψ

Ψυ 75 b

Ω

Ωδή 4 b
Ωρίων 46 b
Ως ἐκ ποδὸς 6 b

FINIS.

ADDENDA & CORRIGENDA

In Notis ad *SOPHOCLEM.*

Ajax. V. 381. l. 2. leg. erronem
475. l. 9. leg. *moriendi*
485. l. 3. leg. opponuntur,
619. l. 1. leg. Vetus ſcriptura
620 &c. l. 12. leg. qua apud Homerum
912 &c. l. 1. leg. Αναξ τονδε γε τον συν-

P. 10. col. 2. Adde, v. 1027. Ηπου Τελαμων σος πατηρ εμος θ' ἁμα] metri gratia reponendum cenſeo Ηπου γε Τελαμων· nam vox hæc penultimam certiſſime corripit. Vide ſupra v. 134. 184. 204. 570.

v. 1345 &c. l. 11. leg. vocem magis

Electra. v. 958. leg. malim θαλλοντα γ' εισηκουον.
1506. 1507. Ad finem notæ adde; Ad idem vaticinium proculdubio alludit *Æſchylus Choeph.* v. 886. 887.

Ορ. Τον ζωντα καινειν τους τεθνηκοτας λεγω.
Κλ. Οι 'γω' ξυνηκα τουπος εξ αινιγματων.

Oedipus Tyr. v. 289. l. 2. leg. Ἀν μη
p. 30. col. 1. l. 16. leg. *hinc ut piaculum*

Antigone. v. 126 &c. l. 5. leg. parentheſi includi debent,
464. l. 3. leg. τουτων 'γω,
597 &c. l. 3. leg. allidit,
609. 610. Κατ' αυ νιν φοινια θεων των Νερτερων ἀμα κοπις,] Egregiam ſane conjecturam ſuam, quæ mihi quidem veriſſima eſt viſa, κοπις ſcilicet pro κονις ſubſtituentem, humaniſſime mihi communicavit Vir celeberimus Askew Collegii Medicorum apud *Londinenſes* Socius.

Oedip. Colonæus. v. 198 &c. l. 7. leg. ***amicam inclinans***
759. l. 2. leg. ει γεραν εγω. Κυρεω
1635 &c. l. 2. leg. πολλων γαρ αν

Trachiniæ. v. 1041 &c. l. 5. leg. Ταδε με, ταδε με

Philoctetes. v. 961. l. 20. leg. Sin viro erudito
1048. leg. *Sed, nihil enim* &c.
1192 &c. l. 3. leg. *hunc accedito*
1390. leg. *Sed eſto, cedo tandem.*
1496. l. 2. quæ vox
1502 &c. l. 3. leg. ενδομυχον.

Fragmenta. P. 94. col. 1. l. 37. leg. omnino eſt
103. c. 1. penult. leg. Ποιμενων. Ἡδε
105. c. 2. l. 35. plene diſtinguend. poſt ὑπο.
107. c. 2. l. 18. leg. εζομεναι

Fragmentis incertis adde,

Ου γαρ ποτ' αν γενοιτ' αν ασφαλης πολις,
Εν ᾗ τα μεν δικαια και τα σωφρονα
Λαγδην πατειται, κωτιλος δ' ανηρ, λαβων
Πανουργα χερσιν εργα, κυδοινοι πολιν. *Scholiaſt.* ad Luciani Lexiphan. §. 10. In quibuſdam autem codicibus legitur κυβευει πολιν.

NOTAE

SIVE

LECTIONES

AD EURIPIDIS QUAE SUPERSUNT

DRAMATA

DEPERDITORUMQUE RELLIQUIAS.

VIRO AMICISSIMO ET INTEGERRIMO

JOSEPHO SANFORD S. T. B.

IN ILLUSTRI ACADEMIA OXONIENSI

COLLEGII BALLIOLENSIS

SOCIO DIGNISSIMO

OMNI ERUDITIONIS LAUDE CONSPICUO

OMNIGENAM ERUDITIONEM

INGENIO STUDIO CONSILIO OPE

INDIES PRO VIRILI LOCUPLETANTI

NOTAS HASCE IN EURIPIDIS RELLIQUIAS

IN AMICITIAE JUCUNDISSIMAE

MEMORIAM

D. D. D.

BENJAMINUS HEATH.

NOTÆ IN HECUBAM

EX EDITIONE *KINGIANA* 1726.

IN ACTUM PRIMUM.

V. 1. HΚΩ νεκρων κευθμωνα και σκοτου πυλας Λιπων] De vera verbi ηκω poteſtate vide *Daweſ.* miſcell. critic. p. 351.

9. Λαον τυθυντων δορι] Temporibus antiquioribus reges pro ſceptro haſtam geſtari ſolitos luculenter oſtendit *Stanleius* ad *Æſchyl. Sept. ad Theb.* v. 535.

12. Τοις ζωσιν επι πεισι μη σπανις βιου] *Arnaldus* in miſcell. obſerv. Tom. 6. p. 583 reſcribendum cenſet πασι. Non enim liberis tantum conſuluiſſe Priamum æquum erat, ſed & ſibi, & decrepitæ conjugi Hecubæ, aliiſque regio apud Trojanos ſanguine ortis. At non animadvertiſſe videtur Vir eruditus voce πασι non magis Priamum, Hecubam, familiamque regiam, quam quemcunque ex Trojanis alium deſignari. Nihil autem communi hominum naturæ atque indoli accommodatius fingi poterat, quam Priamum in ſummo & regni & vitæ periculo conſtitutum, cui tamen periculo ne caput ipſe ſuum aut Hecubæ ſubtraheret ſalus publica prohibebat, liberis utcunque, ſiqui tantam cladem evaderent, de futuris vitæ ſubſidiis caute proſpexiſſe.

39. Pro επαλιαν legendum παλιαν monet *Daweſius*, Atticos enim vocem iſtam non agnoſcere. Vide ejus miſcell. critic. p. 195.

55. Το φευ extra metrum ponitur, ut centies alibi; neque enim aut in ſcanſione otioſum eſſe, aut cum ω μονοσυλλαβως coaleſcere, ut putavit *Barneſius*, poteſt; nam ut μονοσυλλαβως pronuncietur φευ ω, plane impoſſibile eſt.

68. Recte omnino *Kingius* in notis *Barneſium* ſecutus reponit

Τι ποτ' αειρομαι εννυχος ουτω

αειρομαι enim primam producere poteſt; vide *Clark.* ad Homer. Iliad. A. v. 398. Το π autem nunquam producitur; vide infra not. ad v. 81. 184. & *Oreſt.* v. 773. In omnibus etiam editionibus ante *Kingianam* legitur ουτω, non ουτωσι.

76. Verſus hic ſi acatalectus eſſe ſtatuatur plus ſemel peccat, nec ſatis eſt το γε fulcrum poſt ιμαθον accerſiviſſe, cum οψιν etiam ultimam certiſſime corripiat. Vide quæ notavimus ad *Æſchyl. Prometh. Vinct.* v. 1083. Potius igitur parœmiacum eſſe ſtatuo, proceleuſmatico vice anapæſti ſyllabam catalecticam præcedente. Quod ſi accederet vel unius codicis auctoritas, mallem proculdubio legere, μυθον τ' ειδων.

81. Τι nunquam producitur. Vide ſupra ad v.68. De fulcro igitur proſpiciendum, & legi forſan poteſt τι ποτ' γ'.

120. 121. Της μαντιπολου Βακχης ανεχων Λεκτρ' Αγαμεμνων] Simili prorſus ſenſu verbo ανεχειν utitur *Sophocles Ajac.* v. 211. 212.

επει σε λεχος δουριαλωτον
Στερξας ανεχει θουριος Αιας.

134. Δουλαν, σφαγιαν, ουνεκ' αποθειν] Δουλαν omnino cum σφαγιαν jungendum, aliter, quidquid dicat *Kingius*, non procedit conſtructio. Nec obſtat quod ita δουλος vice adjectivi fungatur; notum enim eſt apud Atticos in uſu eſſe propria pro poſſeſſivis, adeoque ſubſtantiva pro adjectivis, uſurpare. Locuples eſt teſtis *Euſtathius* ad Homer. p. 773, & 1339, qui inter alia exempla adfert etiam ex *Æſchylo* δουλον γενος pro δουλικον. Ita apud noſtrum etiam *Ion.* v. 1373. habes οικετην βιον.

V. 162. Πη δ' ησω;] Si cum *Scholiaſte* ησω inflexum vis ab ιημι, *eo*, hoc quidem ſequitur incommodi, quod Hecuba bis continuo eandem iteraret quæſtionem; *qua, an hac, vel illac, ibo? ubi vero ibo?* quod ſubfrigidum eſſe, nemo non agnoverit. Sin vero in verſione retineas, *ubi ſedebo?* quod maxime ſententiæ accommodatum videtur (ſupplicibus enim in more fuiſſe ad deorum aras conſidere notum eſt) legendum eſt, prout in editionibus pleriſque habetur, πη δ' ἑσω, ut ſit ſcilicet futurum verbi ἑω vel ἑημι, *ſedeo*. Vide Etymolog. magn. voce καθιζω.

164 — 167. Plurimæ in hiſce verſibus, ut a *Kingio* enarratorem metri ſecuto conſtituti leguntur, occurrunt maculæ. Primo Τρωϊαδες ante-penultima producta ponitur, cujus rei exemplum deſidero. Secundo το μοι in v. 165 fulcri gratiâ frigide prorſus interpolatur, cum ab editionibus prioribus abſit. Tertio ithyphalicus anapæſtico ſyſtemati citra neceſſitatem immiſcetur. Omnibus autem his incommodis obviam itur, ne verbo quidem immutato, modo metra hâc ratione conſtituantur;

Ω κακ' ενεγκουσαι Τρωαδες, ω
Κακ' ενεγκουσαι πηματ', απωλεσατ',
ωλεσατ' ουκετι
Μοι βιος εν φαει αγαστος.

184. Τι ποτ' αναστενεις;] Το τι produci non poteſt; vide ſupra ad v. 68. Sed prima του αναστενεις, cum vox ſit pluſquam triſyllaba, eâdem ratione hîc producitur ac prima in αποτιθεσθαι, αποδιωμαι, & ſimilibus apud Homerum. Vide *Clark.* ad Iliad. A. v. 398. de modulo ſecundæ ſyllabæ του αναστενεις vide not. ad *Cycl.* v. 52. *Electr.* v. 444.

V. 187. 188. Σφαξαι σ' Αργειων κοινα τις
Συντεινει προς τυμβον γνωμα] Longe elegantius leges κοινα γνωμα caſu recto, prout legit etiam *ſcholiaſtes*.

200. 201. 202. ----- ουκετι δη
Γηρα δειλαια δειλαια
Συνδουλευσω] Non ſatis eſſe cauſæ videtur quare vulgatam lectionem συνδουλευσω rejiciamus. Servitus, fateor, regiæ virgini res grata eſſe non debebat; una vero cum matre vetula ſervitutem tolerare, ut ſenium ejus ſublevaret, eamque tot ac tantis malis oppreſſam omni officiorum genere deliniret, non modo piæ filiæ non ingratum, ſed exoptandum etiam fuiſſe exiſtimandum eſt. Præſertim cum epitheton δειλαια ſatis innuat, ſervitutem ei, hâc conſideratione ſepoſitâ, vix tolerandam videri. Adde quod συμβουλευειν, quo verbo hîc uſum noſtrum cenſet *Kingius*, non *operâ* & *miniſterio*, quod filiæ potius convenit, ſed *conſilio* tantum, quod ſeniorum magis proprium, adjuvare ſignificat.

205. 206. Εισοψει χειρος αναρπασαν
Τας σας, απολαιμοτομον τ' αιδα] απολαιμοτομον vix, opinor, alibi uſurpatum reperietur. Verum & germanum vocabulum eſt λαιμοτομον, ut in *Electr.* v. 459. λαιμοτομοι φυαι Γοργονος. Præpoſitio vero απο ſeorſum poni accipienda eſt, & cum præcedente σας χειρος jungi debet. Mecum etiam ſentientes *Canterum* & *Æm. Portum* deprehendo.

209. De verſu trochaico in ſyſtemate anapæſtico interdum, ſed raro, admiſſo, vide not. ad *Troad.* v. 218. *Ion.* v. 889.

214. εκυρωσεν, *ſanxit, decrevit.*

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 22. Pro της κτητικης lege της γενικης, & pro καλως εχειν, lege καλως εχον præeunte *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 12.

23. Peſſimo exemplo hîc de ſuo interpolavit *Barneſius*, η του Διος Ερκειου ὡς τινες, ut ipſe fatetur ad *Troad.* v. 483.

32. l. 16. Pro εχοντος lege εχοντα juxta editiones præcedentes.

Ad v. 63. l. 15. Recte *Barneſius* ad *Bacch.* v. 453. reſtituit επι διφροισι τοις.

78. l. 17. Pro δη αυτων lege δι' αυτων.

84. Quæ ad finem hujus ſcholii uncinulis incluſa leguntur, a *Barneſio*, ut credo, profecta ſunt. Eorum certe nec volam nec veſtigium in editione *Stephaniana* deprehendere eſt.

85. l. 3. Pro αποφθεγματικα lege αποφημματικα.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 251. Lege φῄς, non φὴς, & ſimiliter v. 272. 320, &c. Vide *Daweſ.* miſcell. critic. p. 346.

262. Εις τηνδ' Αχιλλευς ενδικως τεινει φονον] Recte emendationem *Canterianam* τινει rejicit *Barneſius*. Vulgatam lectionem ſimili in *Supplic.* 672 loquendi formâ defendi monuit *Arnaldus* in miſcell. obſervat. tom. VI. p. 584.

V. 292.

V. 292. 293. Τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃ τὸ σὸν, Πείσει] Apud *A. Gellium* noct. Attic. lib. XI. cap. 4. Græce leguntur hi verſus, una cum Latinis quibus eos interpretatus eſt *Ennius*, ubi pro πείσει legitur Νικᾷ. *Anonymus* autem quidam in obſervat. miſcell. in Auctor. tom. II. p. 92. contendit ἀξίωμα non bene cum λέγῃ conjungi, ideoque potius legendum λέγῃς. Et hactenus quidem, ut opinor, obtinet, ut verbum non cum ἀξίωμα, ſed cum σὺ ſubintellecto, jungi debeat, non enim Græce dici σὸν ἀξίωμα λέγει. Editor quidem obſervationum iſtarum *Batavus* opponit, ex contextu patere, ἀξίωμα σὸν πείθειν, & ſecundum *Gellii* codices νικᾷν, quod utrumque oratoris eſt, recte dici, adeoque cur non pariter & λέγειν dici poſſit ſe non videre. At non ſatis animadvertit Vir doctus quiſquis fuit, dignitatis proprium eſſe *& perſuadere & perorando vincere, alioſque in loquentis ſententiam attrahere*, quia plurimum illa ad utrumque confert; at non ſimiliter dignitatis eſt *dicere*: hoc enim hominis eſt, non dignitatis, neque omnino a dignitate facultas iſta pendet. Adeo ut ἀξίωμα λέγειν non alio ſenſu hoc in loco intelligi poſſit, atque eo quo dicimus *majeſtas tua*, *ſerenitas tua*, & ſimilia, quo ſenſu non *Græcam* ſed *Barbaram* eſſe hanc loquendi formam ipſe fatetur Vir eruditus. Nulla tamen mutatione opus eſt, λέγομαι enim Active nonnunquam uſurpatur, ut patet ex Homer. Iliad. B. v. 435. N. v. 292. Υ. v. 244. Odyſſ. Γ. v. 240. N. v. 296. *Sophocl. Oedip. Colon.* v. 1250.

294. Κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς, οὐ ταὐτὸν σθένει] Lege omnino οὗτος cum *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 927.

298. 299. Εὐαβὲς, δίδασκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ Τὸν εὖ λέγοντα δυσμενῆ ποιοῦ φρενί] τῷ θυμουμένῳ cum φρενὶ jungi debere opinor.

328. 329. Οἱ βάρβαροι δὲ μήτε τοὺς φίλους φίλους Ἡγεῖσθε, μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας Θαυμάζεθ'] Ἡγεῖσθε & Θαυμάζεθ' hîc formâ imperativâ, non indicativâ, ponuntur, quod ex ſequentibus ὡς ἂν εὐτυχοῖ, & ἔχοιθ', manifeſtum eſt.

331. Αἰ, αἰ, τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πέφυκ' ἀεὶ] Veterem ſcripturam πέφυκεναι veriorem exiſtimo, non eâ tamen constructione, quam præit *Arnaldus* in miſcell. obſerv. tom. VI. p. 585. ὡς κακὸν τὸ πέφυκεναι δοῦλον ita enim minus procedit conſtructio verſûs proxime ſequentis, quæ omnino poſtulat ut τὸ δοῦλον recto caſu ponatur, ſed orationem ellipticam eſſe puto ita ſupplendam, ὡς τὸ δοῦλον κακὸν ἐστὶ ὥστε πᾶν τοιοῦτον πέφυκεναι.

V. 354. Γυναιξὶ, παρθένοις ἀποβλεπτὸς μέτα] Recte παρθένοις τ' reſtituiſſe videtur *Valcken.* ad *Phœniſſ.* 554.

369. Οὔπω τοῦ δόξης ὁρῶ] Quanquam vulgata lectio τοῦ pro τινος ferri poteſt, malim tamen legere που.

386. Lege ἐγὼ 'τεκον; Attici enim augmentum nunquam abjiciunt. Vide *Daweſ.* miſcell. critic. p. 346.

400. Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μὲν τῆσδ' ἀπειμ' αὐτοῦ λιπὼν] μὲν τῆσδε vix Græce dici puto; forſan reſcribendum μὴν τῆσδ'.

414. 415. Ἄνυμφος, ἀνυμέναιος, ὧν μ' ἐχρῆν τυχεῖν. Ἑκ. Ὦ θύγατερ, ἡμεῖς δ' ἐν φάει δουλεύσομεν.] Verſuum horum ordinem perperam mutavit *Kingius*, quin & verſuum unum in ceteris editionibus exſtantem plane omiſit; quibus autem auctoribus, ſi quidem ullis, hoc fecerit, lectorem celat. Syſtema certe hoc iambicum in ſua editione non ultra 227 verſibus conſtat, cum ex *Scholiaſte* manifeſtum eſt verſibus 228 conſtare debuiſſe. Ita autem in editionibus prioribus hæc leguntur;

Ἑκ. Ὦ θύγατερ, ἡμεῖς δ' ἐν φάει δουλεύσομεν.
Πο. Ἄνυμφος, ἀνυμέναιος, ὧν μ' ἐχρῆν τυχεῖν.
Ἑκ. Οἰκτρὰ σὺ τέκνον, ἀθλία δ' ἐγὼ γυνή.
Πο. Ἐκεῖ δ' ἐν ᾅδου &c.

425. Μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν χαρά] In cod. *Leidenſ.* uno legitur οὐκ ἔστι τοῦδε. Vide *Valcken.* ad *Phœniſſ.* 621.

451. Hic verſus non choriambicus eſt, quod vult *Scholiaſtes*, ſed antiſpaſticus πολυσχηματιστος, conſtans ex ditrochæo, cui in antiſtropha opponitur epitritus ſecundus, & antiſpaſti dimidio. Dici etiam poteſt periodus brachycatalectus.

458. Quanquam ſyllabam τῶ Λατοῖ priorem *Dorice* corripi poſſe aſſentior, non neceſſe tamen eſt ad hanc defenſionem in præſentia confugere; verſum enim, meâ ſententiâ, elegantiorem habebis, ſi, levi tranſpoſitione factâ, legas

Λατοῖ φίλα πορθένους

Pro φίλα etiam melius, opinor, leges φίλα, ut cum δάφνα cohæreat.

468. 469. Metra hæc in *Barneſiana* longe melius conſtituta leguntur, & ita ut antithetica ſibi mutuo optime reſpondeant;

Ἐν δαιδαλέαισι ποικίλ- iambica hephthemimeris
λουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις ionicus dimeter acatalectus;

ται in δαιδαλέαισι in unam ſyllabam contrahi debet, ſicut fieri ſolet in χρυσέαις, πορφυρέαις, & ſimilibus. At dices, non ſunt hæc ea metra quæ deſignavit *Scholiaſtes*. Fateor equidem, & parvi hoc pendo. Neque enim tanta ejus, quiſquis fuerit, apud me eſt auctoritas, ut ab eo diſcedere nefas putem, aut ut

ejus

ejus gratiâ, cum metra bene jam conſtituta alioqui habemus, quidquam in contextu innovari feram. In antiſtropha ad amuſſim quadrant

Υπ' Αργειων. εγω δ' ει
Ξεινᾳ χθονι δη κεκλημαι

Cum vero hæc ſtrophicis, prout a *Kingio Scholiaſtæ* auctoritatem ſecuto conſtituuntur, parum reſpondeant, vir doctus pro ὑπ' Αργειων reponendum cenſet Αργειος, ut ſcilicet cum δοριληπτος jungatur, & ſignificent iſta, *ab Argivis in ſervitutem redacta*. At δορικτητος vel δοριληπτος Αργειος pro ὑπ' Αργειων δοριληπτος, vix *Græce* dici puto. Δουλος enim Αργειος non eſſet Αργειων δουλος, ὑπ' Αργειων δουλωθεις, ſed *ſervus natione Argivus*.

470. Cum hic verſus juxta *Scholiaſtem* ex diſpondæo ſive epitrito tertio & anapæſto conſtet, antiſpaſticus ſit, non choriambicus, neceſſe eſt. At longe aliter menſurari debet, revera enim glyconius eſt πολυσχηματιστος, ex moloſſo, cui in antiſtropha opponitur palimbacchius; & choriambo. Vide not. ad *Helen.* v. 1318. Quod vero ad *Kingii* emendationem attinet reponentis Των Τιτανων, ne ſcilicet *Titanes Currui* jungantur, eam plane non neceſſariam eſſe exiſtimo. In præcedentibus enim iſtis Ζευξουσα ποικιλλουσα contineri intelligitur verbum ποικιλλω, quod huc απο κοινου commode repeti poteſt.

472. Glyconius eſt πολυσχηματιστος.

IN SCHOLIASTEM.

Ad. v. 224. lin. 9. *Suidas*, voce Υιωνον, legit ουδ' ὁ ποιων. Vera lectio videtur eſſe ουδ' ὁτι ποιων.

362. lin. 6. Pro ιδιωτικους lege ιδιωτικως.

IN PARAPHRASIN.

Ad v. 475. Lege αφανιζεται juxta *Barneſianam*.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 499. EA. τις ουτος σωμα τουμον ουκ εᾳ Κεισθαι;] Cum in codice *Florent.* pro εᾳ legatur εας, ita hæc refingenda cenſet *Valcken.* ad *Phæniſſ.* 368.

Εα, τις; ουτος σωμα τουμον ουκ εας
Κεισθαι

ſed longe præſtantior eſt vulgata lectio; Quis enim τις ab ουτος diſtrahi patiatur? aut quid ſibi vult τις nude poſitum? Similem certe loquendi formam vix alibi temere invenies.

565. Τεμνει σιδηρῳ αιματος διαρροας] Omnino revocandam eſſe priorum editionum ſcripturam πνευματος διαρροας cum *Daweſio* cenſeo, quem vide miſcel. critic. p. 217.

578. Τοιαδ' αμφι σης λεγων] Pro λεγων omnino legendum eſt λεγω, quod ſententiæ æque convenit,cum præco narrationem ſuam de Poluxenæ morte verbis proxime præcedentibus abſolviſſet. Poetas autem *Atticos* augmentum nunquam abjicere recte monet *Daweſius* miſcel. critic. p. 346.

586. Αυτη τις αλλη διαδοχος, κακων κακοις] Conſtructio, quæ prout hæc nunc leguntur nulla eſt, levi mutatione reſtitui poteſt, reſcribendo ſcilicet, διαδοχον κακον κακοις.

590 ---- 601. Vitio *Euripidi* etiam a veteribus datum fuiſſe, quod Hecubam, fœminam, & in ſummo mœrore poſitam, philoſophantem induxerit, docemur a Theone Progymn. p. 4. edit. *Heinſ.* Τον δε Ευριπιδην καταμεμφονται, ὁτι παρα καιρον αυτῳ Εκαβη φιλοσοφει.

601. Και ταυτα μεν δε νους ετοξευσεν ματην] Pro δε lege δη juxta editiones antiquiores.

611. Λουτρα, προθωμαι θ' ὡς μεν αξιαν, ποθεν;] In duobus codd. *Leidenſ.* rectius legi ὡς μεν αξια, peropportune monet *Valcken.* ad *Phæniſſ.* 1329.

633. Verſus ionicus eſt dimeter acatalectus ex ionico pentaſyllabo & ditrochæo.

641. Συμφοραι τ' απ' αλλων] Plene diſtinguendum eſt ad finem verſus præcedentis, ut nova hinc periodus incipiat ita vertenda; *Infortunia noſtra ex aliis etiam cauſis orta ſunt*, ſcilicet a lite inter Deas a Paride dijudicata, cujus ſtatim ſequitur mentio.

645. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus ex epitrito tertio pentaſyllabo, antiſpaſto, & ſyllaba.

649. Iambica eſt hephthemimeris.

651. Ionicus eſt ſimilis verſui 633.

653. Δρυπτεται παρειαν] Revocanda eſt copulativa τε poſt δρυπτεται, quam exhibent editiones omnes præcedentes, quâque vix ac ne vix carere poteſt conſtructio. Ita verſus erit periodus catalectus a ſyzygia trochaica incipiens.

654. Iambica penthemimeris.

IN

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 532. lin. 10. Pro η μεν πρωτοτυπου προσωπα ειη, legendum puto, η μεν του πρωτου προσωπου ειη.

553. lin. 10. Pro μεθηκαν legendum puto ταχιστα μεθηκαν.

568. lin. 34. Pro η και τον περι του θανειν ηθη, quæ ſenſu prorſus carent, legendum puto ουκ ειχε το περι του θανειν ηθη, vel ειπθει.

613. lin. 3. Pro ινα δη lege ινα δε.

IN PARAPHRASIN.

Ad v. 495. Pro το λειπον lege το λοιπον.

517. Lege δυσχεραλα.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 662. Ευφημειν, *ab infauſto ſermone ſibi temperare.*

664. τις δε καιρον τοισι φαινεται λογοις] Editiones veteres rectius habent σοισι.

668. Lege ωπιδισας.

682. 683. Ω τεχνον, αι, αι, αι, κατερχομαι νομον

Βακχειον εξ αλαςορος, αρτιμαθης κακων] *Arnaldus* in miſcell. obſervat. tom. VI. p. 584. prioris verſus metrum, quod in editione *Barneſiana* vitioſum erat, ita reſtituit ut magis adhuc vitioſum reddiderit; deinde κατερχεσθαι genitivo tantum junctum reperiri contendit, quanquam exempla accuſativi huic verbo ſubjuncti ſuppeditant ex Pindaro *Scholiaſtes*, ex poeta noſtro bina *Kingius*, ex Homero *H. Stephanus* in Theſauro, e Platone *Budæus* p. 139. quibus adde ex noſtri *Heraclide* v. 600. 601.

δυσφημειν γαρ αζομαι θεαν

Η σον κατηρκται σωμα, Δημητρος κορην.

Synæreſeωs autem quam in voce αλαςορος excogitavit *Kingius*, ut anapæſtum ex quarta ſede eliminaret, nullum ſimile exemplum apud poetas tragicos me obſervaſſe memini. Malim igitur vulgatum αλαςορος retinere, antepenultima correpta, ut pes tertius choreus ſit. Vide quæ notavimus ſupra ad v. 184. & ad *Cyclop.* v. 52. & ad *Electr.* v. 444.

683. Βακχειον εξ αλαςορος, αρτιμαθης κακων] Voces εξ αλαςορος mallem cum *Paraphraſte* τω αρτιμαθης κακων in conſtructionis ordine ſubjungere, & ita potius hæc reddere; *Incipio cantilenam inſanam, jam primum certior facta malorum ab execrando hoſte provenientium.* Hanc conſtructionis inſtituendæ rationem confirmat ancillæ quæſtio quæ verſu proximo ſequitur. Quin & editiones omnes præcedentes diſtinctionem poſt Βακχειον habent.

684. Εγνως γαρ ατην παιδος, ω δυστηνε σου.] Malim cum *Paraphraſte* & *Cantero* legere σου, ut cum παιδος jungatur.

686 — 689. Ita hæc metra conſtitui debent.

Ετερα δ' εφ' ετερων κακα κακων κυρει.

Ουδεποτ' αστενακτος, αδακρυτος.

Aſynarteti ſunt ex duobus dochmaicis. Hujuſmodi autem dochmaici non ex antiſpaſto tantum, ſed & ex dijambo, ditrochæo, aut epitrito quocunque, & ſyllaba conſtant. *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 374. magis arridet αφ' ετερων, ſed perinde eſt utrovis modo legas.

690. Pherecrateus eſt πολυχρηματιστος. Similes ſunt v. 702. 704.

692. Aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis.

693. 694. Hi duo verſus unum ex duobus dochmaicis aſynartetum facere debent.

695. Dochmaicus eſt ex epitrito ſecundo pentaſyllabo & ſyllaba. Similis eſt v. 698.

705. Periodus eſt catalectus.

706. Euripideus eſt.

707. Τις γαρ νιν εκτανε; ουδ' ονειροφρων, φρασαι.] Ad finem etiam verſus, juxta editiones præcedentes ponenda eſt altera interrogationis nota.

708 — 711. Quatuor ſunt dochmaici in duos aſynartetos compingendi.

715 — 720. Sex ſunt dochmaici ex quibus efficiantur tres aſynarteti.

726. Εφ' ὁιαπερ, *eadem lege quam mihi Talthybius renunciavit.*

753. 754. Rectius, meâ ſententiâ, hæc ita diſtinguit *Canterus*;

μων ελευθερον

Αιωνα θεσθαι, ραδιον γαρ εστι, σοι;

760. Το μελλον, verte, *quod fieri debet.* Vide *Ion.* v. 999.

846 — 848. Και τας αναγκας οἱ νομοι διωρισαν,

Φιλους τιθεντες τους γε πολεμιωτατους,

Εχθρους τε τους πριν ευμενεις ποιουμενοι] Mentem *Scholiaſtæ* ad hunc locum, nimium, ut opinor, feſtinans, minus aſſecutus eſt *Kingius*; non enim ille eos indoctos vocat qui legi velint αἱ αναγκαι τους νομους, ſed plane contra, illos qui, ita ut *Kingius* ipſe edidit, legunt τας αναγκας οἱ νομοι, quanquam non admodum, fateor, ſibi conſtans. Quod vero ad locum ipſum attinet; vulgatam lectionem veriorem exiſtimo. Duo enim hiatus iſti

iſti continui και αἱ αναγκαι minime ferendi ſunt. Sententiam etiam hæc ſuggerit rei præſenti magis accommodatam. Αναγκαι enim hîc proculdubio ſunt *neceſſitudines*, *amicitiæ*, eodem ſenſu quo αναγκαιος ſæpe uſurpatur pro *amico neceſſitudine conjuncto*. Supra has neceſſitudines & amicitias vim legum & juſtitiæ effert chorus, ab his illas definiri & quodammodo pendere aſſerens. Adeo ut quicunque in magiſtratu aut imperio conſtitutus eſt, is hominem, qui antea amicus erat, gravius quidquam contra leges delinquentem, ſicut inimicum tractare, & debitas ei pœnas infligere debeat; & contra, inimicum antea, a quoquam contra jus faſque atrociter læſum atque oppreſſum, ulciſci, ac velut amicum ſublevare, teneatur. Hæc omnino iis conſentanea ſunt quæ verſibus proxime præcedentibus perorans dixerat Hecuba, & eodem prorſus tendunt, nempe ad expugnandum Agamemnonis animum, eique perſuadendum, partes Hecubam ulciſcendi, & Polymeſtorem puniendi, ad eum ex officio & jure debito pertinere. *Kingius* autem, quidquid fuit quod mentem viri clariſſimi tranſverſam egerit, lectionis vulgatæ interpretationem nobis dat, quæ non niſi ei quæ a *Scholiaſte* memorata eſt convenire poſſit. Neceſſitatem ſcilicet nulla lege teneri, nunc amicitias reſarcire, interdum inimicitias inter conjunctiſſimos & odia conflare. Immo, ſecundum vulgatam ſcripturam, non neceſſitas, ſed leges, dicuntur amicitias reſarcire, & inimicitias atque odia conflare. Quanquam vero vulgatam ſenſum ſatis appoſitum quem explicavi continere putem, ſi quis tamen pro νομοι potius reſcribendum eſſe γαμοι cenſeret, me profecto non repugnantem habebit. Nihil enim convenientius. Sicut nuptiæ Paridis ac Helenæ Agamemnonem Hecubæ infenſiſſimum reddiderant, ita ipſius Agamemnonis cum Caſſandra nuptiæ cum eidem Hecubæ denuo affecerant amiciſſimum. Sed ipſe nihil muto.

853. Ει πως φανειην γ' ὡς τι σοι καλως εχειν] Minus recte hæc ita vertuntur, *Si quo modo videor quod ad te ſpectat bene velle*; potius reddi debent, *ſi quocunque quidem modo ita in hoc negotio appaream, ut & tibi ſatisfiat*. *Stanleius* ad *Æſchyl. Agam.* v. 1449. reponendum cenſet φανειη γ', me non aſſentiente quidem, ſed nec magnopere repugnante, ſed tunc ſubaudiri dicendum eſt καιρος, aut ſimile quidpiam.

857. Pro φιλον, quod apud poetas Atticos primam nunquam producit, lege cum *Barneſio* φιλιον.

860. Προς ταυτα, *ad hæc, his ita exiſtentibus.*

V.881. Φωτα ultimam producit, vide not. ad *Hippolyt.* v. 1153. Ut conſtet igitur metri ratio, forſan legendum φωτε, media enim longa, vocalem ſequente vocali, rite corripitur. Aut potius, cum accuſativi Ionici uſus apud poetam Atticum vix tolerari poſſe videatur, ita verſus totus refingendus,

Συν ταισδε φωτα παιδι τιμωρησομαι.

884. Μεμφομαι, *minus validum exiſtimo*. Recte expoſuit *Paraphraſtes*, ει και πολυ, ουκ ισχυει.

896. Διοτι μεσημωι μητρι χρυφθητον χθονι] Μητρι, *a matre*. Longe etiam elegantius *Paraphraſtes* legit Διοτι μεριμνα, caſu recto, ut per appoſitionem τῳ τωδ' αδελφῳ ſubjungatur; quod animadvertit etiam *Barneſius*.

904. Ionicus eſt a minore dimeter catalectus ex ionico pentaſyllabo & trochaica καταληκτικῃ.

907. Αμφι σε κρυπτει] Revocandam exiſtimo antiquiorum codicum ſcripturam, αμφι σε καλυπτει, quam ex nimia circum metrum cautione corrupiſſe *Scholiaſtem* veriſimile eſt. At non ſatis cauſæ erat quare de metro ſollicitus eſſet; in metro enim Ionico æque admittitur epitritus ſecundus ac ditrochæus. Hic autem epitritus erat pentaſyllabus.

910. 911. ——κατα δ' αιθαλῳ

Κηλιδ' οικτροτατᾳ κεχρωσαι] Conſtructionis ratio omnino poſtulat ut, aut veterum editionum auctoritatem ſecuti legamus αιθαλον, aut, quod forſan adhuc verius, κηλιδ' οικτροτατον reponamus. Præpoſitio autem κατα cum verbo κεχρωσαι compoſitione jungi debet, a quo per tmeſin disjungi intelligenda eſt.

915. Ηδυς επ' οσσοις κιδναται] Editiones omnes priores habent κιδναται, quod hîc verti debet, *ſpargi ſolet*; nihil igitur immutari oportuit.

926. Ionicus eſt a minore ex ionico pentaſyllabo & ithyphallico.

931. Multum hic negotii ſibi faceſſit *Kingius*, quod iambo in iambici carminis ſede prima opponitur in antiſtropha ſpondæus, ſed ne minimum quidem hoc eum morari debebat, nihil enim apud Atticos poetas frequentius. Dummodo metra metris legitime reſponderent, an pedes ſinguli, præſertim diſſyllabi, cum ſingulis etiam pedibus ad amuſſim concordarent, parum erant ſolliciti.

942. Epionicus eſt trimeter catalectus ex epitrito tertio, ionico a majore, & cretico.

944. Dactylica eſt penthemimeris.

946. Ionicus eſt a majore dimeter hypercatalectus.

950. Trochaica eſt penthemimeris.

951. Ionicus eſt a minore trimeter brachycatalectus, ex epitrito ſecundo, ionico, & trochæo.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 744. lin. ult. lege απολυουσα.

792. lin. 2. lege συνεκοσμηθη.

806. lin. 6. lege juxta *Barneſianam* διαχεθειν.

811. lin. 4. lege ὑπεχωρει.

837. lin. 7. lege cum *Barneſio* in fragment. addend. lin. 5.

Ελειπεν τ' αγαλμαθ', ὡδ' ανηρ κεινος σοφος.

845. lin. 10. Hæc rectius & magis integre in *Barneſiana* quam in *Kingiana* ita leguntur; και οἱ νομοι κελευοντες τον μεν φιλον αει φιλον ἡγεισθαι, τον δε εχθρον, αει εχθρον, λεγουσι (forſan εχουσι) κεχωρισμενως τας αναγκας, τιθεντες δια τουτων τους φιλους εχθρους, και το αναπαλιν. οἷον εαν τις &c.

883. lin. 14. Pro χωρις lege χωρα, aut vox hæc deleri poteſt. Certe abeſt in editionibus *Barneſiana* & *Stephaniana.*

IN PARAPHRASTEM.

Ad v. 678. Pro επι φαινεται forſan legendum ειπου φαινεται.

792. Pro κοινης ἀλας lege κοινη ἀλος.

800. Pro δια δικαια lege και δικαια.

820. Pro ιωσι lege ιισι.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 959. 960. —— αλλα ταυτα μεν τι δει

Θρηνειν, προκοπτοντ' ουδεν εις προσθεν κακων] Minus recte hæc reddita leguntur; ita potius vertenda exiſtimo; *Sed hæc quidem lugere quid attinet, nullum ex malis ingruentibus prævertentem?*

995. *Euſtathius* etiam ad Homerum p. 52. particulam νυν hoc in loco παραπληρωματικον eſſe ſtatuit, & ante του δη poni.

1007. 1008. Εκ. Οισθ' ουν Αθηνας Ιλιαδος ἱνα στεγαι;

Πολ. Ενταυθ' ὁ χρυσος εστι, σημειον δε τι;] Hæc minus recte perſonis aſſignantur; melius opinor ita diſtingues

Εκ. Οισθ' ουν Αθηνας Ιλιας ἱνα στεγαι;

Ενταυθ' ὁ χρυσος εστι. Πολ. σημειον δε τι;

Aut ſaltem juxta editiones præcedentes interrogationis nota ponenda eſt poſt εστι. Pro Ιλιαδος autem, quod *Kingius* in contextum primus intulit, repoſui Ιλιας, quod in editionibus veteribus exſtabat. Ιλιος enim nomen gentilitium apud *Stephanum Byzantinum* reperitur. Vide not. ad *Helen.* v. 1180.

1012. Huic loco ſententiam ſuam egregie reſtituit *Valcken.* ad *Phœn.* v. 712. ita diſtinguendo,

πεπλων εντος η κρυψασ' εχεις;

Num intra veſtes occultaſti? ut particulæ ſcilicet η interrogandi vis, non disjungendi tribuatur.

1019. Το ποδα hic & ſupra v. 939. ſignificat *Funem quendam quo vela navis attollebantur, demittebantur, & hâc vel illâc vertebantur.* Hinc λυειν ποδα & κινειν ποδα eſt *vela facere.* Vide *Euſtath.* ad Homer. Odyſſ. Ε. 260.

1023. Trochaica eſt penthemimeris cui ſimilis eſt v. 1028.

1025. Εκπεση, verte, *excides.*

1026. Articulum της elegantius omittunt codices vetuſtiores; ita verſus erit dochmaicus purus, cui ſimilis eſt verſus proxime ſequens, niſi quod pro antiſpaſto habet epitritum primum pentaſyllabum.

1032. 1033. Antiſpaſtici ſunt ſimiles v. 1029.

1038. Αλλ' ουτι μ' εκφυγητε λαιψηρῳ ποδι] Legendum eſſe ουτι μη 'κφυγητε oſtendit *Daweſius* miſcell. critic. p. 340.

1054. Θυμῳ ζεοντι Θρῃκι δυσμαχωτατῳ] *Canterus* reponendum cenſet θυμορζεοντι; mihi fateor magis arridet ſcriptura a *Barneſio* prolata Θυμῳ ζεοντι. Quod autem Θυμολεοντι reponi poſſe ſtatuit *Arnaldus* in obſerv. miſcell. tom. VI. p. 504. ut ſecunda ſyllaba licet natura brevis producatur propter ſequentem λ, cujus rei ſexcenta exempla in vulgus nota exſtare prædicat, audacter pronunciare haud vereor ne unum quidem ſimilis licentiæ exemplum apud poetas tragicos deprehendi.

1056. 1057. 1058. Πα βω; πα στω; πα κελσω,

Τετραποδος βασιν θηρος ορεστερου

Τιθεμενος επι χειρα, κατ' ιχνος;] Τιθεμενος βασιν επι χειρα, *Figens greſſum ſuper manum,* quæ *Kingii* conſtructio eſt & interpretatio, vix tolerari poſſe videtur. Ego potius το βασιν a verbo præcedente κελσω regi exiſtimo, & επι ſine regimine poni, ut τιθεμενος επι idem ſit ſcilicet ac επιτιθεμενος. Quæ ſi admittantur, ita vertendus erit locus, *Quo vado? ubi ſto? quo adpellam quadrupedis greſſum feræ montanæ, mulieribus manus injiciens* (id eſt, *adeo injiciam*) *juxta earum veſtigia.* Fuit quando legendum putabam τιθεμενος επιχειρα, *facinoris mercedem rependens,* ſed ſequente ſtatim κατ' ιχνος, alterum convenientius viſum eſt.

1057. Ionicus eſt a majore trimeter catalectus ex ditrochæo ionico & trochaica καταληκτικῃ.

1058. Antiſpaſticus eſt πολυσχηματιστος dimeter hypercatalectus ex antiſpaſto hexaſyllabo choriambo & ſyllaba.

1061.

NOTÆ IN ORESTEM

EX EDITIONE *KINGIANA*; 1726.

IN ACTUM PRIMUM.

V. 12. 13. ΩΙ ςεμματα ξηνασ' επικλωσιν Θεα Εριν, Θυεςῃ πολεμον οντι συγγονῳ] *Cantero* omnino aſſentior qui ex vetuſtis exemplaribus a *Scholiaſte* laudatis pro εριν reponit ερις. Verte, *Cui* dea Diſcordia *poſtquam lanas carpſerat, ita fati ſtamina deduxit, ut cum Thyeſte fratre inimicitias exerceret.* Miror ſane quid *Kingio* in mentem venerit, ut ςεμματα ξηνασα per *coronas deſtinans*, & επικλωσιν per *intexuit*, vertere potuerit. Στεμματα enim, ut recte ex Æſchine oſtendit *Scholiaſtes*, ſunt τα ερια, απο του ςεφειν τας ηλακατας. Το ξηνασ' quod ex MSto profert *Kingius*, vox eſt nihili. Vide autem Homer. Iliad. Ω. v. 525. Odyſſ. Α. v. 17. Γ. v. 208. Α. 138. Θ. v. 579.

54. Λιμενα δε Ναυπλιου εκπληρων πλατῃ] Locum hunc infeliciter ſollicitat *Sevinus* in hiſtor. Acad. inſcript. Gallic. vol. II. p. 228. pro εκπληρων reponens εκπερων. Sed bene ſe habet vulgata lectio, *explere portum*, & *explere navigationem ad portum*, rem eandem verbis non multum diverſis exprimunt; at εκπερᾳν eſt *exire*, *tranſire*, *traducere*, quorum unumquodque ab hujus loci ſententia alienum eſt.

73. 74. Πως, ω ταλαινα, συ τε, κασιγνητος τε σος Τλημων Ορεςης, μητρος ὁς φονευς εφυ;] Pro εφυ legendum puto εχει, quomodo & *Scholiaſtem* etiam legiſſe ex ejus expoſitione manifeſtum eſt. Verte; *Quomodo ô miſera, & tute vales, & frater tuus, miſer Oreſtes matricida iſte, ſe habet?* Non enim ignorabat Helena, quod ſupponere videtur vulgaris interpretatio, cujus conſilio inductus hoc facinus perpetraverat Oreſtes; nam ſtatim ſubjungit, ſe crimen in Phœbum, cujus juſſu admiſſum fuerat, libenter transferre. Electræ etiam reſponſum non niſi Oreſtis morbum, proprioſque labores ac vigilias, attingit; de matricidio vero nihil habet.

V. 84. Νεκρος γαρ ουτος ουνεκα σμικρας πνοης] Verte, *Eſt enim iſte mortuus, quantum per paullulum reſpirationis licet.*

86. Συ δ' ει μακαρια] Lege cum *Dawesio*, Συ δ' ἡ μακαρια. Vide ejus miſcell. critic. p. 351.

93. Ως ασχολος γε, verte cum *Barneſio*, *Atqui occupata ſum quidem* &c.

128. 129. Ειδετε παρ' ακρας ως απεθρισεν τριχας, Σωζουσα καλλος· εςιν ἡ παλαι γυνη.] *Victorius* in epiſtola ad *Joann. Caſam*, quæ exſtat inter ejus epiſtolas lib. III. p. 59. contendit, per ακρας τριχας non intelligi *ſummam capillorum partem*, ſed *illam ipſorum partem quæ capiti hæret*; & per illa verba εςιν ἡ παλαι γυνη ſignificari, tantam fuiſſe Helenæ pulchritudinem, ut facto hoc, abſciſſis ſcilicet ab ima parte capillis, quod unum ipſam maxime corrumpere potuit, nulla ſit ex parte violata. Idem in var. lect. lib. XXXII. cap. 6. eandem interpretationem novis & ſpecioſis argumentis aſtruere & confirmare conatur; quanquam, ut verum fatear, ſententiam ſuam ut veram putem haudquaquam mihi perſuadet. Minime enim conſona iis, quæ verſibus immediate præcedentibus de vi naturæ in utramque partem philoſophata erat Electra, illa videtur interpretatio, quæ iſta verba εςιν ἡ παλαι γυνη, de corporis ſpecie, non de animi moribus, explicat. Cætera quod attinet, lectionem præfero quæ nobis ſuppeditat *Scholiaſtes* in *Æſchyl. Agamem.*

v. 545.

v. 545. ειδητε ſcilicet, non ειδητε; & pro παρ' etiam, cui præpoſitioni nullus hic eſt locus, omnino cum *Duporto* legendum puto γαρ.

V. 140. Metri Enarrator verum hujus verſiculi metrum ex *Scholiaſte* didiciſſe potuit, qui diſerte monet, προσφορως δε τω παθει, και ἡ του ῥυθμου αγωγη δοχμιαζουσα. Verſus nimirum aſynartetus eſt ex penthemimeri trochaica, quæ pro dochmaico πολυσχηματιστω cenſeri poteſt, & dochmaico puro, ex antiſpaſto pentaſyllabo & ſyllaba conſtante. Hunc autem & ſequentem verſum non choro, ſed Electræ tribui debere opinor. Quod & jam olim monuiſſe deprehendo tandem *Arnaldum* in miſcell. obſervat. tom. VI. p. 586. poſtquam hæc ſcripſerim; qui & pro κτυπειτε reponendum eſſe ψοφειτε ex *Scholiaſte* ad Nicandri Ther. 424. oſtendit: quam lectionem & a cod. *Leidenſium* uno firmari docemur a *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 1371.

142. 143. 144. Verſus hi ſunt dochmaici.

143. Elegantius olim legebatur κωτας, vide Dionyſ. Halicarn. ed. *Hudſon.* tom. II. p. 18. Quod vero in *Kingiana* nunc legitur, λεχους, a metrorum Enarratore de metro imperite ſollicito profectum videtur. Rite autem in carmine antiſpaſtico antiſpaſto opponitur epitritus primus: vide not. ad *Hecub.* v. 931.

145. Quis unquam fando audivit ionico a minore locum eſſe in carmine antiſpaſtico? Verſus proculdubio antiſpaſticus eſt glyconius, ex epitrito primo, qui in antiſtropha pentaſyllabus, & tertio pentaſyllabo, cui in antiſtropha opponitur iterum primus, vel propter αδιαφορον antiſpaſtus. Vide not. ad *Hecub.* v. 931. Penultimam autem του Συριγγος corripi poſſe, quod *Kingio* viſum eſt, vix mihi perſuaderi patiar. Vocalem enim αδιαφορον ſequuntur duæ conſonantes tales ut ab iis ſyllabam inchoare non eſt, adeoque ab iis vocalis diſtrahi, & in pronunciatione ſeperari, non poteſt. Vide *Clark.* ad Homer. B. v. 537. Neque in pronunciatione duarum conſonantium altera ſubtrahi & abſorberi poteſt, ut in duplici liquida λλ, νν, vide Not. ad *Elect.* v. 439. Quod vero ſententiæ ſuæ patrocinium a *Kingio* quæritur ex epigrammate ubi φαρυγγα media brevi legitur, præterquam quod epigramma iſtud recentioris eſt ævi, lectio illa non niſi ex librarii lapſu videtur orta, cum æque φαρυγα ac φαρυγγα Grece dicatur. Vide *Cyclop.* v. 588.

146. Aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis. Metri Enarrator qui verſum hunc ionicum eſſe vult, impeditiſſime tamen pro dipodia ſecunda dijambum ei tribuit.

V. 147. Ιδ' ατιμασαν ἐς ὑπωροφιον θρηνον βοαν] Cum *Duporto* legendum puto ὑπωροφον, *ſubmiſſam qualis ſub tectis eſſe ſolet*; interpretatio illa quæ a calamo ſonum exilem emittente petitur, merum videtur eſſe *Scholiaſtæ* figmentum, ideo excogitatum quia præceſſerat συριγγος τινα λεπτον δονακος, ab analogia vero Græci ſermonis prorſus alienum. Verſus autem trochaicus eſt dimeter acatalectus.

148. Ut ſtrophæ metrum antiſtrophæ reſpondeat, hunc etiam verſum ſequi debet, ſed extra metrum poſita, clauſula A, α.

149. Καταγε, καταγε, προσιθ' ατρεμας,] Mallem καταγε, juxta ſecundam *Scholiaſtæ* interpretationem, quâ per προσιθι redditur, vertere, *Accede, accede.* Verbum enim καταγειν ſeorſim poſitum, & nec φωνη, nec aliam quamcunque ejuſmodi vocem, adjunctam habens, nunquam, ut opinor, ſignificabit, *ſubmittere vocem.*

152. Aſynartetus eſt ex dochmaicis ſimilis v. 146.

156. Βραχυ δ' αναστενει] Verte, *Continuo vero gemit*, juxta eandem analogiam quâ apud Ariſtot. in problem. βραχυ δειται της τροφης ſignificat, *continuo cibo indiget.*

157. Lege φως.

166. Aſynartetus eſt ex dochmaicis.

168. Revocanda eſt veterum codicum ſcriptura quam immutavit *Scholiaſtes*,

Θωϋξασ' ἱκαλες ἐξ ὑπνου.

Optime enim antithetico, prout ex iiſdem codicibus infra v. 189. a nobis reſtitutus legetur, reſpondet metrum. Tantum epitrito primo pentaſyllabo in ſtropha opponitur in antiſtropha epitritus ſecundus itidem pentaſyllabus. Vide not. ad *Hecub.* v. 931.

171. Rectius in editionibus præcedentibus ita legitur hic verſus,

Παλιν ανα ποδα σου ειλιξεις.

et in antiſtropha

Μηλιον αποφονον αἱμα δους.

Glyconii ſunt ex antiſpaſto hexaſyllabo & epitrito primo in ſtropha, in antiſtropha vero dijambo. Vide not. ad *Hecub.* v. 931.

172. Languidiſſime & imperitiſſime articulus του a metri Enarratore ad ſarciendum metrum, quod prius optime ſe habebat, hic interpolatur. Potius ita reformandus eſt antiſtrophicus,

Πατροφονου ματρος dochmaicus.

173. Antiſpaſticus eſt dimeter brachycatalectus, non trochaicus. Vel pueris notum eſt trochaicum ab iambo incipere non poſſe.

V. 174.

V. 174 —— 178. Hi quinque verſus ut & v. 180, 181. dochmaici ſunt.

179. Glyconius eſt ex epitrito primo vel ſecundo & dijambo.

182. Proſodiacus eſt ex pæone ſecundo & choriambo.

183. Ionicus eſt a minore dimeter catalectus ex ionico & trochaica κατακλειδι.

184. 185. 186. Ita hos verſus conſtitui debere cenſeo.

Σιγα· φυλασσομενα penthemimeris dactylica.

Στοματος αναχελαδον, απο hephthemimeris iambica

Λεχεος, ἡσυχον ὑπνου antiſpaſticus hemiholius ex epitrito primo vel ſecundo hexaſyllabo & iambo

Χαριν παρεξεις, φιλα. periodus catalectus.

& ſimiliter in antiſtropha

Δακρυσι τ' εννυχιοις·
Αγαμος, επι δ' ατεκνος, ἀτε
Βιοτον ἀ μελεος εις-
Τον αιει ἑλκω χρονον.

185. απο λεχεος, ſubaudi ουσα.

188. 189. Longe elegantiores hos verſus ita exhibent veteres codices; teſte ipſo metrorum Enarratore qui eos immutare auſus eſt;

Θανειν. τι δ' αλλο γ' ειπω; hephthemimeris iambica

Ουδε γαρ ποθον εχει βορας. glyconius ex epitrito ſecundo & dijambo.

Vide ſupra ad v. 168.

191. 192. 193. Εξεθυσεν Φοιβος ἡμας
Μελεον αποφονον αἱμα δους
Πατροφονου ματρος] Αἱμα hîc pro φονῳ ponitur, ut ſupra v. 36. 89. & infra v. 285, & ut ſæpe alibi φονος pro αἱματι. Legendum autem eſt cum *Barneſio* αποφονον una voce, *impiam, injuſtam cædem.* Eodem ſenſu ſupra v. 163 —— 165. habes αποφονον φονον. Interpretationem quam in notis dedit *Kingius* me ne intelligere quidem fateor; *Expiavit nos Phœbus miſerum abominandum ſpargens cruorem patricidæ matris.* Scire ſane velim quodnam Oreſtis & Electræ crimen expiaverat Phœbus, eos materno cruore ſpargens. Εκθυομαι quidem eſt *expio*, ſed εκθυω, *immolo, macto, perdo.* Δους etiam hoc in loco non eſt, *ſpargens*, nec *reſpondens*, ſed reddi debet, *cum nobis patrandam commiſerit, cum hoc nobis penſi dederit.* Neque enim Phœbus ipſe Clytemneſtræ ſanguinem effuderat, ſed effundi juſſerat, ideoque nec ille effuſoribus pœnas rependebat, ſed hoc ſatagebant Erinnyes. Totum igitur locum ita verte; *Mactavit nos Phœbus cum patrandam nobis commiſerit miſerandam impiam cædem patricidæ matris.*

V. 200. Rectius veteres editiones ſecutus hunc verſum ita leges

Ολομεθ' ολομεθ' ισοτιμεις.

206. Ατε non *quaſi*, ſed *quippe*, verti debebat.

227. Lege ὁταν αυ νοσης, ut vitetur in quarta ſede anapæſtus.

254. Ταχυς δε μετεθου λυσσαν, αρτι σωφρονων] μετεθου λυσσαν, *in rabiem mutatus es*, Græce non dici cenſet *Arnaldus* in miſcell. obſerv. tom. VI. p. 587. ideoque ita hunc verſum refingit,

Ταχυς δε μετεθου, λυσσας αρτι σωφρονων

Cito mutatus es, furis, qui modo ſanus eras. Sed non vidit vir eruditus in vulgata ſcriptura latere ellipſin. Verbum μετατιθεσθαι ſignificare *rem quamlibet in locum alterius ponere* notiſſimum eſt, nec minus notum eſt duplici regimine gaudere, accuſativo rei in locum alterius poſitæ, dativo rei in cujus locum res altera ponitur. In ſcriptura vulgata accuſativum habemus, dativus autem ex proxime ſequentibus αρτι σωφρονων ſupplendus eſt, ut integra constructio ſit, ταχυς δε τῃ αρτι σωφροσυνῃ μετεθου λυσσαν. Ita nullâ immutatione opus erit.

256. Τας αἱματωπους και δρακοντωδεις κορας] Αἱματωποι uſitatum eſt Eumenidum apud noſtrum epitheton. Ita *Andromach.* v. 978.

Τας θ' αἱματωπους θεας ονειδιζων εμοι.

313. Fulcro hîc non opus eſt; το αγαν enim ultimam ſæpe producit. Vide Etymolog. magn. voce Αγαμεμνων, Theognid. v. 19. Callimach. Epigram. XLVII. v. 2.

316. Malim legere Αι, αι, αι, ut verſus antithetico reſpondeat prout in veteribus libris habetur Ιω Ζευ; Ita baſis erit antiſpaſtica catalecta.

317. Antiſpaſticus eſt dimeter brachycatalectus ex epitrito primo hexaſyllabo & iambo.

318. Hic verſus, ut & ſeptem proxime ſequentes, & ſtrophæ ultimus, omnes aut dochmaici ſunt, aut ex dochmaicis aſynarteti.

326. Antiſpaſticus eſt dimeter acatalectus ex epitrito primo & tertio pentaſyllabo.

327. Hic verſus dactylicus eſt trimeter; antitheticus iambica eſt hephthemimeris; adeo ſibi mutuo minime, ut vides, reſpondent. Forſan in ſtropha legi poteſt, ut verſus ſit hephthemimeris dactylica,

Φιτυλευ' φευ, φευ μοχθων

& in antiſtropha

Δεινων γε πονων, ὡς πεντου.

328. Hic verſus, & antitheticus ſuus, quanquam utrique a *Kingio* ad metrorum Enarratoris præſcriptum immutati, ne ſic quidem ſibi ſatis reſpondent.

pondent. Neque enim licitum eſt (quanquam licitum eſſe fidenter pronunciat *Kingius*) ſyllabam verſus ultimam, quæ ſemper neceſſario longa eſt, in duas breves reſolvere. Talis enim ſyllaba ideo tantum (ut egregie monet acutiſſimus *Clarkius* ad Homer. Iliad. Α. v. 51.) hâc prærogativâ gaudet, quia in fine verſus cujuſcunque intervenit pauſa, propter quam ſyllabæ iſtius pronunciatio neceſſario producitur. Pauſam autem iſtam bifariam ſcindi, & inter duas ſyllabas diſtribui impoſſibile eſt. Ita igitur hos verſus juxta editiones priores reſtitui, & in duos dochmaicos utrumque ſecari, debere cenſeo,

Οιων, ω ταλας,
Ορεχθεις ερεις,

& in Antiſtropha

Λαβροις ολεθριοι-
σιν εν κυμασι.

V. 330. Recte ſe habet in prioribus editionibus hujus verſus ſcriptura, nec immutari debuit; tantum in duos dochmaicos ſecetur;

Ελαχ' ελαχε δεξα-
μενος ανα δαπεδον

& ſimiliter antiſtrophicus

Ετερον η τον απο
Θεογονων γαμων

το τον, quod in antiſtropha delendum cenſet *Kingius*, ut hiatum omittam, vix abeſſe patitur conſtructionis Græcæ indoles.

335. 336. Θροαζων σε τον μελεον, ὁ δακρυα
Δακρυσι συμβαλλει;] Metri Enarrator eumque ſecutus *Kingius* fruſtra circa metrum ſolliciti conſtructionem prorſus perdiderunt, reponendo ſcilicet ὁ δακρυα pro ῳ δακρυα, quod ex antiquis exemplaribus antea editum legebatur. Cum vero metri rationem jam ſupra ad v. 318. reddiderimus, revocanda eſt vetus ſcriptura, & interrogationis nota, non poſt συμβαλλει, ſed poſt μελεον, ut olim, reponenda.

V. 350. Δαλος ὁρατε] Perperam omnino vulgatam lectionem Δαλος ὁραθαι immutavit *Kingius*; hinc enim effectum eſt ut hiulca prorſus & abrupta evaſerit conſtructio.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 12. lin. 2. lege Αιγινης.
54. lin. 5. pro λειμωνι, lege λιμενι.
61. Verſus ex *Sophocle* ita leguntur *Electr.* v. 1243.

κἀπι συμφοραισι μοι
Γεννηθεν ἐρπει δακρυον ομματων απο.

79. lege ὑπο δυσυχιας εν θερμανσεως.
208. lege αμοιβαιαι περιοδοι.
235. lege ευθυμει ἡ ψυχη.
242. lege επιλιμενιστην.
249. lin. 6. legendum videtur εχει δε ἡ ξεσις οὑτως.
268. legendum videtur Στησιχορῳ ἑπομενος.
279. lin. 9. *Fabricius* in Biblioth. Græc. vol. I. p. 790. legit Ανθρωπορεστα. Vide Ariſtoph. Βατραχ. v. 305. 306. & ibid. *Scholiaſt.*
Ibid. lin. 13. pro Ορεστη legendum videtur Ορεστην.
298. lin. 2. lege juxta *Stephanianam* ιχας.
318. lege juxta *Barneſianam* Μαιονιοι.
337. p. 238. col. 1. lin. 14. pro δομον lege δομον.
Ibid. col. 1. lin. 18. lege ἡ δε περιχοπη.
Ibid. col. 2. l. 1. dele αλλως quod in *Barneſiana* non exſtat. Hæc enim cum præcedentibus conjungenda, & inde uno tenore continuanda; cuncta enim pendent a præcedente ἡ δε περιχοπη.

IN PARAPHRASIN.

Ad v. 122. lege juxta *Stephanianam*, ὁ δε καιρος ἁρμοδιος δηλονοτι επειγει.
206. pro επι του τωδε legendum videtur επι τοδε.
328. lege juxta *Barneſianam* επιθυμησας.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 397. lege φης, non φης.
404. Φυλασσων οστεων αναιρεσιν, *Expectans dum oſſa legi poſſent.*
414. Αλλ' εστιν ὑμιν αναφορα της ξυμφορας.
Με. Μη θανατον ειπης· τουτο μεν γαρ ου σοφον] Quomodo θανατον nude hic poſitum Agamemnonis mortem ſignificare poſſit, aut ſi maxime ſignificaret, quomodo mors iſta proprie αναφορα, res in quam crimen transferri poſſit, dicatur, non ſane video. Locus procul dubio obſcurior eſt, quem tamen ita intelligi poſſe concipio. Αναφορα της συμφορας reddi poteſt, *calamitatis hujus in alium*, velut auctorem, *tranſlatio*; reddi etiam poteſt, *calamitatis hujus remedium.* Oreſtes propriæ cauſæ propugnandæ

pugnandæ intentus in priori ſignificatione verba iſta uſurpavit, Menelaus autem, ad omnia in pejorem partem accipienda proclivior, poſteriorem ſtatim arripuit, quaſi de morte ſibi conſciſcenda deſperabundus cogitaret Oreſtes, ideoque reponit, *ne mortem hoc remedium eſſe dicas, tale enim propoſitum non ſapientis eſſet.*

V. 416. Φοιβος κελευσας μητρος εκπραξαι φονον] *Arnaldus* in miſcell. obſerv. tom. VI. p. 589. recte ita hæc interpretatur, *In Phœbum jubentem ulciſci cædem a matre patratam.*

424. Ου σοφος, αληθης δ' εις φιλους ειπων κακως] Intellige εις a verbo ειμι, non ως præpoſitionem, & verte, *Non prudens es, ſed verax tamen, amicos convitiis proſcindens.*

439. Ο, τι και σαφες εχεις ειπειν εμοι, *Quod & certo mihi dicere poſſis.*

444. Κυκλῳ γαρ ειλισσομεθα παγχαλκοις ὅπλοις] *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 717. concinnius legit Κυκλῳ γ' ἑλισσομεθα.

446. Ως θανειν βραχυς λογος, *Moriendum eſſe mihi ſumma eſt orationis.*

490. Οργη γαρ ἁμα σου, και το γηρας, ου σοφον] Sic verte, *Iracundia enim tua cum ſenectute conjuncta non ſapiens eſt.* Videtur enim poeta innuere velle, iracundiam minus ſenem quam iuvenem decere.

491. Προς τονδ' αγων τις αν σοφιας ἡκει περι] Cum præcedat αν omnino cum *Du Porto* legendum eſt ἡκοι. Anapæſtus autem quartam ſedem occupat, nam σοφιας ultimam producit.

510. Περας δε ποι κακων προβησεται;] Pro δε lege δη.

514. Φυγαισι δ' ὁσιουν, αποκτεινειν δε μη] Duriſſimam certe, ſi modo ullam, conſtructionem habet hæc lectio, quam *Kingius Scholiaſtæ* auctoritatem ſecutus prætulit; mihi longe magis placet *Barneſiana*,

Φυγαισι δ' ὁσιουν, ανταποκτειναι δε μη

απο κοινου ſcilicet repeti debet εθεντο.

515. Αει γαρ εις εμελλεν ἑξεσθαι φονου] Malim cum *Paraphraſte* & *Du Porto*, εμελλ' ενεξεσθαι.

558. Ιδιοισιν ὑμεναιοισι, κ' ουχι σωφροσιν

Εις ανδρος ηει λεκτρ'.] Voce ανδρος hîc deſignatur, non adulter Ægiſthus, ſed maritus Agamemnon; ejus ſcilicet torum conſcendit Clytemneſtra, Ægiſtho nuptiis clandeſtinis ſecum introducto, quippe quæ vivo etiamnum Agamemnone, jure nuptiali violato, novas illas & illicitas cum Ægiſtho jam celebraverat. Hanc veram eſſe hujus loci ſententiam manifeſte evincunt iſta, ιδιοισιν ὑμεναιοισιν, *propriis & privatis nuptiis, ſe tantum conſcia initis,* & ὁ κρυπτος εν δομοις ποσις. Præterea ανδρος pro αλλου ανδρος vix Græce dicitur.

V. 664. Ita diſtingue cum *Scholiaſte*

Ερεις αδυνατον, αυτο τουτο τους φιλους &c.

679. 680. Perperam hæc in quibuſdam codicibus Electræ tribuuntur; illa enim per totum hunc actum in ſcenam non prodit, ſed intus in viribus cibo, balneis, ſomno reſtaurandis occupata, juxta Oreſtis conſilium, manere cenſetur. Neque ſane operæ pretium erat eam in ſcenam introduci, ut duos tantum verſiculos interponeret in colloquio, maximi, ſi quod aliud, momenti, ubi nimirum de ejus fratriſque capite ac ſalute agebatur. Illa tamen, quanquam abſens, una των δεομενων, quos hîc memorat chorus, cenſetur, preceſque ſuas Oreſtis precibus adjungere intelligitur.

694. Αμαθεις και το βουλεσθαι τοδε] In editionibus *Kingianam* præcedentibus & in tribus MSS. *Leidens.* teſte *Valken.* ad *Phœn.* 430. legitur ταδε, quod immutari haud oportuit.

697. Hunc verſum deformat hiatus iſte αυτῳ εντυχοντι; a *Barneſio* autem diſcimus in codice C. C. C. ſcriptum reperiri non αυτῳ, ſed αυτος, unde colligere in proclivi eſt germanam ſcripturam fuiſſe

Ει δ' ἡσυχος τις αυτος εντειναιτο μεν.

746. Lege Ηυλαβειθ'.

773. Ορ. Τι λεγοιμ' αστοισιν ελθων; Πυ. Ως εδρασας ενδικα.] Omnino legendum exiſtimo ex præcedentium editionum fide, Ει λεγοιμ'. ſenſus, licet ſtructura paullo ſit difficilior, ſatis tamen accuratius expendenti conſtabit. Imperfecta ſcilicet & abrupta eſt Oreſtis oratio, quam interpellatione abrumpens Pylades, & ea dicere perſequens quæ ille volebat, ipſe abſolvit. Interrogationis igitur nota ponenda eſt poſt εδρασας ενδικα; *an illud ſcilicet dicturus es, te nihil niſi quæ juſta ſunt feciſſe?* Quo minus recentiorum codicum ſcripturam quam *Kingius* ſecutus eſt recipiamus obſtat, quod ſecundum eam Pylades Oreſti plane ſuadeat hâc excuſatione apud populum uti, *ſe nihil niſi quod juſtum erat feciſſe,* & verſu proxime ſequente nihilominus objiciat ſe vereri an populus excuſationem iſtam placide ſit accepturus. Præterea το τι nunquam producitur. Vide not. ad *Hecub.* v. 68.

777. Μολοντι δ' ελπις εστι σωθηναι κακων] Priores omnes editiones recte habent μολοντι, quanquam ferri etiam poteſt ſcriptura codd. *Bodlejanorum* μολοντα; ſed ferri nequaquam poteſt interpretatio quam ex iis adfert *Kingius*, απελθοντα, quaſi in fuga ſola ſpes eſſet. Immerito igitur elegantior illi viſa eſt interpretatio quæ manifeſte erronea eſt; nam conſilium de fuga jamdudum repudiaverant & Oreſtes

&

Pylades, ut ex v. 757 —— 760 patet, quia propter Argivorum cuſtodias nulla evadendi ſpes ſupererat. Id vero hoc in loco tantum quæritur, an e re Oreſtis erat eum in publicum populi conventum prodire, quod ex ſequentibus, ſi quis ea perpendere velit, ſatis ſuperque manifeſtum eſt.

V. 782. 783. Και τις αν γε μ' οικτισαι. Πυ. μεγα γαρ ηυγενεια σου.

Ορ. Θανατον αγκαλλων πατρῳον; Πυ. παντα ταυτ' εν ομμασιν] Perperam hæc a *Kingio* vertuntur; melius ita Interpres vulgaris, *Atque aliquis forſan miſerebitur mei —— dolens paternam mortem.* Sermonem imperfectum, poſt interpoſita quædam a Pylade verba, continuat & abſolvit Oreſtes.

785. Η λεγωμεν συν αδελφη τουτ' εμη] In tribus codd. *Leidenſ.* pro τουτ' legitur ταυτ' probante *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 430. ſed certe nihilo deterior eſt vulgata ſcriptura.

788. Τι τοδε; καινον αυ λεγεις.] Delendam cenſeo diſtinctionem poſt τοδε, ut locus vertatur, *Quid hoc novi præterea dicis?*

802. Τουτ εκεινο κτασθ' εταιρους] Ad κτασθαι ſubauditur δει, vel χρη, vel ſimile quiddam, ut vice imperativi fungatur infinitivus; *Illa ipſa de cauſa conciliare tibi amicos ſtudeto.*

805. Glyconius eſt πολυσχηματιστος ex antiſpaſto pentaſyllabo & choriambo. Similes ſunt verſus duo proxime ſequentes.

808. Epichoriambicus eſt ex epitrito pentaſyllabo, choriambo & dijambo catalecto.

810. Si rejicias το τις, quod imperite a metri Enarratore interpolatum eſt, verſus erit antiſpaſticus πολυσχηματιστος dimeter hypercatalectus ex antiſpaſto pentaſyllabo, cui in antiſtropha opponitur epitritus primus, itidem pentaſyllabus, choriambo & ſyllaba.

813. Nihil immutandum eſt; verſus glyconius eſt πολυσχηματιστος ſimilis v. 805. 806. 807. conſtans ex epitrito ſecundo & choriambo.

814. Veterum editionum ſcriptura eſt ἰδειν, non ειδειν; nec cauſam immutationis ullam video niſi illam quam infirmam plane eſſe jam not. ad *Hecub.* v. 931. oſtendimus. Verſus autem iambicus eſt dimeter hypercatalectus.

821. Το δ' ου κακουργειν, ασεβεια ποικιλη] Vetus ſcriptura erat μεγαλη, ipſo fatente metri Enarratore, qui ut metro quoquo modo conſuleret interpolavit ποικιλη. At non metro tantum ſed ſententiæ etiam longe melius conſultum erit ſi antitheticum ſtrophicum potius reformandum eſſe ſtatuatur, ejecto τῳ παλαι quod ſententiam prorſus jugulat. Non enim παλαι ανηλθεν, *olim* retroceſſerat, ſed *nuper* admodum Atridarum potentia & virtus, quamvis hoc familiæ calamitati antiquæ imputari forſan debebat. Lege igitur,

Παλαιας απο ξυμφορας δομων,

Ita verſus erit aſynartetus ex duobus dochmaicis. Jam enim monuimus penthemimeres iambicas & trochaicas inter dochmaicos πολυσχηματιστους recenſeri poſſe. Vide ſupra ad v. 140.

V. 827. Nullam ſatis juſtam cauſam video quare elegantiſſima lectio, τιμων χαριν, quæ in codd. antiquioribus obtinebat, a metri autem Enarratore fruſtra circa metrum ſollicito immutata fuerat, non revocetur. In metro certe ionico a majore, in prima præſertim ſede, pæoni ſecundo optime opponitur ionicus. Vide not. ad *Hecub.* v. 931.

828. Longe verius in prioribus editionibus legebatur εταμε; metri ſcilicet rationem neſciens Enarrator imperitus in εταμεν immutavit, quem pro more ſecutus eſt *Kingius.* At verſus eſt ionicus a majore hemiholius, aut penthemimeris anapæſtica.

829. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus, dactylica & iambica, cui omnino ſimilis eſt v. 831. Minime autem neceſſe eſt a veteri ſcriptura recedere

Τις νοσος, η τινα δακρυα, και τις ελεος.

832. Mallem editionum præcedentium lectionem retinere

Οἷον οἷον εργον τελεσας.

Ita major emergit emphaſis, & verſus erit glyconius πολυσχηματιστος ex dijambo & choriambo.

833. Glyconius eſt πολυσχηματιστος ex bacchio & choriambo. Vide Not. ad *Helen.* v. 1318.

834. Glyconius eſt πολυσχηματιστος ex epitrito ſecundo vel tertio pentaſyllabo & choriambo. Θυραμα penultimam neceſſario producit. Prorſus etiam ſimilis eſt verſus proxime ſequens, niſi quod primam dipodiam antiſpaſtum habeat pentaſyllabum.

836. Poteſt etiam hic verſus eſſe anapæſtica penthemimeris; ſi vero ionicus eſſe dicatur, ex pæone & moloſſo, dimeter acatalectus proculdubio eſt, non hepthemimeris.

838. 839. Glyconii ſunt πολυσχηματιστοι ex diſpondæo pentaſyllabo, una ſcilicet longa in duas breves ſoluta, & choriambo.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 362. lin. 4. Lege κατωμαγγωνον. Vide *Du Cange* Gloſſar. Græc.

Ad

Ad v. 373. lin. 4. Pro αλλα, lege αλλως; nova enim incipit interpretatio.

383. Ita verſus ex Achæi Azanibus allatos conſtitui debere cenſeo;

Νυν ουν ἡμεις ἱκετει θαλλους
Των θεων τε γερας πθεμεν προ ποδων
Των σων, ληξαι
Της απρεπτου ζητης θυσιας.

410. lin. 6. Το εξης ουτως &c. uſque ad lin. 25. incluſive] Hæc ad v. 414. pertinent.

411. l. 6. Lege και τῳ ειπειν.

432. l. 8. Πρωτον μεν τα φοινικια διδαξας ηγεν αυτοις] Vide *Dorvill.* critic. vann. p. 272. ubi, poſt egregie refutatam *Pauwii* χοινικια pro φοινικια reponentis conjecturam, ipſe non minus infeliciter φοινικια nihil aliud hic ſignificare quam *literas* pronunciat. *Literas* quidem *Cadmæas* φοινικια appellari poſſe non eo inficias, quippe a Phœnicibus mutuo ſumptas. At non *literas Cadmæas*, quarum uſus jam vulgaris erat, Græcos docuit Palamedes, ſed ipſe novarum literarum exſtitit inventor, quod ex *Heſychio* & altero ad hunc ipſum locum *Scholiaſte* confirmare pergit ipſe vir eruditus. Novæ vero hæ literæ certe Phœniciæ dici non poterant. Præterea, quid ad Annonam literæ?* Immo, ait vir doctiſſimus, commercio literario ita faciliori reddito, facilius quoque commeatibus proſpexit. Quaſi ſcilicet tabellariis publicis antiquo iſto ævo uterentur, & negotia omnimoda, in regionibus etiam longinquis, pari commoditate tunc per epiſtolas, atque in hoc ſæculo factum videmus, tranſigi atque expediri poſſent. Sed talibus refellendis diutius immorari hominis eſſet otio ſuo & lectoris abutentis. Per φοινικια igitur hic intelligi *dactylos* exiſtimo, ideo nimirum *Phœnicia* dictos, quia regio Phœnicia dactylorum proventu ac commercio inter antiquos celebris; forſan etiam quia φοινικος, palmæ arboris, erant fructus. Dactylorum horum uſum, cum deficeret annona, primus Græcos docuiſſe dicitur Palamedes, eorumque copiam ipſe *accerſitum iviſſe*, ηγεν αυτοις; & *in his*, εν τουτοις, diſtribuendis normam æquam & accuratam etiam inſtituiſſe.

Ad v. 457. lin. ult. legendum videtur cum *Barneſio* την Ανδας αδελφιδην.

480. lin. 3. lege juxta *Barneſianam* απαπην.

488. p. 263. col. 2. lin. 5. pro δηλοι lege δουλοι.

575. lin. 5. lege πατερα εφονευσε.

634. lin. 4. lege προσθεσθαι.

645. lin. 19. legendum videtur, ουδε κατα συλλογισμον φησιν.

704. lin. 4. legendum eſt ου σφοδρα.

771. lin. 2. lege ου κολακευτικους.

818. lin. 3. lege γεγεννημενη.

IN PARAPHRASIN.

Ad v. 764. pro αποβλεπων lege αποβλεπων.

781. pro μενον lege μενων.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 859. Ut conſtet metrum omnino legendum Απαρ τις ὠ 'γων.

870. Αιγυπτῳ δικας Διδοντ', Litis quæ ei cum Ægypto intercedebat judicium ſubiens.

919. Χωριν ὁμοσε τοις λογοις θελων, *Diſceptationem ulteriorem præcidere cupiens.*

926. 927. Οικουρηματα, *Domeſticas cuſtodias*; ευνιδας, *Conjuges.*

939. Κ'ου φθανοι θανοι ον τις αν, *Neque mortem effugiet quiſquam.* Vide ſupra v. 934. 935.

952. Rectius leges juxta codicem C. C. C. ἀιγειαια δε.

966. Glyconius eſt ex antiſpaſto hexaſyllabo, cui in antiſtropha opponitur epitritus primus pariter pentaſyllabus, & dijambo. Ejiciatur autem fulcrum γε, quod nulla metri neceſſitate cogente interpolavit *Kingius.*

V. 968. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus iambicis.

973. Omnino legendum eſt πολιηταις, nam πολιηταις quod repoſuit *Kingius* vox eſt nihili. Verſus autem ionicus eſt a majore trimeter brachycatalectus ex epitrito ſecundo, ionico, & ſpondæo. Καλη in ſtropha priorem habet brevem, neque unquam apud Atticos primam producere reperitur.

981. Iambica eſt hephthemimeris, nam πετρινον ſecundam corripit.

982. Antiſpaſticus eſt pherecrateus purus, legendum enim eſt αιωρημασι, rejecto τῳ ν finali quod ultro addidit *Kingius.* Inſigne autem peritiæ ſuæ ſpecimen hîc exhibet metri Enarrator, qui verſum hunc trochaicum eſſe vult, cum primum tamen pedem vel ſpondæum habeat vel iambum.

V. 983.

V. 983. Iambicus eſt dimeter hypercatalectus ſimilis proxime ſequenti.

985. Glyconius eſt ex epitrito primo & antiſpaſto pentaſyllabo.

990. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus ex epitrito primo, dijambo, & ſyllabo. Ejiciendus enim eſt articulus το ν quem frigide interpolavit *Kingius.*

993. Trochaicus eſt dimeter hypercatalectus.

995. Trochaicus eſt ſimilis v. 993. Eliminandum enim eſt το ν finale in λευκοκυμοσιν quod *Kingii* de metro ſollicitudini debetur.

1000. Λογχιμα ποιμνιοισι Μαιαδος τοκου] Diſtinguendum eſt poſt ποιμνιοισι, quod cum Αγριων ιππειοτα conjungi debet, ſicut Μαιαδος τοκου pendet a το χρυσομαλλον περας.

1004. Trochaicus eſt trimeter catalectus quinto pede choreo.

1006. Κτιλευσον ουρανου προπαρμοτας] Lege omnino προσαρμοσασα, ut cum ερις jungatur, aſtipulantibus editionibus præcedentibus omnibus, *Paraphraſte* & *Scholiaſte* vetere. *Kingius* maluit conſtructionem perdere quam vel latum unguem ab Enarratoris metri placitis diſcedere. Verſus autem ſenarius eſt catalectus.

1013. Cum prima του Ατρεως ſit natura longa nulla poteſt ſynizeſis ita fieri ut ſyllaba iſta brevis evadat. Dicendum eſt igitur verſum eſſe dactylicum tetrametrum hypercatalectum.

1016. Ejicienda eſt omnino præpoſitio συν quam codices veteres non agnoſcunt; ita verſus erit ithyphallicus.

1021. Ιδυιαν hic ſtare per metrum omnino non poteſt; cum enim & primam & ſecundam producat, verſus hypercatalectus evadit; quare aut ορθαν, aut αντχαν, aut tale quidpiam reponendum eſt.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 869. lin. 6. Legendum videtur ὑπερ ων υψαυντο φονων.

870. l. 12. pro Αλιδας καλειται *Valken.* ad Schol. in *Phœn.* p. 609. ex cod. Auguſt. reponit Αλιαια καλειται.

901. lin. 14. Θραξ ην εκ Δελφων ὁ Κλεοφων] Hæc aperte ſunt mendoſa; nulli enim in Thracia Delphi. *Palmerius* exercitat. p. 773. reponit Δαυλιατων, non admodum veriſimiliter.

962. lin. 10. Pro τον ιαχχον mallem reponere την ιαχην, quam cum *Kingio* τον Ιακχον, cui certiſſime nihil hic negotii; quanquam neque iſtud plene mihi ſatisfacit.

966. Lege Τηρ ἡμων.

980. col. 4. lin. 1. Legendum videtur εξαρπασθαι τον λιθον.

989. lin. 7. pro τα Μυρτιλου lege τον Μυρτιλον.

992. lin. 8. lege μανιουσιν γαρ Ερμην τον τουτου πατερα, Myrtilus enim Mercurii erat filius.

1000. col. 1. lin. 11. Sub verbo ultimo ανταποκαλει latere ſuſpicatur *Bentleius* nomen aliquod paſtoris, ut ſit Αντιον αποκαλει, vel Αντανδρον καλει, vel Αντιφον, vel ſimile quidpiam. Vide epiſt. ad Mill. p. 17.

Ibid. col. 3. lin. 23. Forſan legendum τουτο ουν νυν λεγει.

IN PARAPHRASIN.

1002. Pro ολεφας lege ολων.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 1028. Σπευδεις τα κραδαιντ'] Malim cum *Cantero*, & *Porto* κραδαινειν. Vide *Hecub.* v. 219. Sæpe autem voces iſtas confundunt librarii. Vide etiam *Phœniſſ.* v. 1519. & ibid. notam *Kingii.*

1060. Lege ὡς.

1065. 1066. Αλλ' ει ὅπως γενναια κ' Αγαμεμνονος Αξιαν ταυτη κατθανουμεθ' αξιωτατα] Verte, *Sed eia, videamus qua ratione generoſa & Agamemnone digniſſima exſequuti moriamur.*

1088. Χαιρ' ου γαρ ἡμιν εσ τουτο, σοιγε μοι] Verte, *Felix ſis; non enim nobis compellatio iſta amplius convenire poterit, tibi quidem adhuc convenit.*

V. 1113. Μαλιστα και δη παντ' αποσφραγιζεται] Perperam hunc locum hactenus explicarunt interpretes. *Scholiaſtes* αποσφραγιζεσθαι exponit σφραγιδας επιθειναι, σφραγιζειν, ſed interpretatio iſta & a Græci ſermonis analogia, & a poteſtate quam in compoſitione obtinet præpoſitio απο prorſus eſt aliena.. *Kingius* idem verbum vertit, *reſignare*; ſed doceri velim quomodo Oreſtes e foro modo reverſus reſcire potuerit quid tunc temporis agebat Helena, præterquam quod ex ſequentibus v. 1437 — 1449. ſatis conſtet hanc diverſæ plane occupationi tunc intentam de apothecis reſignandis ne cogitaſſe quidem

dem. Quapropter verbum iſtud forma & poteſtate *paſſiva*, non *media*, hîc uſurpatum exiſtimo, & ita locum vertendum; *Certo certius, & omnia quidem nunc reſignata atque aperta ſunt.* Hoc ſcilicet dicere vult Oreſtes; *Fores omnes interiores jam apertas eſſe, adeo ut Helenæ manus injicere, & quæcunque contra eam molirentur facillime ac ſine ullo impedimento exſequi, poſſent.* De ſenſu verbi αποσφραγιζεσθαι, & more qui apud veteres obtinuit fores ſigillo obſignandi, vide Diog. Laert. lib. IV. §. 59. & ibid. commentatores.

V. 1114. Αλλ' ουκεθ', Αδην νυμφιον κεκτημενη] Syntaxeos ratio poſtulare videtur ut reponamus κεκτημενῃ, dandi caſu, ut ordo verborum ſit, αλλα ουκετι παντα αποσφραγισθησεται κεκτημενῃ Αδην νυμφιον, *Sed non amplius, ſicut nunc, omnia ei aperta erunt cum Plutonem ſponſum nacta fuerit.*

1121. Δις θανειν ου χαζομαι] Rectius codex C. C. C. teſte *Barneſio*, ουχ ἁζομαι. Vide quæ notavimus ad *Alceſt.* v. 326.

1124. Εισιμεν, verte, *intrabimus*, non, *intremus*.

1127. Ως' ενδακρυσαι γ' ενδοθεν κεχαρμενη] Conſtructionis ratio omnino poſtulat ut pro κεχαρμενη legatur κεχαρμενην, & ita legiſſe videtur *Paraphraſtes*. Ita etiam in tribus codd. *Leidenſ.* legi poſt hæc ſcripta edoctus ſum a *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 1353.

1174. Ut vitetur anapæſtus in quarta ſede legendum eſt,

Ρωμην θεου τιν' εχ' ὀν ου καταισχυνω,

Kingius ex codice *Reg. Societ.* reponit εχειν, ſed augmentum non abjiciunt Attici.

1178. Ει ποθεν αελπτος παραπεσοι σωτηρια] Verte, *Si ſcilicet alicunde inſperata ſalus accideret. Kingius* vertit quaſi legiſſet ει δε ποθεν.

1192. Χοας κατασπεισοντ' ὑπερ μητρος ταφου] Υπερ μητρος eſt *pro matre, vice matris*, ταφου enim regitur a præpoſitione κατα in κατασπεισοντ'. Cujus autem ταφος hîc deſignatur minime ambiguum eſſe poterat cum verſu abhinc tertio præcedente diſerte dicatur Hermionam profectam eſſe προς Κλυταιμνηστρας ταφον.

1208. — τινδ' ἡμιν εχω
Σωτηριαν, επαλξιν] Conſtructio ex hac lectione & interpungendi ratione, quas prætulit *Kingius*, orta, durior mihi videtur eâ quam exhibent editiones præcedentes, nempe Σωτηριας επαλξιν, *ſalutis propugnaculum.* Imo ſi reciperetur lectio *Kingiana*, pro adjectivo ſumerem σωτηριαν, & eodem modo hæc vertenda cenſerem.

1223. 1225. Φυλασσε δ' ην τις πριν τελευτηθη φονος
Ελθων ες οικους φθῃ] *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 982. ita corrigi jubet,

Φυλασσε, μη τις, πριν τελευτηθη φονος
Ελθων μ' ες οικους φθῃ

ſed primum verbum φυλασσειν nunquam eam apud ſcriptores Atticos obtinere ſignificationem quæ huic loco unice conveniat, nempe *cavendi*, hanc vero medii φυλαττεσθαι eſſe propriam; illud etiam longe alio ſenſu, pro eo quod eſt *ſervare, obſervare, cuſtodire*, uſurpatum, luculenter oſtendit *Daweſ.* miſcell. critic. p. 97. 98. Deinde accuſativus με iſta προς οικους ſequi non præcedere debebat. Poſtremo ipſe vir eruditus fatetur, με φθῃ, &, φθῃ, utrumque & Græce & Attice dici poſſe.

1238. Και ημας λιτας, lege, κἀμας λιτας.

1243. Ονειδη, verte *exprobrationes*, prout recte interpretatur *Scholiaſtes*.

1251 — 1255. Ita ſtrophæ hujus verſus conſtitui debere exiſtimo;

1. Ηλ. Μυκηνιδες ω φιλαι, τα ionicus a majore dimeter acatalectus
2. Πρωτα κατα Πελασγον ἑδος Αργειων. aſynartetus ex penthemimeribus trochaicis
3. Χο. Τινα θροεις αυδαν; penthemimeris trochaica
4. Ποτνια; παραμενει γαρ ετι σοι τοδ' εν ſimilis verſui 2do
5. Δαναϊδων πολει. Similis v. 3tio

& ita pariter antiſtrophæ verſus,

1. Ηλ. Ελισσετε νυν βλεφαρα, κο-
2. ραισι διδετε παντῃ δια βοστρυχων.
3. Ημ. Οδε τις εν τριβῳ
4. Ερχεται, τις αρ' αμφι μελαθρον πολει
5. Σον αγροτας ανηρ.

Veterem ſcripturam a metri Enarratore pluries ad libitum immutatam ex veteribus editionibus revocavi. In verſu autem antiſtrophæ quarto, ut conſtaret metri ratio, nec invitâ ſententiâ, pro προσερχεται repoſui ερχεται, & pro τις ὁδ' αρ' pariter τις αρ', ejecto τῳ ὁδε, quod jam ſemel poſitum iterari minime neceſſe eſt.

1251. 1252. Μυκηνιδες ω φιλαι, τα
Πρωτα κατα Πελασγον ἑδος Αργειων] τα πρωτα cum φιλαι jungendum cenſeo, ut ſententia ſit; *Mycenides, ô præcipue nobis amicæ in Pelaſgo ſolo Argivorum.*

1258. Τι δε με τοδε χρεος απυεις;] Æque retineri poteſt μοι, ac με, modo enim verſus ſit iambicus legitimus minime neceſſe eſt choreum etiam choreo reſpondere. Vide not. ad *Hecub.* v. 931.

1260. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus trochaicis.

1260. 1261. 1262. Φοβος εχει με, μη τις επι δωμασι
Σταθεις επι φοινιον αιμα

Πη-

Πηματα πημασιν εξευρῃ] Verte, *Metus mihi incidit ne quis prope ædes collocatus ad obſervandum an nobis necem intulerimus clades alias cladibus ſuperadditas deprehendat.* Hæc ſcilicet ab Electra dicuntur metuente ne pateſaciantur fratris & Oreſtis incœpta ante facinus patratum.

V. 1266. 1267. 1270. Trochaicæ ſunt penthemimeres.

1280. Τι δ', το σον βεβαιον επ μοι μενει;] Verte, *Quid vero? an ex parte quæ tibi cuſtodienda commiſſa eſt res in tuto mihi adhuc conſtant?*

1294. Εν ὅπλοις ὁρμαται] Magis mihi arridet ſcriptura præcedentium editionum ενοπλος, ut ſtrophe hæc ſolis penthemimeribus trochaicis conſtet.

1304. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus, dactylica & trochaica; ſcribendum enim eſt αυταν, ſicut in præcedentibus editionibus legitur.

1305. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus dactylica & iambica.

1309. Antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus ex antiſpaſtis duobus, priore pentaſyllabo, & iambo.

1311. Hic verſus, qui ut nunc legitur prorſus αμετρος eſt, in duos ita dividi debet,

Δορι παρα ποταμον dochmaicus

Ολλυμενους, ἐνθι idem.

ἐνθι autem verti debet *ubi*, non *unde*.

1314. Periodus eſt.

1349. Σωθητ', *ſervati ſitis*, non, *ſervati eſtis*.

1357. 1358. 1359. Horum verſuum primus & ultimus aſynarteti ſunt ex dochmaicis, medius eſt dochmaicus. Infeliciſſime ceſſit *Arnaldo* in miſcell. obſerv. tom. VI. p. 590. conatus hæc ad ſenariorum leges reducendi.

1366. Trochaica eſt penthemimeris.

1367. Glyconius eſt πολυσχηματιστος ex antiſpaſto pentaſyllabo & choriambo.

1368. Antiſpaſticus eſt πολυσχηματιστος trimeter acatalectus ex epitrito ſecundo, choriambo & antiſpaſto.

1369. Hic verſus penthemimeris trochaica eſſe debet, ſimilis ſequenti; nam ολομενον ſecunda vice iteratum in melioribus exemplaribus non reperitur.

1371. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus ex dijambo, antiſpaſto & ſyllaba.

1375. 1376. 1377. Forma hos verſus conſtituendi ac metiendi quam nos docuit *Terentianus Maurus* proculdubio præferenda eſt, ſimul & argumento eſſe poteſt quam parum in hac re fidei metri Enarratori tribui debet.

1379. Φρουδα, φρουδα, γα, γα.] Verte, *incerta*, vel *incognita eſt terra, terra.* Hæc enim a Phryge dicta accipio ignaro in terra peregrina quo ſe verteret ut Oreſtis enſem effugeret.

V. 1381. Pherecrateus eſt ex antiſpaſto & cretico. Similis eſt v. 1385.

1382. Glyconius eſt πολυσχηματιστος ex antiſpaſto pentaſyllabo & choriambo.

1383. 1384. 1385. Η ποντον, ωκεανος ὃν

Ταυροκρανος αγκαλαις

Ελισσων κυκλει χθονα] Verte, *Quem oceanus taurino capite circumvolvens ulnis amplectitur terram.*

1384. Euripideus eſt.

1387. Dactylica eſt hephthemimeris.

1389. ἱερον hîc primam producit, ut fiat creticus.

1390. Ως σ' ολλυμενον στενω] Rectius editiones præcedentes ολομενον; nam ολλυμενος is eſt qui *mox periturus eſt*, non qui *jam periit*, ideoque hîc per ſententiam ſtare non poteſt. Ita verſus erit iambicus dimeter brachycatalectus, primo pede dactylo.

1393. Trochaicus eſt dimeter hypercatalectus.

1394. Ideo forſan Κυκνοπτερος dici potuit Helena, quia a Jove in Cygni forma latente genita erat, & ex ovo cygneo nata. Vide noſtri *Helen.* v. 262 —— 265. ſed etiam ita duriſſimum eſſe epitheton, præſertim cum ομμα conjunctum, fateor.

1396. Ξεστων περγαμων, *munimentorum lapide quadrato conſtructorum.* Verſus autem trochaica eſt penthemimeris.

1397. Periodus eſt.

1399. Antiſpaſticus & hemiholius ex antiſpaſto pentaſyllabo & anapæſto.

1400. 1401. Δαρδανια τλαμον Γανυμηδεος

Ιπποσυνα Διος ευνετα.] Ordo ſerieſque verborum atque orationis ſtructura non patiuntur conjungi Ιπποσυνα cum Δαρδανια. Recte igitur vidit *Kingius* opus hîc eſſe genitivo, non vocativo, quanquam veram genitivi iſtius conſtructionem non vidit. Sed genitivus non poteſt eſſe Ιπποσυνα, cum Ιπποσυνης caſu recto neque reperiatur, neque rite ſecundum Græci ſermonis analogiam formetur; ideoque non dubito quin reponendum ſit, Ιπποσυνου. Ita conſtructio erit, ω Δαρδανια τλαμον ιππα Γανυμηδεος ιπποσυνου ευνετα Διος. Raptus ſcilicet Ganymedes, & in conſortium lecti a Jove adhibitus, non inter minimas perhibetur fuiſſe cauſas quæ Junonem Trojanis infenſam reddiderant, adeoque urbis excidium promoverant. Porro diſtinguendum etiam eſt poſt τλαμον, quod ab interjectione οτοτοι regitur. Quod vero ad metrum v. 1401. attinet, verſus gly-

glyconius eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo & dijambo. Violentiorem hic medicinam adhibet *Arnaldus* in miſcell. obſerv. Tom. VI. p. 591 —— 594. ſed infeliciſſimo ſane ſucceſſu.

V. 1403. Τα γαρ πριν ουκ ευγνωστα συμβαλουσ᾽ εχω] Verte, *Quæ enim prius facta ſunt, quanquam non certe cognita, conjectura tamen aſſequor.*

1408. Ξιφεσι σιδαρεοις αϊδα] Malim legere αϊδᾳ, dandi caſu, *effunditur orco.* Quid enim hic ſibi volunt orci vel Plutonis enſes? Verſus autem glyconius eſt ex dijambo pentaſyllabo & antiſpaſto.

1411. Trochaicus eſt ſimilis v. 1409.

1416. Ionicus eſt a minore trimeter brachycatalectus, ex moloſſo vice ionici, ditrochæo, & trochæo.

1427. Dochmaicus eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo, & ſyllaba.

1430 —— 1435. Hi ſex verſus non niſi tres conſtituere debent, antiſpaſticos trimetros acatalectos, ex epitrito ſecundo, antiſpaſto, & epitrito tertio;

Μη τις ειη δολος. καθηκει τοις μεν, ου,
Τοις δ᾽ ες αρκυστατον μηχαναν εμπλεκειν
Παιδα την Τυνδαριδ᾽ ὁ μητροφοντας δρακων.

1436. Συ δ᾽ ηδη που τοτ᾽, η παλαι φυγεις φοβῳ;] Cum commoda omnino ſit vulgata ſcriptura, quare eam immutare voluit *Kingius* non intelligo. Si quid innovandum eſſet, mallem reſcribere παλαι ᾽φυγες, ut accuratius conſtet temporum ratio.

1442. Antiſpaſticus eſt hemiholius ex epitrito tertio pentaſyllabo & anapæſto.

1444. Antiſpaſticus eſt hemiholius ex epitrito quarto pentaſyllabo & anapæſto.

1448. Trochaica eſt penthemimeris, ſecundo pede dactylo.

1450. Dochmaicus eſt ex epitrito primo pentaſyllabo & ſyllaba.

1458. ὧν εμελλεν, *eorum quæ facturus erat*, Oreſtes ſcilicet.

1464. Εν εξεδραισι, *in conclavibus exterioribus.*

1470. Dactylicus eſt, non anapæſticus.

1472. Periodus eſt, non anapæſticus, ut vult metri Enarrator.

1478. 1479. Ita verſus hoſce potius conſtitutos mallem, ut ambo ſint trochaici

Ως καπροι δ᾽ ορεστεροι γυ-
ναικος αντιοι σταθεντες.

1480. 1481. Hi verſus ita conſtituendi, ambo trochaici,

Ενεπεσον κατθανη,
Κατθανη, κακος σ᾽ αποκτενει ποσις.

1484. Antiſpaſticus eſt πολυσχηματιστος ex epitrito ſecundo pentaſyllabo, choriambo, & ſpondæo. Quod ſi veterum editionum ſcripturam, Α δ᾽ ιαχεν, revocandam cenſeas, verſus erit proſodiacus ex ionico a majore choriambo & ſpondæo.

V. 1485. Aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis; a ſpondæo enim incipiens trochaicus eſſe non poteſt.

1486. Antiſpaſticus eſt dimeter hypercatalectus ex dijambo, epitrito primo pentaſyllabo, & ſyllaba.

1487. Antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus ex antiſpaſto pentaſyllabo, epitrito primo pariter pentaſyllabo, & iambo.

1492. Ωμοις αριστεροισ᾽ ανακλασας δερην] Verte, *In humerum ſiniſtrum collum*, Helenæ ſcilicet, *reſupinans*; repugnantibus licet *Scholiaſte* & *Kingio*, qui ὤμοις vertunt, *manu.*

1493. Pherecrateus eſt ex antiſpaſto & amphibrach.

1500. ξιφος προκωπον eſt *enſis ſtrictus*, aut ſaltem cujus *capulo manus eſt admota.* Vide *Suid.* in voce, & Lucian. de domo cap. 30.

1501. Antiſpaſticus eſt trimeter catalectus, ex dijambo, antiſpaſto pentaſyllabo & dijambo catalecto.

1503. Iambicus eſt dimeter hypercatalectus.

1506. Periodus eſt catalectus.

1511. Θανατου προβολαν, *Mortis propulſationem, contra mortem tutamen.* In λισσομενος ſubauditum continetur λιταν, cui voci hæc per appoſitionem cohærent.

1516. 1517. Ita potius hi verſus conſtituendi,

Επι φονῳ χαμαιπετει
Ματρος, ἁ νιν ετεκεν ἁ τλαμων

Prior verſus Euripideus eſt, alter antiſpaſticus πολυσχηματιστος, ex ditrochæo, epitrito primo aut antiſpaſto pentaſyllabo, & ſyllaba. Repoſui ut conſtaret grammaticæ ratio ἁ τλαμων, pro ὁ τλαμων quod in *Kingiana* legitur; quamquam commodior forſan eſt præcedentium editionum ſcriptura ετεκε τλαμων, & tunc verſus glyconius erit πολυσχηματιστος ex ditrochæo & antiſpaſto pentaſyllabo.

1519. 1520. Ita potius hos verſiculos conſtitutos mallem,

Ως σκυμνον εν χερσιν ορειαν jambicus dimeter hypercatalectus

Ξυνηρπασαν᾽ παλιν δε ταν Διος κοραν idem ſenarius.

1522. 1523. Ita potius hi verſus conſtitui debent,

Α δ᾽ εκ θαλαμων baſis anapæſtica

Εγενετο διαπρο δωματων αφαντος. iambicus trimeter catalectus.

1525. Dochmaicus eſt.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 1062. lin. 8. Ὡς προδεδωκοτα την ἐξ Αγαμεμνονος γενομενην αυτῳ] Videtur excidiſſe vox aliqua, v. g. χαριν, aut ſimile quidquam.

1079. lin. 4. ἰδιως δε ταυτα &c. uſque ad finem Scholii] Hæc pertinere videntur ad verſum proxime ſequentem.

1097. lege Συνηνεσα, αποδεξαμενη

1113. lin. 7. αποσφαλιζεται vox eſt nihili; lege αποσφαλιζεται, & in Scholio ſequente αποσφαλιζομενοι. Vide *Paraphr.* ad v. 1132.

Ad v. 1291. lege ἅμα τῳ την οψιν αυτης ιδειν.

1292. l. 11. legendum puto εκκεκωφωνται.

1391. lin. 6. lege παροχευεσθαι; Redditur enim etymologia vocis παροχος.

1404. lin. 5. lege βασιλευς ανηρημενος.

1490. lin. 4. pro κωπης lege κομης.

1516. lin. 10. lege διωκομενη.

1518. lin. 11. lege εν ναρθηξι.

IN PARAPHRASIN.

Ad v. 1128. lege ενδοθεν δε χαριν εχων.

1395. lege του γεννηματος.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 1542. Σοι μεν ουν εγωγ' αμυνειν] Verte, *Ego quidem ut ad te defendendum adcurreretur*, ſcilicet *clamorem edidi.*

1546. Ου γαρ; ὁπης Ελλαδ' αυτοις φευξει διελυμηνατο;] Tolle diſtinctionem poſt Ου γαρ, plena enim & integra oratio eſt Ου γαρ ἡδε εστιν ὁπης &c.

1551. Ὡς τι, lege ὥστε.

1571. Periodus eſt non trochaicus.

1582. 1583. Ita hi verſus conſtituendi, & ad veterum editionum fidem reformandi,

Μεγαλα δε τις ἁ δυναμις proſodiacus

Δι' αλαστορων επεισιν, ionicus a minore dimeter acatalectus

Επεισι μελαθρα. dochmaicus.

1609. Legendum omnino αρηξε, nam αραρε penultimam corripit. Vide ſupra v. 1334. not. ad *Electr.* v. 948. *Sophocl. Electr.* v. 147. Neque in ſyſtematibus iambicis Doriſmum admittunt Attici.

1622. Εις ἁδου βαλειν, *Orco demiſiſſe.*

1665. Εφεδρευεις κορη, *Puellæ immines.*

1668. Οργην Μενελεω ποιουμενος] Verte, *Indignatione contra Menelaum permotus.*

V. 1677. Επει θεοι τῳ τῳδε καλλιστευματι] Cum *Scholiaſte* καλλιστευμα idem hîc ac καλλιστειον ſignificare exiſtimo, *præmium* ſcilicet *virtuti & fortitudini propoſitum.*

1726. Lege αιει.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 1548. lin. 4. pro κτησαιμεν forſan legi poteſt κτησαιμεν.

1565. lin. 2. Ελκειν, και αλλους διωκειν &c.] Hæc manifeſte mendoſa ſunt; forſan legendum ἑλκει και αλλους. Διωκειν κυριως επι κατηγορειν, κειται δε νυν &c.

1579. lin. 5. forte legendum του Ορεστου φθασαντος.

1607. l. 5. pro κτηματι forſan reponendum κτισματι.

1619. lin. 2. lege εκλαπης.

1686. lin. 7. ita diſtingue, την δικην εσχατον. επειτα γεγονεν ὑστερον δε Αρης &c. Alia etiam in hoc Scholio corrupta ſunt, quæ meliorum codicum opem poſcere videntur.

1724. lin. 4. lege ἡ θεα.

1729. lin. 23. lege εν Τυροις. *Sophoclis* enim binæ erant Tragœdiæ inſcriptæ Τυρω.

NOTÆ IN PHOENISSAS.

EX EDITIONE *KINGIANA* 1726.

IN ACTUM PRIMUM & SECUNDUM.

V. 6. ΕΙΝΑΛΙΑΝ] lege εναλιαν, vide ſupra ad *Hec.* v. 39.

17. Οδ' ειπεν] lege ὁ δ'.

69. Τωδ' εις φιλον μολοντι] lege τω δ'.

77. lege ὁ δ'.

90. Ες διηρες εσχατον] De ſignificatione vocis διηρες vide *Jungermannum* ad *Pollucem* lib. 1. §. 81.

93. Μη τις πολιτων] Verte, *Num quis civium.*

103. Ορεγε νυν, ορεγε γεραιαν
Νεᾳ χειρ'] Verſus prior aut trochaicus eſſe poteſt aut antiſpaſticus dimeter acatalectus ex duobus antiſpaſtis quinqueſyllabis conſtans; ita nullâ immutatione opus eſt, Orationis autem ſtructura adeo non poſtulat ut pronomen μοι hîc inſeratur, ut eo inſerto longe languidior, meâ quidem ſententiâ, immo & putidior, evadat. Certe cum nemini omnino convenire poſſit το Νεᾳ niſi Antigonæ quæ loquitur, nulla ambiguitas aliudve incommodum ex pronomine ſubaudito oriri poteſt.

128. Metrum ionicum a minore pæonas ſecundos non admittit; dicendum igitur verſum eſſe glyconium πολυχρυσοπαστον ex epitrito quarto pentaſyllabo & choriambo.

131. 132. Meliorum codicum ſcripturam revocandam cenſeo,

Αστρωπος εν γραφαισιν, ' ουχι trochaicus trimeter brachycatalectus

Προσφορος ἁμεριω γεννᾳ hephthemimeris dactylica. Verſum autem 131. optime illuſtrat deſcriptio emblematis in Hippomedontis clypeo depicti, quam infra videre licet v. 1131. — 1135.

139. Trochaica eſt penthemimeris.

148. Ionicus eſt a minore dimeter catalectus ex ionico pentaſyllabo & κατακλειδι trochaicâ.

V. 156. Το γε a *Kingio* interpolatum metrum perdit, adeo non adjuvat. Pæon enim quartus ionici a minore vice fungi non poteſt. Lege igitur aſtipulantibus codicibus

Ος επ' εμαν πολιν ηλθε περσων.

Antiſpaſticus eſt dimeter acatalectus ex duobus antiſpaſtis, priore hexaſyllabo.

159, 160. Cum *Kingius* vix unquam latum pedem a *Scholiaſtæ* circa rem metricam placitis diſcedat, minus mirum eſt eum priorum editionum lectionem velut peſſimam damnare, cum tamen ei quam ipſe edidit revera ſit præferenda.

Που, που δ' ὃς εμοι baſis anapæſtica

Μιας εγενετ' εκ ματερος; iambicus dimeter acatalectus.

Reduplicatum iſtud που Antigonæ impatientiam ex amore fraterno ortam emphatice depingit.

161. Trochaica eſt penthemimeris.

168. Verſus videtur eſſe dactylicus tetrameter ita corrigendus,

Ποσον γ' εξανυσαιμι δ' αιθερος.

171. Antiſpaſticus eſt dimeter acatalectus ex epitrito primo pentaſyllabo & antiſpaſto hexaſyllabo.

176. Τις κυρει] In editionibus præcedentibus legebatur τις; ποθεν κυρει, quarum vocum cum alteram metrum reſpuat, recte *Canterus* rejecit κυρει & codicem C. C. C. aſtipulantem teſte *Barneſio* habet; *Kingius* contra codicis *Reg. Soc.* auctoritatem ſecutus ποθεν reprobavit, ſed conſilio peſſimo; nihil enim magis apertum eſt quam gloſſema merum eſſe το κυρει, quod margini a neſcio quo adſcriptum inde in contextum irrepſit.

181. Choriambicus ex choriambo & dijambo.

184. Anapæſtica eſt penthemimeris.

V. 185.

V. 185. Trochaicus eſt ithyphallicus.

187. Καπανευς; Παι. Εκεινος επ̃α προβασεις σκοπει] Ita codices vetuſtiores verſum hunc exhibent

Παι. Εκεινος επ̃α προσβασεις τεκμαιρεται

voce καπανευς extra verſum ſuprapoſita; unde colligere obvium eſt vocem hanc purum putum eſſe gloſſema margini explicationis gratia adſcriptum. Ut locus autem ei per metrum in contextu eſſe poſſet ſcripturam veterem corrumpere, idque etiam aperte fateri, non erubuit ille quiſquis ſit qui metra declaravit, quem ſecuti ſunt ut ſolent *Regiæ Societatis* codex & *Kingius*.

190. Penthemimeris eſt trochaica, ſive dochmaicus.

197. Ita hunc verſum corrigendum cenſeo ut aſynartetus ſit ex duobus dochmaicis,

Ποτειδανιους Αμυμωνιους

212 — 247. Addictiſſimum erga *Scholiaſtem* obſequium quo ſe obſtrinxerat *Kingius* in cauſa proculdubio fuit quare hoc ſyſtema epodicum eſſe non agnoverit. Fateor equidem metra non ut debuerant a *Cantero* (quem cæcorum de more ſecuti *Barneſius* & *Pierſius*) eſſe conſtituta, ita ut ſtrophe & antiſtrophe ſibi invicem ubique reſpondeant. Sed remedium abſque ulla vel minima mutatione adhiberi poterat; ad quod præſtandum jam nos accingimus;

Strophe.

1. Τυριον οιδμα λιπουσ' εβαν glyconius ex antiſpaſto pentaſyllabo & dijambo.
2. Ακροθινια Λοξια, periodus
3. Φοινισσας απο νασου, pherecratius
4. Φοιβου δουλα μελαθρων, anapæſticus dimeter brachycatalectus
5. Ιν' υπο δειρασι νιφοβολοις glyconius ſimilis primo
6. Παρνασου κατενασθην, pherecratius
7. Ιονιον κατα ποντον ελατα antipaſticus dimeter hypercatalectus ex duobus antiſpaſtis pentaſyllabis & ſyllaba
8. Πλευσασα περιρρυτων ionicus a majore dimeter catalectus
9. Υπερ ακαρπιστων πεδιων trochaicus Euripideus
10. Σικελιας Ζεφυρου πνοαις glyconius ſimilis primo
11. Ιππευσαντος εν ουρανω glyconius
12. Καλλιστον κελαδημα. pherecratius.

Antiſtrophe.

1. Πολεως εκπροκριθεισ' εμας, Fit ſynizeſis in Πολεως
2. Καλλιστευματα Λοξια, Vide *Clarke* ad *Homer*. Il. B. v. 537.
3. Καδμειων δ' εμολον γαν,
4. Κλεινων Αγηνοριδαν, prima του Αγηνοριδαν pentaſyllabi eſt αδιαφορος
5. Ομογενεις επι Λαιου
6. Πεμφθεισ' ενθαδε πυργους.
7. Ισα δ' αγαλμασι χρυσοτευκτοις antiſpaſto ſecundo αντιθεται dijambus.
8. Φοιβω λατρις εγενομαν.
9. Ετι δε Κασταλιας υδωρ
10. Επιμενει με κομας εμας
11. Δευσαι, παρθενιον χλιδαν,
12. Φοιβειαισι λατρειαις.

Cætera ſunt epodi. Quin autem ſyſtema hoc epodicum una cum ſyſtemate antiſtrophico qui ſequitur parodum conſtituat ne dubitari quidem poteſt, cum Ariſtoteles Poet. cap. 12. parodum diſerte definiat την πρωτην λεξιν όλου χορου. Nec obſtat quod *Kingius*, *Scholiaſtem* etiam ſed male intellectum auctorem citans, oſtendit, λογον ſcilicet hunc διηγηματικον eſſe tantum, adeoque minime choricum; nemo enim dum hæc recitantur præter ipſum chorum in ſcena adeſt cui διηγεισθαι poſſit. Hinc autem neceſſario ſequitur hanc Tragœdiam non minus ſex actibus conſtare, quæ res quanquam Horatii præceptis ſit contraria, non tamen inde jure colligi poteſt legem eandem apud Græcos quoque obtinuiſſe. Saltem Ariſtoteles actuum numerum quem excedere Tragœdia non debebat indefinitum reliquit.

V. 218 — 222. Ιονιον κατα ποντον ελατα
Πλευσασα περιρρυτων
Υπερ ακαρπιστων πεδιων
Σικελιας Ζεφυρου πνοαις
Ιππευσαντος εν ουρανω
Καλλιστον κελαδημα] Vexatiſſimus hic locus eruditiſſimorum virorum, *Petiti*, *Stanleii*, *Kingii*, ingenia dudum exercuit. Et *Petitum* quidem abunde refutavit *Stanlejus*. Ipſe autem *Stanlejus* pro Σικελιας reponi debere Κιλικιας contendit. Primo, quia epitheton ακαρπιστος Siciliæ, inſulæ, ſi quæ alia, feraciſſimæ, nequaquam convenit, Ciliciæ vero, maritimæ præſertim, optime; quod pluribus oſtendit. Deinde, quia fieri non poteſt ut quis Tyro Thebas naviget vento ab occaſu flante idque καλλιστον κελαδημα. Repoſito autem Κιλικιας hanc difficultatem ſublatam exiſtimat; id enim innuere velle poetam, Phœnices, qui cum hiſce mulieribus miſſi fuerunt, cum Tyro ſolverent vento vehementer reflante, navigationem Cretam verſus, quod in Bœotiam tendentibus propius erat iter, inſtituere non potuiſſe, atque adeo oram Ciliciæ, quæ ad ortum æſtivum Phœniciæ adjacet, legere neceſſe habuiſſe. Quod ad primam autem difficultatem attinet, reponi poteſt, vim vocis ακαρ-

πιστος

τος interpretes hactenus non eſſe aſſecutos. Non enim idem valet ac ακαρπος, *ſterilis*, ſed omnis terra recte αγεωργητος dici poteſt, ἧς ου καρπιζεται, *unde fructus*, quorum præcipui ſunt frumentum, vinum, oleum, *non percipiuntur*; id eſt, *quæ quantumvis naturâ ferax, adbuc inculta jacet*. Et talem Siciliæ fuiſſe conditionem, etiam diu poſt belli Thebani tempora, vel talem ſaltem credidiſſe *Euripidem*, (ut Homerum omittamus) certiſſime conſtat ex ipſius *Euripidis Cyclope* v. 121 — 124, ubi diſertis verbis affirmatur, Siciliam, tunc temporis, id eſt, poſt captam Trojam, nec fruges nec vinum tuliſſe, incolas vero tantum lacte, caſeo, pecudumque carnibus, victitaſſe, unde eam αχαρπον χθονα vocat Silenus. Secundæ porro objectioni plane me ſatisfacturum ſpero, infra, ubi propriam ſententiam explicandi locus erit. Interim ad conjecturam *Stanlejanam* evertendam ſatis erit indicare, hæc non fide hiſtorica niti, ſed purum putum poetæ eſſe figmentum. Quid igitur hoc ad fabulam? aut quid ejus intereſt, an proſpero uſæ vento recta Bœotiam perveniſſent *Phœniſſæ*, an Zephyro vehementer reflante, Ciliciæ oram prius legere fuiſſent coactæ? Nemo, ut opinor, qui hæc ſerio perpendere velit, ſibi perſuadere poterit, poetam, ne minima quidem ratione inductum, rem otioſam prorſus, & a fabula ſua plane alienam, fingere, ac veluti caudam gratis appendere, voluiſſe. Ne dicam, Zephyro vehementer reflante, ne Tyro quidem ſolvere potuiſſe *Phœniſſas*, nec niſi mutato vento etiam Ciliciæ oram, tendentes occidentem & Bœotiam verſus, legere. *Kingius* denique laudabili ſane ſtudio, irrito tamen, ut opinor, eventu, vulgatæ lectioni patrocinari laborat. Dicit igitur (& hoc quidem recte dicit) illa ὑπερ των πεδιων, non ita intelligenda eſſe, quaſi *Phœniſſæ juxta campos Siciliæ navigarent*; ſed ita reddi debere, Ζεφυρω ἱππευσαντος ὑπερ των πεδιων Σικελιας, *Zephyro equitante per campos Siculos*. Ideo autem hæc omnia facta dici Zephyro, i. e. vento contrario, ſpirante, quia ita revera res evenerat: ideoque remis navem agebant, ἐλατᾳ πλευσασαι, ideo littus legebant, & ſub ora Aſiatica curſum tenuerant. Sed primo, non valde peritum rerum nauticarum ſe oſtendit *Kingius*, qui putat tantum iter, vento contrario vehementer reflante καλλιστον κελαδημα, remis confici potuiſſe. Oblituſne eſt claſſem Argivam Aulida diu ventis contrariis detentam, nec inde niſi mactata prius Iphigenia ſolvere potuiſſe? Oblituſve eſt idem Græcis poſt Trojam expugnatam circa reditum accidiſſe, nec, niſi placata Polyxenæ cæde Achillis umbra, vela dandi facultatem conceſſam? Deinde vocem ἐλατᾳ pro *remo* accipi poſſe non inficias eo, ſed & æque *navem ipſam* ſignificare poteſt; utrum vero hoc in loco ſignificet ex adjunctis ſtatuendum eſt. Cum igitur voci πλευσασαι juncta reperiatur, & ναϊ πλειν recte dicatur, κωπῃ autem vel ἐλατῃ πλειν nunquam neque dicatur, nec per Græci ſermonis idioma dici poſſit, niſi ſi forte ſynechdochice pro ipſa nave ponantur iſta *navem* non *remum*, hic ſignificari neceſſe eſt. Idem porro huic, quod nuper *Stanlejo*, objici poteſt. Quid hoc ad fabulam? Ejuſne quidquam intereſt an velis aut remis iter ſuum peragiſſent *Phœniſſæ*, ut ejus rei rationem adeo accuratam redderet poeta? Non enim quia ita res revera evenerat, ideo & illa rem ita narrare neceſſe habuit. Immo contra, totum hoc pro ficto habendum eſt, & ex poetæ arbitrio omnino pependiſſe dicendum. nihil igitur quod non fabulæ ſuæ quodammodo accommodatum eſſet, nihil alienum prorſus atque otioſum proculdubio finxiſſet; neque nodum inutilem ac frivolum ipſe intricaſſet, quem eadem opera ſtatim ſolveret. Ne plura addam: nulla denique ratio reddi poteſt quamobrem ex Phœnicia navigantibus, Zephyrus ſuper Siciliæ, inſulæ longinquioris, campos, potius quam ſuper Cretam, vel Peloponneſum, regiones propinquiores, ſpiraviſſe diceretur. Quandoquidem igitur priorum omnium interpretum in hoc loco explicando conatus minus hactenus felices extiterint, veniam ſaltem ſperare liceat, ſi & ipſe poſt alios a ſcopo forſan aberrem. Mea autem ſententia hæc eſt. Rationem reddere poetæ neceſſe erat, quamobrem Virgines illæ Phœniciæ, Delphis ut Phœbo miniſtrarent a Tyriis deſtinatæ, Thebis tunc temporis aderant: brevius autem & magis directum iter a Tyro Delphos petentibus erat per mare Siculum ſinumque Criſſæum. Hac difficultate ut ſe expediret poeta, finxit Zephyrum vehementem a Siciliæ ora, Delphos verſus itinere maritimo tendentibus contrarium, ſpiraviſſe, adeoque *Phœniſſas* iſtas promontoria Maleæ aut Tænari ſuperare non potuiſſe, ſed iter per Bœotiam, Thebaſque, cognatam urbem, proſequi fuiſſe coactas, ubi tunc, ſuperveniente inopinato exercitu Argivo, detineri ſupponebantur: Si hanc mentem, hunc ſcopum fuiſſe poetæ, mecum agnoſcas, difficultates omnes ſponte evaneſcunt, omnia ſtatim fiunt perſpicua ac manifeſta. Unus tantum ſcrupulus eximendus reſtat. Infra v. 228. ſe Thebas miſſas dicunt *Phœniſſæ*, & v. 290. 291. ſimiliter ſe Thebas ab Agenoris poſteris, Phœbo prædæ bellicæ primitias, miſſas aſſerunt. Unde forſan

forſan anſa arripietur objiciendi, has virgines primario Thebis a Tyriis fuiſſe deſtinatas, inde Delphos tranſmittendas; atque adeo totam hanc interpretationem ſubvertendi. Sed regeri poteſt, priorem locum a poſteriori interpretationem recipere debere; quod ad hunc vero attinet, non ſimpliciter dici illas Thebas fuiſſe miſſas, ſed miſſas Phœbo primitias, & ab Agenoris poſteris. Agenoris autem poſteros credere æquum eſt etiam iſtos fuiſſe, quibus cura commiſſa fuerat eas navi Delphos transferendi, quique vento contrario coacti, ad oramque Bœotiæ adpulſi, eas Thebas, cognatam, ut diximus, urbem, ut inde Delphos reducerentur, miſerant. Sin hoc minus placeat (quare autem minus placere debeat ſane non video) dicendum erit, etiam a Tyriis ipſis qui virgines miſerant, jam ante earum a Tyro diſceſſum, vectoribus fuiſſe mandatum, ſi forte obſtaret ventus, quo minus recta Delphos itinere maritimo proficiſci poſſent, ut Bœotiam peterent Thebaſque eas mitterent, inde a cognatis Thebanis Delphos tranſmittendas. Certe ni ſuppoſitio aliqua hujuſmodi admittatur, qua ratione e loco difficillimo, & a nemine hactenus ſatis explicato, nos extricare poſſimus, non video.

V. 235. Conſtat ex epitrito primo antiſpaſto & ſyllaba, ultimam enim producit πετρα.

238. Α καθαμεριον σταζεις] Commate diſtinguendum eſt poſt σταζεις, nam adverbialiter ponitur καθαμεριον.

240. Hepthemimeris dactylica.

241. Pherecratius eſt.

242. Glyconius eſt, ut & v. 243. 244.

244. 245. Ειλισσων αθανατας θεου
Χορος γενοιμαν αφοβος] Participium ειλισσων neutra hîc poteſtate gaudere & abſque regimine poni exiſtimo. Certe αθανατας θεου cum χορος, non cum περιβολον ορος jungendum; nec ειλισσων a χορος disjungi poteſt, cum ſequatur προλιπουσα.

246. Trochaicus eſt dimeter acatalectus.

255. Hephthemimeris eſt ſpondaica.

256. Verſus eſt trochaicus dimeter acatalectus.

259. Lege omnino πολιν ut conſtet metrum.

273. Αναιμακτον χροα.] Ad χροα ſubaudiendum κατα.

302. Verſus hic periodicus eſt.

308. Per omnia ſimilis eſt v. 304. niſi quod epitritum habeat pentaſyllabum.

312. Longe melior meâ ſententiâ eſt præcedentium editionum ſcriptura
Γυρα πτομεναι baſis anapæſtica
Soloecum ſane videtur ποσι ποδος βασιν ἑλκειν. Infra etiam v. 315. melius eædem editiones habent μυριαις τ᾽ εν ἁμεραις & v. 316. αμφιβαλλε. Per omnia aſtipulatur *Scholiaſtes* vetus a neoterico illo metrorum Declaratore prorſus diverſus.

V. 316. 317. 318. — αμφιβαλλε μαστον
Ωλεναισι ματερος,
Παρηΐδων τ᾽ ορεγμα,] Το μαστον hîc ad Polynicem, non ad Jocaſtam, referri debet, & pro στηθος uſurpatur. Ita hæc cum ſequentibus optime cohærebunt; aliter non ſolum matris ſinum, ſed & proprias genas, nigramque comam, brachiis ſuis amplecti juberetur Polynices. Παρηΐδων ορεγμα verti debet, *genarum ad oſcula porrectionem*, id eſt, *genas porrectas*, non ſicut habet *Kingius*, *latas genas*.

319. Trochaicus eſt trimeter brachycatalectus.

320. Periodus eſt hypercatalectus.

324. Και χερσι, και κομαισι, Lectionem prorſus abſurdam hîc nobis e codicibus ſuis obtruſit *Kingius*; quid enim hîc negotii Jocaſtæ comis, aut quomodo earum ope ac miniſterio voluptatem aut accipere aut teſtari poterat? Veram ſcripturam ſuppeditant editiones priores quæ omnes, agnoſcente etiam *Scholiaſta* vetere habent
Και χερσι, και λογοισι.

327. Iambica eſt hephthemimeris.

331. Trochaicus eſt ſimilis v. 319.

332. Periodus eſt brachycatalectus.

334. Antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus ex antiſpaſto & epitrito tertio pentaſyllabis & iambo: aut potius aſynartetus ex duobus dochmaicis vel penthemimeribus trochaicis.

338. Periodus eſt catalectus.

341. Periodus eſt.

342. Antiſpaſticus eſt hemiholius.

346. Στεναζων αρειας τεκνοις] Minus recte hunc verſum reddiderunt interpretes. Verte ad mentem *Scholiaſtæ*, *Gemitibus deplorans exſecrationes quas in liberos effuderat.* Hanc veram eſſe interpretationem patet ex immediate præcedentibus. Neque hujus ſane facti locupletior auctor deſiderari poteſt.

347. 348. Nullam cauſam video quare reprobetur lectio olim vulgata & a *Scholiaſte* agnita
Συν αλαλαισι δ᾽ αιαγματων glyconius
Σκοτια κρυπτεται. dochmaicus.

349. Το τε hîc a *Kingio* interpolatum non otioſum tantum eſt, ſed & conſtructionem prorſus turbat. Eo ejecto verſus erit aſynartetus ex baſi iambica & trochaico Euripideo. Vide tamen hæc egregie reſtituta apud *Valckenarium*.

352. Ξενον τε κηδος αμφιπειν] Το αμφιπειν non *ambire* hoc in loco ſignificat, jam enim uxorem duxerat Polynices,

lynices, ſed *amplecti*, *fovere*, & hoc ſenſu exponit *Scholiaſtes*.

V. 353. Αλλασα ματρι τᾳδε] Ut conſtet metrum omnino reponendum eſt τᾳδε, *huic matri tuæ*.

356. Hic verſus in duos dochmaicos dividendus. Vide Etymolog. magn. voce δοχμιακος.

358. Periodus eſt.

365. 366. Concinne magis in editionibus præcedentibus hi duo verſus ad hunc modum conſtituebantur,

Εστι το δαιμονιον κατηκωμασι
Δωμασιν Οιδιποδα·

367. Antiſpaſticus eſt trimeter brachycatalectus ex antiſpaſto & epitrito tertio, pentaſyllabis & iambo vel potius aſynartetus ſimilis v. 334.

461. Ως αμφι τειχη και ξυνωριδας λοχων
Ταξων,] Verte, *Quia circa mœnia pares etiam cohortes inſtruens.* Ξυνωρις λοχων eſt *par cohortium.* Hoc ſcilicet dicere vult Eteocles, *ſe circa mœnia cohortes quæ Argivorum cohortibus opponi & pares eſſe poſſint inſtruere.* Quippe cohors Argiva & ei oppoſita cohors Thebana ξυνωριδα λοχων conſtituunt. Phraſin haud abſimilem apud Polybium reperire eſt, qui libro tertio hiſtoriarum (teſte *P. Victorio* var. lect. lib. 31. cap. 6.) μονομαχιας, *pugnas ſingulares*, vocat κατ᾽ ανδρα και ζυγον αγωνισματα.

473. Strattis hunc verſum & ſequentes παρῳδηκε. Vide Grot. excerp. p. 879.

476. Εφ᾽ οἱς συνηκω ταυτα χρη μονον σκοπειν] Longe potior, meâ ſententiâ, eſt vulgata lectio, εφ᾽ οἱσιν ἡκει, *quæ poſtulatum venit.* Εφ᾽ οἱς συνηκει potius ſonat, *legem qua convenit.*

480. Lege φης.

494. Ο δ᾽ αινεσας τουθ᾽,] Verte, *Ille vero cum bis aſſenſus ſit.* Vide v. 17. 21. 41. 69. &c.

508. —— αλλα και σφαις
Και τοισι φιλοις ενδιχ᾽ ὡς εμοι δοκει] *Kingius* reponi mavult αλλ᾽ ἁ, quod ferri quidem poteſt; at lectio vulgaris minus concinna non eſt.

515 Το δ᾽ εργον ουκ εστι τοδε] Conſtructio eſt τοδε δη, δηλαδη το ονομα ουκ εστι το εργον.

517. Αστρων αν ελθοιμ᾽ ἡλιου προς αντολας] Lectio vulgata erat Αστρων ανελθοιμ᾽, quam repudiavit *Kingius*, quia ad aſtra quidem recte aſcenditur, ſub terram vero aſcendere proprie haud dici poteſt. Hac ratione inductus repoſuit αν ελθοι, ſed omnino infeliciter. Primo enim nihil reliquum eſt quod aſcenſum denotare poſſit; deinde, ανερχομαι genitivum quidem regit, at ερχομαι non item. Minime autem poſtulat linguæ Græcæ idioma ut ad alterum orationis membrum verbum integrum απο κοινου repetatur; ſufficit ſi prius membrum verbum ex ſe ſuppeditat quod alteri idonee accommodari poſſit. Vide *Dorvill.* ad Chariton p. 394. — 401.

V. 533. Αρχειν παρον μοι, τῳδε δουλευσω ποτε;] Veriſſima videtur eſſe lectio δουλευσαι quod ex codice MSto profert *Pierſius*. Id ſcilicet erat quod nunquam ſe volentem conceſſurum affirmat Eteocles, nempe Polynici unquam ſubditum eſſe cum ſibi liceat regnare. Sed minus plene diſtinguendum erit poſt μεθησομαι, & ad infinitivum δουλευσαι ſupplenda particula ὡστε.

544. Vide Dionem Chryſoſtomum orat. 17. qui verſu ſequente pro φιλοτιμιας habet πλεονεξιας, & v. 548. pro κεινο καλλιστον τεκνον, τουτο καλλιστον βροτοις.

557. Βαδιζειν jam olim repoſuerat *Canterus*.

572. Αγ᾽ ην σ᾽ ερωμαι, δυο λογω προθεις᾽ ἁμα,] Optime ſe habet priorum editionum lectio; non enim *orationem* tantum ſignificat λογος, ſed *rem etiam de qua habetur oratio vel haberi poteſt, quæ in deliberationem cadit, & cognoſcendo proponitur.* Ita, teſte Laertio, Socrates exagitabatur quaſi τον ἡττω λογον κρειττω ποιων. Legendum igitur juxta prius vulgatas editiones δυο λογους, aut ſi mavis juxta MStum *Barneſii* δυο λογω προθεις᾽; *res duas tibi ad deliberandum proponens.* Τυραννις unus erat λογος, alter πολεως σωτηρια. Infacetam admodum ſententiam dat δυο λογῳ προθεις᾽ ἁμα, *Age, ſi te rogem duas res ſimul orationi addens*, ita enim hoc verti debebat. Quod objicit *Kingius*, δυο λογους in una oratione male ſonare, nollem ſane a viro docto profectum, nulla vero refutatione egit. Varietas autem ſcripturæ inde forſan oriri potuit, quod librarius λογω numero duali poſitum non animadvertebat, ſed tertio caſu poni exiſtimans, participium huic regimini accommodabat.

586. Πως δ᾽ αυ καταρξεις θυματων ἑλων πατραν;] Sacrificiorum proprium eſt verbum καταρχομαι, non καταρχω, quod omnibus fere notum eſt. Significat autem *Sacrificium auſpicari*, vel *Victimam Deo conſecrare.* Iſta ſcilicet conſecratio tribus rebus conſtabat, χερνιβι, *aqua luſtrali*, ουλοχυταις, *mola ſalſa*, & τριχι, *pilis a victimæ capite abſciſſis & in ignem injectis.* Vide *Alceſt.* v. 75 — 77. & Noſtri *Electr.* v. 810 — 812. Hoc vero munere fungi ſolebant reges ac viri principes aut qui cum imperio præerant. Ita apud Homer. Odyſſ. Γ. v. 444. 445.

γερων δ᾽ ἱππηλατα Νεστωρ
Χερνιβα τ᾽ ουλοχυτας τε κατηρχετο.

Bovem vero mactabat non ipſe ſed filius *Thraſymedes*. Ita *Iphig. in Taur.* v. 40. Iphigenia dicit

Καταρχομαι μεν, σφαγια δ᾽ αλλοισιν μελει

Quid autem erat κατηρχεσθαι ipſa poſtea explicat, v. 621, 622.

Ορεϛ. Αυτη ξιφει θυουσα θηλυς αρσενας;

Ιφιγ. Ουκ' αλλα χαιτην αμφι σην χερνιψομαι.

Qui autem κατηρχετο idem preces etiam diis fundebat, quod ex locis ex Homero & Noſtri *Electra* ſupra indicatis patet. Atque hoc in cauſa fuiſſe opinor quare hoc muneris ad principes aut in dignitate conſtitutos viros proprie pertinere cenſebatur. Omnino videas etiam Noſtri *Oreſtem* v. 1638 —— 1642. Atque hinc hujus loci ſententia manifeſtiſſima evadit. *Quas vero tu preces ſacrificia auſpicans fundere poteris cum patriam vaſtaveris? Quomodo tu munere iſto, quod ad Thebanorum reges proprie pertinet, preces pro communi Thebanorum ſalute fundendi, fungi poteris, cum ipſe Thebas perdideris?* Revocandum eſt igitur κατηρξη, quod in prioribus editionibus exſtabat, quodque perperam *Kingius* forma ſubjunctiva active poſitum putaſſe videtur.

V. 591. Και τα τουδ' επραξαμεν, Verte, *Et hujus res ſalvæ evaſerint.* Interpretes omnes ita hunc locum explicarunt quaſi ſcriptum eſſet υπερξαμεν, & ita reponendum conjecerat *Canterus*; ſed cum ſatis ſe tueri poſſit vulgata lectio, contra codicum fidem nihil innovandum. Vide infra v. 890.

597. Αμαθιαι δυοιν] Mallem juxta prius vulgatas αμαθια numero duali.

609. Εγγυς, ου προσω βιβηκας] Προσω genitivo junctum nunquam, ut opinor, *coram*, ſignificat, ſed *longe, procul.* Ut conſtet igitur ſententia legendum videtur

Εγγυς ου προσω βιβηκεν.

Prope adeſt, non longe abiit.

651. —— 659. Novem hi verſus ſunt omnes trochaici dimetri quorum ſex catalecti, tres vero acatalecti. Verſus quidem ſeptimus ut nunc legitur acatalectus etiam eſt, ſed antithetico catalecto reſpondet. Ad hunc igitur modum forſan reformari poteſt, duabus ultimis vocibus locum invicem mutantibus,

Πυροφορ' εχρησεν δομων.

653. Μοσχος αδαμαστον πτωμα

Δικε] Quin ſatis commode hîc ſtare poſſit πτωμα haud dubito. Dicturus σωμα poeta, cum ſtatim ſequebatur δικε, ad id verbum orationem deflectens & accommodans πτωμα poſuit, quod eandem vim & poteſtatem ac σωμα πιπτον habere intelligi poteſt. Exempla orationis ſimiliter deflexæ etiam duriora paſſim apud poetas hoſce tragicos occurrunt. Quod ſi cui tamen conjectura *Kingiana* magis placeat, at ſaltem reſcribendum potius αδαμαστον γε σωμα; nam articulus το frigide prorſus interpolatur.

V. 655. Χρησμον, ου κατωκισε] Præpropere hîc *Kingius*, & abſque cauſa ſatis juſta, immutavit lectionem vulgatam ου κατῳκισε, quæ ita reddi poteſt, *Completum dans oraculum eo ipſo in loco ubi ille domicilium poſuit.* Quid hic aut ſententiæ aut rei narratæ deeſt? Accuſativus autem verbo κατῳκισε e ſuperioribus repetendus, nempe τανδε γαν.

659. 660. 661. Νοτις επεχεται γυιας

Διρκας χλοηφορους

Και βαθυσπορους.] Negotium moleſtiæ ſane ac tædii plenum nobis faceſſit *Kingius.* Pleraque enim quæ ille, *Scholiaſtæ* imperito & codici ad hujus placita recenſito atque interpolato religioſe obſequutus, innovavit, neceſſario retexenda ſunt, & vetus atque germana Poetæ noſtri ſcriptura poſtliminio revocanda eſt. Neque hoc ſatis eſt; inſuper etiam priorum editionum patronum agere, ejuſque objecta diluere cogimur. Pro exemplo ſit hic ipſe locus. Vetus ſcriptura erat

Νοτις επεχεται γαιας

Διρκας χλοηφορους

Και βαθυσπορους γυιας.

Cum vitio codicum minus reſpondebant antithetica, ad ea ſuamque ipſius de metro opinionem hæc reformavit *Scholiaſtes.* Hunc ſtatim fideliter ut ſolet ſequutus eſt κατα παντα *Regiæ Societatis* codex. Quid *Kingius?* ſententiam quoque, ſi cum libris vulgaribus legatur, impeditiſſimam reddi ſtatuit, fluvium enim επεχεσθαι γαιας και γυιας, quod illi viſum eſt, & recte quidem, idem eſſe per idem. Atqui ſi oculos ejus mentiſque etiam aciem non præſtrinxerat cæca illa reverentia qua *Scholiaſtem* codicemque ſuum proſequebatur, non vidiſſe non poterat γαιας hîc ſecundo caſu numero ſingulari, non caſu quarto numero plurali poni, adeoque cum Διρκας cohærere, ut Διρκης γαια ſit *Terra Dirces*, aut *Terra Dircæa.* Hoc autem viſo ſimul etiam proculdubio vidiſſet vocem γαιας ſententiam adeo non impedire, ut ei plane ſit neceſſaria; fontis enim jugera, pro jugeribus fontem circumjacentibus, parum recte dici arbitror.

662. Βρομιον ενθα δη τεκεν τοδ'] Veram ſcripturam & quæ antithetico, prout a nobis, ſententiæ & conſtructionis ratione cogente, *Scholiaſte* etiam præeunte, emendabitur, accurate reſpondet, nobis ſuppeditavit ex membranis *Pierſius*

Βρομιον ενθα τεκετο ithyphallicus

quanquam concinnius adhuc prodibit metrum ſi ejecto tantum τῳ δη, in ceteris codices reliquos ſecutus reſcribis

Βρομιον ενθα τεκεν τοδ'

V. 669.

V. 669. Verſus trochaicus eſt dimeter acatalectus, neque enim, cum nec pæona nec ionicum habet, ionicus eſſe poteſt. In tertia autem antithetici ſede pro trochæo ſpondæum habes, quod leges metricæ haudquaquam admittunt. Sed præſto eſt remedium, veteri enim lectione τηλιμοι in antiſtrophico revocata, & α Dorice pro η poſito, ut ſyllaba ſecunda corripi poſſit, conficitur negotium. Doricum autem α poſſe corripi ipſe oſtendit *Kingius* ad v. 663.

681. 682. Παλλαδος φραδαις
Γαπετεις δικων οδοντας] Ut hæc ſtrophicis legitime reſpondeant, & ſententiæ ratio orationiſque ſtructura conſtare poſſint, ita corrigendi ſunt hi verſus

Παλλαδος φραδαισι δε
Γαπετεις δικ' οδοντας

Primum, ut conſtet orationis ſtructura verbum hîc, non participium neceſſarium eſt, aliter diceret Poeta ſerpentem interfectum a Cadmo, non tantum fauciante eum jactibus, ſed etiam jaculante dentes ejus in terram, quod abſurdum prorſus eſſet. Et commodum quidem accidit quod ſincerioribus libris uſus verbum δικε, non participium δικων, agnoſcit *Paraphraſtes*. Particulam etiam δε, connectionis & tranſitionis gratia, ſtructuræ æque neceſſariam eſſe nemo non videt. φραδαισι ipſa eſt priorum editionum ſcriptura.

V. 699. Legendum juxta editiones priores Αι, Dorice, pro ἡ, ubi.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 13. lin. 8. Pro Αιγυπτιος legendum eſſe Αιγιας, vel Αγιας, contendit *Fabricius* Bibl. Græc. vol. 1. p. 658. Vide & *Clem. Alexandr.* p. 381. ed. *Potter.* & quæ ibidem adnotantur.

90. lin. 4. pro οροφον μονοροφον legendum recte vidit *Jungermann.* ad Polluc. lib. 1. §. 81.

220. col. 1. lin. 7. ἡ χαι πτυσαντος, lege η και πτυσαντος.

241. pro Πηλαιον lege σπηλαιον.

310. lege εν Ελενης απαιτησει.

346. lin. 2. pro μετα lege κατα.

394. lege εξ αδεσμων vel εξω δεσμων.

408. lin. 9. & 14. Cave cum *Kingio* legas τις πλεοι. το τις a *Scholiaſte* ad ſententiam explendam ſenario appenditur. Sequente autem litera ξ το επι ultimam producit. Vide *Daweſ.* miſcell. critit. pag. 159.

632. lin. 10. pro χαι τον περι ψυχης, lege και του περι ψυχης.

IN PARAPHRASIN.

P. 28. lin. 1. lege της αυταδελφης.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 719. Ὡς εις λογους συνηψα Πολυνεικει μολων] Nihil in vulgatis immutari neceſſe eſt. Simili plane conſtructione apud Plutarchum in Pericle invenies συναψαι μεν εις χειρας ουκ εθαρσησε πολεμιοις. Vide *Conſtantini* lexicon. Hanc etiam verbi activi poteſtatem mediam agnoſcit *Scholiaſtes*, ejuſdemque exemplum habes infra v. 1403.

Ξυνηψαν, αφρῳ διαβροχοι γενειαδας.

720. Ηκουσα μειζον αυτον η Θηβας φρονειν] Verte, *Audivi eum animo eſſe Thebana civitate elatiore*; id eſt, conditiones proponere ſuperbiores quam ut eas civitas accipere poſſit.

723. Α δ' εμποδων μαλιστα, Verte, *Quæ autem potiſſimum præ manibus ſunt*, id eſt, quæ maxime inſtant vel urgent. Hoc enim ſenſu ſatis frequenter uſurpatur εμποδων. Vide *Oreſt.* v. 604.

732. Οἱδ' αφθονοι] Lege οἱ δ' αφθονοι.

761. Ξυνηκ'. αμωσιν τειχεων προς αμβασεις.] Melius *Barneſius* προσαμβασεις, una voce. Illum vide ad v. 492. Verte, *Intelligo: ut a muris avertant ſcalas.*

V. 799. Τηδ' ευλαβεια.] Lege τῃ δ' ευλαβεια.

803. Ουκ επι καλλιχοροις στεφανοισι νεανιδος ὡρας] Structuræ ratio poſtulare videtur ut pro ουκ reponatur ουδ', ut hæc ſcilicet cum præcedentibus connectantur. Στεφανος autem hîc non *corollam* ſed *ſaltantium circulum* certiſſime denotat, & hac notione vocem hanc uſurpari, & vulgo notum eſt, & teſtatur *Euſtathius* ad Homer. p. 958. ubi ad Homeri verba στεφανος πολεμοιο adnotat ὁρα δε και ὁτι στεφανον μεν ενταυθα ὁ ποιητης εφη ὡς επι κυκλου. Verte igitur, *Neque in medio circulorum pulchre ſaltantium juvenili decore inſignium.* Minime hîc de Antigonæ nuptiis, nec de Dionyſiacis vere novo celebratis cogitandum.

806. 807. Αλλα συν ὁπλοφοροις, στρατον Αργειων επιπνευσας
Αἱματι, Θηβας κωμον αναυλοτατον προχορευεις] Nodum hîc in ſcirpo, quod aiunt, quærit *Kingius.* Αἱματι pendet a præpoſitione επι in επιπνευσας, & Θηβας caſu ſecundo regitur a præpoſitione προ in προχορευεις. Κωμος αναυλοτατος eſt *Comeſſatio tibiæ hilaritatem quam maxime reſpuens.*

V. 814. Χαλκω κοσμηνται, quod in prioribus editionibus poſt λαϊνα τειχεα ſequebatur, nihil quod reſpondet in antiſtropha habet, & gloſſema forſan erat cujuſdam επταπυλαις πυλων aut επταπυλον interpretantis.

833. Ματρι λοχευμα] Hoc ſolum & a cæteris omnibus disjunctum ſenſu prorſus caret. Proculdubio cum præcedentibus ου ποτ' εφυ καλον conjungi debet. Ita igitur verte, *Partus enim qui parum honeſtus, liberique invitis legibus nati, nullo unquam temporis progreſſu matri decus afferunt.*

838. Θηβαις καλλιστον ονειδος. Verte juxta expoſitionem *Scholiaſtæ*, *pulcherrimum decus*. Ita & *Heſychius* Ονειδος — κλεος. Et *Euſtathius* ad Homer. p. 88. Οτι δε ουκ αει το ονειδος βαρεια λεξις εστι και αηδης, δηλοι ου μονον ὁ γραψας ὡς καλον ονειδος απαρχαιων αντιλαμπειν, αλλα συν αλλοις και ὁ ειπων καλλιστον ονειδος. ειη δ' αν τοιουτον ονειδος, ὁ λογος ὁ φεροφερων παθος τι δεινον μεν, επισημον δε αλλως εν ανθρωποις και θαυμαζομενον. ὁποιον και το του Οιδιποδος διηγημα. ου μερος και ἡ των σφιγγων αυτου τρωσις και ειδησις. ὁθεν Οιδιπους εκληθη. και ἡ κατα Θηβων επιθεσις της σφιγγος, και ὁσα τοιαυτα. Locus ab *Euſtathio* indicatus in hac ipſa Tragœdia exſtat v. 1761.

Σφιγγος αναφερεις ονειδος.

Idem etiam *Euſtathius* poſtea ibid. p. 647. και ονειδος δε, το μεν καλον, το δε, ἑτεροιον. ὡς οἱ τραγῳδουντες δηλουσι. *Auctor* denique *Etymologici*, Ονειδος, λαμβανεται και επι του κλεους, ὡς Ευριπιδης εν Φοινισσαις. εστι δε των μεσων λεξεων, ὡς τυχη, και ζηλος, και δολος.

V. 842. Interpunge cum *Barneſio* poſt ποταμων, ut genitivus hic a præcedente πυργος pendeat.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 885. Lege Εξ ου 'τεκνωθη.

895. Α'γω τι δρων, ὁποια δ' ου λεγων επη] Si quid hîc innovari placet, reſcribi malim,

Α 'γω τι μη δρων, ποια δ' ου λεγων επη

Α' γω eſt καθ' ἁ εγω. Commodius certe hæc cum præcedentibus connectuntur per relativum ἁ, quam per copulam και.

909. Πικρον τε τοισι την τυχην κεκτημενοις] *Acerbumque illis quos hæc fortuna manet.* Ita vertit *Kingius*, &, meâ quidem ſententiâ, recte. Τυχη *imperium*, *ſummam fortunam*, *potentiam*, nunquam, quod ſciam, ſignificat; neque *proſperam* quidem *fortunam*, niſi ubi ab orationis ſerie ita determinatur, ut de alia quam proſpera intelligi non poſſit. *Euſtath.* ad Homer. p. 651. ὁ μεντοι δαιμων, ὡσπερ δη και ἡ μοιρα, και ἡ τυχη, αλλως λεγονται μεσαι λεξεις. και ὡς επι πολυ μεν, τῳ ευ και τῳ δυς, διακρινονται εις ὁ νοουσιν. εστι δε ὁτε και ἁπλα οντα τη κατ' εννοιαν ακολουθιᾳ διακρινονται. Interpretatione tamen hac ſua parum contentus *Kingius* duo objicit. Primo, quid mirum ſi acerbum ſit patri filium immolare? At quare mirum quiddam a Tireſia exſpectaret ipſe? Ille quidem, quæ res & occaſio poſtulabant dicere contentus, duas ſilentii ſui cauſas affert; primam, ſibi ipſi parum tutum videri ea quæ opus erat proloqui; alteram, inutile etiam ac fruſtra futurum veriſimile eſſe; eos enim in quos fortuna iſta cadebat acerbum exiſtimaturos, propria calamitate ſalutem publicam ſtabilire. Quid hîc frigidum ſit non ſane video. Secundo objicit *Kingius*, non liquere ex hac verſione cur timeret vates, curque diceret non tutum fore ſibi ſi oracula prodat. At quid ſi non adeo id liquere voluerit ipſe Poeta? Fabulæ certe plurimum intererat Creontem non ſtatim agnoſcere ſe a vate deſignari, ſuamque rem agi; ſi hoc enim noſſet, vatem urgere non ultra perſtitiſſet, filium Menœcium dum oracula pronuntiabantur præſentem non retinuiſſet, atque adeo neque ipſe filius ſe pro patriæ ſalute morti ſponte devovendi opportunitatem eſſet nactus.

V. 914. Κρ. Μενοι' τι φευγεις; Τ. ἡ τυχη σ', αλλ' ουκ εγω] Η τυχη hîc eſt *fortuna adverſa*, non *proſpera*; diſcedente enim Tireſia, & oraculis ſuppreſſis, ſalvus erat Menœcius, ac proinde fortuna adverſa Creontem ejuſque familiam fugiebat.

919. Εις γαρ τι μαλλον δει προθυμιαν εχειν;] Abſque neceſſitate codicum auctoritatem hîc detrectavit *Kingius*; ita enim illi

Εις γαρ τι μ' αλλο δει προθυμιαν εχειν

Ad quidnam aliud oportet me promptitudinem habere? id eſt, *hoc tempore*. Immo, inſtat *Kingius*, ad alias res multas: quid de rebus ſacris videtur? quid de liberis inſtituendis & educendis? Quid videtur, rogas? videtur ſane hæc nec ejus temporis nec loci fuiſſe, ideoque in deliberationem cadere tunc non potuiſſe. Nollem equidem hæc a viro docto profecta.

931. Επειδη την τυχην αυτος καλεις] Fatale quodammodo doctiſſimo *Kingio* fuiſſe videtur circa vocem τυχη errare; cum enim hic locus optime redditus apud *Bar-*

Barneſium legatur, *Quandoquidem hanc fortunam ipſe acceſſis*, Ille peſſime interpretatus eſt, *Siquidem victoriam ipſe petas*, quo nihil a Poetæ mente poteſt eſſe alienius.

V. 932. lege φως.

964. Τηδ' απιμιτος πολει. Verte ad mentem *Scholiaſtæ*, *Huic urbi conſecratus*, id eſt, *pro hac urbe devotus*.

967. Μελαιναν κηρ' επ' ομμασιν βαλων] *Oculos eorum fato atro involvens.*

971. Εμπυρια, μαντεια, παρα Βοιωτοις. *Heſych.*

1007. Μη το σον κωλυετω. Recte *Barneſius*, *Ne, quod ad te attinet, tibi ipſi ſis impedimento*; perperam *Kingius*, *Ne tuum commodum impediatur*.

1023. Ου τον μετ' αςρων Ζην'] Optime hic ſtare poteſt vulgata lectio Μα τον μετ' αςρων Ζην'; particula enim αλλα quæ mox ſequitur, Αλλ' ειμι, & præcedentibus adverſatur, ſimul indicat prius dictorum negationem hic ſubaudiri debere, ut conſtructio integra ſit, μα τον Ζηνα ου φευξομαι κακος, αλλα ειμι. Similis conſtructionis & ellipſεως exemplum invenies apud Ariſtophanem Pluto. v. 100. 101.

> Πλ. Αφετον με νυν, ισον γαρ ηδη τ' απ' εμου.
>
> Χρ. Μα Δι', αλλα πολλω μαλλον ἑξομεσθα σου.

1033. Διηλθοι τουτο. Recte *Barneſius*, *Hoc perſequatur*, aut potius, *Hoc perſequeretur*; perperam *Kingius*, *Hoc ſibi miſſum faceret*. Non hæc verbi διερχομαι eſt ſignificatio.

1038. Periodus eſt brachycatalectus.

1041. } 1065. } Aliud certe egit *Kingius* cum ſcripſit primum horum verſuum pedem eſſe epitritum quartum, cum revera ditrochæus ſit. φοιτασι enim & καλλινικος ambæ ſecundam corripiunt, nec circumflexo notari debebat ſecunda του φοιτασι, quanquam & hoc hypotheſi ſerviens auſus eſt *Kingius*. Revera verſus ſunt aſynarteti ex penthemimeri trochaica & baſi iambica ſive penthemimeri iambica catalecta.

V. 1054. Αλλος αλλον επωτοτυζε] Nihil hic immutandum eſt; elegantiſſime enim ponitur επωτοτυζε, *Alius poſt alium ejulabat*. Quod ad metrum vero attinet, cum hic verſus & antitheticus ſint utrique legitimi trochaici, ſatis ſibi invicem reſpondent; & licentia illa qua trochæo dactylus vel ſpondæus in locis paribus opponitur apud Atticos poetas frequentiſſima eſt.

1056. Antiſpaſticus eſt hemiholius.

1057. Antiſpaſticus eſt dimeter catalectus ex epitrito quarto pentaſyllabo & tertio catalecto quadriſyllabo.

1058. Antiſpaſticus eſt hemiholius ex epitrito quarto pentaſyllabo (fit enim ſynizeſis in voce πολεως), & iambo.

1064. Per metrum optime hic ſtare poteſt veterum editionum ſcriptura ὁ τλας, quam confirmat etiam *Paraphraſtes*.

1067. Δι' αἱματων δ' αμιλλαι] Verte, *In certamen ſanguine dirimendum adducit*, urbem ſcilicet; minus plene etiam poſt πολιν diſtinguendum.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 1060. lin. 2. pro δι lege δη.

lin 4. Cave emendationem *Kingii* αντιπειν pro αντιλεγ reponentis admittas; το αντιλεγ enim optime reſpondet τω χρησμω, & eſt proprie *Divinum reſponſum reddere*; quod *Kingium* fugiſſe miror.

IN PARAPHRASTEM.

P. 164. l. 5. lege απολαυουσι.

170. l. 9. lege ὑπαρξαιμεν.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 1090. Ου παρ' ασπιδα] Lege omnino οὐ cum *Barneſio*, *Stephano*, & *Scholiaſte*. Vide infra v. 1229.

1092. MS. C. C. C. rectius habet ἑκεις.

1143. Εν τοις σφιγξιν ενδοθεν κυκλουμεναι. *Callide verticulis ab interiori Clypei parte circumactæ.*

1160. Πετρων τ' αραγμοις, Verte, *Saxorumque jaculationibus*. αρασσειν proprie de *Saxorum jactu* dicitur, quod norunt qui Atticos poetas verſarunt. Ita Noſter *Iphig. Taur.*

> Αυθις τε νυν ὑπτικοι ηρασσε πετροις.

ſic enim locum iſtum emendavimus.

V. 1178. Ουδ' αναιςεται βιον] Nimis exile ac plane frigidum eſt acumen quod hic captat *Kingius*, dum βιον interpretatur *arcum*, ut τω καλλιτοξω μετρι concinat. Alluſiones tales ab *Euripidis* ingenio ſunt prorſus alienæ, & recentiorum potius elegantiam ſapiunt.

1203. Ελωντ', lege Ελοντ'.

1206. Οιδ', lege οἱ δ'.

1304. Periodus eſt brachycatalectus.

V. 1314.

V. 1314. Pes ſecundus choreus eſt, in antithetico enim Εξιτυαν, ſimplici ν, ſcribendum eſt.

1317. Δορι παλλομεναι] Ita forſan reddi debet, *Haſtilem ſortem ducentes*, vel, *Ex haſta ſortem ducentes.*

1321. Επι φερν' κλῃτην] Metro reſtituendo intentus *Kingius* conſtructionem, ut ſæpe fit, prorſus perdidit, legendo ſcilicet ελθητον pro κλῃτην. Το επ enim notione cauſali, ſicut hîc, uſurpatum adeo non ſubjunctivum requirit, ut etiam reſpuat. Quod vero metrum attinet, ſalva res eſt abſque ulla innovatione; modo enim uterque verſus ſit trochaicus, parum refert an pes pedi examuſſim reſpondeat.

1323. Si veterem ſcripturam revocamus,

Σπιναχταν ιαχαν

verſus antithetico probe reſpondebit. Uterque enim antiſpaſticus erit ex antiſpaſto & ſpondæo, aut, qui huic pedi jure hoc in loco ſubſtituitur, iambo. Juxta lectionem vero *Kingianam* antiſpaſto opponitur aut ditrochæus aut ionicus minor (ſecundam enim corripit το ιαχα) quorum neutrum per leges metricas licet.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 1089. lin. 5. lege σημαινομενου.

1125. l. 8. pro οιοντι lege Οιτι.

1166. lin. 9. lege εικοτας.

IN PARAPHRASTEM.

P. 194. lin. 1. lege πρωυχοντες.

IN ACTUM SEXTUM.

V. 1349. Lege φως.

1363. Aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus trochaicis, aut antiſpaſticus ex antiſpaſto & epitrito tertio pentaſyllabis & iambo.

1367. Antiſpaſticus eſt ex epitritis quarto & tertio pentaſyllabo & iambo.

1372. Κωκυτον penultimam producit; conſtat igitur hic verſus ex antiſpaſto hexaſyllabo & epitrito primo.

1384. Διασω στρατηγω, και διπλω στρατηλατα] Audacior ſane eſt *Kingii* conjectura quam ut eam recipere audeamus; at ſi maxime recipiatur, legendum potius erit ad vitandum hiatum Διασω γ' αδελφω.

1385. Ως τις αγωνα μονομαχον τ', αλλων δορος] Interpunge cum *Scholiaſte* poſt αγωνα, non cum *Kingio* poſt μονομαχον τ' Crediderim tamen Noſtrum μονομαχω τ' ſcripſiſſe.

1435. Vide, ſi tanti eſt, ad hunc locum diſſertationem *Hardionis* in hiſtor. Acad. Gallic. inſcription. vol. III. p. 173.

1450. Vide *Hardion.* ibid. p. 178.

1464. Οδ' ην lege ὁ δ' ην.

1507. — 1515. Ita novem priores hujus ſtrophes verſus conſtituendos cenſeo, ut omnes ſint dactylici,

1. Ου προκαλυπτομενα βοτρυχωδεος
2. Αβρα παρηιδος,
3. Ουδ' υπο παρθενιας τοδ' υπο βλεφα-
4. ροις φοινικ' ερυθημα προσωπου
5. Αιδομενα, φερομαι βακχα νεκυ-
6. ων, κραδεμνα δικουσα κομας απ' ε-
7. μας, στολιδα κροκοεσσαν ανεισα τρυφας
8. Αγεμονευμα νεκροισι πολυστονον.
9. Αι, αι, ω μοι.

In quibus βοτρυχωδεος primam eadem analogia corripit ac Ηλεκτρυωνος apud Heſiodum. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad Β. 537. In verſu tertio pro τον repoſui τοδ', ut cum ερυθημα jungatur, quod poſtulare videtur conſtructionis ratio. Sequentes etiam hujus ſtrophæ verſus omnes dactylici ſunt quinto decimo excepto qui iambica eſt penthemimeris.

V. 1509. Mirum eſt *Kingium* primam του βλεφαροις longam credere potuiſſe.

1518. 1519. Σα δ' ερις, ουκ ερις, αλλα φονω φονος
Οιδιποδα δομον ωλεσε, κρανθεις] Non minus ſententiæ quam metro convenit κρανθεις, ſed tollenda eſt hypoſtigme poſt ωλεσε & reponenda poſt κρανθεις, ut participium hoc cum φονος jungatur. Φονος κρανθεις φονω, *Cædes cæde conſummata.* Sequentia αιματι δεινω pendent a præpoſitione εν ſubaudita. Similis præpoſitionis εν ellipſis paſſim apud poetas Atticos occurrit. Ita apud *Æſchyl. Prometh. Vinct.* v. 536 — 538.

Ηδυ τι θαρσαλεαις
Τον μακρον τειναι βιον
Ελπισι.

1524. Primus hujuſce verſus pes non choreus eſt, ſed dactylus; eadem enim ratione primam producit ανακαλεσομαι, ac apud Homerum απονεεσθαι,

απο-

απολωμαι, & ſimilia. Vide *Clark.* ad Iliad. A. v. 398.

V. 1527. Legendum omnino eſt juxta *Stephanianam* εγω non εγως.

1533. Magis mihi arridet priorum editionum ſcriptura,

Η των προπαροιθεν anapæſticus monometer hypercatalectus.

1534. Dactylica & penthemimeris ut & v. 1536.

1539. Τις αρ ορνις, η δρυος, η] *Kingius* ut ſententiæ conſulatur αρα in απ mutari debere contendit, ideoque etiam in Paraphraſi pro αρα reponit καθα; ſed utrobique fruſtra; longe enim elegantior eſt recepta lectio. Notum eſt in tragœdias vehementiori aliquo affectu perturbatos non animalia ſolum, ſed res etiam inanimes invocare ſolere, quaſi συμπαθουντας, & paſſionis ſuæ participes.

1539 — 1542. Revocata veterum editionum ſcriptura, ita hos verſus melius conſtitui poſſe cenſeo,

Τις τ' αρ' ορνις, η δρυος, η hephthemimeris anapæſtica. τ' pro τοι.

Ελατας ακροκομοις αμφι κλαδοις anapæſticus dimeter acatalectus

Εζομενα μονοματερος dactylicus trimeter

Οδυρμοις εμοις dochmaicus.

1543. Αχησει συνωδος; Verte, *Luctibus concinet.*

1544. Antiſpaſticus eſt hemiholius ex epitrito tertio pentaſyllabo & iambo, aut potius iambicus dimeter brachycatalectus ſimilis proxime ſequenti.

1545. Α τοισδε προσκλαιω. Verte, *Quæ hiſce lugens addo.*

1546. Glyconius eſt ex dijambo & epitrito quarto pentaſyllabo.

1548. Anapæſticus eſt monometer hypercatalectus.

1549. Pherecratius eſt ex antiſpaſto pentaſyllabo & epitrito tertio catalecto quadriſyllabo.

1550. Antiſpaſticus eſt ex antiſpaſto epitrito primo & ſyllaba.

1560. Dactylicus eſt tetrameter hypercatalectus. Si enim *Scholiaſtæ* demus το αγριον ſynizeſin pati, at prima tamen neceſſario producetur, ut metrum anapæſticum eſſe haudquaquam poſſit.

1564. Anapæſticus eſt monometer hypercatalectus.

1566. Anapæſticus eſt dimeter acatalectus.

1568. Anapæſticus eſt ſimilis v. 1564.

1569. Choriambicus eſt trimeter brachycatalectus.

1570. 1571. Iambicæ ſunt penthemimeres.

1577. Αι μοι παθεων] Το εμων, quod in omnibus codicibus ante παθεων legitur, metri concinnandi gratia delere, nimis audax videtur medicina. Si quid innovandum eſt, ita potius verſum reſtitui vellem.

Αι, αι, ω μοι, μοι, εμων παθεων

circa interjectiones iſtas negligenter admodum verſari ſolitos fuiſſe librarios notum eſt.

V. 1581. 1582. Ουκ επ' ονειδεσιν, ουδ' επι χαρμασιν,

Αλλ' οδυναισι λεγω'. σος Αλαστωρ] Per Oedipodis αλαστορα hoc in loco non intelligo ipſius Oedipodis *malum genium*, ſed *dæmonem* ab illius diris & exſecrationibus contra natos pronunciatis excitatum, & eas exſequentem. Unde Antigone præfatur ſe *non exprobrandi, aut ob adimpletas imprecationes exhilarandi, ſed contriſtandi cauſa hæc dicere.* Miror autem quomodo *Kingius* επι χαρμασιν reddere potuit, *inſultandi cauſa.*

1594. Δακρυα γοερα πασι τιθεμενα] Vulgatam lectionem πασι longe potiorem exiſtimo, propter τικτει quod ſtatim ſequitur. Verte autem, *Lugubres lacrymas omnibus ciens.*

1599. Κοινον ευναλιον] Vocales να in unam ſyllabam hic coaleſcere videntur pronunciandam ut noſtrate lingua, *wa*, vocali α modulum ſuum brevem adhuc retinente.

1601. Επι τραυμασιν αἱματος,] Diſtinguendum eſt poſt τραυμασιν, non poſt αἱματος.

1605. Φασγανον ειτω σπερχος επεμψεν] Ad fulciendum metrum proximo verſu a vocali incipiente, tibicine vulgari γε ad finem verſus adſcripto commode uti poſſumus.

1665. Anapæſtus quartam ſedem occupat.

1684. Quin ανηρ primam producere poſſit extra dubium eſt.

1700. Ουκ εις γαμους σους συμφοραν κτασῃ γοοις] Mallem Ουδ' εις γαμους ut hæc cum prius a Creonte dictis connectantur. Verte, *Nec in nuptias tuas calamitatem acceſſes lamentis.*

1732. Αλλ' η προς κακοις ετεις κακα;] Vulgatam hanc ſcripturam recte ſe habere puto. αλλ' η eſt η αλλα, *num alia.* Aut ſimplicius αλλ' η verti poteſt, *numquid?* Vide infra ad *Hyppol.* 932. Neque enim diſerte poni epitheton αλλα neceſſe eſt, quod ſequentia προς κακοις ſatis clare ſuggerere videntur.

1755. 1756. — ουχ ὁρᾳ Δικα κακους

Ουδ' αμειβεται βροτων ασυνεσιας] Hæc ab aſſeverante, non ab interrogante pronunciata puto. Certe illud ουδε ſubjunctum τῳ ουχ interrogationi parum convenit.

1761. Σφιγγος αναφερεις ονειδος;] Verte ad mentem *Scholiaſtæ*, *Sphingis refers decus.* Vide ſupra ad v. 838.

1774. Ος εκ δομων αθαπτος οιχεται νεκυς. *Qui ex ædibus inſepultum cadaver abjicitur.*

1783. Καδμειαν ᾧ νεβριδα] ᾧ verti debet, *Cui*, Bromio ſcilicet, non, *in quo.*

V. 1786.

V. 1786. Χαριν αχαριστον τις θεους διδουσα] Penultimam in αχαριστον corripi puto ut verſus ſit trochaicus trimeter brachycatalectus ſimilis præcedenti. Vide quæ notavimus ad *Cycl.* v. 52. ad *Hecub.* 184. & ad *Electr.* 444.

IN SCHOLIASTEM.

Ad. v. 1337. l. 3. lege κατηγορηματικως.
1358. lin. 6. forſan αριστος.

Ad v. 1429. lin. 18. lege σοφισαμενῳ cum *Hardione* ubi ſupra p. 179.
1514. lin. 3. 4. 5. Hæc ad v. 1529. 1530. pertinent.
1546. lin. 3. 4. 5. ὁ δε σοφος &c. Hæc ad verſum proxime antecedentem referri debent.

IN PARAPHRASTEM.

P. 244. lin. 1. lege ωδυνηθης, *Scholiaſtes* enim Dorice non ſcribit.
258. l. 2. pro του αυτου, lege τουτου.

Stricturæ quædam ad Notas VALCKENARII *&* MARKLANDI *in* PHOENISSAS *nuperrime in lucem editas.*

Effluxerant jam anni aliquot, Benevole Lector, ex quo notas haſce qualeſcunque in *Euripidis* quæ ſuperſunt monimenta abſolutas ſepoſueram, atque ad alia me converteram, quum a viro clariſſimo, mihique ſemper colendiſſimo, *Johanne Burton* S. S. T. D. & *Collegii Etonenſis* Socio digniſſimo, editionem novam Tragœdiarum Græcarum quinque fortunas Oedipi ejuſque liberorum attingentium, in uſum Scholæ iſtius per totam Angliam celeberrimæ adornante, per literas interpellor, &, ſi quid in ſcriniis haberem quod ipſius propoſito accommodari poteſt, & ut ſecum communicare vellem, rogor. Ipſe ſtatim, cui quidquam viro amiciſſimo denegare religio fuit, adnotata mea in Tragœdias iſtas tranſmitto, ejus arbitrio cuncta permittens, ut de iis pro lubitu, & prout commodum videretur, decerneret. Hinc excerpta haud pauca in ſupplementis editioni iſti ſubjectis inſerta, nonnulla vero paulo aliter quam vellem, quamque ſchedis meis poſita erant, edi deprehendo; quam rem negotiis multiplicibus quibus pene obrutus eſt vir humaniſſimus, & brevitatis ſtudio, quam exigebat plane Scholarum commodis deſtinatus liber, omnino imputandum mihi perſuaſum eſt. Prodeunte tandem in lucem *Pentalogiæ* iſtius editione, edoceor, nuperrime etiam apud *Batavos* editas *Phœniſſas Euripideas Valckenarii* ampliſſimo commentario inſtructas. Hujus viri celeberrimi eruditionem ſingularem, peritiamque Græcæ linguæ eximiam, ex animadverſionibus in *Ammonium* mihi notas, jam olim ſuſpexeram. Abſque mora igitur comparato libro & avide perlecto, omnia expectatione longe longeque majora reperio: Græcæ linguæ omniumque ejus dialectorum cognitionem accuratiſſimam, talemque, ut vix in uno alterove ex Græce doctiſſimis parem, in nemine forſan cumulatiorem, agnoſcere detur; immenſam eruditionis philologicæ copiam; in ſcriptoribus Græcis omnigenis evolvendis atque pendendis ſummam exercitationem, diligentiam exquiſitam, judicium acre & ſubactum, judicioque par acumen. Cum tamen humani ingenii conditio quidquam ex omni parte perfectum haud ferat, virum celeberrimum humani etiam aliquid interdum paſſum minime eſt mirum. Exquiſitiorem rei metricæ notitiam in tragœdiam Græcam edente forſan aliquis deſideraverit. Præcipue autem Κυεται δεξαι duæ eum ſæpiuſcule tranſverſum egiſſe videntur. "Hac loquendi forma alibi non "uſus eſt *Euripides*; ſtatim igitur immutanda. "Hoc verſu, vel his verſibus, commode carere "poteſt ſententia; illico igitur velut adulterini & "ab interpolatore profecti exturbantor." Si ad has regulas recenſeantur & corrigantur veterum ſcripta, quanta in iis ſtrages edendæ, quam promptus ad eos corrumpendos mutilandoſque patefiat aditus, nemo non videt. Quum igitur vel ſola tanti viri auctoritas apud eruditos pleroſque plurimum pollere jure debeat, ne ſcriptis Poetæ noſtri, quem recenſendum illuſtrandumque ſuſcepimus, præjudicium hoc futurum ſit fraudi, ſtricturas quaſdam ad *Valckenarii* notas curis noſtris prioribus addere, nec non pauciſſimas quaſdam *Marklandi* animadverſiones ad examen revocare, ab officio noſtro haud alienum eſſe duximus; quod virorum doctiſſimorum bona cum venia, debitâ ſcilicet eorum in rempublicam literariam meritis reverentiâ ubique hâbitâ, nos feciſſe non deſperamus.

mus. Quod autem *Valckenarii* emendationes haud paucas ex ingenio natas, plures etiam ex codd. MSS. erutas, meis ad tres Tragicos Græcos adnotationibus interſeruerim, id ita factum ſciat lector, ut ubique ex quo profecerim diſerte monuerim; ubicunque vero videri poſſim hoc non feciſſe, id ex eo profectum, quod eædem emendationes jam olim, antequam viri doctiſſimi editionem prodiiſſe audieram, nedum oculis uſurpaveram, in ſchedas meas relatæ fuerant, cujus rei fidem faciunt ſchedæ ipſæ, neque æquum cenſebam ea viro erudito omnino tranſcribere quæ mihi ipſi prius occupare contigerat. Sed hæc hactenus; ſtricturas ipſas nunc ſubjungamus.

V. 27. Οθεν νιν Ελλας ωνομαζεν Οιδιπουν] Leviſſima certe, aut potius nullius plane ponderis, ſunt argumenta quibus hujuſce verſus γνησιοτητα convellit *Valckenarius*. Penes te, Lector, ſit judicium. In verſu proxime præcedente diſerte dicitur pedes Oedipi ambos perforatos; at non dicitur tumorem inde pedum ſuperveniſſe, adeoque etymologiæ non ſatis perſpicua proſtat ratio. Inſania hæc etymologica, a *Sophoclis* ingenio caſtigatiore ſpreta, merito in *Euripide* a Comicis irriſa eſt; hinc proculdubio ſequitur, nullam hunc ſuggeſſiſſe etymologiam quam non verbis diſertiſſimis explicaverit. *Euſtathius Euripidi* imputat quod non niſi oblique nominis Oedipi etymologiam tradiderit, aliumque hujus Tragœdiæ verſum, ubi hoc etiam factum, adfert; ergo hunc verſum, ubi nominis iſtius etymologia pariter non niſi oblique traditur, non legit. In Prologis brevitati conſuli ſolet, nec alieniſſima immiſcentur; ergo memorari non oportuit, eum, cui partes in hoc dramate primariæ, nomen ex calamitate, in qua totius fabulæ cardo vertitur, traxiſſe. Nominis rationem nunc reddere non debuit Jocaſta, quia nunc primum nomen ipſum ab ea memoratur. Cur Hellas, & non Corinthus tantum, nomen hoc dediſſe dicitur homini, de quo tamen *Sophocles*

Ο πασι κλεινος Οιδιπους καλουμενος.

Το νιν in hoc verſu poſitum in verſu etiam ſequenti iterum legitur. Nomen ab uxore Polybi proculdubio ei datum, quod quomodo reſciret Jocaſta, uxor ejus, ex qua liberos utriuſque ſexus jam adultos ſuſceperat? Hæc rationum omnium ſumma eſt quæ tantum apud *Valckenarium* valuerunt, ut nimis patienter hunc verſum in hoc dramate legi queratur. Te teſtor, Lector, num in talibus refutandis ſeriam operam poni debere cenſes? Ejuſdem prorſus, certe non potioris, farinæ ſunt cætera, quibus alios complures in hac tragœdia adhuc extantes adulterinos eſſe, & a mala manu interpolatos, oſtendere conatur vir doctus.

V. 81. Εριν λυουσ'] Corrigendum λυσουσ' pronunciat vir eruditus, & ita recte legi poſſe non inficias eo; ſed optime etiam ſe tueri poteſt lectio vulgata. Non enim hoc filiis perſuaſit tantum Jocaſta, ut litem poſtea facilius ipſa dirimeret, ſed hac ipſa perſuaſione jam aliquatenus in lite dirimenda promoviſſe ſe ſperabat. *Litem dirimens* igitur idem hîc valet ac, *Dum in lite dirimenda diſtineor*.

86. Χρη δ' ει σοφος πεφυκας] Omnino retinendum χρη. De rebus enim jam præſentibus, aut ſtatim futuris, non de præteritis, hîc agitur. Athenagoras aut ex memoria citat, aut ad gnomen generaliorem detorquet, ubi proculdubio accommodatius eſt imperfectum.

88. Ω κλεινον οικοις Αντιγονη θαλος πατρι] *Marklandi* conjecturam pro πατρι reponentis πατρα evertit prorſus ſequens ſtatim επηξες, ſignificationis plane contrariæ verbum. Οικοις eſt εν οικοις, *Germen quod in domo patri creſcit*. Vide quæ adnotavimus ad hujus dramatis v. 1520.

204. Ως ταραγμος εισηλθεν πολιν] Ταραγμον, *Tumultum* urbem invaſiſſe, cum exercitus univerſus Argivorum, ordinibus explicatis, ac ſi ad prælium inſtrueretur, prope mœnia, & in ipſo urbis conſpectu, recenſeretur, minime mirum, imo revera aliter res ſe habere haud potuit. Quamvis enim jam pactæ erant induciæ, iis tamen nimium confidere ſummi res fuiſſet periculi. Vide infra v. 268 — 283. quantum trepidat ipſe Polynices quanquam ſub induciarum fide in urbem admiſſus. Nihil igitur hîc innovandum cenſeo.

231. Επιμενει με, κομας εμας Δευσαι] *Valckenarius* reponit, Επιμενει μ' ὁ κομας εμας Δευσει. At ſtructuram vulgatæ quare impeditam dicat vir doctus, aut emendationem inſtituendam cenſeat, haud aſſequor. Nemini certe non nota eſt ellipſis illa particulæ ὥστε, επιμενει με ὥστε δευσαι. Contra ſtructura illa, επιμενει με ὁ δευσει frigida, mihi ſaltem, videtur, nec ſimilem, opinor, apud Poetam noſtrum reperies.

260. Αν Αρης ταχ' οισεται] Αν μαχην ſcilicet. Quare autem verbum οισεται hîc ſtare non poſſit, non capio; hac nimirum ſententia; *Quam pugnam quaſi aliquid ſibi jucundum Mars ſtatim accipiet*. Lectionum duarum ex quibus alterutra *Valckenario* eligenda videtur, alteram, ἕξεται, conſtructio prorſus reſpuit. Quid eſt enim ἂν μαχην Αρης ἕξεται?

nam

nam participium φερων cum πημοναι omnino jungendum. Altera, υποπτευ, languidior ſaltem eſt, ne quid gravius dicam.

V. 373. Ναιω, δι' οσσων ομμ' εχων δακρυῤῥοουν] Vulgatam lectionem duriſſimam eſſe fateor, eamque perquam ingenioſe correxiſſe virum eruditum. Conjiceret tamen forſan aliquis non minus ſaltem probabiliter reſcribi poſſe

Ναιων αει πως ομμ' εχω δακρυῤῥοουν.

391. Η που στενουσι τλημονες φυγας εμας] *Marklandus* reponit τλημονος, quod quin optime dici poſſit nemo, credo, dubitabit; ſed vulgatæ nec ſententia minus congruens, nec dictio minus elegans. Ex amore enim quo eum proſequebantur ſorores eas exilium ejus haud æquo animo ferre optime colligere poterat Polynices.

437. Τοις φιλτατοις τοκευσιν ηγαγον δορυ] *Valckenarius* lectionem quam ſuppeditat *Scholiaſtes*, τοις φιλτατοις γ' εχουσιν, ſtrenue propugnat, quam & ipſe neque damno neque averſor, tantum vulgatam etiam ſatis ſe tueri poſſe contendo. Quod enim cauſſatur vir eruditus, dici non potuiſſe Polynicem bellum parentibus intuliſſe, ſed fratri tantum, qui ſolus ſibi regnum retinebat, falli eum puto. Certe civitati Thebanæ univerſæ, quâ jubente ſceptra retinebat Eteocles, & in exilium pulſus eſt Polynices, hunc bellum intuliſſe, eam igne & ferro funditis exciſurum centies in hac tragœdia diſerte dicitur. Civitatis autem Thebanæ partem fuiſſe Polynicis parentes nemo, opinor, negaverit. Vide quæ Antigone ſervitutem, non urbi tantum ſed ſibi etiam, ut putabat, imminentem deprecata profert, ſupra v. 194 —— 202.

469. Αδελφον δ' εισορας ἡκοντα σον] Conjecturam *Marklandi* reponentis εισορα, ut hiatum inſuavem & inſolentiorem omittam, prorſus ſubvertit oppoſitio particulis ου γαρ & δε clare deſignata, quæ ut utrumque verbum formâ indicativâ ponatur plane exigit. Hortationes Jocaſtæ ſunt χαλα & σχες.

489. Οικειν δε τον εμον οικον ανα μερος λαβων] Hunc verſum veluti ſpurium rejicit *Valckenarius*, quia hoc omiſſo nihil ad ſententiam requiri putat. Ipſe tamen non ſentire non poterat requiri accuſativum ad verbum αφειναι referendum, quem e ſuperioribus repeti jubet, nempe τάμαυτου. At, quod pace viri eruditi dixerim, Polynices non ſe paratum eſſe dicit τα ἑαυτου fratri tradere, ſed τα αδελφου, ea quæ ad Fratrem jure pertinebant, alteram ſcilicet poſt annum ſuum peractum regnandi vicem, id eſt, quod hoc ipſo verſu exprimitur, τα οικειν τονδε τον οικον ανα μερος λαβων.

V. 553. Τιμας ὑπερφυως, και μεγ' ἡγησαι τοδε;
Περιβλεπεσθαι τιμιον; κενον μεν ουν] Hæc ita correxit & interpunctionibus diſcrevit *Valckenarius*,

Τιμας ὑπερφυως, και μεγ' ἡγησαι; τι δε
Περιβλεπεσθαι; τιμιον; κενον μεν ουν

ſed dum acumen nimium ſectatur vir doctus, a ſtyli *Euripidei* ſimplici majeſtate quam longiſſime recedit.

570. Γενησεται Θηβαισι, φιλοτιμος δε συ] Hunc verſum revera elegantiſſimum ſpurium eſſe & inficetum pronunciat *Valckenarius*. Ad clauſulam priorem quærit, cur Thebis potius ολλυμενος ὁ πλουτος de quo agitur quam Eteocli? Quia, ut πλουτος iſte retineretur, civitas ipſa vaſtanda erat, virgineſque Thebanæ in ſervitutem miſerrimam abripiendæ, quod ex verſibus proxime præcedentibus manifeſte concluditur. Pergit autem; Quam frigidum quod additur, φιλοτιμος δε συ, quaſi hoc non jam poſuerat Jocaſta in ipſo orationis exordio, nec Eteocles negaſſet? Aſt alia prorſus ſententia, eaque affectu pleniſſima, his verbis hîc enunciatur; hoc enim dicere vult Jocaſta: *Ambitioni te ſupra modum deditum eſſe oportet, ſi, ut ei obſequaris, reipublicæ ſalutem, & omnia quæ tibi cariſſima eſſe debent, in extremum diſcrimen committis.*

573. 576. Πορθησαντ πολιν —— ιδων πατραν] Voces πολιν & πατραν ſedes invicem commutaſſe vult *Valckenarius*. Mihi contra veram in vulgatis ſedem utramque obtinere perſuaſum eſt. In priori loco, ubi ſimplicior orationis forma, recte ponitur πολιν; in altero, ubi affectus commoventur aptius intervenit πατραν.

645. Οι κατῳκισε] Omnino plene diſtinguendum poſt κατῳκισε, quidquid contra opponat *Valckenarius*. expende enim obſecro totius periodi juxta eum ſtructuram. Διδουσα τελεσφορον χρησμον, οὑ τα θεσφατον εχρησε κατοικισαι πεδια μιν πυροφορα Αονων, ἱνα γε καλλιποταμος νοτις ὑδατος επερχεται χλοηφορους γυας Διρκας. Primum διδουσα τελεσφορον χρησμον, idem hîc valet ac τελεσασα χρησμον. Vide autem quam concinne iſta inter ſe cohærent, τελεσασα χρησμον οὑ το θεσφατον εχρησε. Deinde quis non ex iſtis verbis concluderet oraculum diſertis verbis Aonum campos & terras Dircæo fonti propinquas Cadmo deſignaſſe? quod tamen hiſtoricæ, ſive malis fabuloſæ, veritati repugnat. Denique particula μιν aperte indicat novam periodum inchoari, quâ præcedentia explicantur & plenius declarantur.

647. Πυροφορα δαμων εχρησε]. Lubens aſſentior *Valckenario* Αονων pro δαμων reponenti, ſed ita potius verſum

ſum conſtituendum cenſeo, ut antithetico reſpondere poſſit,

Πυρφορος ἐχθρῶν ἀσπιδα

V. 728. Και μην το νικαν εστι παν ευβουλια] Sententia eſt, *Modo vincas, quacunque ratione vincas, prudenter feceris.* Eximitur enim Eteocli ſcrupulus, qui vereri videbatur ne ignaviæ notam ſubiret ſi exercitum intra urbis mœnia contineret. At hanc ſententiam prorſus jugulat *Pierſoni,* eruditi Batavi, correctio reponentis κἀν ευβουλια.

732. Ειπερ σφαλεις γε δευρο σωθησῃ παλιν] *Valckenarius* σωθησῃ cum παλιν minus recte jungi putat, ideoque reſcribit σως ἡξεις παλιν. At viro erudito accuratio nimis exquiſita fraudi fuiſſe videtur. Σωθησῃ non cum παλιν, ſed cum δευρο, hic jungitur, quod adverbium comitatur, ut ſæpe ſolet, το παλιν. Δευρο σωθηναι autem recte & Attice dici docere eum potuiſſet *H. Stephanus,* qui in Theſauro ex Platone & Xenophonte Atticis ſcriptoribus profert οικαδε σωζεσθαι; immo, quod vulgatam ſcripturam plane confirmat, ex Platone, της παλιν οικαδε σωτηριας.

763. Κτεινειν δ' ὁς ηλθε πατριδα πορθησων εμην] Non ſpurium tantum ſed & abſurdum hunc verſum pronunciat *Valckenarius,* quia is qui ſuam ipſius patriam vaſtaturus venerat multo rectius morte dignus dici poterat, quam qui Eteoclis patriam vaſtare deſideraret. Mirum autem eſt virum eruditum non animadvertiſſe, non id hic agi, quis morte dignus, ſed quem occidere maxime cuperet Eteocles. Certiſſime eum qui Eteoclis, non qui ſui ipſius, patriam vaſtare ſummo conatu contendebat.

764. Γαμους δ' αδελφης Αντιγονης] Nihil immutandum. Verbum μελομαι nominativo rite ſubjungitur, & ab eo regitur; unde juxta eandem analogiam formæ infinitivæ, τῳ μελεσθαι, præponere licet accuſativum. Pari ſcilicet conſtructionis forma dicitur ταυτα σοι μελησω, & χρη ταυτα σοι μελεσθαι. Vox autem Γαμοι numero plurali apud poetas Atticos, non ſemper quidem, ſed uſitatius certe, occurrit. Vide in hoc ipſo dramate v. 339. 347. 427. 951. 1581. 1666. 1672.

777. Λαβοντα πεμψαι δευρο Τειρεσιαν, Κρεον] Novum prorſus & inexpectatum mihi obvenit, quenquam dubitare an λαμβανειν τινα Græce dici poſſit, pro eo quod eſt, *aliquem ſibi comitem adſciſcere.* Exempla quæ poteſtatem illam adſtruunt memoria impræſentiarum non ſuppeditat, exſtare tamen plurima mihi perſuaſum eſt. Apud Lucianum quidem in Scytha Tom. I. p. 866. habes αλλα με λαβων αγε παρ' αυτον. Idem in Aſin. Tom. II. p. 607. λαβων την δεσποιναν εβαδιζον. Idem Vitar. Auction. Tom. I. p. 558. αγε λαβων αγαθη τυχη. Homer. Iliad. Φ. 36.

τῃ ῥα ποτ' αυτος

Ηγε, λαβων εκ πατρος αλωης ουκ εθελοντα

Idem Odyſſ. O. 269.

Τουνεκα νυν ἑταρους τε λαβων και νηα μελαιναν.

Sed his omnibus negotium non plane confici non ſum ignarus. Quod vero ad *Valckenarii* emendationem, Αξοντα πεμψω δευρο, attinet, an Græci ita locuti ſint valde hæreo. Πεμπειν vel πεμψαι αξοντα rite & ex more dici agnoſco, forſan etiam πεμψειν αξοντα, ubi res certiſſime futura prædicitur, ferri poteſt; ſed donec exempla afferantur ubi pro eo quod eſt πεμψω ἱνα αγῃ uſurpatur, vulgatam de poſſeſſione non dejiciendam cenſeo.

V. 793. Στεφανοισι νεανιδος] Hæc interpretatur *Valckenarius, corona puellari,* aut *corollis virgineis;* ſed locutionem ſimilem, quâque hæc interpretatio confirmari poſſit, nuſpiam, opinor, invenies.

799. Μανυχα πωλον] Perperam diſtinctionem editionum præcedentium mutavit *Valckenarius.* Hunc enim accuſativum a ſequente θοαζεις pendere, non a præcedente δινευεις, vel inde conſtat, quod ſi a δινευεις pendere ſtatuas, verbum iſtud in primo periodi membro poteſtate *neutra,* in altero *tranſitiva,* gauderet; quod linguæ indoli repugnare puto. In verſu autem proxime ſequente pro Ισμηνου τ' legendum erit Ισμηνου γ'.

825. Ετικες, ω γα, ετικες ποτε] *Marklandus,* ut metrum dactylicum huic verſui reſtituat, ita reſcribendum cenſet,

Τικτεις, ω γα, τικτεις ποτε

ſed præterquam quod τικτεις ποτε Græce vix dicitur; quis unquam verſum talem pro dactylico venditaverit? Poteſt quidem metrum anapæſticum, quod cum dactylico συμπαθειαν quandam habet, ei hic ſubſtitui ſi legas

Ετικες γ', ω γα, γα, ετικες ποτε

ſed vulgatam ſcripturam immutandi auctor non fuerim.

877. 878. Αἱ δ' αἱματοπα δερυματων διαφθοραι,

Θεων σοφισμα, κἀπιδειξις Ελλαδι] "Oedipodis "δεργματων διαφθοραι non potuerunt adeo Θεων σοφισ-"μα dici, vel επιδειξις Ελλαδι, quam quicquid acci-"dit miſero, atque adeo Oedipus ipſe, tot calamitatibus preſſus, quarum viſus iſthæc orbatio "levis tantum erat particula." Hactenus *Valckenarius,* qui huic ratiocinationi confiſus verſus hoſce tranſponendos cenſuit, ut alter alterius ſedem invicem obtineat, mutatâ etiam hinc inde ſcripturâ,

turâ, ut huic tranſpoſitioni accommodetur. Sed ita effecit vir doctus ut iſta, Αἱ δ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ, nihil reliquum habeant quo referantur; quod & ipſe ſenſiſſe videtur, cum monet nominativos ſolutos per, *quod attinet*, exprimendos. Atqui ita, ut viro docto obſequamur, hoc in loco exprimantur iſta; non minus tamen deerit aliquid quod ſubjunctum oportuit, quo referri poſſint, nec minus claudicabit ſuſpenſa & imperfecta oratio. Non animadvertit autem vir eruditus, filios Oedipi, non tam cæcitatem patris quam flagitia ejus, parricidium ſcilicet & inceſtum, quæ in proprium ipſorum dedecus vertebant, e publico hominum conſpectu & notitia ſubtrahere voluiſſe, ut ita eorum memoria paullatim aboleretur. Hoc ex ſupradictis v. 63 — 65. ſatis conſtat. Eodem igitur incommodo quod vulgatæ objicit ſcripturæ laborat ipſa ejus emendatio. Sed nullum revera incommodum hîc cavendum eſt. Voluntaria enim illa oculorum effoſſio in hominum oculos ex Oedipi viſu incurrens, & flagitia ab eo patrata, & pœnas a diis ultoribus palam ſumtas, in memoriam perpetuo revocabat, ideoque & θεῶν σόφισμα, & ἐπίδειξις Ἑλλάδι aptiſſime dici poterat, & filios ejus adeo perpulit ut eum ex hominum conſpectu amoverent.

V. 885. Ἀγὼ τί δρῶν, ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔτι] In *Valckenarii* emendatione

Κἀγὼ παρὼν, ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔτι

quis non videt oppoſitionem inter παρὼν, & ὁποῖα οὐ λέγων ἔτι, quæ revera nulla eſt, minus apte inſtitui?

913. πέλας δὲ σοῦ] Lectionem codicis *Florent.* ineptiſſimam, πέλας δὲ ποῦ, probare videtur *Valckenarius.* Nimirum locutio hæc hominem prodit incertum an Menœceus revera aderat, necne, credentem tamen eum non longe abeſſe. Tale igitur reſponſum percontationi & ſcopo Tireſiæ minus ſatisfaciebat.

923. Ἀπὴρ πέφυκε] *Valckenarius* reponit Ἀπὴρ πέπηγε, *Quæ fixa ſunt & firmiter conſtituta.* Sed ſignificationem hanc aliquo ſaltem exemplo aſtruere debebat vir doctus.

931. Τί μ' ἐρωτᾷς; Δυσφύλακτ' αὐτὴ χερὶ] *Valckenario* aſſentior lectionem vulgatam ferri non poſſe; ejuſdem tamen emendatio δυσφύλακτα γῇ κακὰ, haud minus mihi diſplicet. Neque enim aut Tireſias infortunia Thebanæ civitati impendentia difficulter præcaveri poſſe dicere poterat, cum ipſe rationem quâ ſolâ præcaveri, & quâ certe etiam præcaveri, poterant, modo patefecerat; neque poſt oraculum editum de publica terræ Thebanæ calamitate, ſed de ipſius propria, ſollicitus erat Creon. Reponendum igitur puto, δυσφύλακτ' ἐστὶ κακὰ, id eſt, *Infortunia hæc vix evitanda ſunt*; *ſtatim enim Thebani, divulgato oraculo, ut excidium civitatis avertant, filium tuum, etiam te nolente, immolabunt.* Emendationem & interpretationem noſtram plane ſtabilit Creontis quod proxime ſubjungitur reſponſum, quippe rationem ſuggerens quâ malis hiſce facillime obviam iretur.

V. 953. Κεὶ μὴ γὰρ εὐνῆς ἥψατ', ἀλλ' ἔχει λέχος] Leviſſima ſane ſunt quæ contra hujus verſus γνησιότητα diſputat *Valckenarius.* Εὐνῆς ἅψασθαι, eſt, *Concubitus attigiſſe*, quod quanquam apud *Euripidem* alibi non legatur, cum verbum ἅπτεσθαι hoc uſu Græcis frequentatum ipſe fateatur vir doctus, non certe ideo reprobandum. Aliter reprobandum etiam ψαύειν γάμων, quod, ſi accurate recenſionem inſtituerit ipſe, ſemel tantum, ſcilicet in *Hippolyt.* v. 14. reperitur. Hunc τοῦ ἅπτεσθαι uſum etiam apud poetas Atticos obtinuiſſe perſuadebit forſan etymologia nominis Epaphi ſatis clare ab *Æſchylo* indicata *Prometh.* 850. Jam is cui virgo deſponſata eſt quare non recte dicatur λέχος ἔχειν, *Nuptias habere*, etiamſi nondum conſummatas? Quod alter dediſſe recte dicitur, id alter etiam habere æquo jure dici poteſt. Eteoclem autem ſe jam olim Antigonen Hæmoni dediſſe diſertis verbis affirmantem inducit Poeta ſupra v. 766. τὴν δοῦσαν τὴν παῖδα, eamque donationem tunc iterum ratam habentem, ἐχέγγυον πιστόν. Porro vocem ἠΐθεος ſignificare, non ὅσιον ἀπ' εὐνῆς, ſed γάμων ἄπειρον, ἁγνὸν, ſatis oſtendunt exempla ab ipſo viro docto allata. Quomodo autem Tireſiæ, quomodo Creonti, quomodo Thebanæ civitati, conſtare poterat, Hæmonem Venere jam uſum, Menœceum hactenus omnino abſtinuiſſe?

1241. Σπαρτῶν τε λαὸς ἅλις ὅσος κεῖται θανών] Hunc verſum in ſpuriorum claſſem refert *Valckenarius*, ut minus *Euripideum*, atque in primis indignum Eteoclis hactenus victoris perſonâ. Minus *Euripideum* eſſe nulla alia ratione aſtruit vir doctus quam quod ita ipſi videtur. Aliis forſan aliud videbitur. Mihi certe, ut ſententia omnibus ſuis numeris abſoluta evadat, neceſſarius videtur. Nec Thebanorum rege, quamvis victore, indignum puto teſtari, victoriam etiam, ſanguine civium ſuorum partam, ſibi minus placere. Verſus etiam 1125 & 1140 velut ſpurios pariter rejicit idem vir eruditus, ſed cum nullam ſententiæ ſuæ rationem afferat, poſſeſſionis jure ſatis ſe tuebuntur.

V. 1268.

V. 1268. Και τἆλλα δυνα] *Valckenarius* velut ex cathedra pronunciat, τἆλλα ſcribi non potuiſſe a Tragico. Vellem ſententiæ ſuæ rationes addidiſſet.

1348. Λεγεις δε τι;] Quid in his *Valckenario* diſplicuerit neque ipſe aperuit, neque conjecturâ aſſequi poſſum. Suam tamen emendationem λεγειν γε τι, ut infinitivus ſit indignantis ob malorum quibus obruebatur cumulum, paucis, opinor, perſuadebit vir doctus. Certe tranquilliſſime indignantis verba ſunt, λεγειν γε τι αλλο. Particula autem δε in interrogationibus adeo frequentatur ut exempla adducere inutile ſit. Paullo ſupra in hoc ipſo dramate v. 921 habes χρηματων δε τις πορος;

1370. Διοιν ςρατηγω, και διπλω ςρατηλατα] Hujus verſus γνησιοτητα ſpecioſis ſane argumentis oppugnat *Valckenarius*, quorum tamen aciem omnino retudit ipſe paullo infra excitatâ ex Athenæo IV. p. 154. parodiâ quâ Ariſtophanes hunc ipſum locum in *Phœniſſis* ſuis ita expreſſit,

Εν Οιδιπου δε παιδε, διπτυχω κορω,
Αρης κατεσκηψ', οιγε μονομαχου παλης
Αγωνα νυν εχουσιν.

Quis his lectis dubitare poteſt Ariſtophanem hunc etiam *Euripidis* verſum & legiſſe, & irridere voluiſſe?

1378 — 1380. Αισχιςον αυτω ςεφανον ὁμογενη κτανειν.
Πολλοις δ' επηει δακρυα της τυχης ὁση.
Κάβλεψαν αλληλοισι διαδοντες κορας.] Non memini me in infirmiora argumenta unquam incidiſſe, iis quibus horum verſuum γνησιοτητα convellit *Valckenarius*. Polynices cauſæ æquitate fretus dicere non potuit αισχιςον ςεφανον eſſe ὁμογενη κτανειν. At ut hoc dedecus ex patris Oedipi diris impendere creditum evitaret, idem ipſe Polynices imperium Thebanum per annum integrum abdicaverat, & in exilium ſponte migraverat. Idem fatetur auxilium, quod ſibi regnum repetenti præbuerant Argivi, λυπραν eſſe χαριν, αναγκαιαν δε v. 434. Muſæ autem Tragicæ indolem atque ingenium non ſatis perſpecta habuiſſe videtur vir eruditus, quæ nunquam magis ſe effert, nunquam auditorum pectora fortius commovet, quam cum affectus vehementiſſimi, iidemque contrarii, in eadem perſona inter ſe artificioſe committuntur, ut id ſummo conatu aſſequi contendat, quod ſimul & averſatur & horret. Tale affectuum certamen in *Medea*, in *Agamemnone apud Aulida*, exhibuit Noſter; tale in *Philoctete Sophocles*; tale optime exprimit *Medea* illa *Ovidiana* his verbis

video meliora, proboque,
Deteriora ſequor.

Quod ad ſtructuram vero attinet, mirum eſt virum eruditum negare ςεφανον — κτανειν *Euripideam* eſſe ſtructuram, cum ipſe ex *Euripide* ςεφανον — τυχειν, & ςεφανον ολεσθαι, excitaverit. Mirum etiam eſt eundem eo offendi, quod his auditis lacrymæ multis obortæ dicantur, cum paullo ante omnes certamen hoc fratrum ſingulare jure inſtitui pronunciaverant. Quaſi vero hoc obſtaret quo minus auditis Polynicis verbis, præ miſericordia etiam ad lacrymas uſque commoveri poſſent. Omnium autem maxime mirum eſt, virum doctum negare Πολλοις δ' επηει δακρυα Græce dici poſſe. Ita enim pergit; "Quæcunque mentem ſubit cogita-"tio Græce dicitur επεισι; uſitata ſunt επηει, vel "επεισι, μοι λεγειν, επαινειν, φιλοσοφειν, at non δακρυειν," aut δακρυα, quanquam fatetur apud Tragicos in talibus nomina quoque frequentari. Sed affectioni animi originem etiam debet το δακρυειν. Talium vera interpretatio hæc eſt, Impetum cepi dicendi, laudandi, philoſophandi. Apud Lucian. Amor. §. 36 habes εμοι επηει γελαν, & ſimiliter Icaromenip. §. 18. Quare non igitur æquo jure επηει δακρυειν; Nemo etiam, opinor, dubitabit quin rite ſubſtitui poſſit ſubſtantivum γελως, ac proinde hoc in loco δακρυα. Optime autem conſtructionis rationem explicat *Scholiaſtes*; genitivus της τυχης pendet ab ἑνεκα ſubintellecto, quâ ellipſi nihil uſitatius; ὁση autem eſt ὁση ην, ut in aliis exemplis ab ipſo *Valckenario* allatis. Denique διαδουναι κορας αλληλοισιν Græcum eſſe audacter negat. At dubitanti fas ſit credere, multas loquendi formulas in Græcorum ſcriptis deperditis, multas in *Euripidis*, multas in aliorum Tragicorum fabulis quæ ad ſæcula poſteriora non pervenerunt, exſtitiſſe, quæ viro docto proinde innoteſcere non poterant; quaſdam etiam in iis quibus fruimur antiquis ſcriptoribus viri accuratiſſimi diligentiam effugere potuiſſe; neque intra ipſius adverſariorum, utcunque ampliſſimorum cancellos immenſam illam linguæ Græcæ ubertatem atque copiam coercere ſit neceſſe. Interea locutionem, de qua lis eſt, ſatis tueri videtur exemplum ab ipſo ex hoc dramate v. 565. excitatum, unde etiam callidum illum interpolatorem ſemper ſibi ante oculos obverſantem ſua conflaſſe ſuſpicatur;

Εις εν συνελθων ομματ' ομμασιν διδου.

V. 1448. Κάμπτεις ὑγραν χερα] *Valckenarius* interpretatur, *Manum madentem ſuo fraternoque ſanguine*. Ipſe potius redderem, *Manum flexilem, lentam*, adeoque *languidam*. Vox eadem ſignificatione non multum abſimili occurrit apud *Sophocl. Antig.* 1250. 1251.

ες δ' ὑγρον

Αγκαν' ετ' εμφρον παρθενῳ σεσαλευσεται

ubi reddi debet, *Brachium lentum, flexile.*

V. 1474. Κἀν τῳδ' ὑπεξελθ' Αντιγονη ςρατου διχα] Verſus hic veluti ridiculus, ineptus, Tragico indignus, traducitur. Sed conviciis nihil proficitur; rem ipſam ſpectemus. Certamen inter fratres εν μεταιχμιοις, *in intercapedine inter duas acies relicta*, conſertum, ex v. 1246. 1285, & ex ipſa narrationis ſerie, certum eſt. His mutuis vulneribus confoſſis, ſuperveniunt Jocaſta & Antigone, & in morientium corpora ſe projiciunt. Interea inter binos exercitus lis ſuper victoria orta eſt, & utrinque in arma proruptum. Inde ad pugnam deventum; quâ commiſsâ, mors certiſſima Antigonen manebat niſi prius εκ μεταιχμιων receſſiſſet. Hoc igitur factum moneri oportuit auditores, & verſus hic narrationis pars eſt plane neceſſaria. Genitivus autem ςρατου, ſive cum verbo ὑπεξελθε, ſive cum adverbio διχα jungatur, ſtructuram & Græcam & Atticam eſſe haud, credo, negaverit vir eruditus. Per verba autem οἱ δε in verſu ſequenti deſignari Argivos adeo evidenter demonſtrat populi Thebani ſtatim ſubjuncta mentio, ut hoc nemini ambiguum eſſe poſſit. Contra, hoc verſu omiſſo, ſcrupulus in auditorum mente moleſtiſſimus hærere debebat, quî potuit fieri ut Antigone, media inter duas acies acerrime depugnantes relicta, poſtea tamen ſana ac ſalva, ac ſi ex gynæſeo modo prodiret, in ſcenam regrederetur.

1495. 1496. — τον ὑπο βλεφαροις

φοινικ' ερυθημα προσωπου] Τοῖσιν βλεφαροις, quod conjicit *Valckenarius*, vix quiſquam, credo, probaverit. Virginei certe ruboris apud vultum ſedes, non *in palpebris* quærenda, ſed *in genis ſub palpebris ſitis*, εν τοις ὑπο βλεφαροις.

1505. Η τινα μουσοπολον ςοναχαν] Fruſtra hæc ſollicitat *Valckenarius*, reponens μουσοπολων, *quem poetarum gemitum*; quaſi ſcilicet varia eſſent ac diverſa gemituum genera quibus poemata inter ſe diſtingui ſolerent. Longe elegantius μουσοπολον cum ςοναχαν jungitur, *Gemitum Muſis familiarem.*

1508. Exemplum e Tragico requirit *Valckenarius* in quo τ liquidæ naturam induat, atque adeo vocalis corripiatur proxime ſequentibus in eadem voce vel κτ vel πτ. En exempla ex *Euripide* bina. *Iphig. in Taur.* 776.

Σφαγιων, εφ' οἷσι ξενοκτονους τιμας εχει.

Electr. 491.

Ομως δε προς γε τους φιλους εξελκτεον.

Vide & *Elect.* v. 169.

Sequente etiam ς vocalis pluries apud *Euripidem* corripitur: *Hecub.* 184. 683. *Phœn.* 224. 1786. *Cycl.* 52. *Electr.* 444. Quinimo corripitur etiam ante ςρ. *Phœn.* 1507.

V. 1515. Αἱματος ἀμφιειου] Hæc cum præcedentibus τις των προπαροιθεν ευγενεταν ἑτερος jungi, quod voluit *Valckenarius*, vix poſſunt. Tali enim ſtructuræ obſtat v. 1514 interveniens; in quo etiam genitivus κακων τοσωνδε nihil invenit, prout hæc nunc conſtituta leguntur, quo referatur, aut unde pendeat. Mihi igitur veriſimillimum videtur, verſum hunc & proxime præcedentem ſedes invicem commutaſſe. Hoc ſi admittatur, difficultas omnis ſtatim tollitur.

1519. Αχεσι συνωδος] Si copula hîc neceſſaria exiſtimetur, ita hunc verſum concinnari malim, ut ſit ithyphallicus

Αχεσι τε ξυνωδος.

1559. Α τελαιν' αλοχος] A Dorice pro H poſitum corripitur. Vide *Oreſt.* v. 1517 & quæ ibi notavit *Kingius*, *Phœn.* 663. 689. Vide etiam quæ notavimus ad *Heraclid.* 614. *Helen.* 1490. 1503. Particula δε, quæ in editionibus quibuſdam, neſcio an in quoquam codice, reperitur, metrum plane jugulat. Aliud certe egit *Marklandus* contendens particulam iſtam neceſſariam eſſe ad baſin anapæſticam conficiendam, quâ retentâ prodit penthemimeris dactylica, cui nullus hîc locus eſſe poteſt, ſequente ſcilicet parœmiaco.

1560 — 1562. Quiſquis hos verſus ad metrum anapæſticum reducere conabitur, is certiſſime & operam & oleum fruſtra inſumet. Neque tamen hæc aut corrupta aut mutila eſſe judico, ſed metrum trochaicum conſulto hoc in loco a poeta adhibitum, ut impetus ille incitatiſſimus, quo Jocaſta ad filios a mutua cæde prohibendos ferebatur, efficacius exprimeretur, & per aures quoque, mediante metrorum rapiditate, ſpectatoribus repræſentaretur. Ita igitur metra conſtituenda cenſeo

Δακρυα γοερα φανερα ithyphallicus
Πασι τεθεικυια, penthemimeris trochaica
Τεκνοι μαςον εφερεν, εφερεν, trochaicus dimeter acatalectus
Ικετις ἱκεταν ορομενα. idem catalectus ſive Euripideus.

Valckenarius, dum hæc in anapæſticorum formam reducere tentat, ter in ſyllabæ modulo peccat, ultimis in γοερα & φανερα neutris pluralibus, & in εφερεν ſequente vocali aſperata, productis; ſententiam vero nobis languidam plane & elumbem obtrudit.

V. 1589.

V. 1589. 1590. Horum verſuum ſcripturam vulgatam vellicat *Valckenarius*, ut emendationi ſuæ viam patefaciat, nihil tamen in eorum ſtructura quod, aut incommodum, aut minus Græcum, aut denique minus elegans ſit, oſtendere potuit.

1600. 1601. — αλλα δυλευσαι τε μοι
Δαιμων εδωκε Πολυβον αμφι δεσποτην] Hæc, corruptæ quorundam codicum ſcripturæ veſtigia ſecutus, *Valckenarius* ita corrigit,

αλλα δουλευσοντα τοι
Προς Πολυβον εξεδωκεν αμφι δεσποτην.

Sed quomodo utraque præpoſitio, προς & αμφι, ſimul hic ſtare poſſit non capio, & ut adverbialiter ſumatur το προς plane prohibet ſtructuræ indoles. Quod ſi neceſſario tentanda eſt emendatio, ita potius verſum alterum refingere malim

Πως εξεδωκε Πολυβον αμφι δεσποτην.

1628. Εαν δ᾽ ακλαυστον, αταφον, οιωνοις βοραν] Hujus verſus cum præcedentibus nexus ſatis patet; manifeſte enim ex præcedente κηρυξεται pendet, quod hic απο κοινου repetendum. Κηρυξεται δε προσειπε νιν &c. Alias *Valckenarii* rationes non attingo; pro ſe quiſque judicet.

1638. Τι τονδ᾽ εκηρυξεις νεκρῳ᾽ αποστολων χθονος] Hunc etiam verſum νοθειας ſuſpicione urget *Valckenarius*, quia eum velut non prolatum in reſponſo negligit Creon. Sed vix veriſimile videtur, Antigonen, quæ contumeliam in fratris cadaver denunciatam adeo ægre ferebat, ut ejus amoliendæ gratiâ ad preces humillimas ſe demittere ſuſtineret, exilium patri grandævo & luminibus orbo imperatum tam leniter tuliſſe, ut ne uno quidem verbo facinoris atrocitatem tyranno exprobare auſa ſit. Revera ad proxima Antigones verba primum reſpondet Creon, ad altera etiam reſponſurus, niſi ſuper illis ortum jurgium omnem de his diſceptationem ſupervacaneam reddidiſſet.

V. 1661. Συ δ᾽ αλλα νεκρῳ λουτρα περιβαλειν μ᾽ εα] Minime hæc ſollicitari oportuit. Ariſtoph. Νεφ. 1572.

Συ δ᾽ αλλα τουτων
Λεξον τι των νεωτερων ἁττ᾽ εστι τα σοφα ταυτα.

1671. Ιστω σιδηρος, ὁρκιον τε μοι ξιφος] *Valckenarius* cod. *Cantabr.* & *Schol.* cod. *Auguſt.* ſecutus pro τε reponit δε, hoc ſcilicet ſenſu, *Enſis enim ipſe mihi pro juramento ſit.* At ita ſententia multo, ni fallor, languidior evadit eâ quam exhibet vulgata ſcriptura.

1737. Αλις οδυρματων εμοι] Reſcribendum puto εμων juxta *Paraphraſtem*, *Euſtathium* in Homer. codd. *Laudian.* & *Leidenſem* unum, & a manu ſecunda etiam alterum, editionem denique *Aldinam*. *Scholiaſtes* utramque lectionem, εμων & εμοι, agnoſcit. Lectio noſtra eandem exprimit ſententiam ac illa a *Valckenario* laudata, ἀλις νοσουσ᾽ εγω, & ἁλις εγω δυστυχων, longe autem diverſam ea quam vir doctus prætulit & edidit. Minime vero neceſſe eſt hunc verſum & v. 1739 ad metrum iambicum interpolato fulcro reducere. Suavius certe & concinnius verſui iambico ter alternatim ſubjungitur Euripideus, ſive hephthemimeris trochaica. Judicent aures eruditæ.

NOTÆ

NOTÆ IN MEDEAM.

EX EDITIONE *PIERS.*

IN ACTUM PRIMUM.

V. 11, 12. VIDE *Hardionis* diſſertationem in hanc tragœdiam apud Commentar. Academ. Gallic. Inſcription. Vol. XI. p. 390, 391. Vide etiam *Porti* notas.

55. Καλως πιτνουντα] *Grotius* in excerptis habet πιτνοντα.

57. Ιμερος μ' υπηλθε. id eſt, ἵμερος μοι ὑπῆλθε. Dipthongus enim iſta, ſequente vocali, in hoc pronomine, & in particula τοι, & ſimilibus, apud poetas Atticos rite eliditur. Ita *Sophoc. Ajac.* v. 191.

> Μη, μη μ' αναξ
> Κακαν φατιν αρῃς.

Vide quæ ibidem adnotavimus ad v. 178. Quin autem πω υπερχεθαι τι recte dici poſſit dubitare non debebat *Barneſius.* Vide *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 1379.

93. Τοισδ' ως τι δρασειουσαν, *Quaſi contra hos aliquid molitetur.* Ita juxta lectionem receptam vertendum eſt; melius vero cum *Daweſio* poſt τοισδ', non poſt ταυρουμενην, diſtinctionem interpones, ut ſcilicet τοισδ' regatur a ταυρουμενην, non a δρασειουσαν. Illum vide Miſcell. Critic. p. 264.

96. Syſtema ſequens ex Ανομοιοστροφων genere eſt; Medeæ enim & Nutricis partes, unica tantum huic tributa clauſula excepta, anapæſtico carmine exponuntur; quæ autem Chori ſunt magna ex parte variæ generis verſibus aſtricta leguntur.

106. Metrum neceſſario requirit ut legatur αιρομενον. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 82.

111. Αι, αι extra metrum ſunt & hîc & infra v. 144.

120. 121. Ολιγ' αρχομενοι, πολλα κρατουντες,
Χαλεπως οργας μεταβαλλουσι] Verte, *Cum ſint quoad pauca ſub aliorum moderamine, quoad plurima vero ipſi moderentur, haud facile iras mutato animo deponunt.* Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 82. Eandem repræſentant ſententiam *Grotius* & *Buchananus.*

V. 121. 122. 127. Metri gratia repone μεταβαλλουσιν, ισοισιν, & βροτοισιν.

128. Ουδενα χρονον δυναται, recte *Grotius, Nequit ætatem perferre.*

138. Vide *Hardion.* ubi ſupra. p. 393.

149. Hic verſus melius in duos dividetur,

> Ιαχαν οιαν α δυστανος
> Μελπει νυμφα.

150. Inter *Scholia* legitur, τι σοι ποτε τας απλαστου, quod rectius puto.

156. Κεινῳ τοδε μη χαρασσου] Ex *Scholiis* ad v. 153. conjectari licet olim ſcriptum fuiſſe τοδε μιν χαρασσου, *In illum propter hoc exacerbare,* quam lectionem veriorem eſſe puto. Medeam enim tanto furoris æſtu abreptam, ac plane inſanientem, intempeſtive prorſus prima allocutione monuiſſet Chorus, ne conjugi ſuo qui tam turpiter eam prodiderat perfidiam hanc imputaret; præſertim cum ſtatim addit, *Jovem ei in hoc ſcelere ulciſcendo fore adjutorem.*

168. 169. —— επιβοαται
Θεμιν ευκταιαν] Ευκταιαν cum επιβοαται arcte cohæret, & verti hæc debent, *Precibus Themidem inclamat.*

189. Metrum gratis corrupit *Barneſius,* reponendo pro ορμαθῃ, quod prius obtinuerat vice του ορμαθη Dorice poſitum, ορμαθη ab ορμαθω, cui mutationi nihil aliud anſam dediſſe videtur, niſi ſtudium exhibendi exemplum verbi ορμαθω a probo ſcriptore uſurpati, quod verbum ſe bis vel ter reperiſſe ait in *Scholio* ad *Andromachen* v. 589. peſſimo exemplo inter vetera *Scholia* inſerto.

V. 213.

V. 213. Κληδ' απεραντον] Lege απεραντου ut cum ποντου jungatur; ita autem legiſſe Interpretes fere cunctos ex eorum verſionibus liquet.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 4. lin. 5. lege των Αργων.
9. lin. 1. pro πολυαϊκος forſan legendum πολυαινος, *fabuloſus.*
Ibid. pro Ιππιου legendum eſſe Ιππυς monet *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis p. 198.

Ad v. 33. lege οιον] λειπει το αγαθον &c. hæc enim ad v. 35. & vocem οιον pertinent.
67. pro των ωτακευστων lege ωτακουστων.
76. Παλαια χρονων. hæc ad v. 79. Νεα παλαιων referenda ſunt.
125. Και τη παν στροφεια, forſan, και τη παντι στροφεια.
169. lege αυτην επιμαρτυρεισθαι.
Ibid. lege τῃ χειρι σφραγιζαι.
187. lin. 9. 10. lege την συν χαριτι συνουσιαν pro ει συ &c.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 214—218. Κορινθιαι γυναικες, εξηλθον δομων,
Μη μοι τι μεμψησθ'. οιδα γαρ πολλους βροτων
Σεμνους γεγωτας, τους μεν ομματων απο,
Τους δ' εν θυραιοις, οἱ δ' αφ' ἡσυχου ποδος
Δυσκλειαν εκτησαντο, και ῥαθυμιαν.] Locus hic & interpretationis eſt difficillimæ, & variis variorum Criticorum, *Politiani*, *Victorii*, *Mureti*, *Manutii*, *Columnæ*, diſputationibus vexatiſſimus. Quod ſi meam quoque ſententiam interponere fas ſit, ita hæc verti debere exiſtimo. *Mulieres Corinthiæ, domo tandem exii; ne id mihi vitio vertatis quod citius hoc non fecerim. Novi enim multos mortales qui venerationem ab hominibus aſſequuti ſunt, partim procul ab oculis hominum remoti atque abditi, partim in exteris regionibus vitam exigentes; illi autem qui otioſi ætatem inter cives egerunt, & malam exiſtimationem nacti ſunt, & ignavi devenerunt.* Hanc noſtram interpretationem quam maxime ſtabilit ratio quâ pronunciati hujuſce ſui veritatem illuſtrare pergit Medea, ſtatim ſubjiciens

Δικη γαρ ουκ ενεστ' εν οφθαλμοις βροτων.
Ος τις πριν ανδρος σπλαγχνον εκμαθειν σαφως
Στυγει δεδορκως, ουδεν ηδικημενος.

Ideo ſcilicet eos, qui tranquillitati dediti familiariter inter concives ſuos verſantur, in contemptum cadere, & famæ ſuæ parum conſulere, quia in oculis hominum non ineſt juſtitia (id eſt perperam & inique ut plurimum ex aſpectu de hominum meritis judicatur) ſed vulgo uſu venit, ut ex ſolo aſpectu averſentur homines eos de quorum moribus nullâ prius experientiâ edocti, & a quibus nullis injuriis laceſſiti fuerunt. Addit Medea, hæc tamen apud ſe non tantum valuiſſe, ut ideo ab earum conſuetudine abſtinendum ſibi duxerit. Quin potius, hoſpes cum ſit, ſe ſummo ſtudio eniti debere, ut civitatis moribus ſe accommodet; neque enim vel civem laudandum ſe exiſtimare, qui nimium ſibi placens, ex inurbanitate moroſum ſe ac difficilem concivibus præbet. Se autem excuſationem nunc mereri propterea quod inſperata calamitas quâ obruebatur mentem ſibi prorſus labefactaverat. Hanc orationis, quâ mulierum harunce Corinthiarum benevolentiam captat, eaſque in partes ſuas attrahere conatur Medea, præfationem integram fuſius exponendam duxi, ut Lectori tum ſententiarum ſingularum, quibus conſtat, mutua inter ſe connexio luculentius patefiat, tum ordinis quo alteram altera ſequitur ratio melius innoteſcat, unde non parum lucis interpretationi huic noſtræ affundi puto. Duo autem hominum genera hîc clariſſime diſtingui, & ſibi invicem opponi, manifeſtum eſt; nempe τους σεμνους γεγωτας, *qui reverentiam apud concives ſuos adeptierant*, & τους αφ' ἡσυχου ποδος δυσκλειαν κτησαμενους και ῥαθυμιαν, *qui ob vitam otioſe actam malam ſibi famam & ignaviam paraverant.* Σεμνοι etiam illi rurſus ſubdiſtinguuntur, in τους απ' ομματων, *eos qui ex hominum conſpectu remoti*, & τους εν θυραιοις, *eos qui rebus apud gentes exteras geſtis illuſtres evaſerant.* Atque in hac duplici diſtinctione rite obſervata atque intellecta veræ hujus loci interpretationis cardinem verti exiſtimo. Jam tandem vero aliorum etiam interpretationes expendamus. Prima eorum ſit qui εξηλθον δομων reddunt, *patria abſum*, totumque locum ita vertunt ut ſit apologia Medeæ, quod domum patriam, Jaſonem in Græciam ſequuta, reliquerat. Huic ſententiæ magnum accedit pondus ex auctoritate *Ennii* qui Latine olim

hanc Tragœdiam vertit, quique ita hunc locum intellexiſſe videtur, ut colligere licet ex verſionis ſuæ fragmento quod nobis conſervavit *Cicero* Famil. Epiſt. lib. VII. epiſt. 6.

Nam multi ſuam rem bene geſſere, & poplicam, patria procul:
Multi, qui domi ætatem agerent, propterea ſunt improbati.

Eandem etiam interpretationem propugnaverunt, aut ſaltem amplexi ſunt, viri eruditiſſimi, *Politianus*, *Victorius*, *P. Manutius*, *Grotius*. Sed totum locum accuratius expendenti hæc interpretandi ratio a mente ac ſcopo Poetæ prorſus aliena eſſe videtur. Primum enim ἐξῆλθον δόμων, ſi pro eo quod eſt *patriam reliqui* accipiatur, dura admodum phraſis eſt & coacta, præſertim in ore Medeæ jam tunc actu ex domo ſua Corinthi exeuntis. Si hanc igitur ſententiam exprimere voluerat *Euripides*, ſaltem πατρῴων additurum fuiſſe, vitandæ ambiguitatis gratia, veriſimile eſt. Deinde, quid facit hoc ad Medeæ excuſationem quæ patriæ & parentibus renuntiaverat, juvenem ignotum in regionem peregrinam ſequuta, *quod multi mortales ſe claros & venerandos rebus peregre geſtis reddiderant, & alii domi deſides infamiam ſibi & ignaviæ opinionem comparaverant?* Porro hac interpretatione admiſsâ, a ſcopo prorſus aberrat ratio illa quam ſtatim ſubjicit Medea, nempe *juſtitiam in oculis hominum non ineſſe, ſed ſolere eos, præjudicatâ opinione ex primo aſpectu arreptâ, male de aliis ſentire parum ſibi cognitis & ab omni injuria inferenda alienis.* An hoc in cauſa eſſe poterat, ut illa domum paternam, ubi & notiſſima erat, & in honore pro natalium dignitate proculdubio habita, deferendam ſtatueret & per regiones incognitas, ubi qualis eſſet plane ignorabatur, vagabunda erraret? Nihil denique ad rem, ſed απροσδιονυσα omnino erunt illa quibus effata ſua præcedentia quodammodo corrigit Medea & retractat, addens, *opertere tamen, prius dictis non obſtantibus, ut ea præſertim quæ hoſpes eſt præcipue ſtudeat civitatis moribus ſe accommodare.* Atque in hac quidem interpretatione reprobanda mecum ſentientes habeo *Scholiaſtem* veterem, *Muretum*, & *Buchananum*, qui tamen alia in parte æque erraſſe videntur, dum hæc in hanc ſententiam vertunt. *Novi enim multos mortalium qui arrogantes habiti ſunt quod ſe videndos exhibere nollent, alios contra, quod in atriis ſedentes viderentur de ſe quaſi ſpectaculum quoddam præbere, in eandem opinionem veniſſe; alii vero quod ſe quieti tradidiſſent inglorii habiti ſunt & ignavi.* Hæc ipſius *Mureti* verba ſunt, nec longe abludit aut *Scholiaſtes* aut *Buchananus*. At hoc pacto diſtinctiones illæ duplices quas ſupra explicavimus & aſſeruimus plane confunduntur. Doceri enim vellem quomodo inter ſe diſcrepant, *ſuperbi illi qui ſe ſpectandos in atriis ſedentes præbent*, & *ignavi hi qui ſe quieti tradiderunt*. At quod hanc cauſam prorſus jugulat, hoc eſt, quod σεμνους γεγωτας nunquam ſignificare poterit *pro ſuperbis habitos*. Quin per σεμνους intelligi poſſint *ſuperbi* non inficias eo, at σεμνοι γεγωτες, non *ſuperbi habiti*, ſed *ſuperbi facti*, proculdubio erunt. Atqui ſi ita vertas, ſimul ruit tota hæc interpretatio. Θυραιος autem Lexicographi omnes, tam veteres quam recentiores, per ξενος αλλοτριος exponunt. Vide *Politian.* Miſcell. cap. 27. *Victorium* Var. Lect. lib. XX. cap. 13. *Muret.* Var. Lect. lib. VIII. cap. 17. *Manutium* ad *Ciceronem* ubi ſupra, & *Columnam* ad *Ennium* p. 202.—204. edit. *Heſſel.*

V. 228. Εν ᾧ γαρ ην μοι παντα γιγνωσκειν καλως] Nemo ex omnibus quos quidem vidi Interpretibus ſententiam hujus verſus interpretationibus ſuis expreſſerunt. Ita autem verti debere puto, *Ille, in quo bene cognoſcendo* (id eſt *in cujus indole cognoſcenda*) *ſumma rerum omnium mearum vertebatur.*

242. Μη βια φερων ζυγον. rectius *Buchananus*, *Sponte vir patiens jugi.*

282. Anapæſtus notetur in quarta ſede, περιαμπισχειν.

320. Pro φυλασσειν lege cum *Daweſio* φυλαττειν. Illum vide in Miſcell. Critic. p. 97.

321. Interpunge, priorum editionum auctoritatem ſecutus, poſt ταχιστα non poſt εξιθ'. *Valkenar.* autem ad *Phœniſſ.* 497. pro μη λογους λεγε, reponendum conjicit μη λογους πλεκε, quod ſane & elegantius & aptius.

342. Παισιν τ' αφορμην, *Et liberis receptum*, ubi ſcilicet tuto & commode eſſe poſſint.

365. Αλλ' ουτι ταυτη ταυτα. *At non hæc hoc modo abibunt.*

386. Ειεν. Hoc etiam extra metrum ponitur.

415. 416. Ταν δ' εμαν ευκλειαν εχειν βιοταν
Στρεφουσι φαμαι] Verte, *Jam in contrariam partem tendens fama efficit ut mea quoque vita laudem habeat.*

422. Lege Λιξουσ' αοιδαν, requirente metro.

426. 427. — επει αν-
ταχησαν υμνον] Duriuſcula eſſet conſtructio ſi γυναικες ſubaudiri ſtatueremus ut cum ανταχησαι jungatur. Deinde Græci idiomatis indoles particulam αν hîc requirit. Lege igitur ανταχησ' αν. *Euſtathius* quidem ad Homer. Iliad. Z. p. 634. lin. 13. legit

legit ανταχησαι υμνι, ſed lectionem meam veriorem exiſtimo.

V. 438. Hic verſus melius in duos dividetur;

Ταλαινα φυγας δε χωρας ionicus a majore dimeter acatalectus

Ατιμος ελαυνη idem brachycatalectus

ionici vice rite fungitur pæon ſecundus. Antithetici autem ita reſpondebunt,

Αλλα βασιλεια κρεισσων
Δομοισιν επεσα.

Vox Αλλα non adverbialiter ſed adjective accipienda eſt, atque ita vertenda, *Alia* regina.

In SCHOLISTEM.

Ad v. 238. lin. 11. pro τοπους forſan legendum τροπους; at tollenda eſt diſtinctio poſt χρονους.

356. lin. 2. pro μεμφονται *Valcken.* ad *Phœniſſ.* 1286. recte reponit μεμφεται.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 529. Σοι δ' εστι μεν νους λεπτος] Νους λεπτος non hic *mens ſubtilis* reddi debet, ſed *animus levis*. Exprobratio enim eſt merita Medeæ erga ſe minuentis.

565. 566. 567. — σοι τε γαρ παιδων τι δει,
Εμοι τε λυει τοισι μελλουσιν τεκνοις
Τα ζωντ' ονησαι] Rectius vertit *Buchananus*
liberis ſane tibi
Haud opus eſt aliis: mihi vero utile eſt
Conſulere natis per futura pignora.

591. 592. — αλλα βαρβαρον λεχος
Προς γηρας ουκ ευδοξον εξεβαινε σοι] *P. Brumoy* προς γηρας non vertit cum cæteris Interpretibus *in ſenectute*, vel, *uſque ad ſenectutem*, ſed *præter ſenectutem meam*, vel *præter quod ſeneſco*.

644. Οξυφρονα κρινει λεχη γυναικων] Mallem cum *Buchanano* το κρινει infinitivâ formâ poſitum accipere.

648. 649. Horum verſuum alter ab antithetico quoad metrum diſcrepat. Ithyphallico enim ſtrophico opponitur antiſtrophicus anapæſticus vel ionicus a majore. Fruſtra autem conciliationem tentabis niſi prius aliter conſtituuntur utrorumque verſuum metra, ad hunc ſcilicet modum,

Τον αμηχανιας baſis anapæſtica

Εχουσα δυσπερατον αιων' iambicus dimeter hypercatalectus,

& in antiſtropha,

Σε γαρ ου πολις, ου
Φιλων τις ωκτειρεν παθουσαν.

691. Lege φης.

710. Ικεσια δη γιγνομαι] Potius legendum Ικεσια δε γιγνομαι.

723. Ουτω δ' εχοιμι] Malim conjecturam viri cujuſdam docti, mihi autem ignoti, ſequutus legere, Ουτω δ' εχει μοι, id eſt, Ουτω δε το χρημα εχει μοι εαυτω. *Ad hunc igitur modum ſeſe habent res meæ.*

V. 737. 738. 739. Λογοις δε συμβας, και θεων ανωμοτος
Φιλος γενοι' αν, καπικηρυκευμασιν
Ουκ αν πιθοιο.] Vulgatam hanc lectionem omnino veriorem exiſtimo, neque vel minimum opus eſſe ut cum *Mureto* & *Cantero* reponamus ανωμοτος. Επικηρυκευμα haudquaquam ſignificat *Conventa inter ſingulos privatim pacta*, prout vocem hanc intelligi vult *Muretus*, ſed *Poſtulatum publice per* κηρυκας *interpoſitum*. Ita autem verte, *Cum vero & verbis diſertis promiſeris, & deorum jurejurando ſis obſtrictus, amicitiam non violabis illorum,* Creontis ſcilicet, & Peliadum domus, *& ſimul legationibus me repetentibus non obtemperabis.* Hoc eſt, non neceſſe erit tibi amicitiam quam cum illis coluiſti abrumpere honeſtum habenti prætextum me non tradendi. Et ita proculdubio hæc intellexiſſe cenſendus eſt Ægeus cum in eandem ſententiam reſpondet,

Εμοι τε γαρ ταδ' εστιν ασφαλεστατα
Σκηψιν τιν' εχθροις σοις εχοντα δεικνυναι.

Quod vero ad oppoſitionem attinet per particulas μεν & δε indicatam, quæque minus intellecta *Mureto* fraudi fuiſſe videtur, ea omnino inter Αγουσιν ου μεθεις αν & φιλος γενοι' αν inſtitui exiſtimanda eſt.

741. Πολλων εληξας εν λογοις προθυμιαν] Acute ſane pro εληξας reſcribit εδειξας *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 531.

790. Poſt hunc verſum ſequi debebat hic alter

Ενταυθα μεν τοι τονδ' απαλλασσω λογον

quem ab *Euripide* vere profectum extra dubium eſt. Agnoſcunt enim editiones *Hervagiana*, *Canteri Commeliniana* & *Pierſii*, necnon *Scholiaſtes* qui eum interpretatus eſt. Ejus etiam verſio exſtat apud *Buchananum*, & editiones *Stephani*, & *Barneſii*. Græce autem primum ex *Stephani* editione excidit,

oſcitantia, ut conjicere licet, Typographi, quæ *Barneſio* etiam, ni fallor, fraudi fuit.

V. 850. 851. — μετ' αλλων

Σχιζαι τεκεων πλαγαι] *Petito* omnino accedo reponenti μεταλλων. Frigida enim nimis & coacta videtur vulgaris lectio. Nec quenquam deterrere debet, quod participium maſculino genere, ubi de muliere ſermo eſt, ponitur. Hoc enim interdum apud poetas Atticos fieri deprehendo. Ita Noſter *Troad.* v. 1114 de Helena

Δυσγαμον αισχος ἑλων

Iphig. in Taur. v. 837. 838.

Ω κρεισσον η λογοισιν ευτυχων εμου

Ψυχα, τι φω;

Troad. v. 531. 535

Πασα δε γεννα Φρυγων —

Δαρδανιας ἀταν θεα δωσων

Ion. v. 973. Creuſa de ſe

Και πως τα κρεισσω θνητος ὢν ὑπερδραμω

Ita enim verſum iſtum legit *Æmilius Portus* ex veteri, ut veriſimile eſt, codice, & *Elect.* v. 1016. de ipſa Electra

το πραγμα δε

Μαθοντα σ', ην μεν αξιως μισειν εχῃς

Ariſtoph. Eccleſiazus. v. 585. Praxagora de ſe

Πριν επισταθηναι την επινοιαν, και του φραζοντος ακουσαι.

Hujuſmodi etiam plura a Librariis immutata vero non abſimile eſt. Recte tamen ſe habet ſyntaxis iſta, monente acutiſſimo *Clarkio* ad Homer. Iliad. Ε. v. 778. quod unuſquiſque ſive ſit hominum ſive deorum, ſeu quicunque ſit, ſive mas, ſive fœmina, quoties ad ſententiam nihil intereſt quo quis ſexu ſit, proprie efferatur genere maſculino. Scilicet non ad ſexum, ſed, ut recte alicubi Dionyſ. Halicarnaſſæus, προς το προσωπον αποτεινεται ὁ λογος.

V. 857. Τεκνων σεθεν arcte cohæret cum participio ſequente προσαγουσα, & ab eo pendet; Verte *Liberis tuis admovens.*

861. 862. — αδακρυν μοιραν

Σχησεις; φονου ου δυνασῃ] *Buchananus*, *Canterus* & *Scholiaſtes* legunt φονου, non φονον, &, meâ quidem ſententiâ, recte; ſed tunc interrogationis nota poſt φονου non poſt σχησεις ponenda erit, ut το φονου cum αδακρυν μοιραν conjungi, & ab illo pendere, poſſit.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 451. lege ουδεν μελει.

599. lege λυπουμενη κατα ψυχην.

600. lege ὡστε τα χειρω μη σοι λυπηρα.

666. Neophronis verſus ita forſan emendandi,

Και γαρ τιν' αυτος ηλυθον λυσιν μαθειν

Σου παρα· θειαν γαρ οσσαν ἂν εχησε μοι

Φοιβου προμαντις, συμβαλειν αμηχανω

Σοι δ' εις λογους μολων αρ' ηλπιζον μαθειν.

693. legendum videtur ὅτι και εν Πελιασιν εστι.

735. lege και δια λογων μονων συνθεις.

785. pro σιωπωντα lege σιωπωσα.

824. lin. 3. lege τους Αθηναιους, non αυτους.

836. lin. 2. pro ποιειν forſan legendam ναιειν.

847. lin 3. pro εχει lege εικη.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 888. Νυμφην τε κηδευουσαν ἡδεσθαι σεθεν] Verte, *Et voluptate affici quod ſponſa tibi matrimonio juncta ſit.*

910. Pro ποσει lege ποσει.

912. Pro το χειρω lege juxta Editiones *Hervagianam* & *Commelinianam* & *Grotium* in excerptis τω χειρω.

915. Πολλην εθηκε συν θεοις σωτηριαν] In cod. *Florent.* pro σωτηριαν legitur προμηθιαν, quod rectum cenſet *Valckener.* ad *Eurip.* 1475. adeoque ad hanc lectionem verſum præcedentem accommodat reponendo Τημων δε pro Τημην δε ſed longe, meâ ſententiâ, præſtat ſcriptura vulgata; quis enim non videt tautologum eſſe ουκ αφροντιστος τιθεναι προμηθιαν;

933. Των δ' εγω. Lege cum *Daweſio* των δ' εγω. Vide Miſcell. Critic. p. 351.

V. 976. 977. Ita hi verſus nitidius conſtitui poſſunt,

Νυν ελπιδες ουκ ετι μοι παιδων anapæſticus dimeter

Ζωας· ουκετι· anapæſtica baſis

Στειχουσι μεν εις φονον ηδη. parœmiacus;

Quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Πεισει χαρις, αμβροσιος τ' αυγα

Πεπλου, χρυσο-

τευκτον στεφανον περιθεσθαι.

1015. Θαρσει· κρατεις τοι και συ προς τεκνων ετι] *Æmilius Portus*, eumque ſecutus *Barneſius* (tacito tamen ejus nomine) ita ſyntaxin hujus loci exponunt, quaſi κρατεις προς τεκνων ετι per tmeſin poneretur pro προσετι τεκνων κρατεις. Sed ne dicam Græci ſermonis

monis idiomati repugnare talem conſtructionem, ſententia etiam quæ eâ admiſsâ enaſcitur minime eſt vera. Medeæ enim liberi, cum exilio remiſſo Corinthi apud patrem manere debebant, in ejus poteſtate non amplius futuri erant, quin & ipſe idem Pædagogus proximis verbis eam diſerte conſolatur quod ab ea neceſſario ſeparandi erant. Rectius igitur & ad mentem *Scholiaſtæ Buchananus*,

per liberos potentiæ
Adhuc prioris magna ſupereſt portio.

1055. Χειρα δ' ου διαφθερω] Verte, *Manum meam non corrumpam*, miſericordia ſcilicet. Adhuc enim in propoſito perſtat Medea, nec niſi verſu ſequente remolleſcit.

1084. Lege ἐστιν requirente metro.

1087. Lege cum *Bentlejo* in diſſertatione de Phalaridis epiſtolis defenſâ p. 141. πολλαισιν γ'.

1090. Lege εισιν requirente metro.

1104. 1105. Hos verſus cum *Bentlejo* ubi ſupra p. 142. ita conſtitue,

Ειτ' επι χρηστοις
Μοχθουσι, τοδ' εστιν αδηλον.

1107. Ut conſtet metri ratio omnino legendum βιοτου.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 917. lin. 8. pro επι μαλλον lege ετι μαλλον.

935. lege μετα γνωμης ὑμων.

950. αλλ' ὁσον verba *Poetæ* ſunt non *Scholiaſtæ*.

972. legendum videtur εντελλομενην, μηδε εκεινην.

1009. lege μελλοντα δι' αυτην εσεσθαι φονον.

1013. forte legendum ὁποτε δια της εμης ανοιας.

1027. ita hæc apud Ariſtophanem leguntur Iren. v. 397. 398.

διαπαντος ω
Διασοτ' αγαλουμεν ἡμεις αει.

1049. lin. 9. pro ἑαυτην lege εμαυτην. & lin. 13. pro εξον, εχθρον.

1054. legendum videtur τοιαυτας θυσιας.

1061. lin. 1. pro και εγω lege κἀν εγω.

1081. lin. 2. pro τα των βιου lege cum *Pierſio* τα του βιου.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 1129. Lege φης.

1174. 1175. — ομματων τ' απο
Κορας στεφουσαν] Tmeſis eſt, αποστρεφουσαν τε κορας ομματων, *Et pupillas oculorum retorquentem.*

1183. Η δ' εξ αναυδου και μυσαντος ομματος] *Barneſius* reponendum cenſet ομματα, ſed nulla opus eſt innovatione; æque enim dicitur μυει οφθαλμος, & ανθρωπος τον οφθαλμον μυει. Homer. Iliad. Ω. v. 637.

Ου γαρ πω μυσαν οσσε ὑπο βλεφαροισιν εμοισιν.

1218. Χρονῳ δ' απεσπ. *Tandem vero ſe extricavit.*

1222. 1223. Και μοι το μεν σον εκποδων εστω λογου] Verte, *De ſalute autem tua ut conſilia mea interponam minime eſt neceſſe.*

1252. Lege κατειδετ' ιδετε ταν.

1255. 1256. Σας γαρ απο χρυσεας
Γονας εβλαστεν] Hæc de Medea, non de ejus liberis, omnino accipienda exiſtimo. Rationem enim reddit Chorus, quamobrem Solem Medeæ patrem ut filiæ ſcelus prohibeat, invocat, & non ipſa potius, cum hortationibus nihil profecerat, vi etiam adhibita, ſe interponat. Sanguinem ſcilicet a diis derivatum ab hominibus effundi rem eſſe periculi plenam. Quod ſi vi res ageretur, cum Medeam ſtrenue ac totis viribus, periculo etiam vitæ ſpreto, in propoſito perſtituram conſtaret, hoc facile re in certamen adducta accidere poterat. Saltem ſi manus ei injeciſſet, ne ſpatium ultoribus e familia regia ſuperveniendi daret, adeoque eam inimicis ſuppliciis mactandam proderet, timere debebat. Quapropter ad preces iterum revoluta Solem obnixe obteſtatur, ut filiam ipſe vi coercere & ab hoc parricidio avertere, dignetur.

V. 1261. Claudicat metrum & ſyllaba una antithetico brevius eſt. Forſan legi poteſt

Ματαν μοχθος ερρει δε των τεκνων.

1283. Φιλος apud poetas Atticos primam nunquam producit; ut conſtet igitur metrum reſcribi poteſt

Γυναικα φιλιοις χερα προσβαλων τεκνοις.

1271. *Daweſius* in Miſcell. Critic. p. 207. pro πει reponit πη, ſed non deterior eſt vulgata lectio.

1295. Omnino cum *Cantero* legendum τωνδ'.

1323. Ω μυσος] Apud *H. Stephanum* legitur Ω μυσος non ſine metri detrimento cum μυσος primam corripiat.

1356. Ουδ' ὁ σοι προδους γαμους] In cod. *Florent.* forſan melius legitur προδους, teſte *Valcken.* ad *Phæniſſ.* 583.

V. 1369.

V. 1396. Cum γεγυς ultimam corripiat hic verſus in trochæo deſinet, niſi ejiciatur particula και (quæ quidem abſque ſententiæ aut conſtructionis detrimento abeſſe poteſt) ut verſus ſit parœmiacus.

1405. Ut conſtet metrum lege cum *Bentlejo* ubi ſupra, απηλαυνομεθ᾽.

1413. Lege cum *Bentlejo* ubi ſupra οφιλον, abjecto augmento, ut conſtet metri ratio.

De Choro hujus Tragœdiæ vide diſſertationem *Hardionis* in comment. Acad. Gallic. Inſcript. Tom. XI. p. 378 — 410.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 1196. pro δια το ποι forſan legendum δια τουτο ποι.

1222. lin. 5. lege εν Αδρακας καταληψομενην σε.

1251. lin. 9. legendum videtur δεου δε μετου τουτο.

1387. Ita Neophronis verſus ad metrum redigi poteſt,

Αλλοις διδαξεις μυριοις εφημεροις.

NOTÆ IN HIPPOLYTUM

EX EDITIONIBUS

BARNESIANA; & *MUSGRAVIANA*, Oxon. 1756.

IN ARGUMENTUM.

Lin. ult. TO δε Δραμα των πρωτων. Verti debuit, *Eſt autem hæc fabula earum quæ primas tulerunt. Fabric.* Bibl. Græc. vol. 1. p. 643.

IN ACTUM PRIMUM.

V. 19. Μειζω βροτειας προσπεσων ὁμιλιας] Verte, *Familiaritatem cum ea conſequutus ultra quam mortalis fert conditio.*

30. Κατοψιον γης τησδε] *Cui in hanc terram proſpectus patet.*

41. Αλλ᾽ ουτι ταυτη τονδ᾽ ερωτα χρη πεσειν] Verte, *Sed non hoc modo amorem hunc ad irritum cadere oportet.*

47. Η δ᾽ ευκλεης μεν, αλλ᾽ ὁμως απολλυται Φαιδρα᾽] Sententia eſt, *Phædra autem fama fruitur egregia, hoc tamen impedimento non erit quominus & illa etiam pereat.* Minime igitur admittenda eſt *S. Petiti* conjectura Η δ᾽ ευ κλεει μεν γ᾽.

48. Το γαρ τησδ᾽ ου προτιμησω κακον] Apud *Scholiaſtem* etiam ad Ariſtoph. Ran. v. 317. qui hunc verſum laudat, legitur καλον, quomodo legendum vel ipſa clauſulæ hujus ſententia ſatis monet; vox enim hæc ad ea quæ præceſſerant Η δ᾽ ευκλεης μεν manifeſte ſpectat.

V. 78. Αιδως δε ποταμιαισι κηπευει δροσοις] *Marklando* prorſus aſſentior pro Αιδως conjicienti reponendum Ηως. At hoc jam antea etiam conjecerat *Iſ. Voſſius* ad Catullum p. 116. niſi quod hîc potius Αως Æolice reſcribi juſſerat; ſed minus, ut opinor, recte, confuſio enim iſta dialectorum in poeta Attico vix admittenda.

110. Καταψηχειν, *deſricare, detergere.*

146. Verſus eſt glyconius πολυσχηματιστος ex palimbacchio, cui in antiſtropha opponitur moloſſus, & choriambo. Vide not. ad *Helen.* v. 1318.

148. Φοιτα γαρ και δια λιμνας] In ſua hujus fabulæ verſione *P. Brumoy* λιμνας pro nomine propria accipit, & reddit, *per Limnen*, quæ (ut nota ſubjuncta dicit) Gymnaſium erat in quo juventus Troezenica equis ſe exercebat, cujus etiam infra meminit *Phædra* v. 228. Hîc autem certum eſt de paludibus in genere loqui Poetam, tum quod pratum quod-

quoddam ſingulare eodem ordine cum terra & mari univerſo connectere prorſus eſſet abſonum, tum quod δια λιμνας dicit, non δια λιμναν.

V. 150. Διναιτ ποντας ἀλμας] Cum codices optimi *Pariſienſes* habeant δινας εν, legendum puto δινασιν, ut verſus ſit hephthemimeris dactylica. Ita metrum antiſtrophico ad amuſſim repondebit ſive εναια legas, ſive εναις, quanquam hoc mihi magis arridet, quippe quod cum λυπᾳ elegantius jungitur, nec codicum auctoritate deſtituitur.

154. Neſcio quid *Barneſio* in mentem venerit quod vocem των deleri jubeat. Eâ ſane deletâ non conſtat metrum.

157. Ut metrum antitheiico reſpondeat pro τον legendum videtur τονδ'. Ita verſus erit antiſpaſticus πλαγχθεντες ex epitrito primo pentaſyllabo, in ſtropha vero hexaſyllabo, choriambo, & ſpondæo. Quin & ſententiæ nonnihil ex hac immutatione evidentiæ accedit.

159. 160. Hæc male de puerperii appropinquantis incommodis interpretatur *P. Brumoy.* Ad mali nuncium ex Creta, de quo antea ſermo, proculdubio ſunt referenda.

161. Vide *Victorii* Var. Lect. lib. IX. cap. 10.

164. 165. Ita potius hos verſus conſtituendos cenſeo,

ωδινων τε και αφροσυνας hephthemimeris dactylica
Δι' εμας ηιξε ποτε penthemimeris anapæſtica
Νηδυος ἀδ' αυρα penthemimeris dactylica.

209. Minime neceſſe eſt ut metri gratiâ cum *Marklando* reponamus πωμα, verbum enim αρυω penultimam habet indifferentem. Vide *Guilionii* Gnomon. p. 34. 35.

227. Cum χλιης ultimam producat, ut conſtet metrum, legendum videtur, ὄθι τοι.

228. Διασποινα ὁιας Αρτεμι λιμνας] Quanquam ſcripturam a *Muſgravio* e codicibus erutam ἀλιας λιμνας minime improbo, & *mare* hac appellatione recte deſignari non inficias eo, hoc tamen in loco potius intelligi exiſtimo *pratum* quoddam litoribus Troezeniis adjacens, quod Dianæ erat ſacrum, exercitiiſque equeſtribus frequentabatur. Hanc certe interpretationem indicare, immo & poſtulare, videntur ſequentia, γυμνασιων των ἱπποκροτων, & εν σοις δαπεδοις, & ψαμαθοις επ' αιγιαλοις.

V. 258. Δακρυ μοι βαινει] Nihil opus eſt cum *Barneſio* pro βαινει reponere λειβει. Optime ſe habet, & quoad metrum, & quoad ſententiam, vulgata lectio.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 1. lin. 7. pro εικοτως lege εχθρως.

3. lin. 3. lege πισης καταγνωσεως αξιος.

5. lin. 2. pro επισημεια, forte legendum επισημον.

7. pro και δια του, lege και δια τουτο.

9. lin. 1. pro εξεσι μη, lege εξεσι μεν.

10. lin. 1. pro ὅτι, lege ὅτι.

25. lin. 7. forſan legi poteſt και τῳ Γλαυκοπῳ ορει (qui mons ad Trœzenem pertinet) της Αττικης το Σουνιον, ſcilicet αντικειται, quod e præcedentibus repetendum. Sunium enim Atticæ promontorium e regione Trœzenes jacet. Infra etiam lin. 8. legendum προς την Αττικην Πανδιονος γην, & lin. 9. αυτα λαμβανειν.

35. lin. 44. pro ποιησαντες. lege ποιησαντας.

48. lin. 2. lege του μη ου παραχειν.

73. lin. 32. pro εχληθη forſan ελεχθη, & pro εσποντες forſan εισιοντες, & lin. 43. pro ανθοφορει lege ανθοφορον, & lin. 46. ινα αυτου το παρθενιον.

78. lin. 4. lege εκ βιας φυσεως, aſtipulante Scholio ad v. 79.

103. l. 3. της προσηγοριας ἡ μοχθος βραχυς. hæc ad v. 96. pertinent.

121. lin. 23. pro γεμιζειν η, legendum potius η γεμιζειν.

128. lin. 4. lege καταβαλουσα.

138. lin. 7. lege μυλωνι

141. pro εκ του της μανιας, forſan legendum και ταυτης της μανιας.

161. pro αμηχανιων επαγειν αιτιας, lege αμηχανιων επαγωγ αιτιας.

179. pro διδωσι lege διδως.

215. l. 10. lege τῳ λεπτομερει, & lin. 11. pro τεχνη, τεχνης.

224. lin. 8. lege του τυχειν χρυσειων.

IN

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 318. Μων εξ επακτου πημονης εχθρων τινος] *P. Brumoy* vertit, *An ægrotas propter calamitatem quam inimico alicui intuleris?* Sed plane contra & verborum ſignificationem & Poetæ mentem, quæ proculdubio hæc eſt, *Num ægrotas ex malo ab inimico aliquo tibi illato?* Μων εκ πημονης επακτου προς εχθρου τινος νοσεις;

329. Το μεν τοι πραγμ' εμοι τιμην φερει] Verte, *Mihi quidem res hæc gloriam affert.*

333. Δεξιας τ' εμης μεθεις] Rectius in cod. *Florent.* legitur δεξιαν τ' εμην teſte *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 322. quem videſis.

338. Lege φης, & ſimiliter infra v. 350.

349. Ημεις αν ειμεν θατερω κεχρημεναι] *P. Brumoy* reddit, *Experta ſum & unum & alterum*, id eſt, amoris & dulce & amarum. Peſſime; Phædra enim dicit ſe alterum tantum expertam eſſe, ſcilicet το αλγεινον; nunquam enim το ηδυ experta fuerat. Verte, *Nos forſan ex his alterum expertæ ſumus.*

362. Hæc ſtrophe reſpondet antiſtrophæ in actu tertio, cujus initium, Ταλαινα ω κακοτυχεις. In editione autem *Muſgraviana* metra rectius quam in editionibus præcedentibus conſtituta reperies; at in hoc quoque ab antithetico diſſidet verſiculus ſextus, ſed facilis eſt & obvia conciliationis ratio; nempe ſi, ejecto των φευ altero, ſtrophicum ita legas,

Ιω μοι, μοι. φευ dochmaicus,

& in antiſtrophico pro ω reponas ιω,

Ιω γα και φως.

397. Αυτη δ' υφ' αυτης πλειστα κεκτηται κακα] Verte, *Ipſa vero in receſſu plurima mala repoſita habet.*

406. 407. Γυνη τε προς τοισδ' ουσ' εγιγνωσκον καλως,
Μισημα πασιν.] Hujus loci interpretationem ſatis aſſequuti videntur vulgati Interpretes; qui ellipſin hîc ſupponunt participii τολμωσα, ut oratio integra ſit εγιγνωσκον καλως ταδε τολμωσα μισημα πασιν. Hoc enim dicit Phædra; Et amorem ipſum, & facinus ad quod adgrediendum ab amore urgebatur, ſatis ſuapte natura eſſe infamia; quod ſi mulier ſponte, nemine ſollicitante, prior talia audeat, excuſationi minus adhuc relinqui locum, immo rem eſſe apud omnes plane deteſtatam. *Marklandi* interpretatio, qui verſiculum priorem parentheſi includit, & ita vertit, *Et præterea bene ſciebam me eſſe uxorem*, propter ambiguitatis culpam quam in Poetam noſtrum derivat, minus mihi placet. Γυνη enim æque *mulierem quamvis* ac *uxorem* ſignificat; & præterea, frigide omnino in hac conſtructione & otioſe additur adverbium καλως, ubi ne minima quidem ſuberat dubitanda anſa. *Mulieres* autem *genus eſſe omnibus inviſum*, quæ *Muſgravii* eſt interpretatio, ne ipſe, opinor, *Euripides*, quantumvis ſexum muliebrem conviciis inceſſere ſolitus, & propterea apud Veteres cognomen Μισογυνης adeptus, unquam dicere ſuſtinuit.

V. 441. Ουκ αρα γ' ου δει τοις ερωσι των πελας] Locum hunc manifeſte corruptum eſſe omnes uno ore confitentur Editores, quippe ex quo nullam idoneam ſententiam exſculpere datur, neque ullam tamen quæ ſatisfacere poſſit emendationem ſuggerunt. Mihi veriſimile videtur Noſtrum ſcripſiſſe

Ουκ αρα γ' ευ 'χει τοις ερωσι των πελας

Non equidem profecto cum iis bene agitur qui aliorum amore occupantur. Quod ſi cuiquam eliſio iſta inſolentior videatur, me non repugnante legere poteſt ευ εχει, utrumvis enim æque admittit metrum.

458. Στεργουσι δ' οιμαι ξυμφορα νικωμενοι] Verte, *Sed ſuſtinent, opinor, quamvis calamitate hac victi.*

468. 469. Ουδε στεγην γαρ ης κατηρεφεις δομοι
Καλως ακριβωσειαν] Nullam hic ſatis juſtam innovandi cauſam video, nec deterior eſt, meâ ſententiâ, vulgata ſcriptura eâ quam proponit *Marklandus*, κανονας ſcilicet, vel κανων, vel κανοσιν, pro καλως. Certe non magis frigide dicitur καλως ακριβουν, quam quod præcedit λιαν εκπονειν.

469. 470. — εις δε την τυχην
Πεσουσ' οσην συ, πως αν εκνευσαι δοκεις] Ita hæc legi debere exiſtimo,

εις δε την τυχην
Πεσουσας, ην συ, πως αν εκνευσαι δοκεις;

In eandem tecum fortunam delapſas quomodo inde enataſſe putes? Immutatio levior eſſe vix poteſt, quæ tamen ſi cui diſplicet, at ſaltem hæc ad ipſam Nutricem, non ad Phædram, referri debent. Et in hac ſententia *Victorium* mecum conſentientem habeo, qui Var. Lect. lib. 3. cap. 10. hæc ita vertit, *Si ipſa in eum locum veniſſem, in quem tu, quam nullo labore inde enataſſem, e maliſque iſtis me ſublevaſſem.* *Marklandi* conjecturam σως pro πως reponentis haud multis arriſuram opinor.

463. Λεξον δ' υβριζουσ'] Hæc ſcriptura verior videtur illâ quam e codicibus quibuſdam erutam edidit *Muſgravius*, Λεξον δ'. Nulla enim inter hæc & præcedentia ſubeſt oppoſitio, quanquam particula antecedens

tecedens μεν anſam dediſſe poteſt librariis το δ in locum του τε ſubſtituendi.

V. 493. 494. Ει μεν γαρ ην σοι μη 'πι συμφοραις βιος
Τοιουτος, σωφρων δ' ουσ' ετυγχανες γυνη] Ex horum verſiculorum priore, prout ſe habet orationis ſtructura, præſertim intercedente inter duo ſententiæ membra oppoſitione particulis μεν & δε clare deſignata, ſuppleri non poteſt ad alterum ει μη, quod vult *Marklandus*, ſed tantum ει. Neque amplius revera poſtulat ſententia, nam ἡ σωφρων non hîc *caſtam* & *pudicam* denotat, ſed eam quæ *tanta animi virtute ac conſtantia prædita eſt ut perturbationibus ſuperior evadat, eaſque regere & in ordinem cogere valeat.* Hoc ſenſu ſupra etiam v. 399. vox hæc uſurpatur;

την ανοιαν ευ φερειν
Τω σωφρονειν νικωσα προυνοησαμην.

497. Ουκ επιφθονον, *non odioſum*, ut recte *Conſtantinus* in lexico.

506. Εις τουθ', ὁ φευγω νυν, αναλωθησομαι] In verſione ſua *P. Brumoy* intelligit τουτο ὁ φευγει νυν ἡ Φαιδρα eſſe mortem, ſed prorſus contra Poetæ mentem. Adeo enim mortem hoc tempore non fugit, ut eam ſibi conſcire ſtatuat, quo amorem malaque inde proventura effugiat. Verte igitur, *Turpia vero ſi pulchre dixeris, in illis iterum implicabor* (malis ſcilicet quæ ex amore ſuo conſequutura prævidebat) *quæ nunc quam maxime fugio.*

507. 508. Ει τοι δοκει σοι, χρην μεν ου σ' αμαρτανειν'
Ει δ' ουν, πιθου μοι' δευτερα γαρ ἡ χαρις] Recte ſe habent vulgata, neque mutatione ulla opus eſt. Ει τοι & Ει δ' ουν ſibi mutuo opponuntur. *Si hæc tua quidem eſt ſententia*, ut ſcilicet de remedio malis tuis adhibendo amplius cogitare non debeam, *neceſſe erat te hoc peccato non jam implicari*, atque hoc quidem imprimis optandum, πρωτη χαρις fuiſſet; *quandoquidem vero res aliter ceciderit, obſequere mihi*, & quæ e re tua ſint ſine faciam; & hoc δευτερα erit χαρις.

537. Βουταν φονον Ελλας αιξει δη] Το δη manifeſte eſt aſſumentum a Correctore neſcio quo interpolatum ad explendum metrum, quod tamen æque ac ſtructuræ nitorem corrumpit. Cum enim αιξει primam proculdubio corripiat, ionico a majore trimetro brachycatalecto oppoſitum habes proſodiacum. Rectius metro cavebis ſi mecum legis,

Βουταν φονον Ελλας αρ' αιξει.

V. 554. Metrum poſtulat ut legatur ω τλαμων. Nominativum autem pro vocativo interdum apud Atticos poni notum eſt.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 273. lin. 2. pro ἡκει γαρ, lege ἡκει χαριεντως.
300. lin. 4. pro εκεινου, lege εκεινων.
304. lin. 3. pro πλην, lege πριν.
320. lege ὁ Θησευς εις σε ἡμαρτεν.
329. lin. 7. pro χρησιμος, lege χρησιμα.
330. lege αν μεν η στερη.
331. legendum videtur μηχανησασθαι βουλευσωσι.
347. lin. 1. lege αγνοουσα.
362. lin. 2. pone commatis notam poſt το συμβαν, & eandem dele poſt σχετλιαστικον, quod conjungi debet cum ω.
Ibid. lin. 6. lege εικοτατα δια μεσου.
Ibid. lin. 7. pro απαρτησαι, lege απαρτησαι.
375. lin. 15. pro ὁποτε πασχει, forſan legendum ὁποτε πασης.
386. lin. 6. pro ηδη lege ειδη.
388. lin. 4. μονον ου κατα φυσιν, dele το ου.
408. forſan legendum αλλα και εκ του μη επιζηλωσαι.
418. forſan legendum περι φυσιν ελεγχον δεδωκυιας την νυκτα.
443. lin. 3. pro αιτειται, lege αιρειται.
462. lin. 1. pro ἱεις, lege εχοντας. Ex abbreviatione quadam perperam intellecta ortum eſſe mendum veriſimile eſt.
473. lege και λεγει κρειττω δαιμονων.
480. forſan legendum διανοηθειη περι τινος.
492. lin. 2. pro ελαττει, forſan legendum γνωσει, & pro ειδιδης, quæ vox eſt nihili, ειδιδος.
507. lin. 3. pro αυτου, lege αυτω, præeunte editione *Stephaniana*.
541. lin. 9. pro ὁρωμεν, lege ερωμεν.
545. lin. 16. pro επιθαλον, lege επιθαλου.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 574. Φημα, *rumor.* & ſimiliter v. 579. φατις, *ſermo.* & v. 586. γεγωνειν *pronunciare.* Ut hujus autem verſiculi conſtet metrum, & antithetico reſpondeat, leviter corrigendus eſt ad hunc modum

Φημα, ω γυναι, φρενας εκπεσουσες;

Verſus enim eſt aſynartetus ex duabus penthemimeribus trochaicis. Porro excidit hinc verſus qui antiſtrophico quinto reſpondebat, quique, ſi in re adeo incerta conjicere fas ſit, exclamationem aliquam Phedræ continebat.

586. Γεγωνειν οπα] Sententia eſt, *Sonum quidem audio, verba tamen certo reddere non poſſum. Muſgravius* codicum quorundam auctoritatem ſecutus edidit ὅπῃ, ſed minus, ut opinor, recte: ὅπῃ enim ſignificat *ubi, quo, quomodo*, quorum neutrum hujus loci ſententiæ convenit. Quod autem allegatur in Scholio ab eo allato, ſcilicet ὅπα pro ὅπῃα per contractionem poni, Grammatici imperitiſſimi eſt ſomnium. Addi poteſt, verbum εμολε, ſi ab ὅπῃ penderet, iterum repetitum iri non eſſe veriſimile, quia nihil tunc in eo emphaticum concipi poſſet.

606. *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 222. hanc regulam velut certam tradit, "ſermonis nempe rationem exigere ut voculæ ου μη, vel cum futuro indicativo vel cum aoriſto altero formæ ſubjunctivæ, conſtruantur." Quod ſi hanc regulam revera obtinere credimus, ad hunc modum reformandus erit hic verſus,

Ου μη προσοισεις χειρα, μηδ' αψεις πεπλων.

608. Lege φης.

657. Ει μη γαρ ορκοις θεων αφρακτος ηυρεθην] *Muſgravius* putat θεων αφρακτος eodem modo dici quo apud *Sophoclem* in Ajace αφρακτος των φιλων. Nollem hæc viro docto excidiſſe. αφρακτος των φιλων eſt *amicorum auxilio & munimine deſtitutus.* Quodnam autem in hac re deorum auxilium ſperare poterat Hippolytus, ut hoc ſibi defuiſſe queratur? θεων proculdubio cum ορκοις connectendum eſt. θεων ορκοι phraſis eſt tritiſſima. Pindar. Olymp. VII. 119.

θεων δ' ορ-
κον μεγαν μη παρφαμεν.

661. Συν πατρι μολων ποδι] Recte ex MSS. πατρος edidit *Muſgravius*; nam quod dicit *Barneſius*, ultimam του πατρι produci poſſe litera μ ſequente, meræ ſunt nugæ.

700. Ει δ' ευ γ' επραξα, καρτ' εν ευ σοφοισιν ην] Linguæ indoles omnino ſcribendum poſtulat

Ει δ' ευ γ' επραξ' αν, καρτ' αν εν σοφοισιν ην.

V. 724. Χο Ευφημος ισθι. Φ. Και συ γ' ευ με νουθετει.] Quid in vulgata lectione *Marklandum* offendere potuit haudquaquam aſſequor. ευ νουθετει aptiſſime reſpondet τῳ ευφημος ισθι. Conjecturæ ejus, ευ με νουθετεις, & μη με νουθετει, expendenti vix appoſitiores, credo, deprehendentur.

734. Recte hunc verſum in duos dividit *Muſgravius*, ſed eorum alter ab antithetico prorſus diſſidet. Revocanda igitur eſt prius vulgata ſcriptura,

Αγελαιον θειη anapæſtica penthemimeris,

verſus etiam tres proxime ſequentes rectius ab eodem conſtituuntur; quartum ab hoc optime reſtituit *Marklandus.*

746. Τερμονα κυρων ουρανου] Legendum videtur κυρων, nam κυρεω primam corripit. Verte, *In terminum venerandum cæli incidens.* Cæteroquin nihil muto, quanquam ſilentio haud prætereundum duco, me verbum κυρειν genitivo aut dativo ſæpius, accuſativo vero nunquam, quod meminerim, junctum deprehendiſſe. Quod enim locum attinet in *Æſchyli Sept. ad Theb.* v. 705. vide quæ ibidem adnotavimus.

760. 761. 762. Non aliam reperio rationem quâ horum verſiculorum metra cum antitheticis conciliari poſſint, niſi utraque ad hunc modum conſtituas;

Επταπο κλεινας Αθηνας, trochaicus dimeter acatalectus
Μουνυχου δ' επ' ακταισιν pherecrateus
Εκδησαντο πλεκτας antiſpaſticus hemiholius
Πεισματων αρχας, dochmaicus:

& in antiſtropha

Δαιμονα ευγον κατεκλα-
σθεισα, ταν τ' ευδοξον αν-
θρωποισι φαμαν,
Απαλλασσουσα.

763. Cave *Marklando* auſcultes ſuadenti delendam præpoſitionem επι, hoc enim pacto metrum reſpondebit quidem, ſed minus accurate reſpondebit antithetico. Prima enim dipodia eſt epitritus quartus, qui hic pentaſyllabus eſt, in antiſtropha quadriſyllabus.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 569. lin. 9. pro Ιππολυτῳ, lege Ιππολυτον.
597. lin. 9. pro ετοιας, lege ευνοιας.
625. lin. 3. pro θυσιαν, lege ουσιαν.

Ad

Ad v. 634. lin. 3. pro στεγειν τα κεχαρισμενα, lege στεργειν ει τα κεχαρισμενα.

638. lin. 2. pro φης, lege φησι.

642. lin. 22. pro σκεπτει, lege σκεπτειν. Paullo ante pro συκομωρος editio *Stephaniana* habet συναμωρος. Ambæ ſunt voces nihili.

654. lin. 1. pro μελλον, lege μελλω.

Ad v. 657. lin. 2. forſan legendum μιαν κηλαφασιν ποιουσι.

695. lin. 2. pro εννοιαν, lege ευνοιαν, & lin. 7. pro εννοιας, lege ευνοιας.

724. lin. 2. lege εκατι.

732. lin. 9. pro απολαυων, lege απολαυειν, & lin. 11. pro επισταντες, lege επισταντος, & lin. 12. lege οικειοις τοις πεπραγμενοις.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 801. Lege φης, & ſimiliter v. 995.

814. 815. Ita potius hos verſus conſtituendos cenſeo;

> Αι, αι, τολμας, ω βιαιως θανουσ',
> Ανοσιῳ τε συμφορᾳ, σας χερος
> Παλαισμα μελεας,

aſynarteti ſunt ex dochmaicis, ut & ſequentium plerique. Hoc autem metri genus ad ſubitas & violentas animi perturbationes, ex calamitate aliqua atroci & improviſa ortas, exprimendas adhiberi ſolet, & mire accommodatum eſt. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Oedip. Tyran.* v. 1361.

817. Concinnius erit metrum & ad ceterorum normam accuratius ſi, ejecto τῳ ω, cetera *Muſgravium* ſecuti, reſcribamus,

> Ω μοι εγω παθεων, ὧν επαθον τελας.

818. Aſynartetus eſt ex baſi antiſpaſtica & dochmaico, ut & v. 821, 822.

820. Κηλις αφρασος, Verte ad mentem *Scholiaſtæ*, *Macula improviſa.*

821. Καταλυσα μεν ουν αβιωτος βιος] Calamitatem illam improviſam quam lugebat Theſeus βιον appellari valde durum videtur. Veriorem igitur exiſtimo lectionem quam agnoſcunt *Scholiaſtes* & etymologici magni Auctor, βιου ſcilicet, quæ vox a καταλυσα pendere intelligenda eſt. Verte, *Vitæ profecto ſubverſio plane intoleranda.*

826. 827. Τινα λογον ταλας, τινα τυχαν σεθεν

> Βαρυποτμον, γυναι, προσαυδων τυχω;] Verte, *Quale reſponſum, miſer, qualem fortunam infelicem, te compellans, a te, o miſera, invicem accipio?*

832. 833. Ita etiam hi verſus conſtitui debent,

> Τυχαν, δαιμονων αμπλακιαισι των
> Παροιθεν τινος.

867. Επεισφερει θεος κακον' εμοι μεν ουν] Verſus iambicus eſt ſenarius; metrum igitur requirit ut veterum editionum ſcriptura, κακον, revocetur. Ita conſtructio erit εκδοχαις κακων.

868. Προς τω κρανθεν, Verte, *Præter id quod peractum eſt*, nempe mortem Phedræ.

V. 868. 869. Ita conſtituendi ſunt hi verſus ex dochmaicis ſimiliter conſtantes,

> Αβιωτος βιου
> Τυχα προς το κρανθεν επι τυχειν·
> Ολομενους γαρ ουκετ' οντας λεγω &c.

872. Προς γαρ τινος] Verte, *Alicunde enim venientem*, id eſt, a Theſeo, in cujus vultu jam ſigna iræ efferveſcentis cernebat Chorus.

881. Κακων αρχηγον, *Malorum præcurſorem* vel *præſagium.*

883. 884. Ita hi verſus conſtituendi,

> Καθεξω δυσεκπερατον, ολοον, aſynartetus ex dochmaicis
> Ολοον κακον· baſis iambica
> Ω πολις, πολις. penthemimeris trochaica.

887. 888. 889. Αλλ' ω πατερ Ποσειδον, ας εμοι ποτε

> Αρας ὑπεσχου τρεις, μιᾳ κατεργασαι
> Τουτων εμον παιδ'] *P. Brumoy*, pro more ingeniorum Gallicorum cuncta exaggerare amantium, hæc ita interpretatur quaſi diceret Theſeus, *ſe Neptuno condonare duarum aliarum precum quam ſibi promiſerat adimpletionem, modo hanc unam contra Hippolytum celeriter, ac intra diem, exaudiat & impleat.* Quæ omnia a mente Poetæ prorſus ſunt aliena.

912. 913. Η γαρ ποθουσα παντα καρδια κλυειν

> Κἀν τοις κακοισι λιχνος ουσ' ἁλισκεται] Nihil innovandum, hæc enim a verſu præcedente plane pendent. "Ideo ſcilicet calamitates coram amicis "ſilentio non premendæ, quia ea indoles eſt ho-"minum ut in rebus quidem omnibus cognoſcen-"dis ſint curioſi, in rebus vero amicorum adver-"ſis longe avidior curioſitas illa atque impenſior "deprehenditur."

923. Αλλ' (ου γαρ εν δεοντι λεπτουργεις) πατερ,] Optime ſe habet vulgata ſcriptura, neque enim falſum eſt, prout objicit *Marklandus*, Theſeum λεπτουργειν, *ſubtiles diſquiſitiones occupari*, ſed omnino verum. Nam quid aliud eſt niſi diſquiſitio ſubtilis oratio ejus proxime præcedens, ubi a filio circa calamitatem

G 2 quam

quam deplorabat blande ac reverenter interrogatus, de re ipſa ne reſponſo quidem eum dignatur, ſed in generaliorem de rerum humanarum conditione diſceptationem απροσδιονυσως (ita enim Hippolyto falſæ accuſationis ignaro videri neceſſe erat) excurrit. *Marklandi* autem emendatio ſeptentiam prorſus corrumpit; Hippolytum enim pronunciare facit, *nunquam fas eſſe ſubtiliter differere* quod certe haudquaquam verum, cum ille tantum patrem monet eum tempore parum opportuno hoc facere.

930. Ως, *ita.* Ad εξηλεγχετο autem repetenda eſt e ſequentibus particula αν.

932. 933. Αλλ' η τις εις σ' εν ως διαβαλλων εχει
Φιλων, νοσουμεν δ' ουδεν οντες αιτιοι.] Hos duos verſus interrogative dici exiſtimo. Non enim ideo obſtupeſcere ſibi viſus eſt Hippolytus, quod æqualium forſan aliquis eum apud patrem calumniatus eſſet, ſed quod patrem iracundia contra eum intumeſcentem clare cernebat, iræ vero cauſam prorſus ignorabat. Retinenda eſt igitur ſcriptura olim edita, Αλλ' η, *Nunquid.*

935. Παραλλασσοντες, *A ſolito diſcrepantes.*

938. Ει γαρ κατ' ανδρος βιοτος εξογκωσεται] *Muſgravius* ex codicibus ſuis edidit βιοτον, quam vero ſententiam ex lectione illa elicit conjicere nequeo. Mihi veriſſima videtur vulgaris ſcriptura; Verte, *Quod ſi ut homo homini ſuccedit ita vitæ quoque artes accumulari contigerit.*

944. Εξελεγχεται, *convincitur.*

987. Κόμψους reperitur etiam apud Plutarchum de Educand. Liberis. p. 6.

993. An magis perſpicua ſit *Marklandi* conjectura Ουκ' αντπλιξοντ' neſcio, vulgata certe lectio Κ'ουκ αντπλιξοντ' magis eſt emphatica.

998. Απαγγελλειν κακα, *Nuncia inhoneſta perferre.*

999. Ανθυπουργειν contra-ponitur τῳ απαγγελλειν. Verte, *In gratiam nunciorum iſtorum turpem præſtare operam iis qui ea utuntur.*

1007. Ει δη το σωφρον τουμον ου πειθει σ' ισως] Recte & ex codicum partim auctoritate repoſuiſſe videtur *Valckenar.* ad *Phæniſſ.* 1001.

K'ει μη το σωφρον τουμον ου πειθει σ' ισως.

1028. Ητ' αν γ' ολοιμην] Omnino legendum Ητ' αν γ' ολοιμην, id eſt, Ητοι αν. Vide infra ad *Alceſt.* 642.

1029. Lege αλιτευων, aliter non conſtabit metrum.

1034. 1035. Εσωφρονησεν, ουκ εχουσα σωφρονειν,
Ημεις δ' εχοντες, ου καλως εχρωμεθα.] Multum de vera hujus loci ſententia eruenda ſe torquet *Muſgravius*, ſed, ut opinor, fruſtra. Hoc, ni fallor, vult dicere Poeta; *Illa caſta & pudice exiſtimata eſt, cum pudicitiam revera non habuerit, nos vero qui habemus, infelici ſucceſſu ea uſi ſumus.* Similem loquendi formulam in hac ipſa Tragœdia agnovit *Muſgravius* ad v. 709. edit. ſuæ, ubi κεκτημεθα interpretatur *ſortimur*, id eſt, *ſortiti eſſe putamur.*

V. 1039. Ος την εμην πεπειθεν ευοργησια] Proculdubio legendum eſt, juxta veteres editiones ευοργησια, cum Chorus, cui reſpondet Theſeus, juramenti tantum, ut validiſſimi innocentiæ argumenti, mentionem faciat, & hoc fundamento totam Hippolyti cauſam niti exiſtimare videatur. Ceterum ευοργησια apud neminem Lexicographorum reperitur; ſed ut demus mores ſuaves & manſuetos voce illa deſignari, præjudicio tamen a moribus ſuis deſumto non tantum confidebat Hippolytus, ut non ſanctiſſimo etiam jurisjurandi teſtimonio innocentiam ſuam comprobare neceſſe cenſeret, adeoque ad hoc præcipue reſpexiſſe Theſeum credere par eſt.

1062. Ου πειθοιμ' αν, *Non obedienter me gererem.*

1078. 1079. Ειθ' ην εμαυτον προσβλεπειν εναντιον
Στανθ', ως εδακρυσ', οια πασχομεν κακα.] Ως εδακρυσ', *Quemadmodum defleo.* Nihil autem hic obſcuri video; Hippolytus calamitatibus adhuc prorſus inexpertus dolorem ſuum velut rem novam & miram contemplatur. Hinc oritur ei votum, ut ipſe ſibi ſpectaculum fieri poſſit, adeoque dolorem ſuum non ſentiat tantum, ſed & videat. Annon aliquid exquiſiti nimis habeat hæc ευχη aliæ prorſus res eſt conſiderationis.

1105. 1106. Ξυνεσιν δε τιν' ελπιδι κευθων
Λειπομαι] Ni vim orationis ſtructuræ inferas, nunquam efficies ut ελπιδι a verbo λειπομαι pendere poſſit; cum participio κευθων ut connectatur omnino eſt neceſſe. Sententia eſt, *Et cum ſpem conceperim me aliquid circa divinam providentiam certi intelligere, ſpe iſta rurſus fruſtror cum in fortunas & facta mortalium intueor.*

1121. Παρα δ' ελπιδα λευσσω] Nulla eſt hic tmeſis, ut putat *Barneſius*, ſed ελπιδα a præpoſitione παρα pendet. Verte, *Præter expectationem autem res evenire video.*

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 776. lin. 4. lege εξαγγελων.

883. lege δυσπαλλακτον.

892. lin. 2. lege εχεις.

894. lin. ult. lege παρεκβολων. Totum vero hoc Scholium in vocem θατηρα a *Barneſio* ex Euſtathio ex-

excerptum, & peſſimo exemplo hîc interpolatum eſt.

Ad v. 953. pro κατα των ιδηομενων, forſan και των ιδηομενων.

970. pro χαλιδαι αρχοντας, forſan χαλιδαι αρχοντας.

Ad v. 971. lin. 2. pro σοφων, lege σαφη.

1065. pro περι λογους, forſan παραλογους.

1119. lin. 2. lege των βιον.

1140. lin. 1. pro αμιλληθησονται, lege μελληθησονται, vel επιμελληθησονται.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 1153. Nequicquam multum ſibi faceſſit negotii *Barneſius* circa modulum ultimæ ſyllabæ hujuſmodi accuſativorum, Θησεα, Ορφεα, & ſimilium. Accuſativi enim iſti Attici ultimam ſemper producunt, analogiam nimirum genitivorum ſequentes quod luculenter, ut ſolet, oſtendit *Clark.* ad Homer. Iliad. Α. v. 265.

1185. Μεν τοι, *autem.*

1199. Τουπεκεινα τησδε γης, Verte, *Ultra hanc regionem.*

1200. Προς Ποντον ηδη κειμενη Σαρωνικον] Fruſtra omnino locum hunc ſollicitat *Marklandus*, nec minus infeliciter ηδε pro ηδη ſubſtituit. Quinque ex Poeta noſtro allatis exemplis conjecturam ſuam fulcire nititur, quorum ne unum quidem ad rem. In omnibus enim το ηδε de re aut perſona præſenti uſurpatur: ſed nulla mutatione opus eſt; ηδη eſt, *jam tandem.* Reſpicit ſcilicet famulus quod modo dixerat τουπεκεινα τησδε γης, & eam itineris partem quam jam confecerant.

1222. Αρτητας δεμας, Verte, *Loris circa corpus ſuum contortis.* Hippolytus enim ut efficacius equos in poteſtate contineret, habenas circa proprium corpus complicaverat. Hoc eſt quod infra magis expreſſe dicitur ιμαντων εμπλακεις, & δεσμων δυσλυτων δεθεις.

1217. Κρεισσον θεαμα δεργματων εφαινετο] Nihil immutari neceſſe eſt. Sententia eſt, *Monſtrum forma adeo horrenda fuiſſe ut ne aſpectum ejus quidem ſuſtinere poſſent.*

1237. Δυσεξηνυτον. Reſcribendum opinor Δυσεξηνυστον. Quali enim analogia δυσεξηνυτον, ab ηνυται præterito perfecto paſſivo verbi ανυω penultima brevi derivatum, ſyllabam eandem producere poſſit non video.

1245. Τμητων ιμαντων, Verte, *Sectilium lororum*, non *fractorum.* Τμητος ſolenne eſt epitheton του ιμας. Ita *Sophocles Electr.* v. 549.

συν δ' ελισσεται
Τμητοις ιμασι.

1268. 1269 Συ ταν θεων ακαμπτον φρενα
Και βροτων αγεις] Peſſime hæc vertuntur a *P. Brumoy*, *Tu, Venus, animum deorum atque hominum immiſericordem reddis.* Hoc inde profectum puto, quod ita hanc Chori cantilenam magis τοις φρονουμενοις accommodatam fore credidit, ſi immitem Theſei erga filium animum, amori, quo erga Phedram ille tenebatur, imputare viſa fuerit. Sed non eouſque curioſi erant Poetæ Tragici veteres. Satis illi ſe ſuo officio functos eſſe exiſtimabant, ſi generaliori dramatis argumento Chorica iſta conveniebant; prout norunt qui illos vel perfunctorie triverunt. Ita hoc in loco de quo agitur, oratio Chori de ſuprema Veneris potentia, quâ animos deorum indomitos atque hominum huc vel illuc pro arbitrio ducit & flectit, optime argumento hujus dramatis generali convenit, cum omnes calamitates & infortunia quæ in eo celebrantur, Veneri, propter numen ſuum ſpretum Hippolyto infenſæ, diſerte tribuuntur.

V. 1288. 1289. Ψευδεσι μυθοις πεισθεις αλοχου
Αφανη] Mirum eſt quantum & quam fruſtra ſe torquent hîc *Æmylius Portus* & *Barneſius* circa vocem αφανη. Neutri tamen ſuboluit veritas, licet nihil ſit, ut mihi videtur, magis obvium. Accuſativus eſt enim pluralis & a πεισθεις regitur πεισθεις αφανη, *Perſuaſus falſo uxoris teſtimonio ut crederes incerta & non apparentia.*

1343. Νεαρας anapæſtus eſt. Quid autem proficimus vocem hanc pronunciando quaſi diſſyllaba eſſet ac ſpondæus, prout ſuadet *Marklandus*, haudquaquam aſſequor.

1347. *Marklandus* reponit κατασκηψειν, manifeſto metri periculo. Quanquam enim acutiſſimi *Clarkii* obſervationem in Not. ad Homer. Iliad. Β. v. 527. traditam, vocalem ſcilicet brevem, ſequentibus duabus conſonantibus a quibus ſyllaba inchoari poſſit, interdum corripi, veriſſimam eſſe exiſtimem, eam tamen eouſque tantum valere puto, ut ratio hujuſmodi anomaliarum ſi quando occurrunt reddi poſſit, non vero ut ejus prætextu talia pro lubitu, nullo exemplo comprobata, contra codicum

cum auctoritatem, ipſi ultro in veterum ſcripta ingeramus. Hoc enim ſi concedatur, regula illa altera de vocalibus poſitione productis maxima ex parte irrita atque inutilis evadet.

V. 1353. Σφακελος recte vertitur *Spaſmus*. Bis hac voce utitur *Æſchylus*, *Prometh. Vinct.* v. 877. ubi *Scholiaſtes* interpretatur Σπασμος του εγκεφαλου, & ibid. v. 1044. ubi *Scholiaſtes* exponit per συντονον κινησιν. Heſychius Σφακελιζει, κινει δεινως, οδυνατει, ασα, διασπαται, αλγυνεται. Σφακελος, ἡ αμετρος οδυνη. Suidas Σφακελισμος, παραπληξια. γινεται δε εκ του σφακελισμου και σπασμος.

1360. Δεξια non ſubſtantivi caſu recto poni accipiendum eſt, tunc enim, cum ultimam certe producat, non conſtabit metri ratio, ſed adjectivi caſu quarto plurali, id eſt, κατα δεξια, *Quiſnam lateri aſtitit a dextra?*

1374. 1375. Quanquam hi verſus partem non faciunt ſyſtematis anapæſtici, quod v. 1369 terminari cum *Muſgravio* exiſtimo, at anapæſtici tamen certe ſunt, & recte fecit *Marklandus* quod ad anapæſticorum normam eos reſtituere ſategit, quanquam haud ſatis feliciter, ut mihi videtur ei ceſſit conatus. Nihil enim languidius eſſe poteſt τῳ με poſt δυσδαιμονα iterato. Forſan ſcripſerit Noſter

Προσαπολλυτε μ', ολλυτε δυσδαιμονα
Τονδ'. αμφιτομου λογχας εραμαι.

1361. Προσφορα μ' αιρετε, συντονα δ' ἑλκετε] Abſurde *P. Brumoy* locum hunc ita interpretatur, quaſi Hippolytus jubeat ut famuli ipſum e conſpectu patris aſportent, cum nihil magis cordi ei eſſe debuerit quam in patris conſpectum venire, & ei ſuam innocentiam perſuadere; ſi nullam aliam ob cauſam, ſaltem ut honore funeris & juſtis exequiis frueretur, quæ res adhuc a patre pendebat, ut ſatis clare innuitur v. 1263. 1264. Το συντονα autem verti debet, *æqualiter*, juxta *Scholiaſtæ* interpretationem, non *celeriter*, juxta Interpretem vulgarem.

V. 1379. 1380. Μιαιφονων τε συγγονων
Παλαιων προγεννητορων] Plene diſtinguendum cenſeo ad finem verſus præcedentis. Hos autem duos verſus ordinem inter ſe mutuo commutaſſe exiſtimo, ut qui nunc prior legitur alterum revera ſubſequi debeat. Porro per παλαιους προγεννητορας deſignari puto Pelopem Hippolyti per Æthram & Pittheum abavum, Tantalumque atavum; per μιαιφονους συγγονους Atreum & Thyeſtem.

1392. Ανεκουφισθην δεμας non verti debet, *levatus ſum corpore*, juxta vulgarem Interpretem & *P. Brumoy*, ſed *attollebam corpus*, honoris ſcilicet gratiâ.

1393. Εσ' εν τοποισι τοισδε γ' Αρτεμις θεα;] Dele interrogationis notam, quæ a *Baſilienſi* etiam, *Commeliniana*, & *Muſgraviana* abeſt; hoc enim affirmative dicitur, quanquam *Barneſium* ſequitur *P. Brumoy*.

1402. Τιμης εμεμφθη, ſubaudi εκεκα. *Indignata eſt Honoris gratiâ*, a te ſcilicet non redditi.

1403. *Muſgravius* codices quoſdam non, ut videtur, optimos ſecutus, pro ωλεσ' ηδη με edidit ωλεσεν μια, non ſine metri ſubverſione, μια enim ultimam corripit. Revocanda igitur eſt vulgaris ſcriptura. Altera forſan orta eſt ex Librarii acumen captantis ingenio.

1450. Lege φης.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 1164. l. 1. pro αυτῳ lege αυτω.
1235. l. 4. forſan legendum ἁμαξηδονιαι οχου.

NOTÆ

NOTÆ IN ALCESTIN

EX EDITIONIBUS

BARNESIANA ET *MORELLIANA.*

IN ACTUM PRIMUM.

V. 18. ΘANEIN πρo κεπου, μηκατ' εισορᾳν φαος] Nequaquam ſollicitanda eſt vulgata lectio, recte enim ſe habet. Subauditur ſcilicet ὥστε, ut conſtructio ſit, ὥστε μηκατ' εισορᾳν φαος.

32. Αφοριζομενος, rectius *Buchananus*, *Abolens*.

50. Κτεινειν ὃν αν χρη' τουτο γαρ τεταγμεθα.] Verſus hic interrogative accipiendus.

59. Πως ειπας; αλλ' η και σοφος λεληθας ων;] Rectius hunc verſum vertit *Buchananus*,

Quid? tu Sophiſtes inſciis nobis eras?

89. Syſtema anapæſticum terminatur v. 86. Hic autem verſus cum tribus ſequentibus anapæſtici non ſunt, nec ad anapæſticorum formam redigi poſſunt niſi conjecturis & interpolationibus temerariis plus æquo indulgeatur. σαπζεται quidquid dicat *Morellus* primam certe corripit, rationem autem quâ oſtendere conatur eandem produci etiam poſſe me non capere agnoſco.

93. Iterum anapæſtica ſunt quæ v. 97. terminantur.

94. Φρουδος, Recte *Barneſius*, *Evanuit*, non, *evanuiſſet*.

95. Ita hic verſus inter ſemichoros diſpertiendus,

Ημ. Ποθεν; Ημ. ουκ αυχω. Ημ. τι σε θαρσυνει;

Verte, Sem. *Unde hoc dicis?* Sem. *Non inania edo.* Sem. *Quo fretus indicio?*

101. Et hæc anapæſtica ſunt uſque ad v. 109 incluſive.

104. Anapæſticus in trochæo deſinit; reſcribendum igitur

Και μην ημαρ τοδε δη κυριον.

V. 106. 107. Hi duo verſus eidem ſemichoro tribui debent.

110. Periodicus eſt catalectus.

116. Verſus ſyllaba una antithetico brevior eſt; nulla enim analogia efficitur ut αποτμος primam producat. Forſan ſcribendum

Ψυχαν' μορος γαρ αποτμος οἱ
Πλαθει

Fatum enim infelix ei appropinquat.

118. Penthemimeris eſt trochaica. Το πα autem nunquam, credo, primam producit, quod nec in hoc loco neceſſe eſt; neque enim requiritur ut pes pedi, ſatis eſt ſi metrum metro reſpondeat.

130.131. Horum verſuum prior duabus ſyllabis excedit, alter unâ mancus eſt; ita autem ambo facilè reſtitui poſſunt,

Παντ' ηδη τετελεσμενα βασιλευ-
σιν, παντων δε θεων επι βωμοις.

141. *Kirchmannus* de Funeribus lib. I. cap. 12. *Sopingius* ad Heſychium voce προνωπους, & *Potterus* Archæol. Græc. lib. IV. cap. 3. tom. II. p. 285. *mortuos* a Græcis πρωνωπεις vocari tradunt, quod ſolebant ex penitiore ædium parte produci, ac in *veſtibulo*, id eſt, προνωπιῳ, collocari; omneſque hunc tantum ex *Euripide* locum ad hoc probandum adducunt; ſed fruſtra, at opinor. Non enim *mortua* adhuc erat Alceſtis nec *producta*, ſed, ut recte hanc vocem interpretatur *Scholiaſtes*, εις θανατον προσνενευκυια, id eſt, *morti propinqua*. Primario quidem & proprie is πρωνωπης dicitur qui *corpore prono ad terram fertur*, & in hoc ſenſu vox hæc apud *Æſchylum Agam.*

Agam. v. 242 uſurpata reperitur. Inde, quia moribundi virium defectu terram petere ſolent, ad hos etiam deſignandos tranſlata eſt. Non igitur *mortuos* ſed *moribundos* hac voce ſignificari ſolere dicere debebant auctores iſti. Infra v. 184. eodem ſenſu vox hæc iterum occurrit.

V. 149. Γυνη τ' αριστη] Recte pro Γυνη γ' *Barneſius* edidit Γυνη τ', cum jam præceſſerit particula γε.

148. Ιστω νυν, recte *Barneſius*, *Sciat nunc illa.*

174. Lege δη 'δακρυσε.

176. Οὐ θνησκω περι] Vix poſſum non aſſentiri *Valckenario* reponenti οὐ θνησκω γ' ὑπερ. Illum vide ad *Phœniſſ.* 1336.

185. Πολλα επεστραφη, *Circa res plures verſata eſt.*

202. Παρειμενη δε, χειρος αθλιον βαρος] Nemo ex Interpretibus ſenſum hujus loci ſatis aſſequutus eſt. Nam illud χειρος αθλιον βαρος, nec a præcedente παρειμενη, ut puto, regitur, nec a præpoſitione κατα ſubintellecta (hoc enim ſi eſſet Poeta χειρων, non χειρος poſuiſſet) ſed per appoſitionem ſubjungitur. Verte, *Corpore autem reſoluta, miſerum* ſcilicet *Onus manus Admeti.* Alceſtis eleganter dicitur *Onus manus*, quia languida prorſus & deficiens Admeti omnino manibus ſuſtinebatur. Vide v. 19. & 199.

208. Παντες, *Subditi omnes*; non enim ex famulis Admeti, ſed e ſenibus Pheræis ejus ſubditis, conſtabat Chorus.

214. Ionicus eſt a majore dimeter hypercatalectus.

223. Και παρος γαρ τουδ' εφευρες] Verbum ευρισκω genitivo jungi ſolere haud mihi conſtat; legendum igitur potius crederim τωδ' εφευρες.

224. 225. Ita potius hos verſus conſtituendos cenſeo,

Και νυν λυτηριος εκ θανατου anapæſticus dimeter

Γενου φονιον τ' epitritus primus pentaſyllabus pro baſi antiſpaſtica

Αποπαυσον αδαν penthemimeris iambica.

V. 226. Hic verſus in duos dividendus eſt,

Παι, παι, φευ, φευ, ſpondaicus dimeter

Ιω, ιω, παι Φερητος periodus.

227. Antiſpaſticus eſt ex duobus epitritis primis & bacchio.

228. Similis eſt ex antiſpaſto dijambo & pyrrhichio vel iambo propter αδιαφορον.

233. Aſynartetus eſt ex penthemimeribus trochaica & iambica.

236. 237. Ita hi verſus conſtituendi

Ταν αρισταν γυναικα periodus catalectus

Μαραινομεναν νοσῳ κατα γαν antiſpaſticus ex duobus epitritis primis

Χθονιον παρ' αδαν penthemimeris iambica.

241. Αμπλακων penultimam corripit; lege igitur ut conſtet metrum αμπλακειν.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 1. lin. 13. pro Αναξανδριδης legendum Αλεξανδριδης probat *Hemſterhuſius* ad Polluc. lib. 9. §. 59.

2. lin. 9. Ανιησι pro ανισι, & lin. 14. τους Φινειδας pro τας Φοινισσας, & lin. 15. τας Προιτου θυγατερας pro τας Κροισου θυγατερας, recte reponit *Hemſterhuſius* ad Lucian. Tom. 1. p. 236.

51. lin. 2. lege ὂν πεπρωται, & lin. 14. δειν ὂν, & dele ibidem ὅτι, quod nec in *Stephaniana* comparet.

56. lin. 4. legendum videtur, εν τουτοις αυτου δεικνυσι.

57. lin. 2. lege γεροντας εις θανατον.

195. lin. 6. 7. lege αντεπλησε.

208. lin. 2. lege πειρασαντας.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 242. Periodus eſt.

253, 254. Ita potius conſtituendi hi verſus ut ſint omnes iambici,

Νεκυων, δ' ὁ πορθμευς
Εχων χερ' επι κοντῳ, Χαρων
Μ' ηδη καλει. τι μελλεις;

Quibus in antiſtropha reſpondeant,

Νεκυων ες αυλαν,
Υπ' οφρυσι κυαναυγεσι
Βλεπων πτερωτος Αιδας.

266. Penthemimeris eſt trochaica.

V. 278. Εν σοι δ' εσμεν και ζην, και μη] Rectius *Buchananus*

pendet ab una
Te mea mors ac vita.

289. Ηους εχουσα ανθος] *Juventutis flore adhuc vigens.* Analogiam ſcilicet quam *aurora* ad *diem*, *juventus* habet ad *hominis ætatem.*

294. Ut conſtet metrum reſcribendum eſt φιτυσαντα præeunte *Anonymo* in Obſerv. Miſcell. in Auctor. Tom. 11. p. 198.

296. Κ' ουκ αν μονωθεις σης δαμαρτος εζης] *Valckenarius* ad

ad *Phœniſſ.* 761. ut incommodum vitetur particulæ και ter in trium verſuum continuorum initio repetitæ το και hinc eliminandum cenſet. Mihi fateor minime diſplicet repetitio iſta, amotâ autem particulâ, hiulca plane & elumbis evadit orationis ſtructura.

V. 302. Δικαια accuſativus eſt pluralis.

312. Ον και προσειπε, και προσερρηθη παλιν] Recte *Barneſius*; *Quem jam affatus eſt, & a quo compellatus eſt viciſſim.*

313. Κορευθηση, recte *Buchananus*, *In virginali ſtatu educaberis.*

314. Ποιας τυχουσα συζυγου τῳ σῳ πατρι] *Barneſius* recte vidit τῳ σῳ πατρι a συζυγου non a τυχουσα pendere.

316. Διαφθειρη γαμους, *Nuptiarum ſpem fruſtretur.*

321. Ουδ' ες τριτην μοι μηνος ερχεται κακον] *P. Brumoy* ad hunc locum adnotat, in more fuiſſe apud Athenienſes, ut credita ſolvi deberent primo menſis die: veriſimile autem eſſe, creditores mitiores moram debitoribus indulſiſſe duorum vel trium dierum, ita ut non niſi tertio menſis die debita exigerent.

326. Προ τουτου γαρ λεγειν ουχ ἁζομαι] Recte *Barneſius* edidit ουχ ἁζομαι, prout & *Buchananum* quoque legiſſe certum eſt. *Scholiaſtes*, etſi alteram memorat lectionem, hanc tamen calculo ſuo comprobat. Quod ad locum ex Oreſte a *Morello* allatum attinet, ibi quoque codicem MStum habere ουχ ἁζομαι teſtatur *Barneſius*, quam lectionem & veriorem eſſe mihi perſuaſum eſt.

334. Τωνδ' ονησιν, recte *Barneſius*, *Horum fruitionem.*

338. Στυγων μεν ἡ μ' ετικτεν, εχθαιρων δ' εμον Πατερα] Prorſus a ſcopo aberravit *Dan. Heinſius*, cujus Exercit. Sacr. hic laudat *Barneſius*, cum στυγειν & εχθαιρειν reddi debere contendit, *ſecundo loco habere*, non autem *odio proſequi*, quod ex infra dictis v. 636 — 642. 662 — 668. 734 — 738. manifeſtiſſime conſtat. Pejus tamen & mirum in modum lapſus eſt, cum illa, λογῳ γαρ ησαν ουκ εργῳ φιλοι, ita vertit, *ut quos diligam verbo tenus*, in quo tamen non aſſentientem habet *Barneſium*, quippe meliora edoctum.

355. Μ' ευφραινοις αν, *oblectes me.*

361. Ουθ' ούτ κατω ψυχοπομπος αυ Χαρων Εχει] Pro αυ recte reponit αν *Valckenar.* ad *Eurip. Phœniſſ.* 404.

366. Σοι ταμα θειναι πλευρα, συνθειναι πλας] In editionibus *Barneſianam* præcedentibus, legebatur

Σοι, ταῖσδε θειναι πλευρας, εκτειναι πλας.

At accuſativorum pluralium ſecundæ declinationis pariſyllaborum finales corripere Doricæ eſt dialecti proprium, haudquaquam vero Atticæ commune. Reſcribi igitur poteſt,

Σοι ταμα θειναι πλευρα, κἀκτεινειν πλας.

V. 387. Ουδεν αν λεγοις εμε, recte *Barneſius*, *Nihil me dixeris eſſe.*

396. Pherecrateus ex epitrito tertio pentaſyllabo & cretico.

399. Dochmaicus ex antiſpaſto pentaſyllabo & ſyllaba. In antiſtropha opponitur epitritus quartus pentaſyllabus.

400. Ionicus a minore ex ionicò pentaſyllabo, & καταληκτικη trochaica.

402. Antiſpaſticus ex dijambo, epitrito quarto & amphib.

410. Ut conſtet Metrum, legendum κουρα.

426. Πενθος γυναικος τησδε κοινουσθαι λεγω] Recte πενθειν repoſuit *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 375.

427. Και μελαμπεπλῳ στολη] In cod. *Florent.* legitur και μελαγχιμοις πεπλοις juxta ea quæ leguntur in *Phœniſſ.* 375, quorum memor Librarius ea hic quoque intruſiſſe videri poteſt. Quare autem aliquis hac lectione exturbata vulgatam potius intruderet haud facile eſt cogitatione aſſequi.

436. Ionicus eſt a majore ex ionico & ithyphallico. Similis eſt v. 443.

437. Ionicus a minore ex ionico pentaſyllabo & ithyphallico. Similes ſunt v. 442. & v. 460.

448 — 451. Ita hos verſus probabiliter ſane corrigit *Abreſchius* in Miſcell. Obſervat. tom. v. p. 84.

Σπαρτᾳ κυκλος ἁνικα Καρνειου
Περινισσεται ὡρας
Μηνος αειρομενας
Παννυχους σελανας,

ut ſententia ſit, *Sparta cum orbis Carnæi menſis redit in tempus, quod præbet noctes, quæ totæ a luna illuſtrantur.* Vide quæ ipſe vir doctus ubi ſupra commentatus eſt.

457. Ionicus a minore ex ionico & ditrochæo.

459. Antiſpaſticus ex epitrito primo pentaſyllabo, dijambo & ſyllaba. Dijambo in antiſtropha opponitur epitritus primus alter.

461. Recte hunc verſum in duos dividit *Morellus*, quorum prior ionicus a minore, ex ionico & trochaica καταληκτικη, choreo pro trochæo in antiſtropha ſubſtituto; alter, pæonicus dimeter, ex pæone tertio & ditrochæo.

462. Aſynartetus ex penthemimeri ſpondaica & baſi iambica.

V. 463. Glyconius πολυχρηματος, ex epitrito quarto pentaſyllabo & choriambo.

475. Metri ratione poſtulante & præeunte editione, ut puto, *Aldina*, certe *Baſilienſi*, pro αλυπος recte αλυπως reſcripſit *Grotius.*

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 446. lege ιυα δε και ιυδρα, & paullo infra, και πιξαι δε της ιτεας.

449. lege περικυκλουνται.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 504. Δεσποτη τε συμβαλων] Proculdubio legendum συμβαλω, nam το αν ſubintellectum dicere abſurdum eſt.

511. Ειπουν εστα σ' εξεπισταμαι] Cod. *Florent.* habet ειπουν δ' οντα quod concinnius. Vide *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 621.

565. Και τῳ μεν, οιμαι, δρων ταδ', ου φρονειν δοκω] Τῳ hic non pro τουτῳ ponitur, ſed pro τινι, nec ad Herculem referendum cenſeo, prout referunt *Buchananus*, Interpres vulgaris, & *P. Brumoy*, ſed ita locum vertendum; *Et eſt quidem, opinor, cui hæc faciens ſapere non videor.*

570. Pæonicus eſt ex pæone tertio & trochaica κατακλειδι.

588 — 596. Prava diſtinguendi ratio quæ in hoc loco hactenus obtinuit ſententiam prorſus perdidit. Ita diſtingue & verte,

> Τοι γαρ πολυμηλοτατον
> Εστιαν οικεις, περι καλλιναον
> Βοιβιαν λιμναν, αροτοις δε γυαν
> Και πεδων δαπεδοις. Ορον
> Αμφι μεν αελιου κνεφαιαν
> Ιπποστασιν, αιθερα
> Ταν Μολοσσων τιθεται·
> Ποντιον τ' Αιγαιον επ' ακταν
> Αλιμενον, Πηλιου κρατυνει.

Unde etiam copioſiſſimam domum habitas circa pulcherrimam Bœbiam paludem, terras vero arationibus (aptas ſcilicet) *camporumque æquoribus. Conterminum habet verſus ſolis quidem nocturna ſtabula* (id eſt, verſus occidentem) *Moloſſorum cœlum, & ad littus maris Ægæi importuoſum Pelium montem imperio regit.*

596. Antiſpaſticus eſt ex epitrito primo pentaſyllabo, dijambo, & ſyllaba.

605. Θεοσεβη φωτα κεδνα πραξειν] Interpres vulgaris κεδνα πραξειν perperam vertit, *Pie acturum eſſe.* Melius *Buchananus*, cui ſuccinit *P. Brumoy*, *ſucceſſura homini pio omnia recte.*

V. 613. Αγαλματα, recte *Barneſius*, *Grata munera.*

642. Ητ' αρα παντων διαπρεπεις αψυχια] Legendum omnino eſt Ητ' αρα, id eſt, Ητοι αρα, *Aut certe ſi tuus filius ſim.* Dipthongum autem in τοι ſequente vocali ſæpius apud Poetas Atticos eliſam conſtat. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Ajac.* 178. Particulæ iſtæ Ητοι & Ητι haud raro a Librariis confunduntur. Vide infra v. 732 & *Hippol.* 1028.

643. Ος τηλικος τ' ων] Longe, meâ ſententiâ, elegantior eſt lectio quam ex *Duporti* conjectura affert *Barneſius*, Ος τηλικος τ' ων, *qui cum adeo ſis grandævus.*

661. Τοιαυδε και συ χ' ἡ τεκουσ' ηλλαξατην] Recte vidit *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 1310. reponendum eſſe ηλλαξατον.

662. Τοι γαρ φυτευων παιδας ουκ ετ' αν φθανοις] Recte hæc vertit *Morellus*, *Ergo gignere liberos non amplius differas.*

675. 676. Ω παι, τιν' αυχεις ποτερα Λυδον, η Φρυγα
Κακοις ελαυνειν αργυρωνητον σεθεν] Conſtructio eſt, Ω παι, τινα αυχεις ελαυνειν κακοις, ωσπερ Λυδον η Φρυγα αργυρωνητον σεθεν; Certe τινα hoc in loco non *quænam*, ſed *quemnam*, ſignificat; τινα autem αυχειν pro eo quod eſt *aliquem ſuperbe alloqui*, vix Græce dici exiſtimo. Præterea, aut ελαυνειν ab αυχεις pendet, aut ελαυνεις reſcribi omnino poſtulabit conſtructionis ratio.

700. 701. Ει την παρουσαν κατθανειν πεισειας αν
Γυναικ' ὑπερ σου] Rectius hæc vertit *Buchananus*,

> *Si, ut quamque nactus conjugem ſis, ne mori*
> *Pro te recuſet, perſuadere poteris.*

724. Ουκ εγγελας γεροντα βασταζων νεκρον] Hæc καταφατικως, non ερωτηματικως dicuntur. Recte *Buchananus*,

> *Non funus efferſ lætus ac ridens ſenis.*

728. Ηδ' ουκ αναιδης] Hæc ad *Alceſtin* a vulgari Interprete recte referuntur. *Buchananus* & *P. Brumoy* de ſenectute explicant, quam explicationem, cum præcedat vox neutrius generis το γηρας, quomodo verba ferre queant non video.

V. 732.

V. 732. Ἦτ' ἆρ' Ἄκαστος] Lege Ἦτ' ἆρ' & vide ſupra ad v. 642.

737. 738. Νυδ' ει δ' απιστιν χρη με κηρυκων υπο
Την σην πατρῴαν εστιαν, απειπον αν] Interpres vulgaris *Buchananus* & *P. Brumoy*, ſenſum huic loco affigunt, quam verba, ut opinor, non ferunt; quaſi diceret Admetus "ſe patri paternam "domum publice interdicturum, ſi non decori "ſenſu prohiberetur." Ipſe longe aliam hujus loci ſententiam eſſe exiſtimo, & ita verto; *Si autem opus erat me patrio tuo lari vel per præcones renuntiare, renuntiaviſſem.*

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 488. lin. 7. lege συμβη.
680. lege αλλα και ακουσεις.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 771. 772. —— αρα τον ξενον
Στυγω δικαιως εν κακοις αφιγμενον] Perperam hæc vulgo interrogative accipiuntur; melius *Buchananus*, *Itaque jure hunc odero.*

781. 783. Plutarch. in Conſol. ad Apoll. hos verſus laudans habet δοκω pro οιμαι, & αυτον pro θνητον.

795. Πως μηδ' ἡμων πασδ' υπεβαλον τυχας] Lectionem quam ſuppeditat *Scholiaſtes* veram eſſe exiſtimo; πυλας ſcilicet pro τυχας. Non enim hæc dicit Hercules ad menſam diſcumbens, ut putat *Barneſius*, ſed e conclavi in ſcenam egreſſus ut Admeti ſervum quæreret.

802. Ο βιος αληθως ου βιος, αλλα συμφορα] Ita rectius hic verſus in cod. *Florentino* exhibetur,
Ου βιος αληθως ὁ βιος, αλλα συμφορα,
indicante *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 1168.

803. 804. — τον δε πρασσομεν
Ουκ οἱα κωμου και γελωτος αξια] *Morellus* ad hunc locum adnotat verbum πρασσειν, in ſenſu fortuna aliqua bona vel mala utendi, naturâ ſuâ non admittere accuſativum, ideoque adjectiva quæ ei juncta reperiuntur adverbialiter exponi & poſſe & debere. At hic ipſe locus erroris eum convincit; το οἱα enim adverbialiter accipi non poteſt.

810. Οθνειου γαρ εινεκ' ευ πενθει πικρου] Vir quidam doctus legit οθνειου γ' ουνεκ', elegantius, meo judicio. Codex autem *Florentinus* teſte *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 965. rectius ſcriptum ita exhibet, Ου χρην μ' οθνειου γ' ουνεκ' ευ πασχειν πικρου;

816. Αλλ' η πεπονθα δειν' απο ξενων εμων] Recte hunc verſum interrogative poſuit *Morellus*. Vide quæ notavimus ad *Hippolyt.* v. 932. 933.

822. Lege φης.

839. Lege εγειρατ'.

862. Lege ω μοι, ut conſtet metrum.

872. Aſynartetus ex duabus penthemimeribus iambicis.

876. Aſynartetus ex dijambo hemiholio & baſi anapæſtica.

V. 877. Glyconius ex dijambo & antiſpaſto; antitheticus ex antiſpaſto conſtat & epitrito ſecundo.

880. 881. — μη ποτε γημας
Οφελον οικειν μετα τησδε δομους] Suaviter plane *P. Brumoy* hæc ita interpretatur, quaſi "Admetus optaret ſe nunquam Alceſtin uxorem duxiſſe, "ſed tamen cum illa veluti cum ſorore eaſdem ha- "bitaſſe ædes," quæ quam longe a Poetæ mente diſtant nemo non vidit.

903. Periodus eſt catalectus.

904. Pherecrateus eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo, & dijambo catalecto.

921. Συζυγες εἰμεν, lege εἶμεν pro ειμεν.

951. Γαμοι γ' ελωσι Θεσσαλων] Forſan ἐλωσι, prout legiſſe videtur *Buchananus*, qui vertit, *enecabunt.*

964. Periodus eſt.

966. Similis eſt v. 963.

968. Pherecrateus eſt ſicut & proxime præcedens & proxime ſequens, & 965.

970. Ionicus eſt a majore & duobus ionicis & trochæo. In antithetico opponuntur moloſſus, ſyzygia trochaica, & ſimiliter trochæus.

971. Dochmaicus ex epitrito quarto hexaſyllabo & ſyllaba.

972. Αντιτεμων βροτοισι. De ſignificatione vocis αντιτεμων conſule *Stanleium* ad *Æſchyli Agam.* v. 17.

988. Glyconius ex epitrito quarto & dijambo.

990. Antiſpaſticus hemiholius ex epitrito quarto (vel in ſtropha ditrochæo) & iambo.

994. Antiſpaſticus dimeter hypercatalectus, ex epitrito quarto, dijambo & ſyllaba.

1000. Και τις δοχμιαν κελευθον
Εμβαινων] Verte, *Et aliquis iter in obliquum*, vel *a latere, deflectens.*

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 755. lege οὗτος ἡμιν τελευτᾳ.

Ad v. 892. lin. 4. lege γυναικα; ſed hæc *Barneſii* eſſe ſuſpicor, cum in *Stephaniana* non compareant.

902. dum multa *Barneſius* de ſuo interpolat, peſſimo ſane exemplo, *Scholium* in hunc verſum antiquum penitus omiſit, quod in editione *Stephaniana* occurrens ita ſe habet, την αοργον, λεγει, διαγει, & ad hunc verſum referri debet.

Ad v. 978. lege, αφ' οὗ επινευσε τινι.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 1010. 1011. — εγω δε σοις κακοισιν ηξιουν
Εγγυς παρεστως εξεταζεσθαι φιλος] Verte, *Ego vero, cum in malis tuis præſens aderam, dignum me cenſebam cujus amicitiam experirere.*

1025. Ad πολλων μοχθων ſubaudiendum puto γερας, aut ſimilis poteſtatis nomen quiddam, aut ſaltem præpoſitionem δια.

1055. *Morello* accedo reponenti θαλαμον εις, ut in ſede quarta vitetur anapæſtus.

1060. 1061. Και της θανουσης, αξια δε μοι σεβειν,
Πολλην προνοιαν δει μ' εχειν] Verte, *Et mortuæ, digna enim eſt quæ a me colatur, rationem quam maxime habere me oportet.*

1111. Ουκ αν μεθειην την γυναικα προσπολοις] In cod. *Florent.* pro την legitur σοις, monente *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 522.

1117. 1118. Ηρ. Τολμα προτεινειν χειρα, και θιγειν ξενης.
Αδ. Και μην προτεινω] In cod. *Florent.* concinnius hæc ita leguntur.

Ηρ. Τολμα· προτεινε χειρα, και θιγε ξενης.
Αδ. Και δη προτεινω ——

indicante *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 458.

V. 1137. Metri gratia legendum eſt φιτυσας. Vide ſupra ad v. 294.

1141. Lege φης.

1146. Πριν αν θεοισι τοισι νερτεροις
Αφαγνισηται] Αφαγνιζειν hoc in loco non ſignificat *purificare*, ſed potius *deſecrare*. Orcus enim, quando gladio totondiſſet Alceſtidis capillos, eam diis manibus ſacram dicaverat, quod diſerte ηγνισαι appellat Noſter, vide v. 75 — 77. Contraria igitur aliqua cæremonia deſecranda erat, antequam Admeto ejus conſuetudine & colloquio frui liceret.

1153. Veram lectionem eſſe puto, νοστιμον ελθοις ποδα; non enim adeo obvia hæc ut in Correctoris mentem facile venirent.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 1105. lege, απειπαι γυναικα η μη.

NOTÆ

NOTÆ IN ANDROMACHEN.

IN ARGUMENTUM.

Ad lin. 25. **T**O δε δραμα των δευτερων. Verti debuerat, *Hæc vero Fabula earum eſt quæ ſecundas in certamine tulerunt.* Vide *Fabric.* Bibl. Græc. tom. I. p. 643. Quod vero affirmat *Barneſius*, memorari a Cicerone in libro primo de Divinatione Ennium hanc fabulam Latino carmine donaſſe; totum illum librum attente perlegi, nihil tale tamen ibi dictum reperio. Verum quidem eſt Ennium *Andromachen* ſcripſiſſe, ſed alieni prorſus ab hac argumenti, ut recte ex reliquiis quæ exſtant conjectatur *Hieron. Columna.*

IN ACTUM PRIMUM.

V. 6. 7. Νυν δ' ου τις αλλη δυστυχεστατη γυνη
Εμου πεφυκεν, η γενησεται ποτε] *Valkenarius* ad *Phœniſſ.* 1589. ex *Scholiaſte* & cod. *Florent.* reponit ει τις, cui lectioni cum aperte repugnet verſus ſequens, hunc ſtatim pro more ſuo velut ſpurium effurcillandum contendit. Quibuſnam rationibus inductus ita ſtatuit, quæris? plane nullis, niſi pro ratione habendum ſit quod pertinaciter negat ſuperlativum pro comparativo poſitum moris eſſe *Euripidei*, atque in hac loquendi formula in univerſum tolerari poſſe. At ſuperlativum pro comparativo poſitum apud Atticos, Xenophontem, Ariſtophanem, Sophoclem, uſui venire jam olim oſtenderunt *Duportus* & *Daviſius*, quamobrem igitur non etiam apud *Euripidem?* Nimirum quia hunc uſum in indice quem ſibi concinnaverat vir doctus *Euripideo* non deprehenderat. Quis autem neſcit dramatum *Euripideorum* vix quartam partem ad nos perveniſſe ſuperſtitem? Quod ſi pro lege fixa rataque habendum ſit, omnem vocem, omnem vocis cujuſlibet conſtructionem, omnem loquendi formulam, quæ non niſi ſemel in λειψανοις *Euripideis* reperitur, pro adulterina & a mala manu profecta ſtatim exturbandam, quis non videt quam lata Criticorum audaciæ panditur porta qua ad multa etiam integerrima pro lubitu refingenda atque corrumpenda graſſari poſſint? Quod ad loquendi vero formulam attinet ellipticam eſſe puto, & ad genitivum εμου ſupplendum comparativum δυστυχεστερα ex ſuperlativo δυστυχεστατη repetitum.

V. 14. In Νεοπτολεμῳ duarum primarum ſyllabarum fit ſynizeſis.

43. Δομων παροικον, de Menelao recte interpretatur *Scholiaſtes.*

62. Δεινα γαρ τοι βουλεται] In codice regio *Pariſienſi* rectius legitur δεινα γαρ βουλευεται. Vide Hiſtor. Acad. Gallic. Inſcription. tom. v. p. 56.

82. Μων ου δοκει σοι φροντισαι τις αγγελων] Verte, *An mandata non curaſſe tibi videtur nunciorum aliquis?*

163 In eodem codice *Pariſienſi* ita rectius legitur hic verſus,

Ην δ' ουν βροτων τις σ' η θεων σωσαι θελῃ.

Vide Hiſtoriam ſupra laudatam tom. v. p. 57.

181. Εμφθονον τι χρημα θηλειων εφυ] *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 206. recte reſtituiſſe videtur το χρημα, quanquam non diſplicet etiam ſcriptura vulgata modo phraſin ellipticam eſſe ſtatuas, Εμφθονον τι χρημα το χρημα θηλειων εφυ.

193. 194. Ως η Λακαινα των Φρυγων μειων πολις,
Τυχη θ' υπερθη] Multum circa hunc locum ſe torquent *Canterus*, *Portus*, *Scaliger*, & *Barneſius*, ut & *Anonymus* quidam in Obſervat. Miſcellan. in Auctor. vol. I. p. 151, 152. At leviſſima & ſatis obvia emendatione veram lectionem ibidem reſtituit, ut puto, *Burmannus*, reponendo ſcilicet τυχη θ' υπερθῃ, *Et quaſi fortuna mea prævaleat*, aut *ſuperior evadat*; τυχη ſcilicet εμη.

V. 205.

V. 205. Αλλ' ει ξυνειναι μη 'πιτηδεια κυρεις] *Valkenar.* ad *Phœniſſ.* 768. reponit

Αλλ' εἰ ξυνειναι μη 'πιτηδεια, κορη

Sed hoc & nimis exquiſitum videtur & a veſtigiis veteris ſcripturæ longius recedit. Non diſplicet *Scaligeri* conjectura reponentis εἰ, malim tamen ſimplicius reponere Αλλα ξυνειναι.

236. Ο νους ὁ σος μοι μη ξυνοικειν, γυναι] Longe aliter hic verſus apud *Scholiaſt.* in Ariſtoph. Ran. v. 105. ita legitur,

Μη τον εμον οικει νουν, εγω γαρ αρκεσω.

239. Ουκ αν σιωπη Κυπριδος αλγησεις περι] Lege omnino cum *Scaligero* Ουκ ουν.

248. Η και προσω γαρ των εμων ψαυσεις κακων] Malim προσω γε.

254. Ως τουτ' αρηξει, κ' ου μενω ποσιν μολειν] Lege cum *Æm. Porto*, μενῶ.

259 Idem codex *Pariſienſis Duporti* conjecturam αἱματου auctoritate ſua ſtabilit.

272. Τοιουτον εσμεν ανθρωποις κακον] *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 1321. monet melius in cod. *Florent.* legi τοσουτον.

V. 279. Metrum conſtat ex pæone tertio, antiſpaſto, & ſyllaba; tale autem minus frequenter apud Poetas hoſce Tragicos obvium; inter antiſpaſtica tamen πολυζημαπσα non male recenſeri poſſe cenſeo. Certe in *Helena* v. 1370. glyconium habemus πολυζημαπσον ex ſimili pæone, cui in antithetico opponitur dijambus, & choriambo conſtantem. Vide notas noſtras in *Helen.* v. 1318.

283. Ταυδ' επι] Lege monente *Æmil. Porto* Ταις δ' επι.

284. Accuratius erit metrum ſi tranſpoſitis vocibus legamus νιψαντο πιδακων.

305. Ut metrum ſtrophæ reſpondeat legi poteſt, Πονους αν, οὓς.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 122. lin. 9. pro παιδων, lege παιδος.

222. Τη περι τους ανδρας σπουδη. hæc ad v. 228. ſunt referenda, & ſunt interpretatio vocis φιλανδρια.

268. lin. 4. lege στρατιαν.

IN ACTUM SECUNDUM.

V. 311. Longe rectius hunc verſum & ſequentem ita exhibet codex jam laudatus *Pariſienſis*,

Ει μεν γαρ ηυχεις θεας βρετας σωσαι τοδε,
Τουτον δε τους κρυψαντας.

323. Πλην τυχη φρονειν δοκειν, Verte, *Niſi quod procurante fortuna ſapere videantur.*

324. 325. Συ δη στρατηγων λογασιν Ελληνων ποτε,
Τροιαν αφειλου Πριαμον, ὡδε φαυλος ων] Hæc interrogative dicuntur.

326. Οσις θυγατρος αντι παιδος εκ λογων] Longe præferendam duco lectionem a *Scholiaſte* ſuppeditatam, αντιπαιδος, *Juvenculæ.* Præpoſitio enim αντι extra compoſitionem & genitivo juncta vix uſpiam, credo, deprehendetur ſignificare *contra*, *adverſus.*

336. Συ τουδ' αγωνιη φονου, Verte, *Tu reus eris cædis bujus.*

365. Και σου το σωφρον εξετοξευσε φρενος] Εξετοξευσε *Heſychius* interpretatur εξεπεσε, prout hîc reddi debuit; *Et moderatio animi tui te deſtituit.* Metaphora ſumta eſt a ſagittatoribus, non qui *a ſcopo aberrant*, ſed *qui omnes ſagittas ſagittando conſumſerunt.*

367. Lege φως.

398. Εξικμαζω, *evapero*, *exbalo*; infelix omnino eſt *Barneſii* conjectura reponentis εξιχνιαζω, nec quidquam ad rem pertinet quod circa ικμας pro δακρυ poſitum habet.

V. 403. Φονευσι θ' Εκτορος νυμφευομαι] Malim φονευσι γ'.

418. Οἱ επραξα, *qualia paſſa ſim*, non, *qualia fecerim.*

440. Οταν ταδ' η, τοτ' εισομεν' συ δε κτενω] Miror *Barneſium* pronunciare vulgatam lectionem εισομεν nullum habere ſenſum. Non aliam certe agnoſcit *Scholiaſtes*, qui & recte interpretatus eſt, ſenſu, ut mihi quidem videtur, Menelai ſuperbiæ & inſolentiæ optime accommodato. Lectio vero *Barneſiana*, quanquam ferenda, merâ tamen conjecturâ nititur. Jam demum comperio codicem jam laudatum *Pariſienſem* habere εισομεν.

441. Η και νεοσσον τονδ' ὑποπτερον σπασεις] Conjectura *Duporti* ὑποπτερον pro vulgata ὑπο πτερων minime mihi diſplicet, ſed verti debet, *quem ſub alis fovere ſoleo*, quo ſenſu eadem vox loco e *Barneſio* ex *Herc. Fur.* v. 71. allato uſurpatur. At ut *implumem* ſignificet, nec patitur Græci ſermonis uſus, neque analogiæ ratio.

443. Ita diſtingue

Οι μοι' τι δητα; σου κατασκενω, τεκνον;

Hei mibi! Quid tandem faciam? An te deplorare debeo, Fili?

444. Ουκουν, θρασεια γ' αυτον ελπις αναμενει] Θρασεια, ſequente particula γε, non vocativo, ſed recto caſu poni

poni manifeſtum eſt. Verte igitur, *Nequaquam, illum quidem ſpes manet ſecura.* Ironiâ ſcilicet utitur Menelaus.

V. 469. 470. Των μιαν μοι στεργετω ποσις γαμοις
Ακοινωνητον ευναν ανδρος.] *Scholiaſtes* veram hujus loci conſtructionem non vidit, quæ hæc eſt; στεργετω μοι ποσις γαμοις την μιαν ευνην ακοινωνητον ανδρος, ἐμου ſcilicet. *Maritus mihi ſit contentus in nuptiis uno thalamo, thalamo* ſcilicet *mariti mei non aliæ feminæ communicato.*

476. Τικτοντοιν δ᾽ ὑμνοιν εργαταιν δυοιν] Mihi potior videtur *Grotii* emendatio, quam improbat *Barneſius,* ὑμνων τ᾽ εν εργαταιν· niſi quod particulam τ᾽ poſt ὑμνων, quippe quæ conſtructioni inutilis, immo plane incommoda ſit abeſſe malim. Συνεργαται ὑμνων, quod ex *Duporti* eſt conjectura, ſunt, *ſe mutuo in pangendis hymnis adjuvant, & mutuam operam conſociant,* quæ ſignificatio hujus loci ſententiæ minus convenit. Quod vero dicit *Barneſius,* dativum pro genitivo poni ſolere, id quidem interdum fit, quando exprimitur certa relatio inter certas & determinatas perſonas, adeo ut una ad alteram pertinere, & ei quaſi tribui videatur; nunquam vero quando inter perſonam & rem, præſertim generalioris ſignificationis, exiſtit relatio. Ita Anglice dicimus, *John is father to Peter, Peter is ſon to John;* ſed nunquam dicimus, *a maker to watches, a rider to horſes,* & ſimilia. In codice autem *Pariſienſi* ita legitur hic verſus,

Τικτονοιν ὑμνων εργαταιν δυοιν

atque inde confirmari puto conjecturam *Grotianam.*

V. 479. 480. Ita hæc metra conſtituenda,

Κατα πηδαλιων διδυμα anapæſticus dimeter brachycatalectus

Πραπιδων γνωμα ionicus a minore monometer hypercatalectus;

& in antiſtropha

Μενελαε· δια γαρ πυρος ηλθ᾽
Ετερῳ λεχει.

484. Ut metrum antiſtrophico reſpondeat, lege πολιας.

494. Συγκροτον penultimam corripit; ut conſtet igitur metrum, vel alia vox ejus loco eſt reponenda, vel, interpolato δη, & mutato vocum ordine, legendum

Και μην συγκροτον ἐσορω τοδε δη.

520. Lege λιτων exigente metro.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 329. lin. 6. lege τοιουτου, & lin. 19. ὡς ει τις λεγοι.

335. lin. 2. lege τουτου παρα πολλοις.

359. lin. 3. lege ουχ ἡσσον.

440. lin. 5. ita interpunge, ὑπομιμνησκειν τοτε· επι μεν τω του παροντος κακου.

IN ACTUM TERTIUM.

V. 548. Ita hic verſus in laudato codice *Pariſienſi* legitur

Τι ταυτα και πως; κἀκ τινος λογου νοσει.

561. Ου γαρ μιας σε κληδονος ἀφιγμαι] Male Interpres κληδονα vertit *vocationem,* melius *Scholiaſtes* de *fama* exponit. *Non unius* (id eſt, ſolius) *famæ diligentia* vel *promptitudine te accerſivi, ſed* &c.

610. Αλλ᾽ ουτε ταυτῃ σοι φρονημ᾽ ὑπηρξατο] Mentem Poetæ minus aſſecutus eſt Interpres, ſententia, ut puto, eſt, *Sed ne hoc quidem modo adeo bene tibi ceſſit ut fortitudinem tuam demonſtrares,* id eſt, ut fortem te eſſe probares. Hunc locum explicant quæ ſequuntur v. 616 & ſeqq. επουριους eſt ab ουρος, *ventus ſecundus,* non ab ὁρος *terminus.*

641. Γαμβρον, *Socerum.* Vide *Hippolyt.* v. 634. 635. & *Barneſ.* ad *Rheſum* v. 260.

V. 646. Και τους φρονειν δοκουντας Ἑλληνων ποτε] Ad hæc απο κοινου repetendum ὡς σοφοι.

648. 649. —— αισχρα μεν σαυτῳ λεγεις,
Ἡμιν δ᾽ ονειδη] *Quæ tibi ipſi dedecori ſunt, nobis vero opprobria, dicis.*

650. Ην χρην σ᾽ ελαυνειν τησδ᾽ ὑπερ Νειλου ῥοας] Τησδ᾽, *huic,* Hermionæ ſcilicet, id eſt, *ejus gratia;* vel τηνδ᾽, prout in *Aldina,* ut puto, certe in *Baſilienſi,* legitur, *hancce* Andromachen.

661. Την δ᾽ εκ χερων ἁρπαζομαι] Αρπαζομαι hîc paſſivam habet ſignificationem, ut ſenſus ſit, *Hanc mihi ex manibus ereptam queror.*

680. Ελενη δ᾽ εμοχθησ᾽ ουχ ἑκουσ᾽ αλλ᾽ εκ θεων] Εμοχθησ᾽ elegantiſſime poſitum fruſtra ſollicitat *Barneſius.* Innuitur enim Helenam, non ex propria voluntate, ſed ungente inſania quadam divinitus immiſſa,

miſſa, domum Menelai reliquiſſe. Vide Notas ad *Helen.* v. 1525.

V. 683. Εὔκταν εις τἀνδρειον. Η δ' ὁμιλια] Verte, *Virtutem adepti ſunt bellicam. Conſuetudo vero —*

710. Ελα δι οικων τωνδ' επαναστας κομας] Vir quidam doctus pro τωνδ' reponit τανδ'.

723. Ut vitetur vocalium hiatus, reſcribe ξυλλα δεσμα μητρος.

731. Ουτ' ουν τι δρασω φλαυρον, ουτε πεισομαι] Φλαυρον non hic ſignificat *malum*, ſed *indignum*, *vile*.

736. Ut vitetur in quarta ſede anapæſtus, *Daweſius* in Miſcell. Critic. p. 308. 309. pro ὡσθ' ὑποχειριον reſcribendum cenſet κἀνυποχειριον, id eſt και ὑποχειριον.

746. Αδυνατος ουδεν αλλο πλην λεγειν μονον. Verte, *Ad alia omnia niſi ad verba cædenda impotens.*

753. Πηξαντες οιδε, προς βιαν αγουσι με] Πηξαντες non hic ſignificat *fugientes*, ſed *deliteſcentes*, *ſæpe occultantes.*

V. 772. Κηρυσσομενων δ' απ' εσθλων δωματων, verte, *Eorum autem qui clara proſapia editi celebrantur.*

777. Και θανουσι λαμπει] Rectius *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 277. κἀν θανουσι.

791. Lege Λαπιθαις, non Λαπιθαισι; verſus enim ſapphicus eſt epichoriambicus.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 586. l. 4. lege ὅτι βουλει.

600. lin. 5. lege juxta *Stephanianam*, διο.

687. lin. 2. lege juxta *Stephanianam*, ουκ εφονευσε την Ελενην, ουτως ουδε συ.

727. lin. 7. lege juxta *Stephanianam*, μη κεγτειν.

778. forſan legendum υπερ θαρρουντας.

IN ACTUM QUARTUM.

V. 802. 803. —— ὡς κακον κακοις
Διαδοχον εν τωδ' ἡμερᾳ πορευεται] Pro κακοις *Scaliger.* legit κακον, *Canterus* κακῳ. Quidni legeretur κακοις? In laudato codice *Pariſienſi* legitur κακῳ.

848. Εις πετρας, Verte, *In longinquum aliquem locum.* Longe meliorem autem lectionem ſuppeditat codex jam laudatus *Pariſienſis*

Που δ' εις πετρας αερθω;

Ubi ſuper rupes ſublimis ferar, ut inde, ſcilicet, me præcipitare poſſim.

850. Scribe πετεινον, verſus enim aſynartetus ex trochaica penthemimeri & dochmaico puro.

856. Ολει με, verte, *perdet me*, ſcilicet Neoptolemus. vide v. 920.

861. Φθιαδος εκ γας;] Notam interrogationis potius ponendam puto ad finem verſus præcedentis, ita ut hic verſus cum ſequentibus connecti poſſit.

931. Εχαυνωσαν, *animum mihi inflarunt.*

938. 939. 940. —— τι γαρ με εχρην
Ποσιν φυλασσειν, ἡ παρην ὁσων εδει;
Πολυς μεν ολβος,] Dele notam interrogationis poſt εδει, & eam repone poſt ολβος; ab hac enim voce pendet genitivus ὁσων εδει.

949. Πολλαι δε μαργοτητι] Subaudi συμβαινουσι λεχος, quæ e ſuperioribus repetenda. Verte, *Multæ vero propria laſcivia inductæ in toro nuptiali violando adjutrices ſunt.*

961. Φυλαξας εχων idem valet ac φυλασσων, *obſervans*, & ab hoc participio pendent ſequentia, ειτε μενεις, ειτ' αποιχησθαι θελεις.

V. 964. 965. 966. Ηλθον τας σας μεν ου μενων επιστολας,
Ει δ' ενδιδοις, ὡσπερ ενδιδως, λογους,
Πεμψω σ' απ' οικων τωνδ'] Conſtructio exigere videtur ut ſcribatur πεμψαι, quod a præcedente ηλθον pendebit. Sin vero verbo temporis præteriti imperfecti formæ potentialis ſubjungatur temporis futuri verbum, minime conſtabit temporum ratio, ut expendenti manifeſtum erit. Το ενδιδοις autem tempus præteritum hîc deſignare patet ex ſubjuncto ὡσπερ ενδιδως.

977. 978. Ο δ' εν ὑβρεις, εις τ' εμης μητρος φονον
Τας θ' αἱματωπους θεας ονειδιζων εμοι] Mallem legere
ὡς εμης μητρος φονον
Τας θ' αἱματωπους θεας ονειδιζειν εμοι.

1010. Ευτειχη παγον, *bene munitum collem.* Hinc, opinor, apud Homerum, Ιλιον αιπυ, & αιπεινην, & ηνεμοεσσαν.

1013. 1014. 1015. Τινος ουνεκ' ατιμον οργανον χερα τεκτοσυνας
Ενυαλιῳ δοριμηστορι προσθεντες] Verte, *Qua de cauſa manum veſtram, ædificandi inſtrumentum, inbonoratam Marti jaculandi perito addicentes.* Horum autem verſuum tertius prorſus αμετρος eſt, & in duos ad hunc modum dividi debet

Ενυαλιῳ δορι- ionicus a majore dimeter catalectus

μηστορι

μεσσοι φευσθεντες penthemimeris dactylica;
& antitheticus ſimiliter,

τε ουδ᾽ επ πυρ επι-
βωμιον εν Τροια.

V. 1031 — 1034. —— ὅτι νιν
Αργοθεν πορευθεις,
Αγαμεμνονιος κελωρ,
Αδυτον επεβας κτεανον, ματρος φονευς]
Locus proculdubio corruptus eſt, quippe ex quo nullum commodum ſenſum elicere licet. Non enim Argis, ſed Argos, profectus eſt Oreſtes quando matrem interfecit, neque per αδυτα κτεανα *oraculum Delphicum* recte deſignari puto. Nam etiamſi demus hac voce exprimi theſauros illos ibi aſſervatos quorum infra v. 1093 fit mentio, at accurati ſermonis uſus vix admittit κτεανα δυνειν, *theſauros ſubire* vel *ingredi*, & adhuc etiam minus κτεανον επεβαινειν, *theſauros aſcendere*. Adde quod vox κτεανον metrum etiam jugulat, & latere ulcus indicat. Si conjecturis indulgere fas ſit, pro Αργοθεν reponi velim Αγροθεν, & pro κτεανον, εκτανεν, ut hæc totius loci ſententia ſit; *Dei, dei in eam animadvertit mandatum vaticinium, quando eam Agamemnonius filius rure profectus, adyta* (ſive *penetralia*, interiores ſcilicet ædium partes in quas viris non licebat penetrare) *ingreſſus, occidit, matris exiſtens interfector*. In Noſtri autem *Electra* a prædio hujus mariti ruſtico ad matris cædem profectus inducitur Oreſtes. Horum verſuum ultimus in duos ita dividi debet,

Αδυτον επεβας anapæſtica baſis
Εκτανεν ματρος φονευς Euripideus;

& antitheticus ſimiliter,

Δειβα δε Φρυγων
Και προς ευκαρπους γυας.

V. 1036. 1037. 1038. Πολλαι δ᾽ αν Ελλανων
Αγορους ςοναχας
Μελποντο δυςανων τεκεων αλοχοι] Fateor me eſſe in numero ſciolorum quibus *Barneſius* exprobat vim particulæ αν parum perſpectam, nullum enim hîc locum habere eam poſſe exiſtimo. Sin autem αν᾽ pro ανα legas, & αγορας retineas (quam vocem nihil hîc ſignificare miror *Barneſium* affirmantem) omnia erunt perſpicua. Legere tamen neceſſe erit cum *Cantero* in ſecundo ſtrophes verſu, ut metrum antiſtrophæ reſpondeat

Ιδιας αλοχου παλαμαις.

1038. Δυςανων τεκεων αλοχοι. Verte, *Infelicium filiorum conjuges*, eorum ſcilicet qui ad Trojam perierant, & quibus patres adhuc erant ſuperſtites, unde & filii appellantur. Nam verſionem vulgarem, juxta quam *uxores* dicuntur *propter infelices filios gemitus edidiſſe*, vix probabilem puto; cum hæ ipſæ uxores, verbis proxime ſequentibus, dicantur reliquiſſe domos, & ad alium maritum iviſſe, quod non ob filii ſed mariti mortem contigiſſe credere par eſt. Lectorem tamen non celandum puto, me eo potius propendere ut credam *Euripidem* ſcripſiſſe δυςανων λεχεων, ut hæc ſcilicet a particula ενεκα ſubintellectâ pendere intelligantur.

1046. Σπηλαιων αϊδα φονον] Malim legere generandi caſu αϊδα.

IN SCHOLIASTEM.

Ad v. 889. legendum videtur μαχαιρα κεχειρισμενος.

IN ACTUM QUINTUM.

V. 1079. 1080. Ακουσον, ει και σοις φιλοις αμυναθειν
Χρηζεις το πραχθεν, συν κατορθωσας δεμας] Diſtingue, *Commeliniana* præeunte, poſt χρηζεις, & ita verte; *Audi, ſi quidem amicos tuos ulciſci velis, facinus, erigens tuum corpus.*

1099. Φρουραν εταξαντ᾽ εν περιςυλοις δομοις] Legendum opinor Φρουραν τ᾽ εταξαντ᾽.

1101. Ουδεν τωδε πω πεπυσμενοι] Lege juxta *Commelinianam* τωνδε πω.

1102. Λαβοντες ημεν, εσμερας τ᾽ εφεςαμεν] Legendum puto ημεν, *profecti eramus.*

1105. Τινος ἱκεις μετα] Rectius in cod. *Florent.* legi τινος ἱκεις χαριν; teſtatur *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 1327.

V. 1114. 1115. Τωδε ξιφηρης αρ᾽ ὑφεισηκει λοχος
Δαφνη σκιασθεις] Lege Τῳ δε, ita enim hæc verti debere exiſtimo; *In hunc autem inſurrexit manipulus gladiis armatus qui pone laureta delituerat.* Δαφνη σκιασθεις de inſidiatorum manu, opponitur, ni fallor, τῳ ὁ μεν κατ᾽ ομμα ςας de Neoptolemo.

1115. 1116. —— ὧν Κλυταιμνηςρας τοκος
Εις ην, ἁπαντων τωνδε μηχανορραφος] Inter Commentar. Acad. Gallic. Inſcription. tom. XI. p. 410 & 428. duas diſſertationes ſuper hac fabula edidit *Hardio*, in quibus, & annum quo primum publice exhibita eſt definire conatur, plurimas alluſiones

ſiones

ſiones ad publicum Athenienſium rerum tunc temporis ſtatum indicat, de choro ſigillatim tractat, *Euripidem* etiam a crimine læſæ veriſimilitudinis, in fabulæ conſtitutione, præſertim vero in actu quinto, liberare contendit. Negat enim *Euripidem* uſpiam dixiſſe, aut anſam ullam dediſſe ſupponendi, Oreſtem cædi Neoptolemi Delphis patratæ interfuiſſe. Cum vero fateatur, omnes Interpretes contrarium ſentire, in errorem eos inductos vult prava interpunctione horum verſuum. Tollit igitur diſtinctionem quæ poſt εις τι hactenus obtinuit, &, hoc ſibi conceſſo, affirmat hunc locum nihil aliud ſignificare, quam Oreſtem unum totius hujus conjurationis auctorem fuiſſe & architectum. Vellem equidem hoc tam verum eſſe quam ſolerter fuit excogitatum. Paucis tamen, ut opinor, ſententiam ſuam perſuadebit vir eruditus, & ut perſuadeat, obſcuritatis certe culpa & ambiguitatis, in re maximi ad fabulæ œconomiam momenti, nequaquam erit liber Poeta. Si enim Oreſtem cædi adfuiſſe lectores credere voluiſſet, magis perſpicuis verbis quam nunc uſus eſt nullis uti potuiſſet. Quid quod poſtea v. 1242. hæc cædes diſerte dicitur φονος βιαιος της Ορεστειας χερος; quanquam circa hunc etiam locum anſam aliquid reponendi non deeſſe non ſum neſcius. In verſu etiam 1075. Neoptolemus dicitur φασγανου πληγας εχειν υπο Μυκηναιου ξενου, quod dici non potuiſſe, niſi Oreſtes cædi interfuiſſet, nemo non videt. Vide etiam Virgilium, qui *Euripidem* ſecutus videtur, Æneid lib. III. v. 332.

V. 1121. Εξελκει δε, ſubaudiendum puto φασγανον, gladium quem ipſe gerebat Neoptolemus; arma enim quæ porticus clavis appenſa detraxit, defenſiva fuiſſe videntur, clypeus nimirum & galea.

1130. Lege και 'φυλασσετ'.

1133. Εκλυτοι τ' αμφωβολοι] Ut πεμπωβολον apud Homerum inſtrumentum deſignat quinque verua uni manubrio infixa habens, ita αμφωβολον inſtrumentum eſſe puto ex cujus manubrio utrinque exſtabat veru. Ideo autem εκλυτοι dicuntur, quia prius e manubrio verua eximebat turba illa Delphica, quam ea contra Neoptolemum jacularetur.

1145. Πετραισιν αντεκλαγξεν, *Saxis repercuſſus reſonuit.*

1175. 1176. 1177. Horum verſuum metra confuſa & turbata ita reſtitui poſſunt,

Ιω, μοι, μοι, αι, αι. ω πολι
Θεσσαλια, διολωλαμεν' οιχομεθ'·
Ουκ ετι μοι γενος, ουκ ετι μοι τεκνα —

V. 1179. Metrum hujus verſus mutilum reſtituere potes interpolatione vocis κακα, ut ita legatur

Ω σχετλια παθων κακ' εγω, εις τινα —

eandem locutionis formam habes ſupra v. 31.

Κακοις προς αυτης σχετλιοις ελαυνομαι —

1183. Verſum hunc etiam claudicantem ita explere, ſi lubet, potes,

Την Σκυρωτιδα παρα γ' ακταν.

1189. 1190. Μηποτε σων λεχεων το δυσωνυμον
Ωφελ' εμον γενος εις τεκνα και δομον] Parum abeſt quin pro εμον putem εμοι legendum; vix enim, prout nunc ſe habet hic locus, ſenſus aliqualis extundi poteſt. Hac autem emendatione admiſſa, ita procedet ſententia. *Utinam nunquam, tuarum nuptiarum gratia, infauſtum mihi genus* (Atridarum ſcilicet) *inter liberos & intra domum admiſſum fuiſſet*; *Hermiones dico Plutonem*, vel malum genium, *in tui exitium, fili, ſed prius fulmine periiſſem*, vel *periiſſet*, iſtud ſcilicet genus.

1195. 1196. Cum uterque horum verſuum mutilus ſit, facile ſuppleri poſſunt legendo

Αιμα το διογενες ποτε Φοιβον
Βροτος ων εις γε θεον αναψαι.

Hæc etiam apud *Barneſium* minus, ut puto, recte verſa leguntur; ita potius redde, *Neque propter patris tui cædem ſagitta patratam, ſanguinem Jove oriundum Phœbo, mortalis cum ſis, deo imputaſſes.*

1199. Νομος των νερτερων eſt Cantilena, qua nuper mortuos proſequi mos erat, ſeu *Cantilena funebris.*

1208. Θανειν σε, πρεσβυ, χρην προς των σων τεκνων] In cod. *Florent.* teſte *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 965. legitur

προς, Πηλευ, τεκνων.

1220. Κομπω μεταρσιω προσω verti debet, *Cum ſtrepitu aerio procul*; metaphora eſt ſumpta a ſtrepitu quem edunt alæ volucrum cum avolant.

1225. Lege προς τε γαν, ut integrum habeas metrum.

1226. Ιω, ιω, vel extra metrum eſt, vel baſis eſt anapæſtica.

1237. Vide notam ad *Hippolyt.* v. 453.

1244. Μολοσσιαν γαρ χρην κατοικησαι, γερον] In cod. *Florent.* rectius legitur χρη. Vide *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 965.

1252. Παλλαδος προμηθια] Longe melius in laudato codice *Regio Pariſienſi* legitur Παλλαδος προθυμια, *Palladis ſtudio.*

1283. Ου γαρ ποτ' αν πραξειαν εκ θεων κακως] Longe malim καλως, quod *Barneſius* teſtatur in quibuſdam exemplaribus legi.

NOTÆ IN SUPPLICES.

V. 30. 31. —— ἐνθα πρωτον φαινεται
Φριξας ὑπερ γης τησδε καρπιμος σταχυς] *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 674. conjicit πρωτ' ἐφαινετο, ſed mutatione nihil opus; πρωτον enim φαινεται eſt *primum apparere ſolet.*

32. Δεσμον δ' αδεσμον τονδ' ἐχουσα φυλλαδος] Peſſime hæc apud *Barneſium* vertuntur. Δεσμος αδεσμος φυλλαδος eſt "Circulus ille Argivarum matronarum quæ Æ- "thram, frondes manibus geſtantes, circumcinge- "bant." Eandem rem infra v. 39. Poeta vocat αναγκας ἱκεσιους quas Theſeus λυσαι debebat, & quas poſtea v. 359. revera ſolvit, jubens matronas στειχ' αφαιρειν στεφη μητρος, προς οικους ὡς νιν Αιγεως αγοι. Vide & v. 102. 103.

42 — 70. Hujus ſyſtematis carmina ita fœde luxata, ac miſere ſunt confuſa, ut, ni titulum Αναπαιστοι in fronte gererent, nemo anapæſticum eſſe ſyſtema ſuſpicaretur. Metrum autem reſtituere, & carmina rite diſponere, conati ſumus, ſenis tantum in locis vulgatâ ſcripturâ leviſſime immutatâ, ſententia ubique eadem manente. In ſecundo ſcilicet verſu delevi articulum το, in tertio interpolavi ἐμα, in octavo duplicato σ pro ξυσα poſui ξυσσα (vide Homer. Iliad. I. v. 499.) in decimo tertio pro κουρον repoſui κορον, in decimo quarto delevi σφ, in ultimo denique interpoſui δη.

1. Ἱκετευω σε γεραια γεραρων
2. Ἐκ στοματων, πεσεις γονυ πιτνουσα σον,
3. Ανα μοι τεκν' ἐμα λυσαι φθιμενων
4. Νεκυων, οἱ καταλειπουσι μελη,
5. Θανατῳ λυσιμε-
6. λει, θηρσιν ορειοισι βοραν,
7. Εσιδουσ' οικτρα μεν οσσων δακρυ' αμ-
8. φι βλεφαροις, ξυσσα δε σαρκων πολι-
9. αν, καταδρυμματα χειρων. τι γαρ; ἁ
10. Φθιμενους παιδας ἐμους ουτε δομοις
11. Προθεμαν, ουτε τα-
12. φων χωματα γαιας ἐσορω.
13. Ετικες και συ ποτ', ω ποτνια, κορον,
14. Φιλα ποιησαμενα λεκτρα ποσει.
15. Μετα νυν δος ἐμοι σας διανοιας·
16. Μεταδος δ' ὁσσον ἐπαλγω μελεα,
17. Των φθιμενων οὑς ἐτεκον. παραπει-
18. σον δε σον ὁν λισσομεθ' ἐλθειν, τεκνον,
19. Ισμηνον, ἐμαν τ' εις χερα θεσθαι
20. Νεκυων θαλερων σωματα, λαϊνον
21. Εις ταφον. Οσιως ουχ', ὑπ' αναγκας
22. Δε, προπιτνουσα, προσαιτουσ', ἐμολον
23. Δεξιπυρους θεων θυμελας. ἐχομεν δ'
24. Ενδικα· και σοι τι παρεστι σθενος,
25. Ως' ευτεκνια δυστυχιαν την
26. Παρ' ἐμοι καθελειν.
27. Οικτρα δε πασχουσ', ἱκετευω τον ἐ-
28. μον παιδα ταλαιν', ἐν χερι θεσθαι,
29. Νεκυ' αμφιβαλειν
30. Λυγρα μελη δη παιδος ἐμου.

Quod ſi quis mihi objecerit, contra legem illam metricam, quam eruditiſſimus juxta atque acutiſſimus *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 224. ratam fixamque haberi vult, nempe in verſu paroemiaco ſyllabam catalecticam ſoli anapæſto ſubjici oportere, in hoc ſyſtemate plus ſemel peccari, pace tanti viri reſpondeo, legem illam non ubique apud Poetas tragicos obſervatam reperiri. Exempli gratiâ, apud *Æſchylum Agamem.* v. 374. paroemiaci ſyllabam catalecticam proxime præcedit ſpondæus

Βελος ηλιθιον σκηψειεν.

V. 44. 45. Ανα μοι τεκν' ἐμα λυσαι φθιμενων
Νεκυων, οἱ καταλειπουσι μελη] Verte ad mentem *Brodæi*; *Ut redimas mihi filios ex exſtinctis mortuis, qui relinquunt* &c.

57. 58. Μετα νυν δος ἐμοι σας διανοιας·
Μεταδος δ' ὁσσον ἐπαλγω μελεα] Ita Verte, *Des mihi locum inter cogitationes tuas, Des locum inter cogitationes*, id eſt, *animadverte, conſidera, quantum miſera doleo.*

63. Εις ταφον. Οσιως ουχ', ὑπ' αναγκας Δε] Interpunctionem *Canteri* ſequor. Dicitur autem ὁσιως ουχ', quia ſordido & funebri veſtitu indutæ aras deorum accedebant, quem veſtitum Theſeus infra v. 97. advertens appellat πεπλωματ' ου θεωρικα.

V. 72. Ut conſtet metrum, omnino pro προσπολων legendum

gendum ποιητικῶν. Verſus enim aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus, iambica & trochaica.

V. 74. Ιτε χορον, verte, *Ite Choream*, id eſt, χορευετε.

76. Παρθενιδος per contractionem πεπυλλαδων legi debet.

78. Τα γαρ φθιτων τοις ζωσι κοσμος. Verte, *Honores enim mortuorum ſunt viventium decus.*

82. Lege ανι, ut conſtet metrum.

89. Ως φοβος μ' αναπτερει. Verte, *Nam metus mihi alas addit.*

127. Lege ν' κομπει.

137. Τιν' τις ερωτα τησδε κηδειας μολων. Verte, *Quali cupidine hujus affinitatis inductus.*

139. Κραινων, *definiens*, *edicens*.

145. Η τοις εδωκας] Lege τοισδ' præeunte *Valckenar*. ad *Phœniſſ.* 423.

156. Scribe εγω 'σφαλην.

161. Ευψυχιαν εσπευσας] Minime ſollicitanda eſt vulgata lectio. Σπευδω enim hîc & ſæpe alias poteſtate gaudet tranſitiva. Lexicographos adeas. Ita *I. hig. in Taur*. v. 1351. 1352.

οἱ δε κλιμακας
Σπευδοντες, ηγον δια χερων πρυμνησια.

& *Ion*. v. 378.

Α γ' αρ βια σπευδομεν ακοντων θεων.

ubi vide omnino *H. Stephani* notam.

162. Hunc quoque verſum Theſeo, non Adraſto, tribuendum recte monet *Valckenar.* ad *Phœniſſ.*

187. Σπαρτη μεν η 'μη και ποικιλαι τροποις] Vulgata lectio Σπαρτη μεν η 'μη manifeſte vitioſa eſt. Nunquam enim Sparta Adraſti erat, aut ejus imperio parebat, ſed tunc temporis a Tyndareo regebatur. Et ſi maxime concedamus tunc Adraſto ſubditam fuiſſe, hoc potius argumentum ſuppeditaret, quare eam civitatem ſibi in hoc bello adjutricem adjungeret, quam quare ejus auxilium negligeret, aut repudiaret, & in ſolis Athenienſibus omnem ſpem ſuam collocaret. Lege igitur, Σπαρτη μεν ωμη, *Sparta quidem eſt immiſericors, & moribus inconſtans*; nam ποικιλαι τροποις idem valet ac ποικιλοτροπος εστ. Eandem morum inconſtantiam, & parum tutam fidem Spartanis exprobrat Poeta in *Andromach*. v. 445 — 452.

195. Lege δη 'πονο' —

208. Αιθην εξαμυναθαι θεου] Forſan legendum αιθην τ', id eſt, αιθην τι.

220. 221. Οστις κορας μεν, θεσφατοις Φοιβου ζυγεις,
Ξενοισιν ωδ' εδωκας, ως ζωντων θεων] Mire hîc ſe torquent Interpretes. *Scaliger*. pro ζωντων legit λωντων, ſed vocem eam, cum Dorica ſit, vix apud ſcriptorem Atticum locum habere poſſe arbitror. Alii legunt δοντων, nulla ſententiæ inde accedente perſpicuitate; quin ſi quid mutandum foret melius adhuc reponeretur οντων. Interpres vulgaris lepide reddit, *ut viventibus diis*, i. e. quaſi dii mortui eſſent. *Barneſii* explicatio inter ejus notas relata, non magis ad rem præſentem pertinet, & ex Poetæ verbis nullis machinis exſculpi poteſt. Ut meam autem de ſenſu hujus loci (cujus conſtructio paullo intricatior eſt) ſententiam interponam; obſervandum præcipue eſſe cenſeo, το μεν in horum verſuum priori reſpondere τῳ δε in v. 229. ita ut ſeptem verſus interpoſiti v. 222 — 228. quaſi in parentheſi collocantur. Hoc modo facilis & perſpicua evadet ſententia. *Qui filias quidem, oraculis Phœbi conſtrictus, hoſpitibus ita dediſti ac ſi viverent dii* (id eſt, ac ſi dii revera exiſterent, & omnia eorum poteſtati ſubjicerentur) — *in expeditionem vero omnes Argivos ducens, cum vates contra eam pronuntiaſſent, tunc, oraculis contemptis, diiſque & eorum mandatis violenter poſthabitis, civitatem perdidiſti.*

V. 225. Εις φοβους, Verte, præeunte *Brodæo*, *Terrorum remedia.*

230. Μαντεων λεγοντων, θεσφατ' εις ατιμασας] Diſtingue poſt θεσφατα, non poſt λεγοντων.

235. Υβριζη, *inſolenter ſe gerat.*

248. Ut vitetur in quarta ſede anapæſtus, lege, χαιρων ισθ' ου μη γαρ.

249. Πιεζειν την τυχην ἡμας λιαν] Verte, *Fortunam tuam nos etiam opprimere nimium eſt.*

250. *Samuel Petitus* Miſcellan. lib. III. cap. 17. recte monet ætatis juvenilis excuſationem Adraſto jam Polynicis & Tydei ſocero minime convenire. Reponit igitur, &, ut opinor ſatis commode,

Ημαρτεν. εν τοιοισι δ' ανθρωπων τοδε
Ενεστι.

258. 259. Αγ' ω γεραιαι, στειχετε γλαυκην χλοην
Αυτου λιπουσαι φυλλαδος καταστροφη] *Duporto* & *Scaligero* omnino accedo legentibus καταστεφη. Hinc ſcilicet docemur ſupplicibus in more fuiſſe, ſi precum nulla haberetur ratio ramos quos geſtabant in terram projicere, ibique relinquere, ad deos nimirum ſupplicum patronos & vindices provocantes. Verte autem, *Procedite viridem hic herbam ramis obductam relinquentes.*

263. Ος Πελοπος ην παις, Πελοπιας δ' ἡμεις χθονος] *Sam. Petitus* Miſcell. lib. III. cap. 17. nihil hîc deeſſe, ſed unius literulæ mutatione locum probe ſanari cenſet. Reponit ſcilicet

Ως Πελοπος ην παις, Πελοπιας δ' ἡμεις χθονος

ut hæc æque cum verſu proxime præcedente pendeant a θιγειν μαρτυρας, & παις hoc in loco, ut ſæpe alias,

alias, *pronepotem* non *filium* ſignificet. Sed etiam ita reſtat ſcabrities quædam dictioni adhærens quam ægre fert palatum, quapropter veriſimilius eſſe judico verſum ſaltem unum hinc per Librariorum oſcitantiam excidiſſe.

V. 273. Τικνον τι θνατων κομισαι δεμας] Lege τεκνων τεθνεωτων, pro τεθνεωτων, nullam enim hic locum habere poteſt particula τι. Porro κομισαι δεμας verte, *ut ſolennia funeris impertiatur cadaveri.* Hac autem ſignificatione frui verbum κομιζειν notum eſt. *Sophocl. Ajac.* v. 1413.

Κἀι τινα ϛρατου
Θιλεις κομιζειν, ουδεν αλγος ἰξομεν.

275. 276. Ita horum verſuum metra conſtituenda,

Ιω μοι.
Λαβετε, φερετε, πεμπετε, κρινετε dimeter trochaicus
Ταλαινας χειρες γεραιας glyconius.

277. Ut conſtet metrum lege παις γε γεννάδος.

278. 279. Ita hi verſus concinnari & conſtitui debent,

Αιτουμαι αμφιπιτνουσα τα σα γονυ
Και χερα, δειλαιαν.

Interpunctio verſus ſecundi ad mentem eſt *Scaligeri.*

284. Βλεφον εμων βλεφαρων επιδακρυον] Lege cum *Æm. Porto* επι δακρυον, duabus vocibus, ita ut εμων βλεφαρων regatur a præpoſitione επι poſt poſita.

292. Ου συ τωνδ' εφυς, *Non tu harum gnata es.*

304. 305. —— ει μεν μη 'δικουμενοις εχρην
Τολμηρον ειναι] Verte, *ſi non oporteret injuſta paſſis audaciam ineſſe.*

322. Τοις κερτομουσι, Γοργον' ὡς, αναβλεπει] Legendum opinor Γοργω ὡς. Certe non video quem ſenſum efficit *Barneſii* conſtructio.

364. Τοιαδ' αν τεκνοισι δω] Lege juxta *Aldinam, Æm. Portum,* & *Scaligerum,* ἀ 'ν, id eſt, ἁ αν; cum enim præcedat καλλιστον ερανον δους, *bona* tantum hac phraſi intelligi poſſunt, non indiſcriminatim *bona* aut *mala*, ut putat *Barneſius.*

370. 371. —— ετι ματερος αγαλμα
Φονιον εξελοι] Verte, *Matris adhæc effigiem, filium* ſcilicet *interfectum, inde auferat.* Chorus enim, quæ ex matribus interemptorum ducum conſtabat, filios ſuos hic vocat *matrum effigies* vel *imagines*, optatque ut Theſeus cadavera eorum aſportet. Eadem phraſi utitur Poeta infra v. 1164.

Φιλον αγαλμ' οψομαι σης ματρος

φονιον autem hic ponitur pro αἱματοεν, εν φονω κειμενον, vel φονω πεφυρμενον.

372. Ut metrum ſtrophico reſpondeat, legendum opinor των Ιναχου, epitritum tertium pro dijambo; verſus enim eſt periodicus.

V. 375. Τιμαῖπολις ſecundum *Grotii* verſionem, quam rectam puto, refertur ad quod præcedit ευσεβης πονος. *Pius* ſcilicet *labor gratiam perpetuam habet, honorem adferens civitati.*

377. Αμυνε ματρι πολις, αμυνε Παλλαδος] Diſtinguendum poſt ματρι, non poſt πολις, ut ſententia ſit, *ſuccurre matri* (id eſt, ei quæ maternos affectus experta eſt). *ſuccurre civitas Palladis.* Fallitur autem proculdubio *Scaliger.* not. in Catull. LXVIII. 34. edit. *Pariſ.* in fol. cum vocem ματρι ita accipit, quaſi Argos Athenarum diceretur metropolis. Atqui auribus minime faventibus hoc audituri erant Athenienſes, qui ſe gentium antiquiſſimam & αυτοχθονας eſſe gloriabantur.

379. Ηκειν πημαιν, *deprimere, inhibere, pœnam infligere.* *Canterus* mavult legere πημαιν', quod & melius puto.

396. 397. Καδμειος, ὡς εοικεν, ου σαφ' οιδ' οτι
Κηρυξ, εισηκει,] Minutum eſt, ſed tamen mallem Κηρυξ cum Καδμειος jungi, quam vocandi caſu accipi.

409. Εν μεν τοδ' ἡμιν, ὡσπερ εν πεσσοις, διδως
Κρεισσον.] Verte, *Unum quidem hoc nobis, ſicut in calculorum ludo, das auctarii loco.* Metaphora eſt ſumpta a legibus luſoriis, ubi ſæpe peritus imperitiori unum, duo vel plura, in ludi computo puncta gratis concedit, antequam incipiat ludus, ut ejus imperitiæ velut ſupplementum ſint, & partes exinde æquentur.

417. Μη διορθωνων λογους, *Non bene diſcernens rationes.*

426. Κομψος γ' ὁ κηρυξ, και παρεργατης λογων] Minus neceſſario *Barneſius* mavult περιεργατης. Παρεργατης enim λογων eſt *qui extra propoſitum ſermones fabricatur.*

432. Και τοδ' ουκ ετ' εϛι σοι] Peſſime hæc reddit vulgaris Interpres, nec bene, aut ad mentem Poetæ, *Grotius.* Verte, *Et hoc tibi non adhuc exiſtit*, Leges ſcilicet, "quarum non adhuc tibi copia eſt facta, "ut eas cognoſcas, & juxta eas actiones tuas di-"rigas, & jura tua tueare; quippe quæ ſub ty-"rannide nullæ ſunt certæ & ſtabiles, ſed pro-"petulanti tyranni voluntate in horas mutantur, "& ab ejus nutu pendent."

433 — 437. Longe aliter hi verſus apud Stobæum tit. XLIV. edit. *Grot.* XLII. edit. *Geſner.* ita leguntur

Ουκ εϛιν ουδεν κρεισσον, η νομοι πολει,
Καλως τεθεντες. ὁ τε γαρ ασθενεϛερος
Ο πλουσιος τε την δικην ισην εχει.
Νικα δ' ὁ μειων τον μεγαν δικην εχων.

V. 435.

V. 435. 436. Εστι δ' ενισπειν τοισιν ασθενεστεροις
Τον ευτυχουντα ταυθ', όταν κλυῃ κακως] Pro ταυθ' malim τουθ', id eſt τουτο. Verte, *Et potenti, cum male audit, licet imbecillioribus hoc exprobrare.*

441. Recte ες pro εστι repoſuit *Duportus* ut in quarta ſede vitetur anapæſtus.

442. Δημος αυθεντης χθονος] Vide *Abreſchium* in Miſcell. Obſerv. tom. v. p. 109.

445. Φρονειν, verte, *Spiritus generoſos gerere*, non, *ſapere.*

460. Αυξανουσ', ώς αν τεκνα τις, ώς τεχνη πολυ
Χαιρειν] *Valckenar.* ad *Phæniſſ.* 1409. 1410. optime reponit παλιν Χαιρειν.

466. Omnino legendum eſt δ' επειτα. Nuſpiam certe in ſenario locum habere poteſt bacchius.

478. Σφριγωντ' αμειψῃ μυθον εκ βραχιονων] Εκ βραχιονων, verte, *ex lacertis*; "ne laſciviens mihi reddas "reſponſum ex lacertis, id eſt, ad lacertos, vel ad "vim, rem deducens."

496. Ουτ' αν γ' ετ' ορθως Καπανεως κεραυνιον] Verte, *Quod ſi verum hoc non eſſet, non jam recte* &c. prout in *Barneſiana.*

511. 512. Hi duo verſus cum parte ſequentis tertii Adraſto tribui debebant, quod adeo manifeſtum eſt, ut miror id priores Interpretes ac Editores latuiſſe.

530. Αισχρως τ' εκεινοις χ' ἡ δικη διωχετο] Malim Αισχρως δ' εκεινοις —

540. Αταφους τις εξει, *Inſepultos quis patietur.*

552. 555. Τρυφᾳ δ' ὁ δαιμων' αλλος τι γαρ του δυστυχους
Ος ευτυχοιτι, τιμιος γιγνεται.
Ο δ' ολβιος νιν, πνευμα δειμαινων λιπειν
Υψηλον αιρει] Hic locus, prout nunc legitur, ſenſum nullum commodum habet. *Grotius* pro νιν edidit νυν, ſed nec ita recte procedet ſententia, altius enim latet ulcus. Legendum igitur cenſeo pro Ος ευτυχοιτι, ὡς ευτυχησῃ, qua emendatione admiſſa omnia jam perſpicua evadent. Ita enim verte, *In deliciis vero verſatur fortuna*; *ab infelici enim, ut beatus evadat, honorata muneribus ornatur*; *opulentus vero illam, ejus auram metuens ne deficiat, in ſublime effert.*

556. Lege & diſtingue cum *Æm. Porto* & *Grotio,*
Αδικουμενους τε μετρια, μη θυμῳ φερειν —

557. Αδικειν τε τοιαυθ', οἱα μη βλαψαι πολιν] Pro πολιν *Canterus* recte, meo judicio, reponit παλιν, ut ſententia ſit, *Et tali hoſtem injuria afficere, quæ te non viciſſim lædat.* Verbum enim βλαψαι, forma potentiali, numero ſingulari poſitum accipio, & a neutro plurali οἱα regi.

576. Πρασσειν πολλα, *Multis negotiis te immiſcere.*

V. 578. Ελθ' ὡς σε λογχη Σπαρτος ει πολει βλαβῃ] Mihi perplacet lectio a *Barneſio* memorata, λογχη Σπαρτος.

600. Lege πεποιθεις, ut metrum antithetico reſpondeat.

603. Γενοιτ' αν κερδος] Verte cum *Brodæo, Lucrum ſane eſſet*; nempe ſi res iſta verbis componeretur.

604. Ut metrum metro reſpondeat, pro στερνοτυπεις γ' ανα τοπον, legendum opinor στερνοτυπεις ανα γε τοπον. Verſus ſcilicet aſynartetus eſt ex penthemimeri & dimetro brachycatalecto iambicis, ſimilis v. 602.

608. 609. Αλλα τον ευτυχῃ, λαμπρον, αν τις αἱρῃ
Μοιρα παλιν. τοδε μοι θρασος αμφιβαινει] Editiones antiquiores & *Grotium* ſecutus lege omnino, αν τις αἱρῇ Μοιρα παλιν; *Fatum aliquod poteſt iterum evertere.* Hæc enim ad Creonta non ad Theſeum referri debent, unde conſtat perperam *Canterum* pro λαμπρον, λαμπρος, reſcribi voluiſſe. Αιρῃ autem pro αἱρῇ ex *Æm. Porti* conjectura in editiones recentiores irrepſit. Porro ut conſtet metrum pro θρασος reſcribendum θαρσος.

618. Pro Σα, editiones priores recte habent Τα.

622. Ειδετε αν φιλων, ειδετε αν ψυχας] Το ψυχη nunquam extra compoſitionem penultimam corripit, ideoque per metri rationem hîc ſtare non poteſt. Verſus enim antiſpaſticus eſt trimeter acatalectus ex epitrito ſecundo, cui in antiſtropha opponitur epitritus primus, antiſpaſto & epitrito tertio. Reponendum igitur opinor τυχας, quæ vox & ſententiæ magis etiam convenit. Verte, *Videres amicorum* (Athenienſium ſcilicet) *videres fortunas.*

627. Αλλα φοβων πεσεις ἁδε κρεισσω, verte, *Sed fiducia hæc ſuperior eſt timoribus.*

636. Ιν' οἱ θανοντες ἱππα διαπονουν λοχοι] Malim θανοντων, non enim ipſæ turmæ totæ perierant.

652. Εστιν θεατης, πυργον ευαγη λαβων] Ευαγη non *ſacrum* hîc ſignificat, ſed *habentem proſpectum late patentem. Heſychius* exponit per ευοπτον. In hoc etiam ſenſu apud *Æſcylum Perſ.* v. 466. habes ἑδραν ευαγη.

655. Ως μεν ην λογος, *ut ratio* (bellica ſcilicet) *requirebat.* Ex una parte enim pedites fluvio, ex altera equitibus, firmabantur. Nuncius ſcilicet hæc αυτοπτης dicit, non ex fama.

656. Pone commatis non coli notam poſt Αιγεως.

660. Ιπποτην οχον, verte, *Turmam equeſtrem* Proprie ſignificat *vehiculum equeſtre*, quod per metonymiam ponitur pro *equitibus, qui equis vehuntur*, ut ἁρματων οχημασι in v. 662. denotat *currus bellicos.* Οχλον, quod reponendum cenſet *Scaliger.* ideo etiam minus ſententiæ convenit, quod ſemper, ut opinor,

nor, confuſionis rationem quandam conjunctam ſuggerit.

V. 672. Ουδεν δεομενος τειναι φονον] Recte τειναι φονον, *intendere cædem*. Interpres vulgaris videtur legiſſe πιειν, ſed perperam. Vide *Hecub*. 262.

676. Περαν δε διηλλασσοντες αλληλων οχους] Pro περαν mallem cum viro quodam docto πελας.

680. 681. Ιδων δε Φορβας, ὃς μοναμπυκων αναξ
Ην, τοις Ερεχθειδαισιν ἁρματων οχον] Tollenda eſt diſtinctio poſt Ην & reponenda poſt Ερεχθειδαισιν.

689. 690. Η τας ανω τε και κατω φορουμενας
Ιμασιν, αἱματος τε φοινιου ῥοας] Quid ſibi volunt *Fluxus ſanguinis qui ferebantur ſurſum & deorſum in loris*, me plane neſcire fateor. Conſtat autem duas res prorſus diverſas hîc deſcribi, τας ανω και κατω φορουμενας ἱμασι, & αἱματος φοινιου ῥοας. Ultima ſatis eſt perſpicua, priori deeſt ſubſtantivum. Legendum igitur arbitror τους φορουμενους, ut denotentur *qui hinc inde trahebantur loris impliciti*, vel vivi, vel mortui, quibus ſimile quiddam paſſus eſt Hippolytus.

695. Τοὐνθενδ' ιτεαν λαβων χερι] Perperam ιτεαν *haſtam* hîc interpretatur *Barneſius*, cum *clypeum* potius deſignare videatur. In hac ſignificatione reperitur in *Troad*. v. 1193.

Εν ᾗ ταφεση χαλκεωτον ιτεαν.

& *Cyclop*. v. 7.

Εγκελαδον ιτεαν εις μεσην θενων, δορι
Εκτεινα.

Vide etiam *Guellium* ad Virg. Æneid. vii. 632.

704. 705. 706. — εκλινε γαρ κερας
Το λαιον ἡμων. δεξιον δ' ἡσσωμενον
Φευγει το κειναν] Prima facie Poeta videtur in hac narrationis ſuæ parte per incogitantiam eſſe lapſus, quanquam nemo quod ſciam Interpretum id obſervavit. Si enim ſiniſtrum Athenienſium cornu in fugam inclinaverit, quomodo dextrum Thebanorum cornu, quod ſiniſtro Athenienſium oppoſitum fuiſſe neceſſe eſt, dici potuit eodem tempore victum & in fugam verſum eſſe? *P. Brumoy*, quid revera Poeta dicat nihil penſi habens, quod debuiſſet dicere nobis repræſentat; ſiniſtrum ſcilicet Athenienſium cornu a dextro Thebanorum inclinatum, & viciſſim ſiniſtrum Thebanorum cornu a dextro Athenienſium fuſum & in fugam verſum. Non deſunt tamen quæ ad Poetæ excuſationem afferri poſſunt. Hæc enim narratio non ab hiſtorico, nec ab imperatore, aut ab homine militaris ſcientiæ perito, eſt profecta, ſed a Nuncio, teſte quidem oculato, ſed homine vili & ſervo. Hic autem exercitûs alas, non a relatione quam inter ſe mutuo habebant, denominat, ſed ab earum relatione ad ipſum prælii ſpectatorem. Illi vero a dextra erant ala dextra Thebanorum & ſiniſtra Athenienſium; has igitur utraſque dextras appellat; pariter a ſiniſtra ei erant ala ſiniſtra Thebanorum & dextra Athenienſium, quas proinde ambas pro ſiniſtris habet. Ita dextrum Athenienſium cornu, quod ſiniſtrum appellat Nuncius quia ſibi ſpectanti a ſiniſtra erat, a ſiniſtro cornu Thebanorum inclinabatur; dextrum autem Thebanorum cornu viciſſim in fugam a ſiniſtro Athenienſium verſum fuerat.

V. 715. 716. 717. — διαφερων τορυνδονα,
Ομου τραχηλους, κἀπικειμενη καρα,
Κυνεας θεριζων, κἀποθαυλιζων ξυλω] Tollenda eſt diſtinctio poſt τορυνδονα, & paullo plenius diſtinguendum poſt καρα, ut ita totus vertatur locus; *Hinc & inde jactans*, clavam ſcilicet, *jaculabatur colla & collo caput conjunctum*; *galeas demetens & detruncans ligno*. Prorſus enim accedo *Cantero*, *Æm. Porto*, *Duporto*, & *Barneſio*, κἀπικαυλιζων legentibus.

732. 733. — και δοκω τας συμφορας
Εχειν ἐλασσον] Legendum puto της συμφορᾶς, generandi caſu.

737. Ημιν γαρ ην τοτ' αλγος ουχ ὑποστατον] Αλγος evidenter eſt mendoſum. *Brodæus*, quem ſequitur *Barneſius*, conjicit legendum eſſe εγχος, ſatis, ut mihi videtur, veriſimiliter. Τοτε autem hîc loci non eſt adverbium temporis, ſed articulus cum conjunctione copulativa.

754. Lege omnino cum *Barneſio* ὦ 'γαν, ut conſtet metrum.

755. Ως οἱγε κλεινοις ἑπτ' εφεστασαν δομοις] Diſtinguendum poſt Ως. Peſſime autem hæc reddidit Interpres vulgaris; ita verte, *Immo*, *aſſerimus eos quidem qui ſeptem inclytis præfuere domibus*.

756. Lege φης.

760. Ους δ' ουκ εθαψε, τη πικρους ἡκει λιπων] Lege ἡκεις, Non enim Theſeus, ſed Nuncius, adveniens mortuos reliquit.

762. Πικρως, *indigne*.

767. Hunc etiam verſum pari ac cæteros ratione Adraſto aſſignari oportuit.

768. Hunc verſum Nuncio libenter tribuere vellem.

782. — 785. Pro ιδουσα mallem legere ιδουσα, & ita totum locum interpunctionibus diſtinguere,

Εμοι δε των παιδων τονδ' ιδειν μελη,
Πικρον, καλον θεαμα δ', ειπερ οψομαι·

Ταν

Ταν αελιω ἀμεραν

Ιδουσα, παντων μεγιστον αλγος. ſubaudi ἐστι.

V. 786. 787. 788. Αγαμον μ' επι δευρ' αει

Χρονος, παλαιος πατηρ,

Ωφιλ' ἀμερα κτισαι] Prout hæc nunc leguntur qualis expediri poſſit conſtructio non video. In primo igitur verſu, μ' pro μοι poſitum exiſtimo, eliſa ſcilicet ante vocalem brevem diphthongo, qualem eliſionem, in hac voce & ſimilibus Atticis non eſſe inſolitam alias docuimus, & pro ἀμερα legi debere ἀμεραν. Ita ordo erit Χρονος παλαιος πατηρ ωφιλε κτισαι μοι ἀμεραν αγαμον επι δευρο αει.

790. Ελπιζειν nunquam ſignificat *timere*, ſed *exſpectare*, ſive bonum ſit ſive malum quod expectatur.

806. Verſus eſt iambicus dimeter brachycatalectus

Αι, αι, επειδομεν, ω

Barneſius de ſuo intruſit δεινα παγκρινη φιλοι, peſſimo exemplo ne uncinulis quidem incluſa, nec ſupplementi hujus in notis, niſi generalibus tantum verbis meminit, ita ut germana Poetæ verba ab aſſumentis ejus haud facile ſunt diſcernenda. Ut ſtrophe autem antiſtrophæ reſpondeat, dicendum eſt deeſſe verſum unum qui hunc proxime præcedere, & priori parti verſus 819 opponi, debebat. Verſus enim 819 in duos dividi oportuit, quorum poſterior huic verſui reſpondebit, ſi ita ſcribatur

Αι, αι, αἰτει μου

me autem nec hoc αι αι de meo addidiſſe evincunt quæ immediate ſequuntur

Στενεις επ' αμφοιν αχη

quæ hunc gemitum præceſſiſſe plane demonſtrant.

818. Εχεις, εχεις. πηματων γ' ἀλις βαρος] Tolle diſtinctionem poſt εχεις, ab hoc enim verbo regitur βαρος.

838. 839. 840. Μελλων σ' ερωταν, ἡνικ' εξηντλεις στρατῳ

Γοους, αφησω, τους εκει μεν εκλιπων

Εις τα σα γε μυθους. Νυν δ' Αδραστον ἱστορω] Futurum αφησω haudquaquam hic ſtare poteſt, plane enim contradicit ſequentibus, Νυν δ' Αδραστον ἱστορω, cum fieri non poſſit ut idem eundem interrogare omittat & ſimul interroget. Proculdubio igitur legendum eſt αφηκα. Verte autem, *Percontaturus te quando coram exercitu luctus effundebas, omiſi hoc facere, cum ſermones iſtius loci in ea quæ te propius ſpectant impendendos reliquerim. Nunc vero Adraſtum interrogo.*

844. Ειδον γαρ, *Novi enim.*

849. Κοινοι γαρ οὑτοι των τ' ακουοντων λογοι] Pro κοινοι *Grotius* legit καινοι; ſed ferri poteſt vulgatum ſi vertas, *Vulgares.*

864. 865. Φευγων προπαντας ὁστις εξεργοιτ' αγαν,

Τ' αρχοντ' απεζων] *Grotius* monet apud Athenæum pro φευγων legi ψεγων, & pro απεζων, επαινων, ut hoc referatur non ad illud proximum ὁστις, ſed ad id quod præceſſerat, Καπανευς.

V. 898. Λυπρως δ' εφερεν, ει τι δυστυχει] Syntaxis ratio videtur requirere ut legatur δυστυχοι.

907. Φιλοτιμον ηθος, πλουσιον. φρονημα δε] Tolle, *Grotium* ſecutus, diſtinctionem poſt πλουσιον, ut conjungatur cum φρονημα.

916. Α δ' αν μαθοι τις, ταυτα σωζεσθαι φιλει

Προς γηρας] Egregie hujus loci ſententiam reſtituit *Valckenar.* reponendo παις pro τις.

918. 919. Ita hæc metra conſtituenda,

Ιω τεκνον, δυστυχη periodus catalectus

Σ' ετρεφον, εφερον, ὑφ' ἡπατος iambicus dimeter acatalectus.

940. Ημιν δ' γ' οἱδε, *Nobis vero iſti.* Non ſervi, ut explicat *Brodæus*, ſed reliqui ex ſeptem ducibus, id eſt, eorum cadavera.

946. Lege προθειναι, requirente & metro & ſententia, & præeuntibus *Baſilienſi* & *Commeliniana.*

959. Lege προσφθεγξαιτ'. Culpa Typographo tribuenda videtur

969. Ut metrum antithetico reſpondeat, pro αριθμουμενην legendum conjicio αριθμητην.

970. Metri ratio poſtulat ut pro δη reſcribamus δε, non invita etiam ſententia. Verſus eſt aſynartetus ex duobus dochmaicis, quorum prior ex epitrito tertio vel quarto pentaſyllabo (cui in ſtropha opponitur epitritus ſecundus pariter pentaſyllabus) & ſyllaba conſtat, alter ex epitrito tertio & ſyllaba.

974. Quid ſint στεφανοι κομας ex *Alceſtide* v. 101. diſcere potes, ubi memoratur χαιτα επι προθυρα τομαιος. Excidit autem verſus qui hunc ſequebatur, quemque nobis ſuppeditat Plutarchus Opp. Moral. edit *Par.* v. 394.

Λοιβαι, νεκυων φθιμενων τ'.

978. Lege αει, ut conſtet metrum.

980. Θαλαμας τασδ', *Hæc receptacula.*

984. Καταφθιμενου ſecundam hic corripit quanquam duæ ſequuntur conſonantes. Recte enim obſervavit accuratiſſimus *Clarkius* ad Homer. Iliad. B. v. 537. ſyllabam vocali brevi conſtantem, ſequentibus duabus conſonantibus a quibus ſyllaba inchoari poſſit, non raro corripi, cujus rei ibidem plurima affert exempla, & inter alia του λιγυφθογγος ſecunda correpta.

990. Incredibilis prope eſſe debuit eorum oſcitantia qui hæc primum in ſtropham & antiſtropham diſtinxerunt, cum non plures quam ſeptem ſtrophæ

phiæ verſus, prout nunc leguntur, totidem antiſtrophæ reſpondere deprehendentur.

V. 993. Hic verſus in duos ad hunc modum dividi debet; antiſtrophæ enim verſibus quarto ac quinto opponitur.

Λαμπαδ᾽ ἱν᾽ ωκυθοαι penthemimeris dactylica
Νυμφαι —

Excidit ſcilicet e ſecundo verſu vox quæ voci ὁρμασω in antiſtropha reſpondebat.

999 — 1003. Hi quinque verſus quatuor tantum in antiſtropha, ſcilicet v. 1022 — 1025, opponuntur. Nulla vero inter eos nunc deprehenditur ſimilitudo, aut vel minima analogia. Abſque igitur codicum meliorum & magis integrorum ope, de eorum reſtitutione ne cogitandum quidem.

999. Delendam cenſeo particulam τε quæ ſententiam corrumpit, aut certe γε ejus loco reponendum.

1009. Perquam veriſimilis mihi videtur *Canteri* conjectura, qui pro πυλας ſcribit πελας.

1017. 1018. Hi duo verſus ſtrophicis quinto & ſexto reſpondere debent, quod efficietur ſi ita metra conſtituas,

Ταδ᾽ απο πετρας πηδησα- hephthemimeris dactylica
σα πυρος εσω baſis iambica.

1026. Ut metrum, quod anapæſtici eſt generis, antithetico reſpondere poſſit, legendum opinor pro Ειθε, Ει δη. *Utinam quidem.*

1027. Ut conſtet metrum legendum eſt τεκνοις.

1029. 1030. Συντηχθεις αυραις αδολοις
Γενναιας αλοχῳ ψυχας] Ordo conſtructionis hic eſt, Συντηχθεις αλοχῳ αυραις αδολοις γενναιας ψυχας.

1056. Ως ουκ επ᾽ ανδρι πενθιμῳ πρεπει σ᾽ ὁραν] Ως hic idem quod ὁυτως ſignificat, & cum σ᾽ ὁραν conjungendum eſt.

1064. Lege φης.

1072. Hic verſus ita in duos dividi debet,
Ιω γυναι, baſis iambica
Δεινον εργον εξειργασω periodus.

1086. Δισσου βιου λαχοντες εξορθουμεθ᾽ αν] Lege cum viro quodam docto εξωρθουμεθ᾽ αν.

1089. Ει δ᾽ εις τοδ᾽ ηλθον, καξεπειραθην τεκνων] Optime ſe habet vulgata lectio; *Barneſii* autem conjectura, legentis κ᾽ ουκ επειραθην, infeliciſſimis auſpiciis nata eſt, quippe quæ totius ſententiæ ſcopo quam maxime adverſatur. Si quidquam tamen hic innovandum eſſet, magis mihi placeret emendatio *Canteri* reponentis τεκων pro τεκνων, ut vitetur repetitio inſuavis vocis τεκνων, quæ iterum ad finem verſus ſequentis occurrit.

V. 1098. Ηδιστα, πριν γε δη ποτ᾽ ην παις ὁδε μοι] Tollenda eſt cum Interprete diſtinctio poſt ἡδιστα, & reponenda poſt δη. Veriorem tamen exiſtimo *Canteri* conjecturam

Ηδιστα πριν γε δηθ᾽, ὁτ᾽ ην παις ὁδε μοι.

1111. Παρεκτρεποντες οχετον, *Rivulum quo minime oportuit divertentes*; id eſt, “In ſenectutis propriæ ſubſidium eas opes erogantes quæ filiorum potius juvenum uſibus addici debebant.

1114. Ιω extra metrum ponitur.

1118. Πολλου δε χρονου σωζεις μετα δη] Video *Brodæum* legiſſe πολλον χρονον, quod rectum arbitror. Pro σωζεις autem (aut prout in quibuſdam libris legi teſtatur *Barneſius*, σωζει) forte ſcripſerit Poeta ζωει.

1132. Ut antiſtrophe ſtrophæ reſpondeat, illi præmittenda eſt baſis iambica, puta Ιω, ιω, aut ſimile quiddam.

1137. Τελη, *Miniſteria*, *Brodæus*.

1151. Χαλκεοισιν ὁπλοις Δαναϊδων στρατηλατων] Rectius ut opinor leges στρατηλατου.

1157. 1158. Δυοιν δ᾽ αχη, ματερι τ᾽ ελπις] *Barneſius* hic puerum Sthenelum, Capanei filium, alloqui dicit Iphin matris ſuæ patrem, & totam hanc pueri partem Sthenelo tribuit. Ego vero ex his verſibus manifeſtum eſſe puto, hanc partem non Sthenelo, ſed cuidam alii puero ex ſeptem ducum filiis eſſe tribuendam. Matrem enim pueri adhuc vivere (quod de Evadna Stheneli matre, quæ paullo ante in rogum mariti ardentem ſe præcipitem dederat, verum non erat) ſatis patet ex illo, ματερι τ᾽ ελπις. Quodque ſequitur,

Σε τ᾽ ουποτ᾽ αλγη πατρῳα λειψει.

ad ipſum puerum, non ad Iphin, referendum cenſeo. Nihil aliud quod anſam huic *Barneſii* opinioni dederit divinare poſſum, quam quod Iphis puerum hunc v. 1145. τεκνον appellat; ſed non inde ſequitur illum ejus nepotem fuiſſe; iſta enim appellatione juniores compellare ſolebant ſenes, quod nimis manifeſtum eſt ut probatione indigeat.

1171. Πασιν δ᾽ ὑπειπειν τουτ᾽ δε τους αυτους λογους] Mallem Παισιν δ᾽ ὑπειπειν, “Ut beneficii memoria ad poſteros tranſmitteretur. Nec alii præter pueros, &, quos jam allocutus fuerat Theſeus, Adraſtum & mulieres, tunc erant præſentes.

1184. Α χρη σε δρασαι, δρωντα δ᾽ ωφελειν τοδε] Verte, *Quæ te oportet facere, facientique tibi, emolumento eſſe iſta.*

1189. 1190. Αδραστον ουτος κυριος, τυραννος ων,
Πασης ὑπερ γης Δαναϊδων ὁρκωματει] Mallem

ἰσχωμοτιν, ut a κυριος pendeat. Verte, *jurandi poteſtate gaudet.*

V. 1212. Μηδεις παρ' αυτην τελοδον Ισθμιας θεου] Circa hunc locum Interpretibus adhuc hæſit aqua; Nulla enim reperta eſt dea quæ Iſthmiæ appellatione gaudet. Inde alius aliud Dianæ epitheton pro Ισθμιας legendum conjicit. Ego non *deam* ſed *viam* deſignari opinor, & legi debere Ισθμιας ὁδου, quæ lectio quanquam ſono non adeo ſimilis vulgatæ, ſcriptura tamen non multum differt, ſi literis majoribus, quas capitales vocant, utrumque ſcribatur, ΘΕΟΥ ſcilicet & ΟΔΟΥ. Ita autem vertatur locus; *Lucum vero, ubi ipſorum corpora igne purificata ſunt* (nam in verſu proxime præcedente omnino ἡγνισθη, non ἁγνισθη legendum) *illis concede*, id eſt, illis ſit ſacer, *prope ipſum trivium viæ Iſthmiæ*, quæ ſcilicet ad Iſthmum ducat. Ideo autem prope etiam viam lucum ſeptem ducum manibus ſacrum ſeligi voluit Minerva, quia per eam Argivos Atticam invadentes tranſire neceſſe erat, ubi monumentum antiqui Athenienſium erga eorum majores beneficii poſteris ingratitudinem exprobraturum erat. Tumulos vero eorum qui ad Thebas ceciderant, prope viam quæ Eleuſine Megaram ducit, ad ſua uſque tempora manſiſſe teſtatur Pauſanias in Atticis p. 94.

V. 1219. 1220. 1221. Αλλ' ου φθηνειν χρη συσκιαζοντας γενυν,
Και χαλκοπληθη Δαναϊδων ὁρμαν ϛρατον,
Επτασολον πυργωμα Καδμειων επι.]

Verum vidiſſe *Brodæum* exiſtimo, qui conjicit pro φθηνειν legendum eſſe φθανειν, quanquam hujus verbi ſignificationem non bene perſpexiſſe videtur. Ita autem verte; *Sed omnino oportet vos juvenes cum pubeſcant genæ, Danaidumque exercitum armis probe inſtructum & in ſeptem agmina diviſum, contra Cadmæorum urbem munitam ſine mora tendere.* In eadem notione verbo φθανειν uſum Noſtrum deprehendes *Iphig. in Taur.* v. 245.

χερνιβας δε και κατεργματα
Ουκ αν φθανοις αν ευτρεπη ποιουμενη.

Vide & *Alceſt.* v. 662. & *Troad.* v. 456. & *Heraclid.* v. 721. Vocem ἑπτασολον, non cum πυργωμα, ſed cum ϛρατον conjungi debere cenſeo, aut ſi cum πυργωμα conjungatur, legendum potius eſſe ἑπτασομον. Vide v. 401.

NOTÆ

NOTÆ IN IPHIGENIAM IN AULIDE.

V. 1. 2. 3. ITA hi verſus ad anapæſticorum formam reducendi,

Αγ. Ω πρεσβυ δομων τωνδε παροιθεν
Στειχε. Πρ. στειχω. τι δε καινουργεις
Αγαμεμνων αναξ. Αγ. σπευσῃ. Πρ. σπευδω.

4. Omnino legendum eſt τοι, ut conſtet metrum.

16. Στειχομεν εισω] Ut conſtet ſententia, lege omnino Στειχωμεν εισω.

21. Lege εστι.

42. Μη ου μαινεσθαι, *Quo minus inſanias.*

60. Σπονδας καθειναι, *Paciſci*, prout vertit *Conſtantinus* in lexico.

62. Lege συναμυνειν, tempore futuro, ut in ſecunda ſede vitetur anapæſtus.

66. Εττει δ' επεσπευσθησαν, ευ δε πως χερων] Mallem ευ δη πως.

69. Οτου πνοαι φερσιεν Αφροδιτης φιλαι] Forſan Οπου.

84. Κᾀμε στρατηγειν, κᾀτα Μενελεω χαριν] Κᾀτα nullum hîc locum habere poteſt. Forſan legendum καρτα, *præcipue.*

89. Καλχας δ' ὁ μαντις απορια κεχρημενος] Legendum cenſeo κεχρημενοις. Vox enim hæc proprie τῳ ανειλεν opponitur. Verte, *Calchas vero vates nobis præ conſilii inopia eum conſulentibus reſponſum reddidit.*

98. Εν δελτου πτυχαις, *In pugillaris plicis.*

105. Ψευδη συναψας αντι παρθενου γαμον] Quid ſit γαμον συναψαι αντι παρθενου juxta cum ignariſſimis ſcio. Forſan Poeta ſcripſerit αρτιπαρθενου, *jam modo adoleſcentulæ virginis.* Tales apud *Æſchyl. Sept. ad Theb.* v. 339. αρτιτροποι appellantur, ut & apud eundem *Perſ.* 542. αρτιζυγια *maritos nuptiis recens junctos* deſignat.

115. 116. Hi duo verſus anapæſtici non ſunt, ſed hephthemimeres ſpondaicæ. Alii prorſus ſimiles in ipſo hoc ſyſtemate ſequuntur v. 131. 132. 136. 137. 143. 149.

124. Lege Αχιλευς & αμπλακιων, ut conſtet metrum.

127. Lege φυς.

V. 128. Lege iterum Αχιλευς.

130. Επεφυτε. In hoc ſyſtemate, quod inter legitima anapæſtica, cum plures intermiſceantur hepthemimeres ſpondaicæ, reputandum non eſt, ultimæ ſyllabæ το αδιαφορον retinetur.

145. Omnino legendum μη τοι.

151. Χαλινος primam ſemper corripit, penultimam ſemper producit. Ut conſtet igitur metrum legi poteſt

Παλιν εξορμασεις γε χαλινους.

167. 168. Κελσασα στενοπορθμον
Χαλκιδα, πολιν εμαν προλιπουσ'] Diſtingue poſt
Κελσασα, non poſt Χαλκιδα.

171. Ut metrum antiſtrophico reſpondeat, legi forſan poteſt ὡς αν ιδοιμ' αν.

191. Et ſententiæ & metro convenientius leges,

Ιππων τ' οχλον ιδοιμι.

216. 217. Ita concinnius conſtituentur hi verſiculi,

Ον δ' ιδιφρηλατας βοατ' Euripideus
Ευμηλος Φερητιαδας glyconius πολυσχηματιστος.

220 — 230. Omnes hi verſiculi, unico anapæſtico excepto, dactylici ſunt, ita ad metrum redigendi,

Κεντρῳ θεινομενους· τους μεν μεσ-
σους ζυγιους λευκοστικτῳ τριχι
Βαλιους, τους δ' εξω σειραφορους,
Αντηρεις καμπτοισι δρομων,
Πυρροτριχας, μονοχαλα δ' ὑπο σφυρα
Ποικιλοδερμονας. οἱς παρεπαλλετο
Πηλειδας συν ὁπλοισι παρ' αντυγα,
Και συριγγας γ' ἁρματειους.

224. Αντηρεις καμπτοισι δρομων] Verte cum *Brodæo, Sibi mutuo in flectendis metis reſpondentes.*

269 — 253. Αιϊτος δ' ὁ γηγενης
Αρχε ναϊου στρατου
Φωκιδος δ' απο χθονος.
Λοκροις δε τοισδ' ισας αγων
Ναυς Οϊλεως τοκος] Apud Homerum Leitus dux Bœotorum, non Phocenſium, dicitur, ho-

rum autem duces recenſentur Schedius & Epiſtrophus. Iliad. Β. v. 494. 517. Apud *Euripidem* Phocenſium ducum nulla ſit mentio, ſed his æque ac Locrenſibus præfuiſſe videtur Ajax Oilei filius. Periodi igitur notam poſt ϛρατου ponendam puto, & comma tantum poſt χθονος, ut & alterum poſt Λοκροις δε, pro quo etiam Λοκρων δε legendum reor. *Canterus* & *Scaliger*. Λοκροις ſcribunt, minus, ut opinor, recte, propter το δε quod immediate ſequitur.

V. 270. Τας φυγουσας μελαθρα. Hæc a ſequentibus Πραξιν Ελλας ὡς λαβοι omnino pendent, & cum iis connectenda ſunt.

275. 276. — σημα ταυροπουν,

Ορᾳν παρηκον Αλφιον] Diſtinguendum non poſt ταυροπουν, ſed poſt ὁρᾳν. Conſtructio enim eſt σημα ταυροπουν ὡϛε ὁρᾳν.

277. Στολοι ναων, *Naves militibus inſtructæ.*

283. 284. Αυκεμπτηρων δ' αρχ

Ταφιων ηγεν, ὠν Μεγης

Ανασσε] Eurytus ſupremum ſcilicet imperium habebat in Taphios, quanquam a proprio etiam hi duce Megete, ſed ſub Euryti auſpiciis, regebantur; quæ res eo probabilior eſt, quod inſulas quæ e regione ſunt Elidis habitabant, prout diſerte teſtatur Homerus Iliad. Β. 626.

288 — 294. Αιας δ' ὁ Σαλαμινος ιντροφος,

Δεξιον κερας

Προς το λαιον ξυναγε.

Των ασσον ὡρμει πλατιαισιν

Εσχατοισι συμπλεκων

Δωδεκ' ωκυφορωτατοισι

Ναυσιν] Hæc ita verte, *Ajax vero Salaminis alumnus, dextrum cornu ſiniſtrum verſus, claudebat, quorum prope naves extremas ſtationem habebat duodecem agiliſſimis navigiis iis conjunctus.* Ad hujus autem loci ſententiam melius concipiendam intelligendum eſt, navale Græcorum agmen clauſiſſe, ex una parte Achillis, ex altera Ajacis, naves. Iſtud agmen vero ita eſſe circumflexum ad circuli prope figuram, ut Achillis & Ajacis naves, qui utrinque extrema tenebant inter ſe pene concurrerent.

301. 302. Ταδε κατ' οικους κλυουσα, συγκλητου

Μνημην σωζομαι ϛρατευματος] Horum verſuum hæc videtur eſſe conſtructio, κλυουσα ταδε, σωζομαι κατ οικους, μνημην συγκλητου ϛρατευματος.

309. Αλλως ἁμιλλω ταυτ'. αφες δε ταδ' εμοι] Αλλως nunquam ſignificat *alio loco* aut *tempore*: minime igitur mutari debuit codicum ſcriptura Αλλως ἁμιλλᾳ ταυτ', *Fruſtra de his contendis.*

V. 317. Ut conſtet metrum delendum omnino eſt illud δητ', quod & minime ſententiæ eſt neceſſarium.

324. Si ſcribis Δαναισι ποσι, ſervabitur ratio commatis trochaici.

331. Τον εμον οικειν οικον ουκ εασομαι] Verte, *Nonne memet ipſe ſinam* (id eſt, nonne hoc mihi jure tribuam) *meam adminiſtrare domum.* Non video enim quomodo εασομαι paſſivam poſſit induere ſignificationem.

333. Πονηρον γλωσσ' επιφθονος σοφη]. Ad mentem *Brodæi* verte, *Improba res eſt lingua odioſe arguta.*

336. Admodum, pro more ſuo, infeliciter in metro hujus verſus reſtituendo verſatus eſt *Barneſius*; mendum enim dum unum tollit, aliud novum ultro infert, ſpondæo ſcilicet contra metri trochaici leges quinta ſede inſerto. Sanari autem facillime poteſt immutato tantum vocum ordine ad hunc modum,

ου σε τοι κατειπω' γω λιαν.

342. Το φιλοτιμον, Ambitionis objectum, pro το φιλοτιμουμενον.

345. Δυσπροσιτος, ἐσω τε κλειθρων σπανιος] Vulgata lectio ἐσω τε κλειθρων ſententiæ vim ac ſcopum penitus ſubvertit. Menelaus enim faſtum ac ſuperbiam Agamemnoni exprobrans dicit, eum intra tentorium *difficilem eſſe acceſſu*, δυσπροσιτον, *extra tentorium vero raro progredi ſolere*, ἐξω τε κλειθρων σπανιον. Quomodo autem qui raro *intra* tentorium ſe continere ſolet, ſed plerunque foris invenitur, δυσπροσιτος dici poſſit, difficile eſt intellectu. Lege igitur omnino ἐξω τε κλειθρων, & vide *Æm. Porti* notas, qui eandem hanc lectionem præclare aſtruit. Nec eſt quare de metro ſollicitus eſſe debes; penultimam enim vocis δυσπροσιτος, quam per ſe longam eſſe *Barneſius*, neſcio quibus rationibus adductus, audacter pronunciat, ego certiſſime brevem eſſe judico. Adjectiva enim in hanc formam a verbis derivata modulum perfecti paſſivi fere ſequuntur; qualia ſunt, e. g. αβατος, ϛατος, ακριτος, αφθιτος, λυτος, αδυτος, & ſimilia, derivata a βεβαται, εϛαται, κεκριται, εφθιται, λελυται, δεδυται. Cum vero verbo ειμι deſit perfectum paſſivum, veriſimile eſt adjectivum ιτος derivari ab ιτον, vel ιτε, temporis præſentis, ac proinde horum modulum ſequi. In omnibus autem a verbo ειμι, *eo*, inflexis, ut in ιμεν, ιτε ιθι, ιτω, ιτον, &c. το ιωτα corripi notius eſt quam ut probatione indigeat. Et revera verbale ἐξιτον apud Heſiodum Theog. v. 731. penultimam corripit.

354. 355. 356. Ὡς δ' απολεσας ειχες ονομα, συγχυθεντε, μη

γεων

Χιλιων

Χιλιων αρχων, Πριαμου τε πεδιον εμπλησας δορος;

Καμε παρεκαλεις] Non interrogationis nota, ſed comma tantum poni debet ad finem v. 355, & ita totus locus vertendus; *Cum vero ita privatum tantum haberes nomen, animique perplexitate tenerere, non amplius ſcilicet mille navium imperium obtinens, Priamique regionem armis obruens, me etiam in conſilium advocabas.*

V. 363. Καθ' υποστρεψας αλλοσε, μεταβαλων αλλας γραφας] Verte, *Et deinde clam eam intercepiſti domumque amandaſti, aliis poſtea miſſis epiſtolis.*

366. — 369. Μυριοι δε τοι πεπονθασ' αυτο προς τα πραγματα,

Εκπονουσ' εχοντες, ειτα δ' εξεχωρησαν κακως·

Τα μεν υπο γνωμας πολιτων ασυνετου, τα δ' ενδικως

Αδυνατοι γεγωτες αυτοι διαφυλαξασθαι πολιν] *Grotius* recte poſt εκπονουσ' diſtinguit, ut εχοντες (hæc enim lectio ex codicum auctoritate, exigente etiam ſententiâ, revocanda eſt) cum ſequentibus connectatur, ubi pro τα μεν & τα δε, reſcribendum etiam cenſeo το μεν, & το δε. Atque ita totus locus ad hunc modum erit vertendus; *Innumeri autem idem paſſi ſunt in negotiis gerendis, laborando perficiunt ut rerum potiantur, deinde autem loco turpiter excidunt; primum quidem* (habent) *ex ſententia civium imperitorum, alterum vero* (evenit) *merito; ipſi* ſcilicet *minus apti nati* (ſunt) *ad rempublicam tuendam.*

373. Χρειους εκατι, Verte, *Commodi* (privati ſcilicet) *gratia.*

375. Ut conſtet metrum lege cum *Grotio* πολεως vel πολεος.

378. Μη λιαν αν ω] Legendum opinor cum *Stobæo* & *Grotio* ανω *ſurſum.*

379. Σωφρονεστερος. Melius *Stobæus* σωφρονεστερως.

380. Ανηρ γαρ αισχρος αιδειθ' ου φιλει] Melius *Grotius* ex *Stobæo*, ανηρ γαρ χρηστος αιδεισθαι φιλει.

382. Ut conſtet metrum lege λεκτρα χρηζ' ερας λαβειν, Inanis enim eſt *Barneſii* obſervatio de literis ectaticis. Veteres editiones habent λεκτρ' ερας γε χρηστα λαβειν, quod & ferri poteſt, quanquam fulcrum iſtud a librariis profectum veriſimile eſt.

384. Huic verſui comma trochaicum reſtituit *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 340. ita legendo.

Ηρχες. ειτ' εγω δικην δω σων κακων, ο μη σφαλεις.

385. 386. 387. — αλλ' εν αγκαλαις

Ευπρεπη γυναικα χρηζεις, το λελογισμενον παρεις,

Και το καλον, εχειν;] Delenda nota interrogationis poſt εχειν; Hæc enim reſponſum continent ad exprobrationem ambitionis a Menelao profectam, quam memorat Agamemnon verbis proxime præcedentibus. Quaſi dixiſſet, *Tune vero ambitionem mihi exprobras? qui longe turpiori animi perturbatione occæcatus, modo pulcram uxorem in ulnis teneas, rationem & honeſtum ſuſque deque habes.*

V. 394. Claudicat metrum, quintam ſedem occupante ſpondæo, ſed facile reſtitui poteſt legendo, οιμαι, μωρια δ' ειση φρενων —

394. 395. Cum verſum 395 præcedat apud *Theophilum Antiochenum* edit. *Wolf.* lib. II. §. 54. p. 258. Alter verſus integer trochaicus (quanquam id hactenus non adverterunt Editores) illum ex hoc loco caſu quodam, vel Librariorum incuria, excidiſſe, & huc poſtliminio revocandum eſſe cenſeo, ut ad hunc modum hæc poſthac legantur

Ους λαβων στρατευ γ' οιμαι, μωριαν δ' ειση φρενων

Ου γαρ ασυνετον το θειον, αλλ' εχει συνιεναι

Τους κακως παγεντας ορκους και συνηναγκασμενους.

Illud autem δε in primo verſu, quod ſtructuræ potius incommodat, tolli mallem.

396. 397. — και το σον μεν ευ

Περα δικης εσαι, κακιστης νυμφης τιμωρια] Quomodo commodum quod ſibi proponebat Menelaus, nempe *peſſimæ conjugis vindicta*, præter jus & æquum eſſe dici poterat, haudquaquam concipio, minime igitur dubito quin reponendum ſit ου pro ευ, atque ita oppoſitio particulis μεν & δε deſignata perſpicua ſtatim evadit. Menelai ſcilicet hoc in negotio partes jus & æquum non tranſgrediebantur, cum nihil aliud niſi peſſimæ conjugis vindictum peteret; quæ vero ab Agamemnone exigebantur, injuſtiſſima erant & iniquiſſima, & in filia innocenti patranda.

404. Lege ουκ εκεκτημην.

416. Ut conſtet metrum, lege,

Ην ονομασας Ιφιγενειαν ποτ' εν δομοις:

420. Μακραν ſubaudi οδον. *Bredæus.*

442. Οι μοι, τι φω δυστηνος; αρξομαι σθεν] *Grotius* optime pro σθεν reponit ποθεν.

449. Απαντα ταυτα, προσεστιν γε του βιου] Vulgatam lectionem ſubtiliter & ingenioſe ſatis explicat *Barneſius*; conjecturam tamen ejus, αποντα ſcilicet pro απαντα veriorem puto.

465. Suavis eſt *P. Brumoy*, qui Oreſti, adeo infanti ut articulate nondum loqueretur, quod patet etiam e v. 1241 — 1248. illa tribuit Αι, αι τον Ελενης &c.

468. Metrum poſtulat ſcribi ες ειργασαι, vel ο μ' ειργασαι. Vide *Barneſ.* ad *Hippol.* 525.

V. 498.

V. 498. 499. Ει δε τι χρησμων της θεσφατων μετεστι σοι,
Μη μοι μετεστω. σοι νεμω τουμον μερος] Verte, *Si quid autem eſt in deorum reſponſis circa tuam filiam quod tui intereſt, nullam in iis ego habeam partem; eam quæ ad me pertinet ultro tibi dono.*

506. Longe concinnius leges Μεταλλων, quod in codicibus quibuſdam exſtare teſtatur *Barneſius*, ne tot ſimul concurrant ſyllabæ breves.

508. Ταραχη γ' αδελφων τις δι' ερωτα γιγνεται] Ut vitetur anapæſtus in quarta ſede, legendum opinor τι interrogative, non τις, atque hoc ſententiæ etiam magis convenit. *Grotius* conjicit legendum δι' εριδα, ſed minime eſt neceſſe tam longe a vulgatæ ſcripturæ veſtigiis recedere; nam *Brodæo* aſſentior, Poetam hic innuere fratrum Thyeſtis & Atrei inimicitias, quas ex amore partim, partim vero ex ambitione ortas, nemo neſcit.

521. Κουδεν γ' αχρηστον, ουδε χρησιμον παρον] Nemo quod ſciam Interpretum ſenſum hujus loci eſt aſſecutus. *Barneſius* vertit, *Neque utile neque inutile eſt*, genus ſcilicet vatum: ſed tum legendum eſſet ουδε, quod non patitur metrum, & otioſum eſſet illud παρον. *P. Brumoy* reddit, *Omne vatum genus & utile eſt & noxium*, id eſt, ut poſtea ipſe propriam verſionem explicat, "In proclivi eſt pro lubitu, vel iis in commoda tua uti, vel eoſdem e vita tollere." Quæ verſio, non tantum longiſſime a Poetæ verbis recedit, ſed & iis manifeſte eſt contraria. *Canterus* emendare locum conatur ſcribendo ουδεν γε χρηστον, ſed ita infeliciter ut nullum prorſus efficiat ſenſum. Verba tamen Poetæ ſatis mihi perſpicua videntur, & ita reddi debere; *Nihil quod equidem inutile eſt, nec utile ſit cum adeſt. Inutile* autem hic loci eodem ſenſu accipio ac *pernicioſum, noxium*; & hoc ſenſu ſæpe accipi αχρειος (quod ſignificationis eſt affinis) apud Græcos, & *inutilis* apud Romanos ſcriptores, fuſe oſtendit *Clark.* ad Homer. Iliad. Β. v. 269. juxta illud Hermogenis περι μεθ. δεινοτ. cap. 37. Η αποφασις τη καταφασει ποτε μεν το ισον δυναται, ποτε δε το πλεον. Mens autem Poetæ videtur eſſe, "Quod per ſe inutile & noxium eſt, fruſtra labores conando utile reddere, & tuis commodis applicare.

530. 531. Κἀμ' ὡς ὑπεσχον θυμα. κἀτα ψευδομαι
Αρτεμιδι θυσειν] Ita hic locus interpungi debet, κἀμ', ὡς ὑπεσχον θυμα, κἀτα ψευδομαι, Αρτεμιδι θυσειν.

547. Μαινομεν' οιστρων, ὅθι δη] Legendum puto Μαινομενα γ' οιστρων, ut Μαινομενα neutrius generis numero plurali accipiatur, quod cum genitivo οιστρων junctum idem valet ac Μαινομενοι οιστροι, ſubaudito ſcilicet verbo ſubſtantivo εισι. Quod ad metrum attinet, hic verſus cum præcedente & ſeptem ſequentibus glyconii ſunt πολυσχηματιστοι, pro ſecunda dipodia choriambum habentes. In antiſtrophico autem qui huic reſpondet legi debet Μεγα φερουσιν.

V. 548. Claudicat metrum, nec ſatis antiſtrophico reſpondet; forſan legi poteſt ὁ χρυσοκομας.

563. Το τε γαρ αιδεισθαι σοφια] Perplacet mihi conjectura *Scaligeri* legentis σοφια, caſu recto.

577. Malim Ουλυμπου, ut hic verſus, ſicut præcedentes tres, ſit dactylicus.

600. Γαιαν ultimam corripit; ut producatur igitur hæc ſyllaba, verſus paroemiacus eſſe debet, præſertim cum ſatis abſoluta ſit ſententia. Hoc autem ejecto articulo την efficitur,

Απο, μη σφαλερως επι γαιαν.

602. 603. 604. Cum horum verſuum unuſquiſque manifeſte contra leges metricas peccat, *Barneſius* tamen, cæterique Editores, ſicco eos pede prætereunt, nihili ſcilicet offendiculi ſentientes. Leviſſima tamen mutatione ita reſtitui poſſunt,

Μη ταρβηση μοι νεωστι μολον,
Το κλεινον τεκνον γ' Αγαμεμνονος.
Μη δη θορυβον, μηδ' εκπληξιν —

607. Ορνιθα μεν τονδ' αισιον ποιουμεθα] Pro τονδ' recte repoſuiſſe τοδ' videtur *Valcken.* ad *Phœn.* 865.

615. Ut vitetur anapæſtus in ſecunda ſede, lege,

Υμεις νεανιδαισι δ' αγκαλαις επι

620. Φοβιεργον, *meticuloſum*; απαραμυθον, *non facile deliniendum.*

626. Το του Νηρηιδος ισοθεον γενος] Του pro τινος hic poni accipiendum.

639. Lege εγω 'τεκον.

649. Aliud certe egit *Barneſius* dum locum hunc expendebat; nam in omnibus editionibus prioribus ita verſum hunc legi ait,

Ιδου' γεγηθ' ἑως γεγηθα, σ' ὁρων, τεκνον

miſere, ut ille ſubjicit, luxato metro. Quanam obſecro in parte? an neſcivit ἑως eſſe diſſyllabum? aut anapæſtum in quinta ſede rite poni? Sanum certe omnino eſt metrum, nec illius emendatione indiget.

652. Ut vitetur anapæſtus in ſecunda ſede, pro ὁ τι φης lege ὁ φης.

665. Εις ταυτον, ω θυγατερ, συ δ' ἡξεις τῳ πατρι] Peſſime hæc & prorſus contra mentem Poetæ interpretatur *P. Brumoy*; *Nequaquam, filia, tu enim mihi comes eris*; quod magis mirandum, cum *Barneſius*, quem ante oculos habuit, hæc recte explicat in notis.

667. Ινα μνηστῃ πατρος, Verte, *Ubi memor eris patris.*

V. 669.

V. 669. Μονη μονωθεισ' απο πατρος, και μητρος] Præpoſitio απο, non a participio μονωθεισα, ut putavit *Barneſius*, pendet, ſed a verbo πορευση απο κοινου repetito.

679. Πικρον φιλημα δουσα, δεξιαν τ' εμοι, *Cum dederis mihi oſculum amarum, & dexteram.*

691 — 694. Ουχ ωδ' ασυνετος ειμι' πεισεσθαι δε με
K' αυτην δοκει τινα, ὡστε μη σε νουθετειν,
Οταν ξυν ὑμεναιοισιν εξαγω κορην.
Αλλ' ὁ νομος αυτα τω χρονω συνισχανει] Lege συνισχανεῖ tempore futuro. Nemo autem Interpretum ſententiam hujus loci plene aſſecutus eſt. Ita verte; *Non adeo intelligentiæ expers ſum* (ut tuas ſcilicet lacrymas reprehendam) *paſſuram autem me etiam ipſam eadem puta, tantum abeſt ut te de hoc admonendum cenſeam, quando puellam cum Hymenæis e domo educam; ſed lex hæc cum tempore cohibebit*, id eſt, " Lex & tempus lacrymas noſtras ſiſtere valebunt.

703. Ο κυριος, *qui in eam poteſtatem habuit.* Eodem ſenſu apud *Suppl.* v. 1189. 1190.
Αδραστον' οὑτος κυριος, τυραννος ων
Πασης ὑπερ γης Δαναϊδων ὁρκωμοτειν.

718. De ſignificatione vocis Προτελεια vide etiam *Pollucem* lib. III. §. 58.

719. Lege Μελλω 'τι παντα, deleto γε, ut vitetur anapæſtus in ſecunda ſede.

724. Καλως δ' αναγκαιως τε, συντυχοι δ' ὁμως] Manifeſte corrupta ſunt hæc, cum nullam commodam ſuppeditent ſententiam; unde minus mirum omnes hîc ceſpitaſſe adhuc Interpretes. Legendum puto
Κακως, αναγκαιως δε, συντυχοι δ' ὁμως.
Verte *Incommode* (convivium ſcilicet prope naves apparabimus) *at neceſſario tamen* (cum nullus commodior præſto erat locus ubi apparari poſſet) *hoc autem æquo ferre animo ſimul* —— Nam *P. Brumoy* omnino aſſentior, ſententiam inchoatam, necdum abſolutam, interpellante Agamemnone, abrumpere Clytemneſtram.

734. Lege και συ φαυλ', deleto δε, ut vitetur anapæſtus in quarta ſede.

784. 785. Hi duo verſus in unum coaleſcere debent.
Ποσιν ασελπτουσα. μητ' εμοι glyconius.

787. — 790. Ita hæc metra conſtitui debent,
Οταν αἱ πολυχρυσοι Λυδαι dactylicus tetrameter
Και Φρυγων αλοχοι periodus brachycatalectus, ſeu penthemimeris trochaica
Στησουσι παρ' ἱστοις μυθουσαι anapæſticus dimeter
Ταδ' ες αλληλας baſis anapæſtica.

787. Ad οιαν ſubaudi κατα vel δια.

V. 789. Στησουσι, *ordientur*, metaphora ab arte textoria ducta.

792. Ερυμα δακρυοεντ' ακουσας] Si divinari oportet, forſan legi poteſt σηματα δακρυοεντ'; ſed in re adeo incerta, nullius codicis accedente auctoritate, meræ conjecturæ non multum tribui debet.

809. Lege omnino cum *Scaligero* Ελλαδ', non Ελλαδι γ' ut in quarta ſede vitetur anapæſtus.

812. Φαρσαλον penultimam producere maxime idoneus auctor eſt ipſe *Euripides Andromach.* v. 16.

831. Δεινον' τι φευγεις; *Valken.* ad *Phœn.* 904. optime reponit Μεινον' τι φευγεις;

833. Lege φως, & pariter v. 837. 890.

839. Αιδεισθαι φιλους non hîc ſignificat *ſuſpicari amicos*, ut perperam, moribus hodiernis, præſertim *Gallicis*, ſeductus, reddit *P. Brumoy*, ſed *In amicorum præſentia verecundius ſe gerere.*

847. Αλλ' η πεπονθα δεινα. Hæc interrogative proferuntur. Vide quæ notavimus ad *Hippol.* v. 932. & *Alceſt.* v. 816.

858. Ουκ αβρυνομαι τοδ'. *Non quoad hoc delicatum ago,* " circumlocutione ſcilicet ad decipiendum utendo, aut mendacio.

866. Δεξιας ἑκατι μη μελλ', ει τι μοι χρηζεις λεγειν] Verte, *Ne in dextra mea prehendenda tempus teras.* Dextram enim Clytemneſtræ apprehenderat, aut apprehenſurus erat, ſupplicum more, Servus.

869. Ut conſtet metrum, aut legendum eſt σοισι pro τοις σοις, quod magis probo, aut mutato ordine verborum, Χ' ὡπ τοις σοις δη με φερνας, quod durius videtur.

881. Ελενην Μενελεως ὁπως λαβη, *Ut Menelaus Helenam recuperet.* Vide v. 1168.

884. Iambus quintam occupat ſedem, quod leviſſima mutatione ſanatur, legendo ſcilicet
Ο δε γαμος τιν' ειχε προφασιν ὁ μ' εκομισεν εκ δομων;

886. Lege Ω θυγατερ, ita enim nitidius evadit Metrum.

888. Οιχομαι ταλαινα· δακρυων τ' ομματ' ουκετι στεγει] Si quid hîc mutandum ſit, malim δακρυων ομμα τ'.

889. Ειπερ αλγεινον, το τεκνων στερηθεν δακρυρροειν] Verte, *Si unquam acerbum eſt, certe acerbum liberis orbatam lacrymari.*

909. Ut conſtet metrum, legendum eſt,
Προς γενειαδος, δεξιας σε σης σε τε, προς τε μητερος,'
vel ſi mavis,
Προς γενειαδος, δεξιας τε, προς τε της σης μητερος —

922. 923. Λελογισμενοι γαρ οἱ τοιοιδ' εισι βροτων
Ορθως διαζην τον βιον γνωμης μετα] Ita hæc vertenda cenſeo; *Celebrantur enim tales homines ut vitam traducentes recte & cum prudentia.*

V. 929.

V. 929. Minime neceſſe erat vulgatam lectionem πεισομεθ' in πεισομαι mutare; interdum enim ſyllaba brevis in fine ſenarii, verſu proximo a vocali incipiente, eliſionem patitur; ita *Sophocl. Oedip.Tyran.* 340. 341.

Εγω 'τ' εμαυτον ουτε σ' αλγυνω. τι ταυτ'
Αλλως ελεγχεις;

931. Αρη τῳ κατ' εμε κοσμησω δορι] Melius leges cum *Brodæo* το κατ' εμε.

934. κατασελλειν, περιγλωττειν. *Heſychius.*

938. Τοὔνομα γαρ ει και μη σιδηρον ηρατο] Diſtingue poſt τοὔνομα γαρ, & poſt ηρατο.

969. Εν ευμαρει τε δραν τε, και μη δραν καλως] Nec vulgaris Interpres, nec *P. Brumoy* ſenſum hujus verſus aſſecuti videntur. Verte, *Et quem in proclivi eſt aut bene tractare, aut contumeliâ afficere.*

995 Η μη παρουσης, ταῦτα τευξομαι σεθεν] Melius, ut opinor, leges τ' αυτα. Ad finem autem verſus ponenda eſt interrogationis nota.

997. Ομως δ' ὁσον γε δυνατον αιδεισθαι χρεων] Αιδεισθαι in hoc loco verti debuit, non, *pudere*, ſed, juxta *Grotium* & *P. Brumoy*, *reverentiâ proſequi*, Achillem ſcilicet.

1003. Ειτ' ανικετευτος ης] Melius leges ανικετευτος ιω.

1011. Πειθωμεθ' αυτις πατερα, βελτιον φρονειν] Emendatio *Scaligeri* ſcribentis πειθωμεν neceſſaria videtur.

1014. Pro χρη, lege cum *Scaligero* χρεω, exigente metro.

1039. Omnino cum *Æm. Porto* legendum puto εσασιν. Inextricabilis aliter videtur conſtructio.

1045. 1046. Ita hæc metra conſtituenda,

Μελῳδει Θετιν dochmaicus
Ιαχημασι τον τ' Αιακιδαν anapæſticus dimeter catalectus,

& in antiſtropha

Ος ἥξει χθονα
Λογχηρεσι συν Μυρμιδονων —

1054. 1055. Ita hæc etiam metra melius conſtitui poſſunt,

Παρα δε λευκοφαη ψαμαθον glyconius
Ειλισσομεναι baſis dactylica,

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Μακαριον τοτε δαιμονες
Τας ευπατριδος —

1056. Κυκλια πεντηκοντα κοραι] Mallem pro κυκλια legere κυκλιῳ. Metrum quod attinet, eodem res redit utrumvis legas.

1062. 1063. Μεγα δ' ανεκλαγον, ω Νηρηϊ κορα,
Παιδες αἱ Θεσσαλαι, μεγα φως] Utrumque μεγα cum φως, neutrum cum ανεκλαγον jungendum exiſtimo; ſecundum enim μεγα non niſi repetitio eſt prioris, ad majorem εναργειαν poſita, cum alia intercedant verba. In ſecundo autem verſu, ut metrum antithetico reſpondeat, delendum eſt το αἱ.

V. 1078. Γαμον Νηρηϊδος εθεσαν
Πρωτας, Πηλεως δ' ὑμεναιους] Ut verſus prior ſtrophico reſpondeat, omnino legendum eſt Νηρηιδων. *Canteri* etiam emendatio εδεισαν legentis pro εθεσαν, quæ non parum mihi quoque arridet, æque per metrum ac vulgata lectio ſtare poterit, ſi in ſtropha pro κοραι reſcribas κουραι. Vide ſupra v. 707. Interpretatio vero *P. Brumoy*, "deos ſcilicet primum Thetidem celebraſſe, quia dea erat, deinde Peleum, quia mortalis," nullis machinis ex Poetæ verbis extundi poteſt. Νηρηϊς πρωτη, vel Νηρηιδων πρωτη, eſt *Prima & præcipua Nereidum.*

1089. 1090. 1091. Πον το τας αιδους,
Η το τας αρετας δυνασιν εχει
Σθενειν τι προσωπον] Peſſime hæc reddidit vulgaris Interpres, ita ut nullam efficiant ſenſum; ſatis tamen perſpicua erunt, ſi cum *Brodæo* ordinem conſtructionis ita ſtatuas; που το προσωπον τας αιδους, η το προσωπον τας αρετας, δυνασιν εχει ὡστε σθενειν τι.

1097. Μη τις θεων φθονος ελθη] Nemo Interpretum hunc verſum intellexiſſe videtur; ita enim verto, *Ne quid ſit quod diis invideant.* Hoc ſcilicet voluit Poeta, "Ita omnia ex proprio arbitrio agunt homines, & ad commodum privatum referunt, ut eum ſibi ſcopum propoſuiſſe videantur, ne diis, qui independentes, αυτοτελεις, & αυταρκεις ſunt, aliquid relinquant quod a ſe invideri poſſit.

1117. 1118. — ουδε γαρ πατρος
Παντως ἁ μελλει γε] *Canterus* pro πατρος legi vult παρος, probante etiam *Barneſio*; ſed nihil innovandum. Πατρος enim vel a præpoſitione περι ſubintellecta pendere dici poteſt, vel ſubaudiendum τα πραγματα quod e ſequente ἁ repetere licet.

1121. Τα δ' αλλ' εγω προ τουδε κἀμαυτης φρασω] Minime neceſſe erat vulgatam lectionem προς τουδε κἀμαυτης immutari; verte, *Quæ hujus & mei intereſt dici.*

1122. 1123. Hæc omnia interrogative dicuntur.

1124. 1125. 1126. Φευ. Τιν' αν λαβοιμι των εμων αρχην κακων;
Απασι γαρ πρωτοισι χρησασθαι παρα,
Καν ὑστατοισι, κἀν μεσοισι πανταχου]
Nec *Barneſius*, nec *P. Brumoy* veram horum verſuum ſententiam aſſecuti videntur; ita autem reddi debere puto; *Quodnam meorum malorum exordium ſumam? omnia enim æque ad manum ſunt, ut iis utar vel primis, vel poſtremis, vel mediis*, in omni orationis meæ parte; id eſt, "Omnia æque enuntiari poſtulant,

"poſtulant, & æque priori, mediæ, vel extremæ, "orationis meæ parti conveniunt." Quaſi dixiſſet; "Tot & tantis malis premor, ut quidnam "primum, quid poſtremum, dicere debeam in "ambiguo eſt." Similis plane locus exſtat *Electr.* v. 907. 908.

Επι. τιν' αρχην πρωτα σ' εξειπω κακων;
Ποιας τελευτας; τινα μεσον ταξω λογον;

V. 1136. Ut conſtet metrum pro ποτνια lege ποτνα.

1139. Ο νους δε' αυτος νουν εχων ου τυγχανει] Vertendum puto; *Mens ecce ipſa ſua ipſius conſilia haud intelligit.*

1143. Μη καμητε λεγων, *Laborem dicendi tibi condones.*

1150. Hic Tantalus, Clytemneſtræ primus maritus, Thyeſtæ fuit filius, teſte Pauſania in Corinthiac. cap. 18. quanquam idem poſtea cap. 22. ambigit utrum Thyeſtæ an Brontei filius fuerit, utrumque enim, ut dicit, traditur. Bronteus autem, vel Broteas, Tantali primi filius fuit, Pelopis frater.

1186. Τι σοι κατευξη τἀγαθον, σφαζων τεκνον;] Verte ad mentem *Brodæi*; *Quodnam tibi a diis precabere bonum, cum liberos interficias?* quos ſcilicet homines præcipue a diis petere ſolent.

1189. 1190. Hæc interrogative ſunt dicta, & ita apud *Grotium* poſita reperio.

1193. Lege αν pro εαν, ut vitetur anapæſtus in ſecunda ſede. Ita *Iphig*, in *Taur.* v. 980.

Συμπραξον' αν γαρ θεας κατασχωμεν βρετας.

1194. Ταυτ' ηλθον ηδη δια λογων, *Hæc hactenus diſſerui.*

1195. Διαφερειν, *geſtare.*

1204 1105. Η δ' εξαμαρτουσ', υποστροφον νεανιδα
Σπαρτη κομιζουσ', ευτυχης γενησεται] Το υποστροφον proculdubio corruptum eſt, nec commode per metrum hic ſtare poteſt. Legendum puto υποτροπος, ut ad Helenam, non ad Hermionem, referatur, & ita locus vertatur; *Illa vero quæ peccavit reverſa, filia adoleſcentula Spartæ accepta, beata evadet.*

1224. Nullum aliud remedium video quo minus anapæſtus ſedem ſecundam teneat, niſi pro ανδρος legas ανερος. Ita in Fragment. *Phrixi* v. 18.

Ανηρ δε' ος εστι φυς' ανερος ουκ αξιον

1230. Ποιων πονοις αποδιδουσα σοι τροφας] Ad πονων ſubaudi αντι, vel ενεκα. Verte, *Rependens tibi altrices curas in laborum pro me ſuſceptorum compenſationem.*

1242. Ut in quarta ſede vitetur anapæſtus, pro δακρυοιν lege δακρυσ' —

1249. Εν συντεμουσα, παντα νικησω λογον] *Canterus* legi mavult παντα κινησω λογον, ut a proverbio παντα κινειν λιθον traductum videatur. Sed hæc emendatio ideo hoc in loco minus commode inſtituitur, quod εν συντεμουσα quod præcedit, & παντα κινησω λογον quod ſequitur ſibi mutuo aperte contradicunt. Quomodo enim is omnem movere rationem dici poteſt, qui unam tantum vice cæterarum omnium profert? Ac proinde Iphigenia poſt hoc dictum revera non omnem nec lapidem, nec rationem, movet, ſed ratione una, at ea præcipua, & præ cæteris eximia, orationem claudit.

V. 1251. Τα νερθε δ' ουδεις] Pro ουδεις lege cum *Stobæo* ουδεν.

1263. Ουδ' εστι Τροιας εξελειν κλεινον βαθρον] *Valckenar.* ad *Phæniſſ.* 1746. egregie reponit κλεινον βαθρον.

1277. Ut conſtet metrum, quod in ſeptem hiſce primis verſiculis anapæſticum eſt, legendum opinor θανατου του σου —

1279. Pro ταυτο γαρ lege ταυτο γε, requirente metro.

1298. 1299. Ita hos verſiculos conſtitui debere opinor,

Και ροδεοντ' ανθεα υακινθινα dactylicus tetrameter
Τε θεαισι δρεπειν baſis anapæſtica.

1302. Hic verſus in duos dividatur,

Ηρα θ' Ερμας θ' ſpondaicus dimeter
Ο Διος αγγελος penthemimeris trochaica.

1322. 1323. Τουσδ' εις ορμους, εις Τροιαν
Ωφελεν ελαταν πομπαιαν] Verte, *In hos portus claſſem Trojam verſus deſtinatam.* εις Τροιαν pendet a ſequente πομπαιαν.

1324 — 1327. Ex his quatuor verſibus quinque dactylici ad hunc modum conficiendi,

Μητ' αντιαν Ευριπῳ
Πνευσαι πομπαν Ζευς, μειλισσων
Αυραν αλλοις αλλαν θνατων
Λαιφεσι χαιρειν,
Τοισι δε λυπας, τοισι δ' αναγκαν.

Horum autem verſuum tertii & quarti conſtructio ita recte a *Brodæo* explicatur, αλλαν αυραν αλλοις λαιφεσι θνατων ὡστε χαιρειν.

1331. 1332. 1333. Ita horum verſuum metra conſtituenda,

Η πολυμοχθον ἀμεραν; Χρεων δε τι anapæſticus dimeter
Ανδρασι δυσποτμον ανευρειν; paroemiacus.

1330. 1331. Hi verſus affirmative non interrogative accipiendi.

1339. Verſus mendoſiſſimus leviſſima immutatione ita reſtituendus,

Τον τε της θεας παιδα, τεκνον, ὡγε δευρ' εληλυθας.

1341. Ut conſtet metrum, & ſervetur ratio commatis trochaici, legendum eſt,

Κλ. Τι δε τεκνον φευγεις; Ιφ. τον Αχιλλεα, τον γ' ιδειν αισχυνομαι.

V. 1348. Ut vitetur ſpondæus in tertia ſede, dele και ante ωδης, & pro πιτδ lege πις δ', ut τε δε vicem του και ſuppleat.

1349. Ut conſtet metrum, pro εγω τοι, lege εγω τι. Nitidior etiam evadet verſus, ſi pro κλυδων legas κλυδων.

1363. Metrum poſtulat, non repugnante ſententia, ut ιδια legatur pro ιδια.

1367. Ad finem hujus verſus interrogationis notam tollendam, & plene diſtinguendum cenſeo. ὡς τουδ' ουτι γ' ου σφαγησεται. *Si quid in hoc opis eſt certe non mactabitur; hoc certe non deerit quo minus mactetur.*

1370. Τα δ' αδυναθ' ἡμιν καρτερειν ου ῥᾳδιον] Καρτερειν non hic ſignificat *ſuſtinere*, ſed *contra nitentem perſeverare.*

1372. Μη διαβληθης στρατῳ, *Ne cum exercitu committare, ne inimica exercitui reddare.*

1380. Ην τι δρωσι Βαρβαροι] Mallem ην τι δρωσι Βαρβαροις. Vide ſupra v. 371.

1381. Μηκεθ' ἁρπαζειν εαν τας ολβιας εξ Ελλαδος] Mallem τας ολβιας, non τας pro τας, quod hoc in loco conſtructionem efficit duriſſimam.

1382. Τον Ελενης πονουντες ολεθρον] Ego cum *Brodæo* πονουντας ad Græcos, non ad Barbaros, referendum puto, & vertendum, *ulciſcentes.*

1385. Lege λαν γε μοι, ut ſervetur ratio commatis trochaici.

1389. Ut metro conſulatur delendum eſt τι, quod ab imperito ad fulciendum metrum inſertum fuiſſe videtur.

1390. Ad finem hujus verſus interrogationis notam ponendam cenſeo.

1391. Ratio commatis trochaici in hoc verſu turbata eſt, quam in integrum reſtituere non adeo in proclivi eſt. Editio autem *Aldina* pro τουτο γ' habet του γ', pro quo ſi reponamus cum viro quodam docto τουδ', ita facili negotio verſus ſanari poteſt.

Τι το δικαιον τουδ'; εχοιμεν αρα γ' αντειπειν επος;

1396. Γεγονα μ' εγω. Lege γεγονομαι 'γω.

1400. Ut conſtet metrum pro εικος αρχειν legi debet αρχειν εικος. *Grotius* pro αρχειν legit αρχεν; ſed dialecto Doricæ non hic locus eſt.

1410. Τα αναγκαια. Legendum omnino eſt τἀναγκαια.

1412. Citra neceſſitatem *Canterus* & *Barneſius* euphoniam verſus corruperunt, ponendo σου pro την, iſtud enim facile ſubintelligitur.

1418. 1419. Η Τυνδαρις παις δια το σωμ' αρχει, μαχας Ανδρων πθησει και φονους] Egregie hunc locum reſtituit *Hardio*, reponendo αρχει pro αρχει. Vide Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. Tom. IV. pag. 296.

V. 1436. Hæc ita diſtingue,

Παυσαι' με μη κακιζε

Compeſcas te, ne me timidam redde.

1440. Ut vitetur anapæſtus in ſecunda ſede, pro δητα, lege δη.

1445. Πατερα γε τον εμον μη στυγει, ποσιν τε σον] Laudo *Barneſium* particulam γε ad fulciendum metrum inſerentem; cum enim ſequatur ποσιν τε σον, præcedat πατερα, τον εμον dici, non τον εμον, id eſt, τον ἡμετερον, neceſſe eſt.

1466. Lege μητερ'.

1468. Υμεις δ' επευφημησατ', ω νεανιδες,] Iphigenia Chorum alloquitur Chalcidenſium mulierum, quæ mandata etiam ejus poſtea exſequuntur v. 1520 — 1531. Duplicem enim Chorum non admittit una eademque tragœdia.

1479. 1480. 1481. Χορευσον τε παγεαν

Ελισσετ' αμφι ναον,

Αμφι βωμον, Αρτεμιν] *P. Brumoy* videtur ad Αρτεμιν ſubintellexiſſe επικαλουσαι, quod rectum opinor. Cum *Brodæo* autem verte το ελισσετε, *Choreas ducite.* Ita totus locus ad hunc modum reddi poteſt; *Et cum lavacrorum fontibus*, id eſt, *aquam luſtralem tenentes choreas ducite circa templum; circa aram, Dianam invocantes.*

1499. Μυκηναι τ' ἐμαι, Θεραπναι] Lege Θεραπναι τε, præeuntibus *Cantero*, *Scaligero*, & *Duporto*. Θεραπναι enim, ſi ad Mycenas referatur, valde erit durum, ſi ad Chorum, ne quidem verum, quippe quæ conſtabat ex mulieribus Chalcidenſibus nequaquam Agamemnoni ſubditis. Aliæ autem famulæ circa Iphigeniam tunc non videntur fuiſſe; famulum certe patris paulo ſupra requirit, qui ſe ad aram ducat. Vide autem *Troad.* v. 211.

1512. 1513. Ita hæc metra potius conſtituenda,

Στειχουσαν επι baſis iambica

Καρα στεφη βαλουμεναν choriambicus dimeter acatalectus

Χερνιβων τε παγαις ithyphallicus.

1514. Βωμον γε δαιμονος θεας] *Scaliger.* ſupplendum cenſet αμφι βωμον, quia ſupra v. 1480. 1481. habemus αμφι ναον, αμφι βωμον. Sed longe alia eſt iſtius, alia hujus loci ratio. Hic enim βωμον pendet a præcedente στειχουσαν, ſubaudita præpoſitione προς vel επι.

1530. Δος αμφι καρα τεον] Mallem cum *Scaligero* legere καρα δ' εον, ut conſtructio ſit, Δος τε Αγαμεμνονα λογχαις αμφιθειναι Ελλαδι κλεινοτατον στεφανον, δος τε αμφι καρα εον αμφιθειναι κλεος αειμνηστον.

V. 1536.

V. 1536. Μη μοι τιν' αλλην ξυμφοραν ηκεις φερων] Proculdubio legendum cum *Scaligero* ηκεις.

1560. Σιγη' παρεξω γαρ δερην ευκαρδιως] Σιγη non hic *Clam* ſignificare, ſed cum παρεξω jungendum, cum *Brodæo* puto.

1566. 1567. Εθηκεν οξυ χειρι φασγανον σπασας
Κουλεων εσωθεν] Veram eſſe Lectionem hanc quam repræſentat editio *Aldina*, ſcilicet Κουλεων εσωθεν, recte vidit *Barneſius*, & in editionem ſuam intulit, cum εξωθεν per metrum haudquaquam locum habere poſſit; ſed conſtructio germana & ſententia omnino eum latuerunt. Κουλεων εσωθεν enim omnino pendet a participio σπασας, non a verbo εθηκεν, quod neceſſario ad εις κανουν referri debet. Ita autem locum verte; *Calchas vero vates, poſtquam gladium acutum, intra vaginam conditum, manu extraxerat, eum in calathum ex aureis laminis factum repoſuit*. Nimirum cum gladius εσω κουλεων erat, & adjunctum θεν motum a loco deſignat, ſi extraheretur, εσωθεν extrahi neceſſe erat.

1568. Ο παις δ' ὁ Πηλεως εν κυκλῳ βωμῳ θεας,
Λαβων κανουν, εθριξε] Legendum puto εν κυκλῳ βωμου θεας; nam εν κυκλῳ στειχειν, vel ελισσειν, ſemper, ut opinor, genitivo jungitur. Ita *Herc. Fur.* v. 926. 927.

εν κυκλῳ δ' ηδη κανουν
Ειλικτο βωμου.

et ibid. v. 977.

Ο δ' εξελισσων παιδα κιονος κυκλῳ —

pendet nimirum genitivus iſte a nomine præcedente κυκλῳ.

1580. Εμοι δε τ' αλγος ου μικρον εσται φρενα] *Valckenarius* ad *Phœniſſ*. 1378. hunc verſum ab *Euripide* profectum negat, nullam aliam rationem afferens quam notam ſibi eſſe Euripideam ſcribendi rationem; adeoque in verſu ſequenti reponit Κάρη πιτνουκως ſcilicet Ιερευς. At hæc ipſa emendatio vanitatem & futilitatem familiaritatis iſtius cum *Euripidis* ſcriptis tantopere prædicatæ manifeſtiſſime prodit. Jam enim ſacerdos guttur conſideraverat ubi feriret, & in ipſo feriendi actu εστη πιτνουκως, *capite terram verſus inclinato ſtabat*, quod fieri non potuiſſe nemo eſt qui non videt.

V. 1584. Pro ἱερευς lege ἱρευς, ut vitetur anapæſtus in ſecunda ſede.

1586. Ου γε μηδ' ὁρωμενη πιστις παρην] Lege, præeunte editione *Aldina*, ὁρωμενου.

1589. Attici augmentum non abjiciunt, quapropter, & ut in ſecunda ſede vitetur anapæſtus, ita hunc verſum reſtitui poſſe exiſtimo,

Ης αιμαιτ' αρδην βωμος εξαιτο θεου.

1592. Claudicat metrum, θυσια enim primam corripit. Forſan legi poteſt,

Ορατε δη τηνδε θυσιαν, ην η θεος.

1596. Anapæſtus in quarta ſede vitabitur ſi legas,

εδεξατο πλουν τ' ουριον —

1598. Αιρει ναυβατης] Lege αιρει ναυβατης. Tempore enim præſenti ponitur & hoc verbum, & quod ſequitur χωρει.

1620. Ut conſtet metrum legendum, non αυτοις, ſed αυτος. Verſus enim anapæſticus eſt dimeter hypercatalectus, ſicut & tres proxime præcedentes.

Ex Iphigenia *Euripidis* verſus ſequentes adferuntur ab Æliano de Hiſtor. Animal. Lib. VII. cap. 39.

Ελαφον δ' Αχαιων χερσιν ενθησω φιλαις
Κεροεσσαν, ην σφαζοντες αυχησουσι σην
Σφαζειν θυγατερα —

ſed eos ad hanc tragœdiam pertinere non poſſe nemo non videt. Forſan, cum tres fuerint *Euripidis* nomine inſigniti qui Poeſi Tragica inclaruerint, alter noſtro antiquior, alter recentior fuit, ad horum alterutrius tragœdiam quandam hæc referri debent.

NOTÆ IN IPHIGENIAM IN TAURIS.

V. 8. LEgendum εδοκει.

16. Εις εμπυρ' ηλθε, *Holocauſta* conſuluit, non *Ignem ſacrum*, ut male reddit *P. Brumoy*. Similem habes phraſin *Androm.* v. 1113.

Τυγχανει δ' εν εμπυροις.

73. Εξ αιματων γουν ξανθ' εχει τριχωματα] Quid ſint ædium τριχωματα, *comæ* vel *capilli*, prorſus ignoro. Legendum puto θριγκωματα, *loricas*, a θριγκος, voce idem ſignificante, qua utitur Poeta verſu proxime ſequente & 129. Ab hac verbum θριγκουν apud Polluc. VII. 120. unde facile deducitur θριγκωμα.

91. Ενθενδ' ουδεν ερρηθη περας] Hoc corruptum ut ſit neceſſe eſt cum ſequentibus aperte contradicat. Hic enim dicitur nullum poſt ea peracta prædici terminum vel finem; verſu autem proxime ſequente, *ſi hæc fecerit levatum fore morbo*. Proculdubio igitur cum *Brodæo* legendum περα, *Præter hoc nihil injunctum eſt ultra.*

97. — ποτερα δωματων προς αμβασεις
Εκβησομεσθα] Προς αμβασεις, duabus vocibus, non conjunctim, legi neceſſe eſt. Nunquam enim efficies ut εκβαινεσθαι προσαμβασεις ſignificet, *Egreſſum ſcandere ſcalas*. Præpoſitionem igitur προς neceſſario exigit conſtructio. Verte, *An egrediemur verſus gradus quibus aſcenditur ad templum?*

98. Πως αν ουν μαθοιμεν αν] *Sallierius* admodum probabiliter pro μαθοιμεν legit λαθοιμεν. Vide Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. Tom. III. p. 161.

101. Εις βασεις τε μηχανωμενοι] Lege ex auctoritate veterum editionum εισβασεις, una voce.

116. 117. Ουτοι μακραν μεν ηλθομεν κωπη πορον,
Εκ τερματων δε νοστον αρουμεν παλιν] Hos duos verſus ingenioſe admodum oſtendit *Hardio* Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. Tom. III. p. 170. Pyladi tribui debere, non Oreſti, cujus reſponſum non niſi v. 118. demum incipit.

V. 120. 121. Ου γαρ το του Θεου γ' αιτιον γενησεται
Πεσειν αχρηστον θεσφατον] Malim legere αιτιος γενησομαι.

122. Σκηψιν, *excuſationem, detrectandi prætextum.*

123. 130. Ita hi verſus conſtituendi, omnes ſpondaici præter ultimum qui anapæſticus eſt,

Ευφαμειτ', ω ποντου δισσας
Συγχωρουσας
Πετρας Ευξεινου ναιοντες.
Ω παι τας Λατους, Δικτυνν'
Ουρεια, προς σαν αυλαν,
Ευστυλων ναων χρυσηρεις
Θριγκους, ποδα παρθενιον —

130. 131. 132. Ποδα παρθενιον,
Οσιον, οσιας
Κληδουχου δουλα πεμπω] Οσιας κληδουχου non ad Dianam, ſed ad ipſam Iphigeniam referri, & a ποδα, non a δουλα, pendere intelligi debent. Ita infra v. 1462. 1463.

Σε δ' αμφι σεμνας Ιφιγενεια, κλιμακας
Βραυρωνιας δει τησδε κληδουχειν θεας.

Verte autem, *Pedem virgineum ſanctum ſanctæ tuæ janitricis ſerva immitto.*

144. 145. Ut horum verſuum conſtent metra, ita corrigi & conſtitui debere exiſtimo,

Ως θρηνοις εγκειμαι, τας ουκ
Ευμουσου μολπαισι βοας —

147. Εν κηδειοις οικτοισιν, verte, *In funebribus lamentis*

149. 150. Hi duo verſus ita conſtitui debent,

Συγγονον αμον
Κατακλαιομενα ζωας.

153. Lege Ολομαν, ολομαν, agumento ionice rejecto.

157. Legendum opinor Ιω, ιω, δαιμων.

158. Lege μουνον.

V. 159.

Digitized by Google

V. 159. 160. 161. Ita hi verſus conſtituendi,

> Αἴδᾳ πέμψας, ᾧ τάσδε χοὰς
> Μέλλω, κρατῆρά τε τὸν φθιμένων —

163. Πηγάς τ' οὐρείων ἐκ μόσχων] Verte, *Et fontes ex montanis juvencis derivatos.* Significatur enim hîc *lac*, non *ſanguis*. Libatio ſcilicet quæ mortuis fiebat, quando cum ſacrificio conjuncta non erat, ex melle, lacte & vino, tantum conſtare ſolebat. Hoc patet ex libatione quam Hermione, matris Helenæ vice faciebat Clytemneſtræ mortuæ, quamque memorat Poeta *Oreſt.* v. 115. edit *King*. Hoc autem in loco nullum præceſſiſſe ſacrificium manifeſtum eſt.

169 — 174. Ita hi verſus corrigendi, ni fallor, & conſtituendi,

> Ὦ κατὰ γαίας Ἀγαμεμνόνιον
> Θάλος, ὡς φθιμένῳ, τάδε σοι πέμπω.
> Δέξαι δ', οὐ γὰρ πρὸς τύμβον σοι
> Ξανθὰν χαίταν, οὐ δάκρυ οἴσω.

176. Ut conſtet metrum pro δόκιμα legere malim ἀδόκιμα, *vilis, nullius pretii*; hujus enim vocis ſyllaba prima produci poteſt. Vide *Clark*. ad Homer. Iliad. Α. v. 398. Ita igitur ſcribendus hic verſus qui anapæſticus eſt,

> Πατρίδος χεῖρας ἔνθ' ἀδόκιμα —

178 — 185. Ita hi verſus conſtituendi ſpondaici omnes aut anapæſtici,

> Ἀντιψάλμους ᾠδὰς, ὕμνων τ'
> Ἀσιήταν σοι, βάρβαρον ἰαχὰν,
> Δεσποιν', ἐξαυδάσω, τὰν ἐν
> Θρήνοις μοῦσαν, νέκυσιν μέλεον,
> Τὰν ἐν μολπαῖς
> Αἴδας ὑμνεῖ, δίχα Παιάνων.

187. Lege φῶς.

189 — 195. Ita horum verſuum metra conſtituenda,

> Τίς γ' ἐκ τῶν εὐόλβων Ἄργει
> Βασιλέων ἀρχά;
> Μόχθος δ' ἐκ μόχθων ἀΐσσει.
> Δινευούσαις
> Ἵπποισιν πταναῖς, ἀλλάξας δ'
> Ἐξ ἕδρας ὄμμ' ἱερὸν αὐγᾶς
> Ἅλιος. ἄλλοις δ' ἄλλα προσέβα —

In primo verſu pro τίν' lego τίς γ' ut cum ἀρχὰ jungatur, & verto, *Quodnam ex beatis Argivorum regibus principium?* id eſt, *A quonam inter reges Argivos principium malorum noſtrorum ſumam?* Periodi etiam notam poſt ἀΐσσει pono; quæ enim ſequuntur δινευούσαις ἵπποισιν πταναῖς conjungenda ſunt cum ἐξ ἕδρας, ut conſtructio ſit, ἅλιος δὲ ἀλλάξας ἱερὸν ὄμμα αὐγᾶς ἐξ ἕδρας δινευούσαις ἵπποισιν πταναῖς.

V. 199 — 202. In horum verſuum ultimo veterum editionum auctoritatem ſecutus repono ἐπὶ σοὶ, ſeipſam enim alloquitur *Iphigenia*, & plene diſtinguo poſt δαίμων, ut ſequentia periodum alteram inchoent. Ita autem metra conſtituenda

> Ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέντων
> Τανταλιδᾶν ἐκβαίνει ποινά γ'
> Εἰς οἴκους· σπεύδει δ' ἀσπούδαστ'
> Ἐπὶ σοὶ δαίμων.

203 — 207. Ἐξ ἀρχᾶς μοι δυσδαίμων,

> Δαίμων τᾶς ματρὸς ζώνας.
> Καὶ νυκτὸς κείνας, ἐξ ἀρχᾶς
> Λοχείαν, στερρὰν παιδείαν,
> Μοῖραι συντείνουσι θεαί] Lege cum *Scaligero*

λοχίαν, id eſt, λοχείαν, & ita totum locum verte; *Ab initio fortuna mihi infauſta fuit, ab utero matris* (*zona* enim ponitur pro eo quod ſub zona eſt) *& a noctis illius principio, a partu* ſcilicet, *Parcæ deæ junctim* (cum fortuna vel genio meo infelici ſcilicet) *contendunt ut educatio mea acerba ſit.*

208. Cave *Scaligero* auſcultes hunc verſum hinc removenti, & poſt v. 220. collocanti; recte enim hunc locum occupat, cum conſtructio ſit, Ἁμναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων —— Νῦν δ' ἀξείνου πόντου ξείνα.

211. Σφάγιον πατρῴα λώβα] Lege cum *Æm. Porto* πατρῴᾳ.

213. Lege ἔτικτεν γ' ut fulciatur metrum.

214. Lege Ἱππείοισιν δ' ἐν δίφροισι. Fulcro autem illo δὲ non magis metrum quam ſententia poſtulat.

217. 218. Ita hi verſus conſtituendi,

> Τῷ τᾶς Νηρέως κούρας. αἶ, αἶ.
> Νῦν δ' ἀξείνου πόντου ξείνα —

221. Dividatur hic ſpondaicus in duos tetrametros acatalectos.

226. Βωμοὺς οἰκτρὰν τ' αἱμάσσουσ'] Pro βωμοὺς legendum puto βωμοῖς, ut luculentior evadat conſtructio. Ad οἰκτρὰν autem a ſuperioribus repeti debet ἄταν.

227. 228. Ita hi verſus corrigendi & conſtituendi,

> Οὐδέ γ' οἰκτρὰν τ' ἐκβαλλόντων
> Δάκρυον. καὶ νῦν κείνων μέν μοι —

231 — 235. Ita hos etiam verſus conſtituendos cenſeo, inſerto tantum τῷ γε poſt ἐπιμαστίδιον, ne laboret metrum,

> Ὃν ἔλιπον ἐπιμαστίδιον γ', ἔτι βρέφος,
> Ἔτι νέον, ἔτι θάλος,
> Ἐν χερσὶ ματρὸς, πρὸς στέρνοις τ'
> Ἄργει σκηπτοῦχον Ὀρέσταν.

241. 242. Ἥκουσιν εἰς γῆν κυανέαν Συμπληγάδων

> Πλάτῃ φυγόντες] *Bentleius* Epiſt. ad *Mill.* p.

36. 37. legendum cenſet κυανέας Συμπληγάδας, aut Κυανέαν

Κυανέαν Συμπληγάδων πέτραν, utrumque ſatis probabiliter, ſed longe magis, meâ ſententiâ, prius.

V. 245. Οὐκ ἂν φθάνοις ἂν ἐντρέπων πωλούμενα] Hæc imperative non interrogative dicuntur. Verte, *Omnino parare maturabis.* Vide quæ notavimus ad *Suppl.* v. 1219. *Alceſt.* v. 662. *Troad.* v. 456.

253. Αὐταῖσιν ἐπὶ ξυγμοῖσιν ἀξένου πόρου] *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 161. legendum eſſe cenſet, Αὐταῖς ἐπὶ ξυγμοῖσιν, cui lubens aſſentior.

258. 259. Χρόνιοι γὰρ ἥκουσιν. οὐδέπω βωμὸς θεᾶς Ἑλληνικοῖσιν ἐξεφοινίχθη ῥοαῖς] Lege omnino ἥκουσ' non ἥκουσιν. Aliud autem mendum hic ſubeſſe ſuſpicor. Hoc enim in loco dicit Poeta, *nunquam deæ aram madefactam fuiſſe Græco ſanguine*; infra vero v. 347. *Iphigenia* ſatis manifeſte innuit, ſe aliquoties Græcos homines deæ mactaſſe. Vide & v. 38. 39. & 72. Forſan pro οὐδέπω legi debet ἐξ ὅτου.

292 Οὐ ταὐτὰ μορφῆς σχήματ'] Pro ταῦτα, lege τ' αὐτὰ.

298. Παίει σιδήρῳ λαγόνας εἰς πλευράς ἱεὶς] Diſtinguendum commate poſt λαγόνας.

299. Δοκῶν Ἐρινῦς θεὰς ἀμύνεσθαι τάδε] Ἀμύνεσθαι hoc in loco idem valet ac ἀμύνοντα δρᾶν. Verte, *Exiſtimans hæc ſe facere pugnantem contra deas Furias.*

309. Προὔργου πεσόντα, *hominem opportune lapſum.*

326. 327. — εἰ δὲ τοῦσδ' ὤσαιτό τις,

Οὗτος τὸ νῦν ὑπεῖκον ἤρασσον πέτροις] Manifeſte hæc corrupta ſunt, & ſenſu prorſus carent. Quid enim, obſecro, dicere vult illud τὸ νῦν ὑπεῖκον? Interpretes quidem omnes unanimiter Oreſtem & Pyladem deſignari volunt. Sed quomodo hi ὑπεῖκον dici poſſunt, qui ſimul partem ex hoſtibus alteram ὤσασθαι dicuntur? Aut quamobrem nemo eos tunc potiſſimum ſaxis petebat, cum repulſis jam hoſtibus ipſi retro cedere incipiebant? Omnia autem hæc abſurda & ſibi mutuo repugnantia ſtatim evaneſcunt ſi pro Οὗτος legis Αὖτις. Verte, *Ii ex noſtris qui modo ceſſerant iterum pulſabant ſaxis.*

335. Ut vitetur in quarta ſede anapæſtus legendum videtur,

Εἰς χέρνιβάς τε καὶ σφαγὰς ἔπεμπέ σοι.

341. Ἑλλὴν, ὃς ἐκ γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον] Lege cum vulgatis Ἕλληνος, quod enim ſequitur, γῆς, abſque adjectivo vix per Græcæ linguæ idioma locum habere poteſt.

365. 366. 367. — μήτηρ δ' ἐμὲ,

Σὺ δ' ἐν κατακτείνοντος, Ἀργεῖαί τε νῦν

Ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν] Τὸ νῦν hoc in loco vox plane nihili eſt, nec ad quem referri poſſit habet. Proculdubio legendum eſt νιν, ut ita locus vertatur; *Mater vero mea, dum tu me interficis, Argivæque, hoc ipſo tempore me celebrant hymeneis.*

V. 377. Ut conſtet metrum, lege, præeunte *Baſilienſi*, ἐς Ἄργος.

378. 379. Ὦ τλῆμον, εἰ τέθνηκας, ἐξ οἵων κακῶν

Ἔρρεις Ὀρέστα, καὶ πατρὸς ζηλωμάτων] Verte, *O miſer Oreſtes, ſi mortuus es, ob qualia mala periiſti, & ob qualia patris ſtudia?* Ut enim illam perdiderant Helenæ raptus, & paternum contumeliam hanc ulciſcendi Trojamque expugnandi ſtudium, ita & Oreſtem aliud quoddam ſcelus, aliudque patris conamen, perdidiſſe veriſimile putabat.

396. Lege διπτέρασι, non διπτέρασιν, verſus enim dochmaicus eſt ex epitrito primo hexaſyllabo & ſyllaba.

416. Ὄλβου βάρος per appoſitionem ſubjungitur τῷ φίλας ἐλπίς, & ſpei illius objectum & ſcopum indicat.

419. Metri ſane ratio requirere videtur *Barneſii* emendationem legentis κενόδοξος γνώμα, aut potius, quod malim, quodque per metrum æque hic ſtare poteſt, κενόδοξοι, *inani opinione ducti*, ut conſtructio ſit οἱ φέροντες κενόδοξοι.

426 — 429. Ut horum verſuum metra conſtent, & antitheticis reſpondeant, ita corrigendos & conſtituendos cenſeo,

Ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ δραμόντες; choriambicus trimeter catalectus

Ὅπου πεντήκοντα κορᾶν glyconius πολυσχηματιστος

Τῶν Νηρῄδων χοροὶ pherecrateus ex epitrito quarto & ſecundo catalecto

Μέλπουσιν ἐγκυκλίοι, glyconius πολυσχηματιστος. Vide Not. ad *Helen.* v. 1318. Horum autem tres ultimi verſus, ut luculentior evadat conſtructio, parentheſi includi debent. In ultimo pro ἐγκυκλίοις repoſui ἐγκυκλίοι, ut cum χοροὶ jungatur; Vide *Iphig. in Aul.* v. 1056. antiſtrophica autem ita conſtituantur,

Ἵν' ἀμφὶ χαίτας δρόσον αἱματηρὰν

Ἑλιχθεῖσα, λαιμοτόμῳ

Δισσύτας τε χερὶ, θανὼν,

Ποινὰς δοὺς ἀντιπάλους.

432. Εὐναῖα, αἳ τὴν ναῦ ἐνεάζουσι ἄγκυραι. *Euſtath.* in Homer. Iliad. Α. p. 131. Hinc etiam πηδάλια recte εὐναῖα dicuntur, quia hæc quoque navem quodammodo εὐνάζοντα, *rectam* ſcilicet *tenent*, ne quaquaverſum pro lubitu ventorum & fluctuum jactetur.

433. Αὔραις ἐνοπαῖς] Malim Αὔραισιν ποναῖς; nam ἐνοπαὶ vix alibi legitur, & ſi ἐν πονοαῖς legamus, præpoſitio non abundat tantum, ſed & conſtructioni obeſt.

434. Lege, poſtulante metro, & præeunte editione *Aldina*, πνοαῖσι.

V. 435.

V. 435. Επ' αιαν, repetendum eſt ἀπο κοινου, επεραουν.

436. 437. Ut metra antitheticis reſpondeant ita hæc corrigenda puto,

Αευχαν ακταν, Αχιλλεως anapæſticus dimeter catalectus

Τε δρομους καλλισταδιους, ευ- idem.

Diſtinctionem poſui poſt ακταν quod Αχιλλεως ad δρομους non ad ακταν, referri debet, unde etiam ſuadente metri ratione copulam inter Αχιλλεως & δρομους inſerui.

439. Ut conſtet metrum lege ευχαιαν.

453 Ut conſtet metrum lege οικοισι.

455. Κοιναν χαριν ολβῳ. Verte, *Commune gaudium rebus ſecundis.*

461. 462. Ita hi verſus nitidius conſtituentur,

Ουδ' αγγελιας

Ψευδεις ελακεν βουφορβος ανηρ

465. 466. Ας ὁ παρ' ἡμιν νομος ουχ ὁσιας

Ελλησι διδους αναφαινει] Verte, *Quas apud nos lex Græcis tradens declarat non eſſe pias.* διδους *tradens, oſtendens, proponens.*

470. ανηχοντες; Templi nimirum miniſtri. Iis enim, non Choro, ut putabat *Barneſius*, hæc dici intelligenda. Scenam, dum ſequentia inter Iphigeniam & Oreſtem tractantur, non relinquit Chorus, ſed præſens adeſt, & ſemel interloquitur.

494. Εςι δη σοι τουτ' εν ἡδονη μαθειν] Præclare repoſuit *Pierſonus* Batavus ες τι δη σοι &c. quod ex *Valckenario* didici ad *Phœniſſ.* 624.

502. Ου γελωμεθ' αν] Malim cum *Æmil. Porto* γελῳμεθ' αν forma optativa. Ita paullo ſupra γελῳμεθ' αν.

556. Παις νιν, ὁν ετεχ', οὑτος ωλεσεν] *Barneſius* diſtinctionem non poſt ετεχ' ſed poſt οὑτος poni vult, at minus recte, longe enim elegantior eſt vulgata conſtructio; *Filius eam, quem genuit ipſa, is perdidit.*

566. Κακης γυναικος χαριν αχαριν απωλετο] Per *malam mulierem* cujus gratia periit Iphigenia, Helenam intelligo cum *Brodæo*, non Clytemneſtram cum *P. Brumoy.*

570 ad 575. Ουδ' οἱ σοφοι γε δαιμονες κεκλημενοι

Πτηνων ονειρων εισιν αψευδεστεροι.

Πολυς ταραγμος, εν τε τοις θειοις ενι,

Κἀν τοις βροτειοις. ἑν δε λειπεται μονον,

Οτ' ουκ αφρων ων, μαντεων πεισθεις λογοις,

Ολωλεν, ὡς ολωλεν τοισιν ειδοσιν.] Hi ſex verſiculi manifeſte reſpiciunt oraculum Apollinis Oreſti datum, cædemque matris Clytemneſtræ ab eo ejuſdem oraculi juſſu patratam. Nequaquam igitur Iphigeniæ quæ oraculum iſtud datum ignorabat, convenire poſſunt. Tantum enim abeſt, ex aliis hujus fabulæ locis colligi poſſe, Iphigeniam omnem familiæ ſuæ hiſtoriam pridem audiviſſe, quod aſſerit *Barneſius*, ut contra liquido pateat e v. 229 — 235. eam Aulida proficiſcentem Oreſtem adhuc infantulum, & a matris ubere pendentem, Argis reliquiſſe, & e v. 588 — 590. neminem ex Argis, poſt ſuam in Tauricam adventum, vidiſſe, a quo caſus familiæ ſuæ reſcire potuiſſet, & denique e v. 555 — 560. ne de matris quidem morte prius quidquam audiviſſe, ſed de ea tunc primum ab Oreſte fuiſſe edoctam. Cæterum verſiculorum horum ſententia Oreſtis perſonæ apprime convenit, qui, cum vatum reſponſis, deorumque oraculis, circa matris cædem & patrandam & expiandam obtemperaſſet, ſe nunc omnino iſtam ob cauſam periiſſe arbitrabatur. Vide v. 560. 691 — 694. 711 — 715. 723. Oreſti igitur tribuendi videntur, & ita vertendi; *Neque equidem dæmones qui ſapientes vocantur ſomniis volatilibus ſunt veraciores. Multa confuſio & in rebus divinis deprehenditur, & in rebus humanis. Unum vero ſolum reliquum eſt* (vel ſolatii ſcilicet, vel excuſationis) *quando homo non exſors prudentiæ vatum ſermonibus obſecutus periit, quod periit auctoribus ſapientibus*, vel *peritis*. Similis conſtructionis exemplum invenies apud *Sophoclem Ajac.* v. 985.

Θεοις τεθνηκεν οὑτος, ου κεινοισιν, ου —

Dii in cauſa fuerunt quod hic mortuus eſt, non illi, nequaquam. & *ibid.* v. 1148. θεοις σεσωσμενος, *a diis ſervatus.* Ita & *Bacch.* v. 1118. 1119.

Οικτειρε δ', ω μητερ, με, μηδε ταις εμαις

Αμαρτιαισι, παιδα σον κατακτανης.

V. 579. Perperam *Canterus* reponit σπουδασωμεν pro σπουδαις ἁμα, manifeſto cum metri detrimento; vox enim iſta antepenultimam certiſſime corripit.

605. 606. 607. — τα των φιλων

Αισχιςον, ὁςις καταβαλων εις ξυμφορας,

Αυτος σεσωςαι] Ad αισχιςον ſubaudi χρημα, ut conſtructio ſit, αισχιςον χρημα ὁςις καταβαλων τα των φιλων &c.

626. Ευρωπον, quatenus σκοτεινον ſignificat, derivari videtur ab ευρως *ſitus, putredo.*

641. Απαγγελει, *illi nunciabunt*; perperam *Barneſius*, *mihi renunciabunt.*

655. 666. Ετι γαρ αμφιλογα

Διδυμα μεμονε φρην] Verte, *Adhuc enim circa ambigua, duplicia mens turbata verſatur.*

664. Lege omnino φιλτατ', ut vitetur anapæſtus in quarta ſede.

V. 668.

V. 668. Αργος ει πρασσει καλως, *Si Argos proſpera utitur fortuna.*

669. Ταυτα δε φρασας λεγεις] Mallem τ' αυτα.

671. Ων επιστροφη τις ην, *Quorum aliqua erat conſideratio,* id eſt, qui non prorſus obſcuri erant. Hæc enim, ad βασιλεων, non ad πολιτις, referenda.

710. Ως πολλ' επεγκαν των εμων αχθη κακων] Feliciſſima eſt *Barneſii* conjectura reponentis αχθη.

713. Lege omnino απωλεσ', ut vitetur anapæſtus in ſecunda ſede.

717. Εστι δ' εγω] Lege priores editiones ſecutus σ' εγω.

720. Και τοι γ' εγγυς εστηκα φονου] Trochæus quintam occupat ſedem, ſilentibus quotquot videre mihi contigit Commentatoribus. Proculdubio legendum εστηκας, non metro tantum, ſed ſententia etiam, ut mihi videtur, requirente; ſed tunc & in verſu proxime præcedente pro μη που, reponendum eſt σε που. Verte autem, *Atqui fuit quando haud procul a cæde impendente abſuiſti.*

725. 726. Απελθεθ' ὑμεις, και παρευτρεπιζετε
Τανδον μολοντες, τοις εφεστωσι σφαγη] Hæc verba ad miniſtros diriguntur, quos, e ſcena egrediens pugillar allatura Iphigenia, ad captivorum cuſtodiam in ſcena reliquerat. Vide ſupra v. 637.

Φυλασσετ' αυτους, προσπολοι, δεσμων ατερ,

Barneſius Chorum his compellari putat; ut illa Iphigeniam egreſſam mox ſecuta cum ea una in ſcenam redierat. Hoc patet ex v. 798. ubi etiam interloquitur.

729. 730. — ουδεις αυτος εν πολλοις ανηρ
Οταν γε προς το θανειν εκ φοβου πεση] Sententia omnino poſtulat ut cum *Cantero* reponamus ὁταν τι. Recte etiam ὁ 'υτος repoſuit *Valcken.* ad *Phœniſſ.* 927.

743. Ομνυ' συ δ' εξαρχ' ὁρκον, ὁστις ευσεβης] Verte; *Tu, Pylades, jura; tu vero Iphigenia, præi verba juriſjurandi cujuſlibet quod pium ſit.* Perperam omnino Cl. *Weſtius* in verſione ſua hujus tragœdiæ elegantiſſima Anglice nuper edita hæc ita interpretatur, ut Oreſtes Iphigeniam jurare jubeat, Pyladem vero verba juramenti præire. Sed huic interpretationi aperte contradicunt quæ ſtatim ſequuntur. Fit enim prorſus contrarium; jurat Pylades, verba præit Iphigenia. Unde etiam ſequitur, verba iſta ὁστις ευσεβης, ad ὁρκον, non ad Pyladem, prout Cl. *Weſtio* viſum eſt, pertinere.

744. Πυλ. Δωσω. Ιφ. λεγειν χρη, τονδε τοις εμοις φιλοις] Hunc verſum, non partem Pyladi, partem Iphigeniæ, ſed integrum Iphigeniæ tribuendum arbitror. Ita enim peractum habes quod verſu præcedente juſſerat Oreſtes. Jurat Pylades, verba jurisjurandi præit Iphigenia.

V. 754. Αλλ' ουδεις εσται καινος, ην καλως εχη] Ad καινος ſubauditur ὁρκος. Verte, *Novum vero iterabitur juramentum, ſi ita oportet.*

759. Πολλα γαρ πολλων κυρει. *Multa enim multa obtinent,* aut, *per plurima plurimis proſpicitur.*

776. Ξενοκτονους ſecundam corripit eadem ratione qua κερασται *Cyclop.* v. 52. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. B. v. 537.

780. Εν τοις εμοις, *in rebus ad me ſpectantibus.*

808. Lege φης.

811. Λεγοιμ' αν ακοη πρωτον Ηλεκτρα τοδε] A codicum ſcriptura nimium recedit, adeoque improbabilis plane eſt emendatio, juxta quam pro Ηλεκτρα reponitur Ιφιγενεια; leviſſima autem facta immutatione veram ut puto & germanam habebimus Poetæ ſcripturam, ſi ſcilicet pro Ηλεκτρα legamus Ηλεκτρας. Primo nimirum Oreſtes quæ ab Electra audierat, quæque ipſe per teneram ætatem, quâ tunc cum immolabatur Iphigenia fuit, ſcire non poterat, ei ſigna declarat, deinde quæ ipſe viderat & bene norat addit v. 822.

Α δ' ειδον αυτος ταδε φρασω τεκμηρια.

819. Οιδ'· ου γαρ ὁ γαμος εσθλος ων μ' αφειλετο] Particula negativa nullum hîc ſenſum efficit; vix dubito quin legendum ſit οὗ, *ubi.*

837. 838. Ω κρεισσον, η λογοισιν, ευτυχουσ' εμου
Ψυχα, τι φω;] De ſua ipſius fælicitate loquitur Iphigenia, non Oreſtem animam ſuam, quod vulgari Interpreti placuiſſe video appellat.

844. Verſus hîc in duos ita dividatur,

Αμπταμενος φυγη. dochmaicus
Ω Κυκλωπιδες εστιαι periodus.

882. Hic verſus in duos dividatur,

Τοδε, τοδε σον, baſis iambica.
Ω μελεα ψυχα, penthemimeris dactylica.

883 — 892. In verſu 890 cum *Miltono* legendum puto non μην, ſed μαν, ut reſpondeat τῳ ποτερον præcedenti. Ita autem totum locum interpunctionibus diſtinguendum & reddendum cenſeo.

Ποτερον κατα χερσον, ουχι ναϊ,
Αλλα ποδων ῥιπα;
Θανατω πελασεις αρα,
Βαρβαρα φυλα,
Και διοδους ανοδους στειχων.
Δια Κυανεας
Μαν στενοπορους
Πετρας; μακρα κελευθα,
Ναϊοις δρασμοις.

Utrum per terram, non navi, ſed pedum impetu, ita ſcilicet

tet habebis? Morti, id faciens, propinquus certe eris, per barbaras gentes, tranſituſque invios, tendens. An per Cyaneos anguſtum tranſitum habentes ſcopulos? At longum eſt iter navali fugæ.

V. 900. Εν τοισι θαυμαστοισι, και μυθων πεϱα, Verte, *Inter ea quæ admiranda ſunt, & omnem ſermonem ſuperant.*

902 — 908. Hæc omnia Pyladi potius quam Choro tribuenda cenſeo. Si enim Choro tribuantur, abrupta prorſus & connexionis expers evadet oratio, ut expendenti patebit. Porro ſi tam aperte & officioſe declaraſſet Chorus ſe ſaluti & evaſioni Oreſtis favere, non tam obnixe ſupplicanda erat poſtea, ut eorum conſilia ſaltem ſilentio tegeret.

907. 908. Si cum *Scaligero* legas αλλως, quæ conjectura veriſimilis plane mihi videtur; ita interpunctionibus diſtinguendus & vertendus erit hic locus,

μη 'κβαντας τυχης
Καιϱον, λαβοντας ἡδονας, αλλως λαβειν

Non prætergreſſos fortunæ opportunitatem, voluptates capientes, fruſtra eas capere.

918. Locus *Scholiaſtis* ad Oreſtem a *Brodæo* notatus, quem *Barneſius* invenire non potuit, exſtat ad v. 1238. edit. *King.*

931. Lege Εϱινυων ſimplici ν, & ſimiliter infra v. 970. Vide quæ notavimus ad *Sophocl. Elect.* v. 112. & ad *Æſchyl. Sept. ad Theb.* v. 706.

947. Anapæſtus occupat ſecundam ſedem, cui occurri poteſt legendo ελθοντ' εκεισε δη, vel ελθων δ' εκεισε, ubi ελθων poneretur pro ελθοντος, cujus conſtructionis exempla habes v. 349. 695.

952. Δαιτος γενοιμην, πωματος τ' αυτων διχα] Quid obſecro eſt γενεσθαι δαιτος και πωματος. Proculdubio reponendum eſt μονοιμην.

959. Τελετην γενεσθαι, *Cæremoniæ originem dediſſe.*

960. Χοηϱες αγγος, *Vas congiale*, quod ad Χοας ſive congii menſuram capax erat.

962. Το ἱεϱον, Lege τ' ἱεϱον ex præcedentium editionum auctoritate.

969. Ψηφον παϱ' αυτην, ἱεϱον ωϱισαντ' εχειν] Verte, *Cum ad ſuffragia deventum eſt, judicium iſtud ſanctum ratumque ſe habituras pactæ ſunt.*

983. Αλλ' ω φιλη γ'. Claudicat metrum; forſan legi poteſt Αλλ' Ιφιγενεια γ'.

992. Pro κτανοντι lege κτανοντι, non enim de re futura ſed præterita ſermo eſt.

1023. Ουκ αν δυναιμην] *Barneſii* correctio reponentis Ουκ αντοιμην, quam probat *P. Brumoy*, mihi minime neceſſaria videtur. Cum enim dicit Iphigenia ſe hoc non poſſe, non neceſſario intelligendum eſt id in ſua poteſtate non eſſe ſitum, ſed reverentia erga hoſpitem, vel quavis alia de cauſa impeditam, id facere non poſſe.

V. 1025. Ως δη σκοτος λαβοντες εκσωθειμεν αν] Ad finem hujus verſus ponenda eſt interrogationis nota.

1027. Ου καθαϱον οντα· τον δ' ὁσιον δωσω φονῳ] Anapæſtus quartam occupat ſedem; ſed non unico tantum mendo laborat hic locus. Nam quid dicere vult τον δ' ὁσιον δωσω φονῳ, *illum vero qui purus eſt cædi dabo?* An ſcilicet amicorum alter purus erat, ideoque letho dandus? Quid magis contra Poetæ mentem excogitari poteſt? Hunc tamen ſenſum verba iſta ſatis clare exprimunt. Præterea cum neutrum revera interficere in animo habebat Iphigenia, ſed hoc Thoanti dicebat tantum, ſermone ad fallendum compoſito, verbum hoc in loco a præcedente λεξομεν pendere, & forma infinitiva, non indicativa, efferre omnino debuit. Legendum igitur puto,

Ου καθαϱον οντα· χϱεων δωσειν φονῳ.

1040. Εσ' εν δομοισι ϐϱεταις, τφ' ὁ πϱαττοιμεν;] Hæc affirmative pronunciantur, non interrogative.

1041. Καὐτο νιψαι, σου θιγοντος, ὡς εϱα] Verte, *Et iſtam* (ſtatuam ſcilicet) *lavare volo, quaſi id a te contrectata cupiat.*

1042. Νοτεϱον, *Humidum*; Nunquam quod ſciam ſignificat *Auſtrale.*

1046. Πολλαδης δ' ἰδ' ἡμιν που τεταξεται φονου] Hunc locum ſatis ingenioſe explicat *Hardio* in Hiſt. Acad. Gallic. Tom. III. p. 173.

1065. 1066. Ορατε δ', ὡς τϱεις μια τυχη τους φιλτατους,
Η γης πατϱωας νοστον, η θανειν εχει] Si pro νοστον ſcribas νοστου, ſatis perſpicuam habebis conſtructionem, nec Oedipo interprete opus erit.

1073. Φθεγξασθε ταυτα, lege τ' αυτα.

1076. *Aldinæ* auctoritati plurimum tribuens lego

Ως εξ εμου σοι παντα συνδησεται.

1096. Verſus eſt glyconius πολυσχηματιστος ex epitrito primo & choriambo, cui in antiſtropha opponitur periodus.

1101. Ut conſtet metrum quod idem eſt ac verſus hujus ſtrophe prout a nobis infra conſtituitur ultimi, lege ἱεϱν.

1102. Λατους ωδινα φιλαν] Oliva vocatur puerperium Latonæ, quia illa olivæ innixa Dianam eſt enixa. Hæc autem omnia, mons ſcilicet Cynthius, & Cygnea palus, ad Delum inſulam pertinent, ut & palma, laurus, & oliva. De palma & lauro evincit *Barneſius*, de oliva Catullus Carm. in Dianam. v. 7. 8.

Quam mater prope Deliam
Depoſivit olivam.

M V. 1104.

V. 1104. 1105. Hæc metra ita conſtituenda,

Κυκνειον, ενθα Κυκνος iambicus dimeter brachycatalectus

Μελωδος Μουσας θεραπευει antipaſticus πολυσχηματιστος dimeter hypercatalectus;

& pariter in antiſtropha,

Το γαρ μετ' ευτυχιας

Κακουσθαι θνατοις βαρυς αιων.

1116. Βωμους τε μηλοθυτας] Ad finem hujus verſus periodi notam ponendam cum viro quodam docto cenſeo.

1117 — 1120. Ita vir quidam doctus locum (meâ ſententiâ recte) emendat & interpunctionibus diſtinguit,

Ζητουσ' αταν διαπαν

Τας δυσδαιμον' (εν γαρ αναγκαις

Ου καμνεις συντροφος ων) Lege autem καμνει

Μεταβαλλειν δυσδαιμονια.

1131. Εις Αθηναιαν επι γαν] Pro επι legendum videtur επ.

1134 — 1137. Αερι δ' ιστια, προτονοι κατα

Πρωραν, ὑπερ στολον

Εκπετασουσι ποδα

Ναος ωκυπομπου] Ita hujus loci conſtructio inſtituenda; Προτονοι δε κατα πρωραν εκπετασουσι ιστια αερι ὑπερ στολον, ιστια δηλονοτι οντα ποδα ναος ωκυπομπου. ὑπερ στολον autem verti debuit, *ſupra navis roſtrum.* Vide *Polluc.* Onomaſt. lib. 1. §. 86. & *Heſychium* voce στολος. Litem autem hîc *Euripidi* movet *Iſ. Voſſius* in Not. ad Catull. p. 12. quod pedem veli ad proram, ubi erat στολος, religatam fuiſſe ſcribat, cum pedes revera funes ſint quibus interiores veli anguli puppim verſus adducuntur. Hanc autem litem ſolvit dicendo, στολον in hoc loco non id notare quod vulgo exiſtimant (navis ſcilicet *roſtrum*) ſed accipi pro *clavo gubernaculi*, prope quam pes veli aſtringebatur. Sic enim primitus acceptam fuiſſe hanc vocem, ſed poſtmodum, cum multis aliis nauticis vocabulis, a puppi in proram migraſſe, ſe alibi monuiſſe. Atque hujus quidem rei ſit fides penes auctorem, at, quod ad hujus loci interpretationem attinet, nodum in ſcirpo quærere videtur vir erudititiſſimus. Minime enim dicit *Euripides*, pedem veli ad proram fuiſſe religatam, ſed vela expanſa ſupra navis roſtrum prominuiſſe, quod ita evenire, ſecundante vento, neceſſe erat, ſi velum navis maximum ante malum proram verſus appendebatur, prout certe fieri ſolebat, non pone malum verſus puppim, quod nimis eſſet abſurdum. Quid quod de funibus qui pedes appellari ſolent, nullus in hoc loco ne ſermo quidem. Nam ποδα ναος per appoſitionem manifeſte ſubjungitur τῳ ἱστια, ut intelligatur vela idem officium navibus præſtare quod animalibus pedes. Aliter ſi ſtatuas, Προτονοι, ipſi funes, funem etiam ποδα explicare dicentur, quod nemo ne in ſomniis quidem unquam, puto, ſibi finxit, nedum tantam ineptiam ſcriptis mandaverit. Verte autem, *Funes vero ad proram explicabunt aeri ſupra roſtrum navis vela, pedem* ſcilicet *navis celeriter progredientis.*

V. 1144. Παρθενος ευδοκιμων γαμων, ſubaudi αξια, aut ſimile quiddam.

1147. Ut conſtet metrum, vocibus duabus tranſpoſitis, lege,

Ες χαριτων ἁμιλλας —

Verſus enim eſt antiſpaſticus dimeter brachycatalectus, ex epitrito quarto pentaſyllabo & ſpondæo.

1151. 1152. μοις περιβαλλομενα,

Γενυσιν εσκιαζον] *Canterus* legendum cenſet Γενυν επεσκιαζον, ſed nulla opus eſt mutatione; γενυσιν enim conjungi debet cum περιβαλλομενα; tollatur igitur comma poſt περιβαλλομενα, & reponatur poſt γενυσιν.

1186. Εξεπιτυσας, verte ad mentem *Brodæi*, *Propendebas*; eſt enim ab πιτυω, non ab πτυω.

1207. In *Aldina* cæteriſque editionibus ante *Barneſianam* legitur καταχρυσαντες, invito metro. Repone igitur κατα γε χρυσαντες; nam το κάτα quod interpolavit *Barneſius* ſententiam & conſtructionem corrumpit.

1213. Και φιλων δ' ουδεις μαλιστα. Θο. Τουτ' ελεξας εις εμε] Peſſime hæc reddiderunt omnes quos vidi Interpretes; ita vero verti debere exiſtimo, *Et præſertim nemo amicorum tuorum ad ſpectaculum* ſcilicet *prope accedat*, εις οψιν πελαζοι. Reſpondet Thoas, *Rem ad me ſpectantem dixiſti*, id eſt, *hoc meâ præcipue gratiâ, meæ proſpiciens ſaluti, addidiſti.*

1217. Facile reſtituitur metrum legendo αν προσωπ' εξω.

1223. Και θεας κοσμους, νεογους τ' αστερας, ὡς φλογι φονον

Μυσαρη εκνιψω] Sigillatim hîc enumerat Iphigenia apparatum omnem quem ſecum ad expiationem procurandam educi juſſerat, & imprimis ipſos peregrinos captivos, deinde novos & puriores deæ ornatus, lampadum ignem, denique

πεπλ' αλλ' ὁσα

Προυθεμην εγω ξενοισι και θεα καθαρσια.

Inter cætera legimus etiam νεογους τ' αστερας. Quinam igitur hi? Interpretes quidem omnes Oreſtem & Pyladem his vocibus deſignari intelligunt. Atqui

Atqui hi jam ξενων appellatione memorati fuerant. Quare autem αρσενες hîc potiſſimum vocarentur? Quare etiam νεογνοι, *nuper nati*, homines plane adulti, & quorum junior jam ab aliquo tempore maritus fuerat? Quomodo porro hi inter expiationis inſtrumenta recenſentur ipſi expiandi? Quomodo denique ſe φονον μυσαρον φονῳ νιψειν dicere poterat Iphigenia cum expiatio quam ſatagebat aqua marina luſtrali tantum peragenda erat? Proculdubio pro αρσενας reponendum eſt αρνας, *Agnos* ſcilicet, quorum ſanguine æque ac aqua marina ad luſtrationem uti ſe velle prætexebat Iphigenia, & ita revera φονῳ (αρνων ſcilicet) φονον illud μυσαρον εκνιπτειν.

V. 1225. Προὐθυμην εγω ξενοισι και θεᾳ καθαρσια] Verte, *Procuravi ad purificationem advenarum & deæ*.

1232. Nitidius erit metrum ſi legamus ευμαθα, non ευμαθη.

1234. Ευπαις ὁ Λατους γονος, ὃν ποτε. Hæc monoſtrophica Choro tribui debent. γονος autem reddi debet *proles*, non *filius*, uterque enim, Phœbus & Diana, hac voce deſignantur, ut e ſequentibus patet.

1235. Δηλιας εν καρποφοροις] Aut pro Δηλίας legi debet Δηλιοις, quam germanam eſſe lectionem exiſtimo, aut cum *Brodæo* ſubintelligere neceſſe eſt γυαις, vel νησοις. Nam *Scaligeri* conjectura ſcribentis mutato accentu Δηλιὰς admitti haudquaquam poteſt. Neque enim ut nomen gentile locum ubi ſit aliquid, Δηλιὰς ſcilicet idem quod εν Δηλῳ ων, ſignificet, fert Græcæ linguæ idioma.

1236. Γυαλοις χρυσοκομαν] Deeſt ut opinor aliquid ad finem hujus verſus unde conſtructio ſuppleri poſſit, puta τεκειν, aut ſimile quiddam.

1240. 1241. 1242. Φερει νιν απο δειραδος ιναλιας, Λοχεια κλεινα λιπουσ', ασταλακτον ματηρ ὑδατων] Hæc, ut opinor, eſt conſtructio hujus loci male hactenus ab Interpretibus explicati; Ματηρ φερει νιν απο δειραδος ιναλιας λιπουσα κλεινα ασταλακτον ὑδατων. Poſtrema verba innuunt lacum in inſula Delo prope quem Diana peperit, & quem paullo ſupra v. 1103. 1104. Poeta Cygneum appellaverat. Duo autem ultimi verſus ita conſtituendi,

Λοχεια κλεινα λιπουσ' iambicus dimeter brachycatalectus

Ασταλακτον ματηρ ὑδατων dactylica hephthemimeris

1245. 1246. Hi duo verſus in tres ita dividi debent,

Οθι ποικιλονωτος penthemimeris anapæſtica

Οινωπος τε δρακων, penthemimeris dactylica

Σκιερᾳ κατα χαλκος penthemimeris anapæſtica.

Vox autem καταχαλκος nullam huic loco convenientem habet ſignificationem. Quid enim obſecro eſt καταχαλκος σκιερᾳ δαφνᾳ, aut unde niſi a καταχαλκος pendent hæ duæ voces? forſan legi poteſt κατακαλυφθεις, & tunc verſus erit antiſpaſticus dimeter brachycatalectus.

V. 1250. 1251. Hi duo verſus in tres dividi debent,

Ετι μιν, ετι βρεφος, iambica penthemimeris

Ετι φιλας επι ματερος periodus

Αγκαλαισι θρωσκων ithyphallicus.

1251. 1252. Ita hos verſus emendandos & conſtituendos cenſeo,

Εκανες, ω Φοιβε, μαντειων δ' periodus

Επεβας ζαθεων, τριποδι' εν χρυσεῳ anapæſticus dimeter.

1256. Θεσφατων εμων αδυτων] Recte, meâ ſententiâ, pro εμων, quæ vox nullum hîc locum habere poteſt, *Duportus* repoſuit νεῶν.

1259. 1260. Hi duo verſus in tres dividi debent,

Θεμιν δ' επει γας ιων periodus catalectus

Παιδ' απενασσατ' απο ζαθεων hephthemimeris dactylica

Χρηστηριων, νυχια iambicus dimeter brachycatalectus.

1265. 1266. Υπνῳ κατα δνοφερας γας Ευνας εφραζον] Ad ὕπνου ſubaudienda videtur præpoſitio δια. Verte; *Per ſomnum in cubilibus obſcuræ terræ*, id eſt, *in antris & ſpeluncis, dicebant*.

1268. 1269. 1270. Hi tres verſus in quinque ita dividi debent,

Φοιβον φθονῳ θυγατρος. hephthemimeris iambica

Ταχυπους δ' ες Ολυμπον penthemimeris anapæſtica

Ορμαθεις αναξ, penthemimeris ſpondaica

Χερα ψιλαν ελιξ baſis anapæſtica

Εκ Διος θρονων penthemimeris trochaica.

In horum autem verſuum penultimo pro ελιξ, quod certe vitioſum eſt, vir quidam doctus reponit επελιξ.

1278. Απο δε λαθοσυναν] Idem vir doctus pro λαθοσυναν (quæ vox nunquam quod ſciam ſignificat *impoſturam* neque ullum in hoc loco idoneum efficit ſenſum) reſcripſit μαντοσυναν, paullo, ut verum fatear, audacius.

1281. 1282. Ita hæc metra conſtituenda

Πολυανορι δ' εν ξενοεντι θρονῳ anapæſticus dimeter

Θαρση βροτοις baſis iambica

1288. Τι δ' εστι; ει χρη μη κελευσθεισαν λεγειν] Ita hunc locum

locum verte; *Quid rei eſt? ſi me loqui non juſſam fas eſt.* Non enim Chorum, ſed æditυos aliosque templi miniſtros allocutus erat Nuncius.

V. 1301 — 1306. Male, ut opinor, hæc perſonis diſpertita leguntur. Primus enim horum verſuum æque ac præcedens ad Chorum pertinet, quæ ut plus temporis Oreſti ad evadendum ſuperſit, Nuncium conatur a templo, ubi tunc revera agebat Thoas, ad regiam amandare. Quinque autem ſequentes verſus omnes Nuncii perſonæ ſunt tribuendi, quorum duobus prioribus Chorum alloquitur, reliquis tribus templi æditυos inclamat.

1309. Metrum manifeſto in mendo cubat. *Barneſius* ſecutus *Scaligerum* reponit ψευδη ελεγον αιδε, ut anapæſtum in ſecunda ſede præcedat dactylus, qualem licentiam nuſquam apud Tragicos reperies, quin & Comicos etiam religioſe ab ea abſtinuiſſe, ejuſque rei rationem, oſtendit doctiſſimus *Daweſius* Miſcell. Critic. pag. 253. 254. Ita potius locum reſtituendum arbitror,

Ψευδως λεγουσαι δη μ' απηλαυνον δομων

Certe ſi literarum apices conſiderare velis, non tantum inter ſe diſcrepant λεγουσαι δη & λεγον αιδε, quin facili negotio, feſtinante oculo, unum pro altero ſe ingerere potuerit. Poſtea additum augmentum, & inſertum το και ad ſententiam connectendam.

1317. Lege φως.

1325. — ου γαρ αγχιπλουν πορον

Φευγουσιν] Verte; *Non enim propinquum navigationis terminum habentes fugiunt.* Sententiam corrumpit *Scaliger.* legendo abſque neceſſitate φυ-ξουσιν.

1343. Τελος δε πασιν ην αυτος λογος] Recte ὡυτος reponit *Valckener.* ad *Phœniſſ.* 927.

1350. Κοντοις δε πρωρας ειχον] Quiſnam proram contis apprehenderet, aut quamobrem quiſquam id faceret, minime intelligo. Legendum igitur puto πρυμνας, ut ſententia ſit; *Contis vero proram retinebant,* ne ſcilicet fluctibus navis altum verſus abriperetur. Nautis enim negotium erat ut navem prope littus quantum fieri potuit adpellerent, quo facilior in navem aſcenſus Iphigeniæ contingeret. Ita autem navem ab iis appulſam concipio, ut puppim verſus littus, proram verſus altum mare haberet, aſcenſumque ex parte puppis fuiſſe adornatum.

1351. 1352. Αγκυραν εξανηπτον. οἱ δε κλιμακας

Σπευδοντες, ηγον δια χερων πρυμνησια] Αγκυρα ultimam corripit, penultimam indifferentem habet. vide infra v. 1408. *Helen.* v. 284. Pind. Pyth. x. 79. Verte autem; *Alii vero ſcalis aptandis intenti rudentes per manus demittebant.*

V. 1353. Ποντῳ δε θεντες την ξενην καθιεσαν] Per την ξενην proculdubio intelligitur Iphigenia, quæ in nave quidèm non adhuc ſecure prorſus collocata erat, ſed tamen jam tunc actu navem intrabat aut in eam demittebatur, e qua etiam poſtea Thoantis ſatellites eam retraxerunt.

1356. 1357. Πρυμνησιαν τε και δι' ευθυντηριας

Οιακας εξηρουμεν ευπρυμνου νεως] Ex his verbis prout nunc leguntur nulla commoda exoritur ſententia. Prius enim πρυμνησιαν proculdubio pendet a præcedente ηχουμεθα, non ab εξηρουμεν; diſtinguendum igitur poſt πρυμνησιαν τε. Deinde οιακας numero plurali nequaquam hîc ſtare poteſt, non enim plura gubernacula habebat una navis. Legendum igitur οιακος, generandi caſu, numero ſingulari, ut ab ευθυντηρια pendeat. Verte autem, *Peregrinæ manus injecimus rudentibuſque, ut eam* (την ξενην ſcilicet, Iphigeniam) *per rudentes eos quibus gubernaculum dirigebatur, e nave pulcram habente puppim extraximus.* Quod autem ſatellites non ipſum gubernaculi clavum navi abſtulerunt, ſed ex ea navis parte, ubi gubernaculum funibus erat aptatum quo facilius regeretur, Iphigeniam iterum in terram deſcendere coegerunt, hinc patet; quod ſi gubernaculum revera navi avulſum fuiſſet, hæc navigationi inepta deinceps fuiſſet reddita. At neque de hoc, neque de gubernaculo ab Oreſte aut ſociis recuperato, ulla poſthac vel leviſſima fit mentio. Iphigenia autem omnino navem intraverat, ut diſerte v. 1353. dicitur, ea tamen poſtea extra navem & in littore ſtantem v. 1381—1383. deprehendimus, unde ſequitur, eam prius a puppi navem intrantem in terram deſcendere a Thoantis ſatellitibus fuiſſe coactam.

1359. Verſus manifeſte mendoſus, quippe qui ſpondæum in ſede quarta habeat, de quo tamen altum apud omnes Editores ſilentium. Nulla commodior mihi occurrit emendandi ratio quam reponendo η pro και, ut finis verſus ſit ξενην η θυη-πολον.

1360. Τινος eſt *Quo patre natus.*

1378. Ωςτ' αναστειλαι προσω, *adeo ut longius pedem retulerimus.*

1380. Φοβος δ' ην γονατοις τεγξαι ποδα] Verte, *Nautæ autem timebant ne humectarent pedem,* id eſt, ne naufragium facerent ſi propius littus navis adpelleret.

1383. 1384. 1385. Εθηκ' αδελφην εντος ευσημου νεως.

Το τ' ουρανου πεσημα, της Διος κορης

Αγαλμα

Αγαλμα γνος εκ μεσης εφθεγξατο]
Hæc ita emendanda & interpunctionibus diſtinguenda cenſeo,

Εθηκ᾽ αδελφην εντος ευσημου νεως,
Το τ᾽ ουρανου πετημα, της Διος κορης
Αγαλμα· γνος τ᾽ εκ μεσης εφθεγξατο.

Quæ enim ſequuntur Oreſtis ſunt verba nautas hortantis, non vero ſtatuæ quippe quæ nunquam mare Euxinum nave intraſſet, ſed cœlo in Tauricam delapſa eſſet; adde quod, ſi Diana tam inſigni miraculo ſe Oreſtis conatibus favere aperte declaraſſet, non opus fuiſſet præcibus Iphigeniæ, quas poſtea v. 1398. & ſeqq. pro ſua ipſius ac Oreſtis ſalute eidem deæ fuſas legimus.

V. 1387. Cum *Scaligero* omnino legendum εκλυγαμεντι; nugæ enim ſunt quæ de poteſtate ectatica quarundem literarum tantopere crepat *Barneſius*. Literas ectaticas nullas niſi ζ, ξ, ϛ, & ψ, novimus.

1404. Γυμνας εκ χερων επωμιδας, *Lacertos a manibus nudos.*

1419. Αμνημονευτον θεα, *Deæ in memoriam minimo revocatam.*

1424. Κᾀκβολας νεως, *& ea quæ e nave naufragra rejiciuntur.*

1444. 1445. Ηδη Ποσειδων χαριν εμην ακυμονα Ποντου πεδηθη νωτα πορθμιων πλατη]. Conſtructio eſt, Ηδη Ποσειδων εις εμην χαριν πορθμευων Ορεστην πλατη κατα νωτα Ποντου πεδηση αυτον ακυμονα.

V. 1456. Lege Εριννυων. Vide quæ notavimus ad v. 931.

1458. Duæ priores ſyllabæ του ἑορταζη in unam per ſynizeſin contrahi opinor, ut in θεος, & aliis ejuſmodi.

1460. Αιμα τ᾽ εξανιετω] Εξανιεν αἱμα, pro eo quod eſt *ſanguinem elicere*, durius quiddam præ ſe fert; nec verbum ανιεν penultima producta uſpiam, niſi ubi locus mendi merito ſuſpectus, me legiſſe memini. Forſan reſcribi debet εξαντετω, *emittat*. Vide Not. ad *Herc. Fur.* v. 625.

1469. Γνωμης δικαιας, οὑνεκ᾽ εκσωσαιτα σε] Nulla ſupererit cauſa ſuſpicandi aliquid hîc deeſſe, ſi plene diſtinguatur poſt οὑνεκ᾽, ita ut particula hæc cum γνωμης δικαιας jungatur, & ad Græcas mulieres ex quibus conſtabat Chorus referatur. Nova autem periodus incipit ab εκσωσαιτα σε, pro quo *Canterum* recte repoſuiſſe εξισωσα σε exiſtimo, & εστι poſt νομισμ᾽ ſubaudiendum eſt.

1486. Το γαρ χρεων σου τε, και θεων κρατει] Male το χρεων de fatali neceſſitate interpretatur *Barneſius*; hoc in loco manifeſte ſignificat *decretum.*

NOTÆ

NOTÆ IN RHESUM.

V. 2. TIΣ ὑπασπιστων αγχιστος βασιλεων] Pro βασιλεων reponendum exiſtimo βασιλεως; hæc enim allocutio ſolius Hectoris ſatellites reſpicere videtur. Conſtuctio autem eſt, βαθι τις ὑπασπιστων βασιλεως ὁστις αγχιστος εστι προς ευνας τας Ἑκτορειους. quod ideo adnoto quia perperam hæc declaravit *Barneſius*.

12. Τι το σημα, θροει; Verte, *Quænam eſt teſſera? eloquere.*

14. Mirum eſt *Barneſium*, qui diſerte monet πλαθουσ' priorem corripere, non animadvertiſſe ideo vocem illam per metrum hîc ſtare non poſſe. Legendum igitur eſt πελαθουσ'.

25. Laborat metrum, quod reſtitui poteſt legendo, ordine verborum paullulum immutato,

Οτρυν' αιρειν εγχος' αφυπνισον.

28. Ut conſtet metrum, pro ν τον lege ες τον.

33. Pluribus mendis laborat metrum, quod reſtitui poteſt ordine verborum prorſus inverſo, legendo ſcilicet,

Νυφαις τοξα κεισθετα ζευγνυτε.

37. Αλλ' ἠ, verte, *Num.* Hæc enim interrogative proferuntur. Vide Not. ad *Hippolyt.* v. 932.

41. Lege πυρ' αιθει, nam πυραιθει primam corripit.

46. *Canterus*, conjectura nimis ſane a vulgari ſcriptura abludente, pro νιν legit χανιν, quem id nulla neceſſitate coactum feciſſe arguit *Barneſius*, quod quidem ipſe ſciat. Credo equidem; oblitus enim erat nimirum, neque præter ſolitum, tituli Αναπαιστοι quem ipſe ſyſtemati præfixum edidit. Quod ad rem vero attinet, non hoc ſolo mendo laborat hic verſus, in trochæo enim inſuper deſinit. Forſan reſcribi poteſt

Νικαν βαξιν τιν' εφυμνοι.

48. 49. Horum etiam verſuum ut nunc leguntur claudicat metrum. Prior enim pedem ſecundum creticum pro anapæſto habet, alter in trochæo deſinit. Verſum autem hunc ſecundum corruptum eſſe aliunde etiam conſtat, nempe quia το γαρ quod ibi nunc legitur ſententiam etiam prorſus vitiat. Librorum vero veterum ope deſtituto priſtinæ integritati reſtituta hæc præſtare, opus eſt aleæ, ſi non periculoſæ, ſaltem quam maxime ancipitis plenum. Donec tamen melius aliquid excogitetur legere potes,

Ναυσιπορος στρατος
Ων αρα το μελλον ὑποπλευσαι.

V. 90. Duæ ultimæ ſyllabæ in Αινεια per ſynizeſin contrahuntur. Pro δεμας το σον in cod. *Florent.* elegantius legitur δεμας σεθεν monente *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 731.

96. Lege cum *Æm. Porto* μενῶ tempore futuro.

115. Νικωμενος μεν, τηνδε μη μολης πολιν] *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 732. reponit τηνδε μη μολης παλιν, quod ipſe etiam veriſimilius puto, quanquam ferri etiam poſſit vulgata, cum Trojanorum caſtra non extra urbis conſpectum poſita intelligantur.

122. Αιθων γαρ ανηρ και πεπυργωται χερι] In cod. *Florent.* legitur teſte *Valkenario* ad *Phœniſſ.* 731.

Αιθων γαρ ὡ 'νηρ και πεπυργωται θρασει.

137. Νικατ' *Vincite.*

142. Ειση λογον, *quæ renunciat ſcies.*

146. Ολκοισι] Ολκοις, ναυσταθμοις. *Heſych.* & *Suid.* Ego puto hac voce deſignari loca in quibus naves e fluctibus in ſiccum attractæ conſervabantur. Vide Etymol. Magn. voce Ολκος.

148. Καρτεροφρον' *pericula animoſe obeuntem.*

149. Οι παρεισιν εν λογω] Codices duo Regii *Pariſienſes* elegantiorem ſuppeditant lectionem, nempe εν λοχω, *in hac cohorte*, teſte *Hardione* apud Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. Tom. v. p. 70.

157. Ηξω 'πι τουτοις τονδ' ὑφισταμαι πονον] Plenius diſtinguendum poſt Ηξω.

166. Πολυοχου τυραννιδος] *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 543. reponit πολυοχλου, non ineleganter, ſed retineri poſſe puto lectionem vulgatam, ut πολυοχος eadem forma a verbo εχειν prodeat qua κατοχος, μετοχος, ὑπεροχος, & ſimilia.

177. Τιν' ουν Αχαιων ζωντ' αποινασθαι θελεις] Verte, *Cujuſnam igitur ex Achivis qui vivus captus fuerit redemptionis pretium accipere cupis?*

194. Τησδ' αριστευων χθονος] Verte, *Primum te hujus terræ præſtans quoad virtutem & fortia facta.*

V. 199.

V. 199. Ταδε θεοθεν επιδετω δικα. Verte, *Hæc quatenus a diis pendent reſpiciat juſtitia.*

200. Lege ανδρασιν, ut metrum antithetico reſpondeat.

204. Επει τιν' αλλην αντι τησδ' ἕξεις πολιν; Rectius codices Regii *Pariſ.*

Ειπ'; η τιν' αλλην αντι τησδ' ἕξεις πολιν;

Vide *Hardion.* ubi ſupra.

208. 209. Λυκειον αμφι νωτα θησομαι δοραν,
Και χασμα θηρος αμφ' εμῳ θησω καρᾳ] In Cod. *Florent.* teſte *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 415. rectius hæc ita leguntur,

Λυκειον αμφι νωτον ἁψομαι δοραν,
Και χασμα θηρος αμφ' εμῳ θησω καρᾳ.

220. 221. — συμβολον δ' εχω σαφες.
Φησεις Δολωνα νους επ' Αργειων μολειν] In his, prout nunc leguntur, ſenſum vix ullum deprehendere eſt; luculenta vero plane evadit ſententia ſi codicum Regiorum *Pariſ.* auctoritatem ſecutus pro εχω legis εχων, diſtinctione etiam poſt σαφες ſublata.

239. Δισποτου πεσοντος Αχαιων αρα] Recte *Barneſius*, & pro αρα repoſuit αρη, & vidit voce δισποτου non Achillem ſed Hectora deſignari. Metri autem gratia, vocibus duabus tranſpoſitis legendum eſt,

Δισποτου πεσοντος αρη Αχαιων

Verſus enim aſynartetus eſt ex baſi trochaica & penthemimeri dactylica.

254. Πεδοστιβης, ut fatetur *Barneſius*, proprie ſignificat, *Solum pedibus calcans*; male igitur, interpretatione vulgari mutata, reddidit, *Quadrupedans*, quam poteſtatem habere nuſquam reperietur.

256. Εχειν επι, reddi debere opinor, *Indutus.*

263. Verſus eſt antiſpaſticus ex genere των πολυσχηματισων conſtans ex epitrito quarto pentaſyllabo dijambo & ſyllaba. Nam ut metrum ſtrophico reſpondeat, pro στρατιαν legendum puto στρατειαν, quas voces ſæpe in uſu invicem permutari ſolere teſtatur Ammonius περι διαφορων λεξεων.

270. Codices duo Regii *Pariſ.* habent Οις χρη γεγωνειν σ', quod rectius puto. Vide *Hardion.* ubi ſupra p. 72.

271. Iidem codices rectius etiam habent, ουκ αλλως λεγεις. Vide *Hardion.* ubi ſupra.

281. Codices iidem rectius habent,

λογου δε δις τοσου μ' εκουφισας.

Verte, *Sermone autem duplo prolixiore me levaſti. Brodæus* locum hunc parum intellexiſſe videtur. At notum eſt ruſticos, & homines e vulgo, multis ambagibus ſermonem producere ſolere.

V. 285. Νυκτος γαρ ουτι φαυλον, εμβαλειν στρατον] Verte; *Noctu enim non res nihili eſt admovere exercitum.*

288. Αυτοριζον ἑστιαν χθονος, *Ipſiſſimum radicalem larem terræ.* Nam per αυτοριζον innuere velle videtur Poeta, montem Idam quaſi radicem & originem fuiſſe omnium in ea regione urbium & pagorum.

323. Εφαυσε λαιφη τησδε γης μεγας πνεων] Εφαυσε hoc in in loco compoſitum eſſe exiſtimo ex αὔω ſpiro; Ariſtophanem tamen nuſquam reperio uſum fuiſſe verbo αφαυω niſi in ſignificatione exſiccandi, quanquam hunc in Ειρην. auctorem allegat *Barneſius*. Vide etiam *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 249.

327. Ορθως απιζεις, κἀπιμομφος ει φιλοις] Recte vidit *Canterus* contrarium του ορθως hic poſtulare ſententiam; nemo enim certe eos qui ſimpliciter dicuntur φιλοι ορθως απιζει, aut iis επιμομφος εστι. Nullam tamen emendationem ipſe tentat *Canterus*. Forſan ſcripſerit Poeta

Ορα ὡς απιζεις κἀπιμομφος ει φιλοις.

Conſidera quomodo amicos contemnis & culpam iis imputas. το ὡς enim hic pro ὅπως ponitur, *quomodo*, id eſt, *quanto periculo.*

339. Συ κ' ευ παρεστηκεις] Editiones præcedentes rectius habent Συ τ' ευ παραινεις.

342. 343. Αδραστεια μεν ἁ Διος παις
Ειργοις στοματων φθονον] *Hardio* in diſſertatione ſuper hac fabula inſerta in comment. Acad. Gallic. inſcript. Tom. XIV. p. 513. hæc ita accipit, ac ſi Chorus magniloquentiæ qua uſus fuerat Hector pœnas apud Nemeſin deprecaretur. Sed fallitur proculdubio vir eruditus, cum in toto hoc ſyſtemate chorico ne unum quidem verbum reperiatur quod aut Hectora, aut colloquium quod inter eum & Chorum præceſſerat, vel hilum reſpiciat. Revera quid ſit quod excuſari velit ipſe ſatis aperte declarat Chorus verbis proxime ſequentibus,

Φρασω γαρ δη, ὅσον μοι
Ψυχα προσφιλης εστι ειπειν.

Fiduciam ſcilicet quam in Rheſo, exercituque quem ſecum ducebat, immodicam habebat, declaraturus, Nemeſin prius deprecatur, ne, ſi qua forte ſuperbiora in hoc gaudii ſui tumultu ei exciderent, ea ultione ſua digna cenſeat.

365. 366. Ita hæc metra conſtituenda,

Κατα πετραν Ατρειδαν Σπαρτας οι- anapæſticus dimeter
χομεναν Ιλιαδος παρ' ακτας antiſpaſticus ex epitrito quarto pentaſyllabo dijambo & ſyllaba;

& in antiſtropha.

Σε γαρ ποτε ὑπεστας, Αργειας
Ποτ' εν Ηρας δαπεδοις χρεοντι.

V. 368. 369. Ita hæc metra conſtituenda,

Σε χρη, γυι σου baſis anapæſtica
Δορι πραξεις ταδ', ες οικον ελθοις antiſpaſticus ſimilis proxime ſupra memorato;

& in antiſtropha,

Καταφθιμενον Θρη-
Κι μοιρᾳ φιλτατον αχθος οικοι.

Secunda autem του καταφθιμενον ſyllaba corripitur, ut pes primus ſit proceleuſmaticus. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. B. v. 537.

373. Σχησειν παρ' αντυγα κωλοις εφεδιζων] Quid ſit κωλοις εφεδιζειν juxta cum ignariſſimis ſcio. Scripſiſſe Poetam puto πωλοις ερεθιζων, *equos incitans.*

374. Διβολον τ' ακοντα *bina jacula* ſignificare puto, ut διπαλτα ξιφη apud *Iphig. in Taur.* v. 323. *binos enſes.*

380. Ιω, ιω. Hæc extra metrum ſunt.

381. Pro πολυαρχον codices Regii habent πολυαρχον, quod veriſimilius puto. Vide *Hardion.* ubi ſupra.

383. Κλυε δε. Iidem codices habent Κλυε και, quod ſtructuram quod attinet concinnius eſt, nam & vulgatum æque admittit metrum.

383. 384. Κλυε και κομπους κωδωνοκροτους,
Παρα πορπακων τους κελαδουντας] Tintinnabula heroicis temporibus clypeorum manubriis appendi ſolita diſcimus etiam ex *Æſchylo Sept. ad Theb.* v. 391. 392.

ὑπ' ασπιδος δε τῳ
Χαλκηλατοι κλαζουσι κωδωνες φοβον.

441. Lege Κρυσταλλοπηκτα. Mendum Typographo imputandum.

446. Πιστοις κυλικων τον προς Αργειους Αρην] Feliciſſima conjectura *Sallierius* pro πιστοις reponit ζωστοις, quod & ante cum feciſſe virum quendam doctum mihi ignotum video. Vide Hiſt. Acad. Gallic. Inſcript. tom. III. p. 183.

481. Recte codices Regii παντ' εκπρασσοιμ' αν. Hanc enim particulam hoc in loco plane exigit Græci ſermonis idioma. Vide *Hardion.* ubi ſupra.

501. Ος εις Αθηνας σηκον ενεγκας μολων] Iidem codices pro ενεγκας habent ενυχος. Vide *Hardion.* ubi ſupra. Hanc autem germanam eſſe ſcripturam res ipſa, ut opinor, ſatis indicat.

512. Lege φυς.

529. 530. Δυεται σημεια, και επταποροι

Πλειαδες αιθεριαι] Verte ad mentem *Miltoni*; *Jam occidunt ſigna, & ſeptemgradæ pleiades jam in æthere* vel *cœlo videntur*; id eſt, jam ſurgunt. Vide tamen *S. Petiti* Miſcell. lib. III. cap. 22. p. 186 — 189.

V. 537. Ουδε γαρ εστιν ανηρ] Et metrum & ſententia omnino poſtulant ut reponatur

Ωδε γαρ εστιν ανηρ

Hic adeſt enim Homo, qui ſucceſſorem ſcilicet quærit.

546. Και μην αϊω Σιμοεντος] Ad finem hujus verſus plene diſtinguendum. Verte autem; *Atqui audio Simoentis labentis ſonitum.*

547 — 550. Ημενας κοιτας
Φονιας, ὑμνει πολυχορδοτατα
Γηρυϊ παιδολετωρ
Μελοποιος αηδονις μεριμνα] Ut αηδονις adjective ponatur, & cum μεριμνα juncta ſignificare poſſit *luſcinia ſollicita*, cras credam. Μεριμνας igitur aut μεριμναν omnino reponendum puto, & lectionem *Aldinam* Ημενα revocandam. Ita enim hujus loci conſtructionem procedere concipio. Αηδονις μελοποιος παιδολετωρ ἡμενα ὑμνει πολυχορδοτατα γηρυϊ μεριμνας, vel μεριμναν κοιτας φονιας. *Luſciniola cantus artifex liberorum interfectrix ſedens canit multitona voce ærumnas thalami funeſti.* Ideo autem κοιτη φονια dicitur, quia ſtuprum quod a Tereo paſſa eſt cædi Ityos occaſionem præbuerat. *S. Petitus* Miſcell. lib III. cap. 22. totam hanc clauſulam de Ardea quam a Minerva pro oſtento Diomedi & Ulyſſi in nocturna hac expeditione oblatam, & ab iis viſam & clangere auditam, narrat Homerus, interpretatur; ſed vocibus etiam ſingulis vim tantam explicationibus ſuis adfert vir eruditus, dum eas ad propoſitum ſuum detorquere contendit, ut nemini ſententiam ſuam approbaſſe mihi perſuaſum ſit.

552. Hic verſus antithetico minime concinit; deeſt enim ſyllaba, quæ ita ſuppleri poteſt,

Ποιμνια, και νυκτιδρομου anapæſticus dimeter brachycatalectus.

557. Lege νιν, ut conſtet metrum.

560. Pro ειπωσιν lege ειπωσιν, cogente metro.

561. Ut conſtet metrum ita hic verſus reſtituendus,

Διωλωλε, φοβερον τεχ' αν ειη.

576. Εγχος ελκυσαι τοδε, *Gladius hic ſtrictus eſt,*

599. Τρεια μολοντα Ρησον] Rectius Τρειας reſcribit *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 110.

600. Ος ει διοισει νυκτα την ες αυριον] Pro την malim τηνδ.

640. 641. — ὁν δε χρη παθειν,

Ουκ οιδεν, ουδ' ηκουσεν εγγυς ων λογου] Ον δε χρη παθειν nominativi caſus hic vice fungitur, verba οιδεν & ηκουσεν regentis, & de Paride dicitur, non de Rheſo. Conſtructio enim eſt, εκεινος δε ὁν χρη παθειν ουκ οιδεν. Verte, *Is vero qui debet pati*, id eſt, decipi, *nec novit, nec audivit, quamvis colloquio noſtro propinquus ſit.* Rheſus autem εγγυς ειναι λογου dici non poterat,

poterat, cum hæc a Minerva prope Hectoris tentorium proferantur, ille autem longe cum exercitu aberat, magna ſpatii quod occupabant caſtra Trojana parte interjecta.

V. 663. Σοι τι πιστοι λογοις] Forſan legendum, οις τι πιστοι λογοις.

665. Μελλει γαρ παντ' εμοι δοκεῖ ταδε] *Æm. Porto* omnino aſſentior reponenti δοκει, *exiſtima*.

672. Αλλ' οσον ταχιστ' εχειν] Malim αλλ' οσον ταχιστα χερι. In priori etiam hujus verſus parte Χωρουσ' εφ' ημας, rectius codices *Regii* habent υμας. Vide *Hardion.* ubi ſupra.

683. Spondæus in prima ſede metrum corrumpit; forſan legendum eſt Ειδεναι σ' ου χρη.

685. Aut bacchium aut amphibrachyn vice trochæi in carmine trochaico locum habere poſſe nemo unquam niſi *Barneſius* ſomniavit. Omnino igitur legendum eſt πις πελας ιδη. At non uno tantum mendo laborat hic verſus; inſuper enim ſpondæum in prima ſede habet. Pro ισω igitur reponendum, aut ιδη, aut ιση. In verſus etiam fine pro πας τις αν malim πας τις ων.

686. Η συ δη Ρησον κατεκτας; αλλα τον κτανοντα σε] *S. Petito* omnino aſſentior, qui Miſcellan. lib. III. cap. 22. p. 196. partem verſus hujus poſteriorem Ulyſſi aſſignandam cenſet. Equis enim quos abducebant Diomedes & Ulyſſes viſis, ſuſpicio ſtatim Choro ſuboritur illos Rheſi eſſe, & hunc ab hominibus iſtis occiſum. Hanc ſuſpicionem ut amoliatur Ulyſſes, reſpondet ſe non Rheſum interfeciſſe, ſed hominem potius qui ſi adhuc viveret ipſum forſan Chorum fuiſſet interfecturus, quendam ſcilicet ex Græcorum principibus. Hoc nimirum Choro perſuadere conatur vir verſutus, ſe vel Trojanum, vel a Trojanorum ſociis eſſe, qui exploratis Græcorum caſtris, eorum primario aliquo viro interempto, equos ejus pro præda abduceret.

687. Α, α, φιλον ανδρα μη θενης. Hæc Ulyſſi, non Choro, tribui debere cum *Stiblino* cenſeo.

703. Minus recte dicit *Barneſius*, *Brodæum* acute ſupplere πατερον. Non enim vocem iſtam quaſi ſupplementum adducit, ſed ut interpretamentum, ſignificationem ſcilicet docens qua το υπατον hoc in loco accipitur.

730. Recte *Æm. Portus*, Αβριζε, *vigila*, ab α privativo, & βριζω, *dormio*.

766. Unum ſaltem exemplum attuliſſe debebat *Barneſius* vocis πληκτρον pro *tintinnabulo* uſurpatæ; cum vero hoc non fecerit, nec facere potuiſſe putem, vulgarem interpretationem, juxta quam pro *ſcutica* accipitur, retinendam duco.

V. 769. Φαυλως, *negligenter*.

783. Εδραιαν ραχιν non hîc verti debuit, *robuſtam dorſi ſpinam*, ſed *eam dorſi equini partem quæ ſeſſioni apta eſt*.

795. 796. — φασγανου γαρ ηδομην

Πληγης βαθειας αλοκα τραυματος λαβων] Diſtingue poſt πληγης, ut constructio ſit, ηδομην γαρ πληγης φασγανου.

797. 798. — οι δ' οχημα πωλικον

Λαβοντες ιππων ιεσαν φυγη ποδα] Hæc ita accipit *Scaliger*. ad *Culicem* v. 326. ac ſi ipſe currus una cum equis abductus fuiſſet. Sed nimia feſtinatio virum eruditum in errorem induxit; præterquam enim quod ex aliis hujus Tragœdiæ locis v. 619 — 624. 675 — 688. equos tantum abductos ſatis conſtat, οχημα πωλικον ιππων nihil aliud eſt quam ipſi ιπποι, qua ſignificatione occurrit etiam ſupra v. 621. ut οχημα αρματων eſt ipſum αρμα, & οχημα κανθαρου apud Ariſtophanem Ειρην. 865. ipſe κανθαρος.

819. Το μηδεν ειναι non hîc ſignificat *mortuum eſſe*, prout interpretatur *Brodæus*, ſed *hominem futilem & nullius pretii*. Vide *Andromach*. v. 641. *Iphig. in Aul.* v. 945. & alibi apud Noſtrum.

824. 825. Εγω αεργυπνον ομμ' εν ευφρονη

Ουτ' εκοιμισ', ουτ' εβριξεν] Omnino cum *Scaligero* legendum εβριξα; ab eodem enim nominativo pendent verba εκοιμισ' & εβριξ', a nominativo autem ομμα pendere non poteſt εκοιμισ', cum verbum hoc non, *obdormire*, ſignificet, ſed, *ut dormiat aliquis facere*. Ita ſupra v. 669.

Θηκτα κοιμισαι ξιφη.

& *Soph. Oed. Tyran.* v. 1245.

Κατεκοιμησα τουμον ομμα.

855. Το παμπαν ησαν' αλλα μηχανα ταδε] ησαν ponitur pro ηδεισαν. Vide Etymol. Magn. voce Ηισμεν, & *Suidam*, qui hunc ipſum locum laudant. Verte autem, *Rem omnem noverant. Sed tu hæc ad decipiendum fingis.*

883. Ut conſtet metrum legendum videtur,

Τεκνον αναγει παλιν εις πενθη.

884. Ut conſtet metrum legendum φιτυσαν. Vide quæ notavimus ad *Alceſt.* v. 294.

885. Εα, εα. ω, ω] Muſam hîc otioſe prorſus, & abſque neceſſitate, a Poeta inductam cauſſatur *Hardio* in diſſertatione jam ſupra laudata p. 523. 524. nullum enim ſupereſſe dea vindice dignum nodum, in quo expediendo ejus opera collocari poterat, niſi tantum ut Hector a ſuſpicione frivola occiſi Rheſi liberetur. Sed reſponderi poteſt, nulla magis evidenti neceſſitate urgente, ab *Euripide* in

N *Andro-*

Andromacha inductam Thetida, in *Supplicibus* Minervam. Idem ſcilicet Poetæ utrique ſcopus fuiſſe videtur. Apud Athenienſes enim gratiam aucupatur Noſter, ſicut in *Supplicibus* jam fecerat *Euripides*, dum Minervæ patrocinium eximium, quo horum civitatem protegebat celebrandi anſam arripit, ſimulque ejuſdem *Euripidis* in *Andromacha* conſilium ſecutus, hunc etiam ſibi finem & propoſuiſſe & aſſecutus fuiſſe videtur; ut ſcilicet ægritudinem, quam auditorum animis ex miſeranda & inſperata Rheſi cæde, & ſpe Trojanorum, quam libertatis & ſalutis certiſſimam conceperant, paucarum horarum momento funditus everſa, inſediſſe neceſſe erat, illo ad immortalitatem & honores divinos evecto, quodammodo levaret & moderaretur. Nam eidem viro docto minime aſſentiri poſſum aſſerenti fabulæ hujus cataſtrophen terrori & miſericordiæ excitandis minime eſſe aptam. Quodnam enim exemplum ad terrorem ſuperbientibus, & rerum proſperarum continuo curſu nimium elatis, incutiendum magis appoſitum excogitari poterat, quam hoc Rheſi, divinis natalibus orti, virtute & victoriis clari, regno florentiſſimo potiti, & exercitum prope innumerabilem poſt ſe trahentis, duorum tantum hominum dolo ac audacia, noctu, inter proprios ſatellites, cum nullum in propinquo periculum ſuſpicatus quieti ſe ſecure tradiderat, miſerrime interempti? Jam ad miſericordiam quod attinet; quid ad hunc affectum commovendum magis efficax ſpectaculum, quam vir fortiſſimus, ad cujus impetum ſuſtinendum neque Achilles, neque Ajax ſufficiebant, non virtute & aperto Marte ſuperatus, ſed dolo & inſidiis per ſomnum turpiter trucidatus? Quænam ſubita magis & inopinata, ſimulque gravior fortunæ in contrarium mutatio, quam illa quæ Trojanos affligit, ſpemque, quam ipſa fatente Minerva certiſſimam in Rheſi virtute collocaverant, finem tandem bello funeſto jamque decennali imponendi, prorſus fruſtrata eſt. Quod autem Ariſtotelis auctoritatem hic interponit vir eruditus, fatendum quidem eſt Philoſophum illum ejus ſententiæ prima facie quodammodo favere videri. In Poetica enim c. 14. diſerte ſtatuit, ſi inimicus inimicum occiderit, eum nihil miſerabile, neque dum facit, neque dum facturus eſt, exhibere, præter id quod ex ipſo caſu oritur; ideoque eas potius fabulas eligendas ſuadet, in quibus inter amicitia conjunctos talia eveniunt; ut ſi frater fratrem, vel filius patrem, vel mater filium, vel filius denique matrem interfecerit. At obſervandum eſt Ariſtotelem minime negare, ſed contra plane ſupponere, miſerabile & terribile ex ipſo caſu oriri poſſe, quod in hac fabula revera præſtari contendimus. Hoc tantum pro ſcopo habet Philoſophus, ut quod in hoc genere abſolutiſſimum ſit imitationi proponat, ideoque monet tales fabulas non adeo tragicas eſſe, neque finem ſuum æque conſequi, ac illas in quibus accedit etiam ex amicitia vel conſanguinitate perſonarum commiſerationis vel terroris auctarium. Quod ſi ita accipienda eſſet Philoſophi ſententia, ac eam accipi vult vir eruditus, jam dicendum erit, & *Perſas Æſchyli*, & *Ajacem*, *Antigonem*, *Oedipum Colonæum* & *Philoctetem Sophoclis*, & *Hecubam*, *Andromachen*, *Supplices*, *Troadas*, *Heraclidas* & *Helenam Euripidis*, Tragœdiæ finem minime eſſe aſſecutas.

V. 886. Ut conſtet metrum legendum puto ετι χερων, & ex fine verſus exidiſſe vocem ξενον, aut ſimile quiddam.

901. Απο δ' αντομενου, *deprecante vero.*

907. Ut metrum antithetico concinat legendum eſt Λαμπαδας. Verſus enim proſodiacus eſt ex ionico a majore & choriambo.

911. Φρυγιων λεχεων επηλυσι, πλαθεις] Aſſentior *Barneſio* pro πλαθεισ' reponenti πλαθεισ', id eſt, πλαθεισα, exigente & metro & ſententia, ad Φρυγιων λεχεων autem ſubaudiendum ιχνος.

912. Ut conſtet metrum & ſtrophæ reſpondeat delendum eſt ὑπο, quod & ſalva ſententia abeſſe poteſt.

931. Θρηκης αναστων πρωτος ηδ' ανδρων, τεκνον] Verte, *Primus hominum Thraciæ imperabas, fili.*

936. 937. — ἡ τε μυρια γεγωνεια
Επεισ' ανελθειν] Codices *Regii* jam ſæpius laudati habent
αἱ τε μυριαι γεγωνιαι
Επεισαν ελθειν.
Utrumvis præferas eodem res redit, vulgatam tamen lectionem elegantiorem exiſtimo. Vir autem alioqui eruditus *Hardio* in re metrica plane hoſpitem hic ſe prodit, obtendens vocem μυρια ultimam vulgo corripere, cum vel pueris ſit notum vocem hanc fœminino genere poſitam ultimam ſemper producere. Ita ſupra ad v. 385. æque circa verbum κλυω hallucinatus eſt, quod penultimam producere poſſe negat, cum revera ſyllabam eam natura longam habeat, nec niſi propter ſequentem vocalem interdum correpta deprehendatur.

939. 940. Ουδεν δ' Οδυσσευς, ουδ' ὁ Τυδεως τοκος
Εδρασε. δρασας, ου δοκει λεληθεναι] Nulla mutata litera lege,

Εδρασ'

Εδρασ᾽ εδρασας, ου δοκει λεληθεναι.

Verte, *Nihil vero Ulyſſes, nec Tydei filius, fecit; Tu* (o Minerva) *feciſti, ne putes te me latuiſſe.*

V. 944 — 947. Εδειξεν Ορφευς, αυτανεψιος νεκρου
Τουδ᾽, ουνεκα κτεινασα, Μουσαιον τε σον
Σεμνον πολιτην, κἀπι πλειστον ανδρ᾽ ἑνα
Ελθοντα, Φοιβος, συγγονοι τ᾽ ησκησαμεν]

Hæc prout nunc leguntur, & contra grammaticæ leges peccant, & ſenſu prorſus carent. Vix autem dubito quin legendum ſit

Τουδ᾽, ὃν νυν εκτεινας συ.

Alloquitur autem Muſa hic & in præcedentibus, non occiſum filium Rheſum, quod putavit *Barneſius*, ſed Minervam; & per πολιν σην, non Thracia, ſed urbs Minervæ, Athenæ, intelligenda eſt, quæ monuiſſe etiam *Hardionem* in Diſſertatione ſupra laudata deprehendo. Memorat autem Muſa beneficia quæ in illam urbem ipſa ſororeſque ſuæ, Minervæ gratia, contulerant; myſteria ſcilicet ab Orpheo, mortui Rheſi conſobrino, ibi introducta, & Muſæum ejus urbis civem a Phœbo & Muſis edoctum. Cum vero tot beneficiorum tam triſtem a Minerva mercedem retulerit, filium ſcilicet in ulnis mortuum, minatur ſe nunquam impoſterum ſapientem & eruditum hominem in illam urbem introducturam. Quod autem *Hardio* Diſſertatione jam memorata per verba iſta κἀπι πλειστον ανδρ᾽ ἑνα ελθοντα Socratem deſignari contendit, graviſſimum ſane erravit errorem. Nam præterquam quod abſurdiſſimum eſſet hominem tot poſt ſæcula natum quaſi heroicis temporibus æqualem, & jam tum celebrem, aperte indicari; verba iſta, cum copula και præcedentibus ſint conjuncta, neminem niſi Muſæum, de quo ſermo erat, reſpicere poſſunt; nec patitur hæc copula ut iſta duo, σον σεμνον πολιτην, & ανδρ᾽ ἑνα επι πλειστον ελθοντα, de duobus diverſis hominibus intelligantur; atque de hoc nemo, opinor, dubitabit cui probe perſpectum Græci ſermonis idioma. Cæterum ſi quis ſtatuere velit, ſub Muſæi perſona Socratem adumbrare, & hunc Athenienſibus in memoriam revocare, in animo habuiſſe Poetam, quanquam & hoc nonniſi umbram quandam veriſimilitudinis habere videatur, me tamen adverſantem non habebit.

V. 952. Ηιδειν ταδ᾽] Legendum eſt Ηιδη ταδ᾽. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 231 — 233.

972. 973 — ὅς τε Παγγαιου πετραν
Σιληνοις σεμνος τοισιν ειδοσιν θεος] Hæc ad Bacchum, non ad Rheſum referenda.

987. Ανωχθε non ponitur pro ανωχθητε, ſed pro ανωγετε. Vide Not. ad *Troad.* v. 1260.

NOTÆ

NOTÆ IN TROADAS.

V. 26. ΕΡημια γαρ πολιν ὁταν λαβῃ κακη] Infeliciter hunc locum ſollicitat *Barneſius*, dum pro κακη reponi vult κάκη, quam vocem apud *Euripidem* uſurpatam reperiri verum eſt, ſed hujus loci ſententiæ minime convenit.

68. Ον αν τυχῃ, *Quemcunque fortuito contigerit.*

98. 99. Ανα δυσδαιμον, πεδοθεν κεφαλην

Επαειρε δερην] *Æm. Porto* & *Miltono* aſſentior tollendam diſtinctionem poſt δυσδαιμον, & reponendam poſt κεφαλην, ut conſtructio ſit, ανα id eſt αναστηθι κεφαλην πεδοθεν.

106. Τι γαρ ου παρα μοι μελεα στεναχειν, *Quid vero mihi non in promptu eſt quod defleam.*

109. Claudicat metrum quod ita forſan reſtitui poteſt,

Περγονται, ὡς ουδεν μοι καθ' αρα.

113. Hujus quoque verſus metrum fulciri poteſt legendo κλισιος γ'.

122. Πρωραι ναων ωκειαι] Ex ſequentibus manifeſtiſſime patet, quicquid dicat *Barneſius*, Hecubam hîc loqui, non de navibus quæ Parida in Græciam advexerant, ſed de iis quæ Græcorum exercitum ad Trojam transfretaverant.

124. 125. Primam ſedem horum verſiculorum occupat choreus. Forſan ſcribendum,

Δι' ἁλα τε πορφυροειδεα, και

Λιμενας γ' Ελλαδος ευορμους.

128. 129. Βαινουσαι, πλεκταν Αιγυπτου

Παιδειαν εξηρτησασθε.] Tollenda eſt diſtinctio poſt εξηρτησασθε, ut conjungatur cum ſequentibus, Τροιας εν κολποις, interjectionibus αι αι parentheſi incluſis. Sententia enim eſt, *Rudentes alligaſtis in Trojæ ſinu*, quam cum minus aſſequuti eſſent *H. Stephanus* & *Scaliger*. perperam reponi voluerunt εξηρτυσασθε. Legendum autem εξηρτησασθ', ultima eliſa propter vocalem a qua incipit verſus qui ſequitur.

136. Ut reſtituatur metrum legendum videtur κάμε τε μελεαν.

139. Ut vitetur choreus in ſecunda ſede legi poteſt εφεδρος γ'.

141. Claudicat metrum quod reſtituetur ſi legas Κουρᾳ τε ξυρηκει.

V. 148. Οπως εξαρξω 'γω] Ad ὁπως εξαρξω ſubaudiendum χρη aut ſimile quiddam.

149. 150. 151. Ita hæc metra conſtitui debere exiſtimo,

Μολπαν, ου ταν αυταν, οἱαν

Ποτε δη σκηπτρῳ Πριαμου * *

Διερειδομενα ποδος αρχεχορου

Πληγαις Φρυγιαις.

152. 153. Incommode quoad metrum, nec utiliter ad ſententiam, iteratur iſtud τι θροεις. Malim igitur legere,

Εκαβη, τι θροεις; τι δε θωυσεις,

166. Ιω, ιω. μελεαι μοχθων, επακουσομεθα] *Barneſius*, cum veram verbi επακουσομεθα vim ac ſignificationem hoc in loco parum aſſecutus eſſet, putavit a *Cantero* aliiſque metri cauſa repoſitum pro επακουσωμεθα, indicativum pro ſubjunctivo, qua in re bis fallitur. Metrum enim utrumque æque recipit, & verbum επακουσομεθα reddi debet, non, ut exiſtimavit ille, *obtemperemus*, ſed cum Interprete vulgari, *mox has voces audiemus*, eas ſcilicet quæ ſequuntur, *Troades prodite extra ædes, apparant Argivi reditum,*

171. Lege Αργειοισιν.

185. Τῳ προσκειμαι δουλα τλαμων] Hoc interrogative dicitur, τῳ pro τινι; *Cuinam miſera addicta ſum ſerva?*

193. 194. Ita hæc metra conſtitui debere puto,

Νεκυων αμενηνον αγαλμ', η

Ταν παρα προθυροις φυλακαν κατεχουσ'.

198. Lege juxta *Aldinam*

Η νησαιαν αξει χωραν —

Quis me aut ad Argivorum, aut ad Phthiotarum, aut ad inſularem abducet regionem.

199. Omnia abhinc uſque ad actus finem Choro, & nulla eorum pars Hecubæ tribui debet, quod jam olim rectiſſime monuerat *Victorius* Var. Lection. XXVI. 8.

200. Δυστηνος εξαλλαξω,] Ad finem hujus verſus plene diſtinguendum.

201. 202. Νεα τοι τεκεων σωματα λυσαι,

Νεα τοι μοχθοις εξω κρεισσους,] Verſuum ſcripturam corruptam eſſe vel hinc conſtat, quod νεα, caſu

caſu recto ultimam habet natura longam, in ſecundo autem verſu vox iſta recto caſu neceſſario accipienda eſt, ſimulque ſyllaba ejus ultima corripitur. Legendum igitur conjicio,

Νεατος τεκνων σωματα λευσσω,
Νεατος μοχθοις ἰξω χρειοις.

Plene autem diſtingue poſt χρειοις, & ita verte, *Poſtremum video gnatorum corpora, poſtremum curis defungar honeſtioribus.*

V. 203. 204. Η λεκτροις πλαθεισ' Ελλανων.
Ερρε νυξ αυτα, και δαιμων.] Tolle diſtinctionem poſt Ελλανων, & minus plene diſtingue poſt δαιμων; hæc enim cum ſequentibus connectenda. πλαθεισ' autem pro πλαθεισης, caſus rectus pro genitivo, abſolute ponitur; Vide *Barneſ.* ad *Iphig. in Taur.* v. 695. & notas noſtras ad eandem fabulam v. 947. Verte, *Aut me ad Græcorum thalamorum participationem adacta periit etiam ipſa nox & fortuna priſtina.*

208. Εισ' ελθοιμεν. Lege εισ' ελθοιμεν.

215. Ut conſtet metrum legendum Ουλυμπον.

218. Verſus trochaicus *Euripideus* interdum inter anapæſtica inſertus reperitur. Vide *Hecub.* v. 210. & *Ion.* v. 889.

221. Φοινικας αντηρη χωραν] *Miltoni* emendatio reponentis Φοινικος, ſubaudito χωρας, ut deſignetur regio Carthaginienſis Siciliæ oppoſita, minime neceſſaria videtur. E Phœnicia enim occidentem verſus navigantibus oppoſita quodammodo eſt Sicilia.

223. Κηρυσσεσθαι, στεφανοις τ' αρεταις] Delendum puto το τε, & cum *Scaligero* legendum αρεταις, ſublata etiam diſtinctione poſt κηρυσσεσθαι, ut ſubaudiatur præpoſitio επι, & ita vertantur hæc, *Celebrari propter virtutis coronas*, id eſt, propter virtutes quibus ornabantur ejus incolæ. Similem plane ellipſin habes *Helen.* 78.

Και τους εκεινης συμφοραις επι στυγεις;

Quod vero dicit *Barneſius*, *Scaligerum* legere αρεταις propter Hieronem a Pindaro celebratum, hoc vix inducor ut tanto viro excidiſſe credam. Nimis enim abſurda eſſet ſuppoſitio, captivarum Trojanarum Chorum aut Pindarum aut Hieronem tot poſt ſæcula natos reſpicere potuiſſe; quamvis non eo inficias quin Hieronis & aliorum Siculorum laudes a Pindaro celebratæ anſam Poetæ dare potuiſſent ſupponendi, ſimilibus virtutibus antiquitus etiam Siciliam claruiſſe. Αρεταις autem pro αρεταις poſitum, quod *Brodæo* placet, nuſquam reperio; nec magis feliciter procedit altera ab eo laudata conjectura, στεφανοις αρεταν, *coronis florere*, ut hac ſcilicet phraſi deſignetur Siculi ſoli felix ubertas; ſed nimis coactum hoc & ab uſitato ſermone remotum videtur, ut Poetæ tribuendum eſſe temere credam

V. 227. Ο ξανθαν χαιταν πυρσευων] Pro πυρσευων vitandæ cacophoniæ gratia reponendum πυρσουσαν quemadmodum diſerte legitur apud *Tzetzem* ad Lycophron. v. 1021.

233. 234. — δουλαι γαρ δη
Δωριδος εσμεν χθονος ηδη] Verte, *Servæ enim profecto ſumus terræ Dorienſis.*

242. Perperam exiſtimavit *Barneſius Brodæum* & *H. Stephanum* hoc in loco legiſſe χθονος ηδη. Non hic ita legunt ſed in v. 234. ubi ipſe etiam ita edidit.

250. 251. Ita potius hos verſus conſtitui debere opinor,

Η τα Λακεδαιμονια νυμφα anapæſticus dimeter
Δουλαν; ιω, μοι, μοι. idem brachycatalectus.

253. Hic verſus melius in duos ita dividetur;

Η ταν Φοιβου παρθενον, ᾳ γερας dactylicus tetrameter
Ο χρυσοκομας baſis anapæſtica.

260. 261. Malim ita legere & interpunctionibus diſtinguere;

Το δε νεοχμον απ' εμεθεν
Ελαβετε τεκος, που μοι;

Το δε ελαβετε idem valet ac τουτο δε ὁ ελαβετε. Legendum autem omnino eſt απ' εμεθεν, non επ' εμεθεν, ut voluit *H. Stephanus*, de ſua enim ipſius fortuna poſtea demum, v. 275. ſcilicet, ſciſcitatur Hecuba.

266. 267. Ita potius hos verſus conſtitui velim;

Αυταρ τις οδ' η νομος, η τι anapæſticus dimeter catalectus
Θεσμιον, ω φιλος, Ελλανων; dactylica hephthemimeris.

269. Hic verſus in duos dividi debet;

Τι τοδ' ελακες; baſis iambica
Αρα μοι αθλιον λευσσει hephthemimeris dactylica.

275. 276. Ita potius hæc metra conſtituenda;

Εγω δε τῳ προσπολος, periodus catalectus
Α περιβαμενος dactylicus dimeter
Χερι δυομενα βακτρου, anapæſticus dimeter brachycatalectus.

283. 284. Πολεμιῳ, δικας
Παρανομῳ δακει.] *Brodæus* poſt δικας diſtinguit, ut hic ſcilicet genitivus a πολεμιῳ, non a παρανομῳ, pendeat, ut ſententia ſit, *Juſtitiæ hoſti*; in quo ei omnino aſſentior

285 — 288. Ος παντα τακεις' ενθαδ' αντιπαλ', αυθις εκεισε, διπτυχῳ γλωσσᾳ,

Αφιλα

Αφιλα τα προτερα φιλα

Τιθεμενος παντων] Duorum priorum verſuum metra ita conſtituenda;

Ος παντα τάχιστ' ενθαδ' αντιπαλ', αυθις iambicus ſenarius catalectus

Εχιση, διπτυχω γλωσσα glyconius.

Ita autem totum locum verti debere exiſtimo. *Qui omnia quæ illic ſunt* (id eſt, apud Græcos) *iis quæ hic ſunt* (id eſt, rebus Trojanorum) *ut infenſa reputarentur effecit, & rurſus iis qui illic* (id eſt, Græcis) *duplici ſua lingua res omnium noſtrum quæ prius pacatæ erant invifas reddit.* Ex accuratiore tamen loci inſtituta conſideratione adducor ut credam quædam poſt αυθις εχιση excidiſſe, ut interea ſententia hujuſmodi fuerit, *Qui ut omnes Græci a Trojanis hoſtes reputarentur effecit, & viciſſim ut Trojanis Græci inimici fierent; res omnium, quæ prius pacatæ erant, inimicas, duplici ſua lingua, reddens.*

V. 296. Τας ειλεγμενας, malim τας ειλεγμενας, *ſorte addictas.*

309. 310. Ιερω, σεβω, φλεγω

Λαμπασι τοδ' ιερον] Repetendum απο κοινου videtur το φως, ut cum τοδ' ιερον jungatur. Non enim, ut opinor, ſacellum manibus ferebat Caſſandra, quod tamen Interpreti vulgari placuiſſe video.

322. Hic verſus in duos dividatur,

Ω Υμεναι', ανι penthemimeris trochaica

Παρθενων επι λεκτροις periodus catalectus.

324. Hic etiam verſus in duos dividatur,

Παρθενων επι λεκτροις

Αι νομος εχει baſis vel iambica vel trochaica.

328. Ο χορος οσιος] Verte, *Pia*, vel *Innocens eſt Chorea.*

329. Κατα σον εν δαφναις] Εν δαφναις poteſt vel ad ipſam Caſſandram referri, ſecundum *Brodæum* qui vertit, *Lauro coronata*, vel ad Apollinis templum cum *Barneſio*, & tunc verti debet, *Lauretis circumdatum*, non in Daphnis Lyciæ regione; nuſquam enim, ut puto, traditur, Caſſandram patriam reliquiſſe, & in Lyciam, ut in Apollinis templo miniſterium obiret, migraſſe.

332. Hic verſus in duos dividatur;

Χορευε, ματερ, χορευε. periodus

Αναγε ποδα σον baſis trochaica.

350. Secundam ſedem occupat anapæſtus. *Aldina* autem editio habet εσωφρονισμενασιν, unde in proclivi eſt conjicere Poetam ſcripſiſſe

ουδε σαις τυχαις, τεκνον,

Εσωφρονηκας, αλλ' ετ' εν ταυτω μενεις.

356. Ου γαρ εστ Λοξιας.] Sententia omnino poſtulat ut legatur, ει γαρ εστ Λοξιας, & poſt hæc verba minus plene diſtinguatur. Verte, *Siqua enim Phœbo eſt fides.*

V. 375. Miro anachroniſmo & *Barneſius* & *Brodæus* dicunt, *Euripidem* in Lacedæmoniorum crudelitatem hoc in loco invehi, quam in Athenienſes, poſt captam a Lyſandro horum urbem, exercuerunt. Plures enim interceſſerant anni ab *Euripidis* morte ad captas a Lyſandro Athenas.

411. 412. Απαρ τα σεμνα, και δοκημασιν σοφα,

Ουδεν τι κρεισσω των το μηδεν ην αρα] Hæc ad Agamemnona Caſſandræ amore captum referenda ſunt, quod vidit *Stiblinus*, non autem *Brodæus.*

427. Lege φως.

435. Ου δη στενον διαυλον ωκισται πετρας] Manifeſtum eſt quædam ante hunc verſum excidiſſe; prout enim nunc ſe habent hæc, conſtructionem qualemcunque hinc extricare fruſtra conabere. Veteribus autem libris qui πετρας exhibent adhærendum cenſeo, ut στενος διαυλος πετρας ſit *anguſta freti prope ſcopulum reciprocatio.* Sub ſcopulo enim ſitam fuiſſe Carybdios voraginem teſtatur Homerus Odyſſ. M. 101. 241.

447. Lege omnino cum *Scaligero*, Ω δοκων σεμνον τι πρατλειν, & verte, *O tu qui tibi viſus es in illuſtri collocatus eſſe fortuna.*

448. Metri ratio poſtulat ut pro γυμναν θ' ſcribatur γυμνον; nec repugnat ſyntaxis grammatica, modo adjectivus hic cum præcedente νεκρον ſubſtantive ſumpto conjungatur.

456. Ουκετ' αν φθανοις αν αυραν ιστοις καραδοκων] Verte, *Non amplius tibi cunctandum eſt velis auram exſpectanti.* Vide quæ notavimus ad *Alceſt.* v. 662. *Suppl.* v. 1219. & *Iphig. in Taur.* v. 245.

458. Χαιρε μοι, μητερ, δακρυσης μηδεν, ω φιλη πατρις] Plene diſtinguendum eſt poſt μηδεν.

463. Διστοιναν, ως αγουδος εις ᾁδην πιτνει.] *Cantero* omnino aſſentior pro ᾁδην reſcribenti ουδον.

466. Ου τοι φιλα τα μοι φιλ'. Ita hæc verti debere opinor; *Nequaquam grata ſunt quæ mihi grata eſſe ſolebant. Victorius* Var. Lect. Lib. XXXVI. cap. 21. legit ου τοι φιλα τα μη φιλ', ſed præferenda videtur vulgata lectio, cui etiam melius convenire reperietur ejuſdem viri docti explicatio, quam videſis.

490. Δουλη γυνη γραυς εις δομους αφιξομαι] In codice *Florentino* legitur, Ελλαδ' εισαφιξομαι, teſte *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 268.

505. Τι δητα μ' ορθουτ'; ελπιδων ποιων υπο] Ad finem etiam verſus ponenda eſt interrogationis nota.

506. 507. Αγετε τον αβρον δη ποτ' εν Τροιᾳ ποδα

Νυν δ' οντα δουλον, στιβαδα προς χαμαιπετη] Verte, *Abducite pedem meum, quondam in Troja delicatum, nunc vero ſervilem, ad culcitam ſtramineam humi ſtratam.*

ſtratam. Tollenda enim eſt interrogationis nota infra poſt καταξανθεισα, cum hæc καταφατικως, non ερωτηματικως, proferantur.

V. 509. Καταξανθεισα, *Attrita.*

514. Ωιδαν επιτηδειον. Feliciſſima eſt *Barneſii* conjectura reſcribentis επικηδειον, *funebrem.*

533. 534. Πευκα εν ουρεια
Ξεστον λοχον Αργειων] Πευκα εν ουρεια omnino a ξεστον pendet. Verte, *Argivorum inſidias in abiete montana fabrefactas.*

536. Χαριν αζυγος αμβροτα — πωλου] Verſus ab Interpretibus minime intellectus, quem ita reddi debere cenſeo; *In gratiam innuptæ immortalis virginis,* Minervæ ſcilicet.

564. Καρατομος ερημια νεανιδων. Verte, *Capitibus detruncatis juvenum deſolatio.*

564. 565. Ita hæc metra conſtituenda cenſeo;
Καρατομος ερημια periodus catalectus
Νεανιδων, στεφανον εφερεν iambicus dimeter
Ελλαδι κουροτροφω penthemimeris dactylica..

572. Παρεδρος, *Aſſidens juxta.*

587. Συ τ' ω λυμ' Αχαιων] Lege juxta editionem *Aldinam* λυμ', id eſt, λυμα, *pernicies*; nunquam enim efficies ut iſta, λημ' Αχαιων, ſenſum habeant quem iis tribuit Interpres, nempe, *Præſentiſſimum animi robur adverſus Græcos.* Ita autem totus locus reddi debet; *Tuque, o pernicies Achivorum, meorumque quondam liberorum grandæve Priame.*

592. Ο δε σος γονος εκφυγεν ᾅδαν] Legé ου 'κφυγεν, id eſt, ου εκφυγεν.

596. Ω πατρις, ω μελεα, καταλειπομεναν σε δακρυω] Hunc verſum Andromachæ potius tribuendum exiſtimo, quæ jam tum ad Neoptolemi naves abducebatur. Reſpondet vero Hecuba verſu proxime ſequenti
κἀγω δομον εθ' ελοχευθην
ubi repetendum απο κοινου verbum δακρυω. Puerperia certe præ cæteris Hecubæ deflenda erant cui quinquaginta liberi Achivorum enſe perierant.

616. 617. Ων ουτε μετρον, ουτ' αριθμος εστι μοι
Κακων. κακον γαρ εις ἁμιλλαν ερχεται] Ερχεται, ſubaudi τα κακα. Ita *Brodæus. Canterus* potius conjicit legendum Κακον κακου γαρ, &c, ut puto, recte. Ita putabam; ſed veram lectionem e cod. *Florent.* proculdubio reſtituit *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 374.
Κακον κακου γαρ εις ἁμιλλαν ερχεται.

621. Lege ειπον, ut conſtet metrum.

650. Lege ἀπ μ' εχειν, ut conſtet metrum; & pro εδειν, ηδε. Vide ſupra ad *Rheſ.* v. 952.

678. Πραξειν τι κεδνον. Verte, *Fortunam quæ me digna ſit ullam me manere.*

684. Προθυμιαν εχουσι σωθηναι πονον] Ad πονον ſubaudienda præpoſitio εκ; *Alacriter enituntur ut e periculis ſalvi evadant.*

770. Metri gratia cum *Scaligero* δη pro δε reponendum puto.

771. Παιδι τ' ου δυναιμεθα] Sermonis Græci indoles poſtulare videtur ut legatur ου δυναιμεθ' αν.

781. Τα δε τοιαυτα χρη] *Bentleius* in Diſſert. de Phalaride p. 143. ut metro conſuletur legendum conjicit τα δε τοιαδε χρη. Mihi potius arrideret τοιαυτα δε χρη.

783. 784. Ita hæc interpunctionibus diſtinguenda & vertenda cenſeo;
Και αναιδειας της ὑμετερας,
Γνωμης μαλλον, φιλος εστιν
Et impudentiæ veſtræ magis amicus eſt, quam juſtæ & moderatæ ſententiæ. Ariſtoteles Ethic. Nicom. Lib. VII. cap. 11. ita την γνωμην definit. Η δε καλουμενη Γνωμη, καθ' ην ευγνωμονας, και εχειν φαμεν γνωμην, ἡ του επιεικους εστι κρισις ορθη.

786. Συλωμεθα σην ψυχην αδοκως] Pro αδοκως, quæ vox eſt nihili, legendum puto αδικως. Conjectura vero *Barneſii* reponentis αδοκητως, & metrum jugulat, nec ſententiam æque juvat.

810. Ut conſtet metrum lege,
Εχαστιν πυργοπορον anapæſticus dimeter brachycatalectus.

814. 815. Κανονων τυκισματα Φοιβου
Πυργος δε φοινικι ποτε] *H. Stephanus* teſtatur in veteribus codicibus particulam δε poſt Κανονων, non autem poſt πυργος, reperiri; quam ſane lectionem exigere videtur ſententia, nec eam, niſi metri gratia, & ut hoc ſartum tectum præſtaret, repudiavit *Barneſius.* At utrique, & metro & ſententiæ, ſatis proſpiciemus ſi, λιπαρειαν pro λιπαρειαν in ſtropha repoſito, hæc ita legenda ſtatuamus;
Κανονων δε τυκισματα Φοιβου hephthemimeris anapæſtica
Πυργος γε φοινικι ποτε choriambicus dimeter.

817. Δις δε δυοιν πιτυλοιν τειχη] Πιτυλοιν hîc pro *Triremibus* poni non perſuadet *Barneſius.* Πιτυλος enim proprie ſignificare videtur *Strepitum quemcunque a motibus ſibi ordinatim ſuccidentibus* ortum. Ita ponitur pro ſtrepitu remigantium, aut aquarum decurrentium, aut liquoris e cratere in calicem effuſi, aut plagarum quas ſibi pugiles mutuo inferebant, aut denique mœnium ruentium. Hoc vero in loco δυοιν πιτυλοιν denotare puto *binos aſſultus,*

tus, ſtrepitu qui ex aſſultu oritur pro ipſo aſſultu poſito. Additur autem δις, non multiplicandi, ſed rei magis illuſtrandæ gratia; ita ut totus locus ſic verti debeat; *Bis vero* (id eſt, nunc, & olim, duce Hercule) *& binis aſſultibus* (quæ verba geminam Trojæ expugnationem pariter reſpiciunt) *cruenta evertit haſta muros* &c. Commatis autem nota ponenda eſt poſt δις δε, & iterum poſt πιτυλοιν.

V. 819. Legendum eſt τριπυλλαδος αἴχμα; verſus enim aſynartetus eſt ex baſi anapæſtica, alteraque iambica.

825 — 830. Horum verſuum metra cum antitheticis minime concinunt, nec mirum, quædam enim ex antiſtropha excidiſſe manifeſtum eſt, quæ abſque codicum ſubſidio reſtituere velle & temerarium eſſet & inutile. His exceptis, quoad cætera ea ita emendari & conſtitui poſſe puto;

Α δε σε γειναμενα Τροια πυρι dactylicus tetrameter
Δαιεται. Ηΐονες δ' ἁλιαι penthemimeris dactylica
Ιαχον, οἱον γ' οιωνος periodus
ὑπερ τεκεων βοᾳ. iambicus dimeter brachycatalectus
Αἱ μεν ευνατορας periodus brachytatalectus.

Et in Antiſtropha,

Καλος αναψαμενος· το μεν ουν Διος
* * ονειδος αρ', ουκετ' ερως.
Το τασδε λευκοπτερου ἁ-
μερας φιλας βροτοις
Φεγγος ολλυμεναν.

Ολλυμεναν ex emendatione eſt *Canteri*, quam & ſententia quodammodo poſtulare videtur. Το φιλας autem ſcriptura eſt editionis *Aldinæ*, φιλιον vero quod edidit *Barneſius*, ex veteri libro pro lectionis varietate affert *H. Stephanus*, ſed ſuffragio ſuo minime comprobat. Verbum denique ιαχον penultimam interdum, ut hic, producit. Vide *Heraclid.* v. 783. *Helen.* v. 1502. *Herc. Fur.* v. 349. *Electr.* 1150. Tandem poſt hæc ſcripta a *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 1549. diſco in cod. *Florent.* legi ουκ ες ονειδος εριν quæ lectio anſam præbet verſuum antiſtrophæ octavum ita ſupplendi

Εστιν ονειδος αρ' ουκετ' ερως.

856. Κροκεος οχος αναρπασας] Nimis audacter, ne dicam imperite, *Barneſius* receptam ſcripturam, χρυσεος, rejecit, in ejus locum τῳ κροκεος interpolato. Cum enim apud Homerum, ut fatetur, Aurora appelletur χρυσοθρονος, proculdubio ejus currus, quo ενθρονιζεται, *Aureus* recte dici poteſt. Quod autem ad metrum ſpectat, æque bene cum ſtrophico conveniet utrumvis legas. Verſus enim eſt trochaicus *Euripideus*; ex uſu vero, quem apud Poetas hoſce dramaticos ubique fere obtinere conſtat, abunde evincitur, dactylum æque ac choreum aut trochæum, in trochaicis hiſce melicis, quæ ut plurimum antiſpaſticorum indolem referunt, apud ſedes impares locum habere.

V. 863. — ὁ, γαρ δη πολλα μοχθησας εγω
Μενελαος ειμι, και στρατευμ' Αχαΐκον] Ad στρατευμ' Αχαΐκον repete απο κοινου, εστι το πολλα μοχθησαν. *Canterus* pro και legit καλα, ſed nulla videtur opus eſſe mutatione.

879. Ut vitetur anapæſtus in quarta ſede, lege πεσοντ' εν Ιλιῳ.

886. Ut conſtet metrum lege cum *Grotio* φυσεως vel φυσεος.

905. Ουκ εις λογους εληλυθ', αλλα σε κτανων] Lege cum *H. Stephano* κτενων.

916. 917. 918. Εγω δ', ἁ σ' οιδα δια λογων ιοντ' εμου
Κατηγορησειν, ανηθεισ' αμειψομαι
Τοις σοισι τἀμα, και τα σ' αιτιαματα] Hæc ad Hecubam diriguntur, quod vidit *P. Brumoy.* Diſtinguendum autem eſt poſt ανηθεισ', & iterum poſt σοισι, ut conſtructio ſit, αμειψομαι τοις σοισι (ſcilicet λογοις) ανηθεισα τἀμα και τα σα αιτιαματα. *Tuæ orationi reſpondebo, opponens ſibi ex adverſo & meas & tuas criminationes*, id eſt, quæ ego tibi, & quæ tu mihi, velut crimina mutuo imputamus.

934. Ουτ' εις δορυ σταθεντες, *Neque prælio commiſſi.*

975. Αι παιδιαισι, και χλιδη μορφης περι,
Ηλθον προς Ιδην] *Valckenarius* ad *Phœniſſ.* 1336. legere mavult Τι παιδιαισι, quam conjecturam ſi admittas, non orationis tantum venuſtas omnis periit, ſed nec ſatis conſtat ipſa conſtructionis ratio. Quis enim ſtructuram talem ferat Τι ηλθον — Του γαρ οὑνεκ' εχρην Ηρα. Nimirum vim formulæ iſtius loquendi Αι ηλθον non ſatis aſſecutus eſt vir eruditus; plane enim ironica eſt, *Quæ ſcilicet ſi Helenæ credis ad Idam venerunt* &c.

977. Vitabitur anapæſtus in quarta ſede ſi pro εχρην legas εχρ' vel εχρ'.

998. Lege φης.

1022. 1023. 1024. — κἀπι τοισδε σον δεμας
Εξηλθες ασκησασα, κἀβλεψας πoσει
Τον αυτον αιθερ'] Hæc quæ de Menelao, & de cultu quo ornata Helena jam tunc in ſcenam prodierat, dicuntur, *P. Brumoy* perperam de Paride, & de Helenæ moribus dum ille adhuc in vivis erat interpretatur. Ita autem verte, *Et poſt hæc facta corpore tuo ornato jam exiiſti, & eundem cum marito aera aſpexiſti.*

1026. Φρικη τρεμουσαν, *Horrore trementem.*

V. 1034.

V. 1034. 1035. — κἀφιλου προς Ελλαδος
Το θηλυ τουτο τ' ευγενης εχθροις φανεις] Legendum potius τουτο γ'. Optime autem hunc locum interpretatur *H. Stephanus*, quem vide.

1038. Ut conſtet metrum pro εις lege ες.

1065. Ut conſtet metrum pro ἱερων lege ἱερων.

1069. 1070. Ταν κατελαμπομεναν
Ζαθεαν θεραπναν] Male hæc de Caſſandra interpretantur *Brodæus* & Interpres vulgaris, quæ de monte Ida proculdubio dicuntur. Cum vero codex vetus *H. Stephani* habeat θεραπναν, ex hac ſcriptura quanquam corrupta veram lectionem eruere in proclivi eſt. Poetam ſcilicet ſcripſiſſe puto,

Ζαθεαν τ' ερiπναν

Divinumque cacumen. Ita *Herc. Fur.* v. 370. pro Πηλιαδες θεραπναι, ipſe *Barneſius* optime ſubſtituit Πηλιαδες τ' ερiπναι. Metri autem gratia Ζαθεαν in Ζαθεαν immutavi, eademque de cauſa in antiſtrophico legendum eſt κατελυσεν. Verſus enim antiſpaſticus eſt dimeter brachycatalectus ex antiſpaſto vel epitrito quarto & ſpondæo.

1090. Δακρυσι κατακορα στενει] Κατακορα & vox nihili eſt, nec per metrum locum hîc habere poteſt. Si hariolari fas ſit veteribus libris deſtituto, forſan legi poteſt κατ' αιρα, quod ſaltem metro convenit.

1092. Μονας δη μ' Αχαιοι] Non video quomodo μονας hîc per conſtructionem grammaticam ſtare poſſit; potius legendum eſt μοναν.

1098. 1099. — ινδα πυλαις
Πελοπος εχουσιν ἑδρας] Conſtructio omnino poſtulat ut legatur πυλας.

1103. 1104. Ανα μεσον πλαταις ποντου
Αιγαιου κεραυνοφαες πυρ] Quem ſenſum aut conſtructionem hîc habere poſſit vox Αιγαιου non video; nam quæ *Barneſius* de Jove Αιγαιῳ pro Αιγιοχῳ commentus eſt nihil moror. Forſan reſcribendum eſt Αιγαιαν, ut ad πλαταις referatur.

1118. Ιω, ιω extra metrum ponuntur.

1123. Νεως πιτυλος εις, *Unius navis remigium.*

1129. Ου θασσον οὑνεκ', η χαρειν μονης εχων] Verte, *Cujus rei gratia, citius quam homo qui manendi cauſam habet diſceſſit.*

1133. Και σφ' ητησατο. Verte, *Et illum*, Neoptolemum ſcilicet, *rogavit*. Nunquam enim σφε, aut pro σε, aut pro ὑμας, quod ſciam, ponitur. Quod etiam ſequitur θαψαι, æque denotare poteſt *ſepeliendum curare*, ac *propriis manibus ſepulcro condere*. Sequentia etiam

Μη νιν (Εκτορος ασπιδα ſcilicet) πορευσαι Πηλεως εφ' ἑστιαν

alium quam Neoptolemum reſpicere omnino non poſſunt; cui etiam optime convenit illud, σας δ' ες ωλενας δουναι.

V. 1148. Αιρομεν δορυ, non hîc ſignificat, Lignorum ſtruem congerere, ut uratur cadaver, quod vult *Brodæus*; de inhumando enim Aſtyanacte hîc ſolum agitur, de ejus autem cadavere cremando ne verbum quidem. Verba proxime præcedentia ſunt Την τωδ' επαμπισχοντες & paullo infra v. 1153. ορυκτον αναρρηξαν ταφον. Nec verti poſſunt hæc prout reddidit vulgaris Interpres, *Eruemus haſtâ*, tunc enim legi debuiſſet δορατι. Ipſe quidem exiſtimo το δορυ, cum apud *Heſychium* exponetur παν ξυλον η δοκον, hoc in loco denotare πλατην, *remum*; & in hoc quidem ſenſu vox hæc in *Helena* v. 1284. uſurpatur, ſi recte ſe habet lectio vulgata;

Ποσον δ' απειργει μηκος εκ γαιας δορυ;

ita pro *gubernaculo* etiam accipitur *Cyclop.* 15.

εν πρυμνῃ δ' ακρᾳ
Αυτος λαβων, ευθυνον αμφηρες δορυ

ubi vide quæ notavimus. Verte igitur, *Nos equidem cum tu cadaver ornaveris, terram huic ſuperinjicientes, remos capimus*, abituri ſcilicet. Nam hanc tantum moram quæ Hecubæ diſceſſum diſtineat ſupereſſe, ſatis clare indicat Talthybius paullo infra v. 1154. 1155.

Ως συντομ' ἡμιν τἀπ' εμου τε, κἀπο σου
Εις ἑν ξυνελθοντ', οικαδ' ὁρμισῃ πλατην.

1161. Ουδεν ητ' αρα,] Priores editiones ſecutus plene diſtingue poſt αρα, & ita verte; *Homines nihili*, vel *ignavi, eratis igitur*, iſtud ſcilicet timentes.

1171. 1172. Νυν αυ τ' ιδων μεν, γνους τε σῃ ψυχῃ, τεκνον,
Ουκ οισθ'· εχρησω δ' ουδεν εν δομοις εχων] Quomodo ὁ ιδων, & ὁ τῃ ψυχῃ γνους rem quamcunque, eandem ουκ ειδεναι dici poſſit, non intelligo. Nec ſententiam hilo meliorem ſuggerit vulgaris lectio Ουκ ηδει, quæ editiones tantum non omnes ante *Barneſianam* occupaverat. Audaciorem igitur medicinam adhibendam cenſeo, & ita forſan locum reſtituendum,

Νυν αυ τ' ιδων μεν, γνους τε σῃ ψυχῃ, τεκνον,
Οιχῃ γ', εχρησω δ' ουδεν εν δομοις εχων.

Verte, *Nunc autem bis viſis quidem, & animo tuo innoteſcentibus, diſceſſiſti, fili, harum vero rerum nullum fructum cepiſti, quantumvis eas in ædibus habens.*

1173. 1174. 1175. Δυστηνε κρατος, ὡς σ' εκειρεν αθλιως
Τειχη πατρῳα Λοξιου πυργωματα.
Ον πολλ' εκηπευσ' ἡ τεκουσα βοστρυχον]
Diſtinctio non poſt κρατος ſed poſt δυστηνε ponenda eſt, & minus plene diſtinguendum poſt πυργωματα,

nam accuſativus rei βοστρυχον pendet a verbo præcedente εκειρεν, & conſtructio hujuſmodi eſt, Δυστηνε ὡς τειχη πατρῳα πυργωματα Λοξιου εκειρεν αθλιως σε βοστρυχον κρατος ὃν ἡ τεκουσα πολλα εκηπευσε.

V. 1180. Ω πολλα κομποις εκβαλων φιλον στομα.] Ad φιλον στομα ſubaudiendam puto præpoſitionem κατα.

1193. Ιτυαι, αἱ ασπιδες, δια το πρωτας εκ ταυτης της ὑλης κατασκευασθηναι. *Heſych.*

1196. Ως ἡδυς εν πορπακι σος κειται τυπος] Non Hectoris βραχιονα, quod perperam dicit *Barneſius*, ſed ipſum clypeum προσωποποιει Hecuba. Legendum igitur opinor σοι κειται τυπος, *Nota* ſcilicet, vel *Veſtigium impreſſum* quod ex longo & quotidiano uſu Hectoris brachium in manubrio reliquerat.

1204. Εμπληκτος ὡς ανθρωπος, αλλοτ' αλλοσε] Hæc prout nunc leguntur, ſenſu prorſus carent. Quænam enim ſimilitudo deprehendi poteſt inter ανθρωπον εμπληκτον αλλοτ' αλλοσε, & eum qui βεβαιῳ χαιρει, ut ab iſto illuſtrationem ſibi petendam ſtatueret Poeta? Legendum igitur puto, εμπληκτος ων, diſtinctione non poſt ανθρωπος, ſed poſt αλλοσε poſita. Ita ſententia erit, *Cum ſit homo mutabilis huc & illuc* — quo ſenſu apud *Sophoclem* etiam *Ajac.* v. 1375. reperitur φωτες εμπληκτοι.

1205. 1206. — τοις τροποις γαρ αἱ τυχαι

Πηδωσι] *Grotius* pro τοις τροποις conjicit legendum ταις τροποις, ſed nulla opus eſſe videtur innovatione; reddi enim poteſt vulgaris lectio, *ex indole vel moribus ſuis.*

Ibid. Κ᾽ουδεις αυτος ευτυχει ποτε] Repone ὡ'υτος præeunte *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 927.

1207. Και μην περι χειρον' αἱδε μοι σκυλευματων] Cum *Scaligero* περιχειρον una voce legendum opinor, ſublata diſtinctione quam poſt χειρον poſuit *Barneſius*, unde ſententia exoritur magis accommodata iis quæ præceſſerant v. 1201. 1202.

1211. Ουκ εις πλησμονας θηρωμενον] Non plene mihi ſatisfacit illa *Scaligeri* emendatio reponentis θηρωμενον; præterquam enim quod non ουκ ſed ουδ' præcedere debebat, neſcio ſane quem ſenſum, ſaltem huic loco idoneum, habere poſſit iſtud εις πλησμονας θηρωμενον; nam ornamentis eos donari ſolitos qui ad ſatietatem uſque venatu ſe exercuerant, ut puto, inauditum eſt. Nec multo magis mihi arridet vulgaris lectio θηρωμενοι, nam θηρασθαι εις τι non Græce dici ſolet, quod ſciam, pro θηρασθαι τι. Si meam in re tam dubia licet interponere conjecturam, malim legere,

ουκ εις πλησμονας θ' ὁρωμενον

non ad ſatietatem viſum atque cognitum, qua phraſi deſignaretur qui ex hac vita immature ereptus magnum ſui deſiderium reliquerat.

V. 1217. Hic verſus in duos dividatur;

Ω μεγας εμοι ποτ' ων iambicus dimeter brachycatalectus

Ανακτωρ πολεως dochmaicus.

1251. Ιω, ιω, & infra v. 1256. Εα, εα, extra metrum ſunt.

1252. Ελπιδας επι σοι κατεγναψε βιου] Fallitur *Barneſius* cum κατεγναψε formatum putat a καταγναπτω, verbo compoſito e κατα & γναπτω, *lanam carpendo expolire.* Iſtud enim verbum nunquam reperietur uſurpatum in ſignificatione quam ei tribuit *Barneſius*, *lanam carminatam*, aut aliud quidquam *reponendi.* Revera formatur a καταγναμπτω, *detorqueo, deflecto*, quod quidem verbum ſæpiſſime abſque τῳ μ ſcriptum deprehenditur apud antiquos, teſte Etymol. Magn. voce γναμπτω. Ita igitur vertendus erit locus; *Quæ magnas ſpes vitæ ſuæ in te detorſit*, vel *deflexit.*

1260. Αυδω λοχαγοις, οἱ τεταχθε πιμπρεναι] Neſcio quid in mentem *Barneſio* venerit, qui miſerandum errorem *Duporto* imputans ipſe in errorem paullo minus miſerandum impegit; dicens τεταχθε poni pro τεταχθεντε, ut ανωχθε pro ανωχθεντε. Quid autem monſtri eſt illud τεταχθεντε? quale prorſus reſpuunt omnes Græcæ linguæ inflexiones. τεταχθε autem eſt ſecunda pluralis perfecti paſſivi; & ανωχθε non ponitur pro ανωχθεντε, ſed pro ανωγετε, ut ανωχθε pro ανωγεθι, & ανωχθω pro ανωγετω.

1290. Οια πασχομεν, δεδορκας.] Recte vidit Interpres interrogationis notam ponendam eſſe poſt δεδορκας.

1298. 1299. Πτερυγι δε καπνος ὡς τις, ου-

ρανια πεσουσα δορι καταφθινει γα] Πτερυγα pro *Flabello* uſurpari exemplis docuiſſe debebat *Barneſius*, in eo enim quod ex Oreſte affert ne πτερυγος quidem mentio. Atque etiamſi hoc obtineret, non multum tamen in ſententia expedienda proficeret. Obſtat ſcilicet vox ουρανια, quæ neque, *a diis honorata*, prout ille vertit, ſignificare, neque ſenſu ullo idoneo cum γα conjungi, poteſt. Proculdubio igitur legendum ουρανιᾳ, ut cum πτερυγι jungatur, diſtinctione etiam poſt ουρανιᾳ, non poſt τις, interpoſita. Ita tenebræ omnes ſtatim evaneſcunt, & luculenta evadit ſententia. *Veluti autem fumus aliquis ala quæ cœlum petit in ſublime tollitur & diſſipatur, ita terra hæc armis vaſtata periit.*

1310. Hic verſus in duos ita dividatur,

Εκ. Αγομεθα, φερομεθα iambicus dimeter brachycatalectus

Xo.

Χο. Αλγος, αλγος βοας periodus brachycatalectus.

V. 1314. Μιλας γαρ σ᾽ οσοις κατακαλυψει] Lege cum *H. Stephano* κατεκαλυψε.

1317. 1318. 1319. Ε, ε. τας φονιον εχετε
Φλογα δορος τε λογχαν.
Ταχ᾽ εις φιλαν γαν ηματοισθ᾽ ανωνυμοι]
Hæc peſſime, & a Poetæ mente longiſſime, vertit vulgaris Interpres; ad ea enim quæ proxime præcedunt, θεων μελαθρα και πολις φιλα, hæc referri debent, & ita reddi, voce ανωνυμοι prius in ανωνυμα mutata. *Heu, heu, exitioſam habetis flammam, haſtæque cuſpidem; mox in charam* (hanc) *terram ruetis ſine nomine.*

V. 1320. 1321. Κονις δ᾽ ισα καπνῳ πτερυγι προς αιθερα
Αιϛον οικων εμων με θησει] Verte, *Pulvis vero fumo ſimilis alâ verſus cœlum expanſâ ignaram me reddet ædium mearum*; id eſt, omnia ita miſcebit & confundet, ut ædes meas dignoſcere & diſtinguere non amplius potuero.

1323. Ita recte hunc locum reſtituit *Æm. Portus*,
Αλλα δ᾽ αλλο φερεσθαι.

NOTÆ IN BACCHAS.

V. 12. LEge, εγω ᾽καλυψα.

28. Σεμελην δε νυμφευθεισαν εκ θνητου τινος] Apud *Joannem Malal.* Chronogr. p. 51. legitur λοχευθεισαν, forſan ſcripſerit Noſter μοιχευθεισαν.

52. Συναψω Μαιναισι στρατηλατων. Verte, *Prælio congrediar Mænadibus me ducem præbens.*

64. 65. Horum utrorumque verſuum claudicat metrum; prioris enim ultima ſyllaba,quæ longa eſſe debebat, proximo verſu a vocali incipiente, brevis eſt, alter vero primum pedem vice anapæſti habet iambum. Ambobus conſultum erit ſi legas παραμειψασα.

77. Ut metrum qualitercunque antithetico reſpondeat, legendum ὁσιοισιν; ita verſus erit antiſpaſticus dimeter brachycatalectus, ex epitrito quarto, cui in antiſtropha opponitur epitritus tertius, & ſpondæo.

102. 103. 104. Στεφανωσιν τε δρακοντων
Στεφανοις, ενθεν αγραν
Θηροτροφοι Μαιναδες αμφιβαλλοντι πλοκαμοις.] Mos erat in orgiis, Mænadibus & myſtis Bacchi, capillos ſerpentibus implicare. Vide *Potter*. Antiq. Græc. lib. II. cap. 20. voce Διονυσια. Recte igitur αγραν interpretatur *Brodæus*, *captos ſerpentes*, & Θηροτροφοι, οφιοτροφοι. Vide & infra v. 697. & ibid. not. *Barneſii.*

V. 114. Αυτικα γα πασα χορευσει. *Brodæus* legit γα πασα χορευσει, *omnibus in terris ſaltabit*. Mihi verior videtur vulgaris lectio.

120. 121. 122. Ω θαλαμευμα Κουρητων,
Ζαθεοι τε Κρητες.
Διογενετορες ενaυλοι] Διογενετορες reddi debet *Jovis genitores*, non *Jove geniti*, quod Interpreti vulgari placuit. Quomodo autem horum utrumvis de Cretenſibus dici potuit, non video, nec quo ſenſu ſubjungatur εναυλοι, *incolæ*, cum locus non addatur quem incolebant; nec denique quo tendit exclamatio illa, Ω θαλαμευμα Κουρητων, cum per particulam τε connectatur cum nominativo Κρητες, a quo regitur verbum ευρον. Mendo certe plus uno laborare videtur hic locus, cui tamen, facillima emendatione, ſenſus luculentus, & ad ſequentia perquam appoſitus, reſtitui poteſt, ſcribendo ſcilicet
Τον θαλαμευμα Κουρητων
Ζαθεοι τε Κρητες
Διογενετορες εν αυλᾳ —
Originem enim tympani indicans Chorus ejus inventionem tribuit Curetibus & Corybantibus. Verte igitur, *Curecum contubernium, divinique Cretenſes, Jovis genitoris* (Saturni ſcilicet) *in aula* &c. *invenerunt.*

126. 127. 128. Ανα δε βακχεια συντονῳ

Κερασαν

Κεράσαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων
Αὐλῶν πνεύματι] Verbo Κέρασαν deeſt accuſativus; cum *Æmil. Porto* igitur legendum puto βακχεῖαν συντονον, voce φωνὴν ſubaudita.

V. 130. 131. Παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι
Ματρὸς ἐξανύσαντο θεᾶς] Hos verſus, hactenus parum intellectos, ita reddi debere opinor; *A matre autem dea* (tympanum) *obtinuerunt furentes Satyri.* Tympani enim quaſi hiſtoriam quandam tradit Poeta. Ejus ſcilicet inventio Curetibus & Corybantibus debebatur, a quibus in manus matris Rheæ traditum eſt; ab hac obtinetur a Satyris, & ab his Choreis Trieteridum quibus delectatur Bacchus conjungitur.

139. Αἷμα τραγοκτόνον, ὠμοφάγον χάριν] Bacchæ crudis carnibus veſci ſolitæ erant. *Brodæus.* Vide etiam *Potter.* Antiq. Græc. lib. II. cap. 20. voce Διονυσια, & ab eo laudatum Plutarchum in Themiſtocle p. 119.

145. 146. 147. Ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων,
Πυρσώδη φλόγα πεύκας,
Ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει] Ἐκ νάρθηκος potius cum ἔχων conjungendum puto, quam cum ἀΐσσει juxta interpretationem vulgarem, & ita hæc reddenda; *Bacchus habens rutilantem flammam facis ferulæ affixam*, vel *e ferula pendentem, impetu fertur.* Cras enim *Barneſio* credam verbum ἀΐσσειν ſignificare poſſe id quod eſt *emicare facere.*

148. Δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων πλανάτας] Πλανάτας quarto caſu poni exiſtimo.

150. Melius ſe habebit metrum ſi legas πλόκαμον τ'.

163. Σύνοχα φοιτάσιν] Σύνοχα adverbialiter poſitum puto, & cum φοιτάσιν conjungendum, ut ſententia ſit, *Continenter vagantibus.*

165. Ἥδομένα δ' ἄρα] Verte, *Illa autem* (Mænas ſcilicet) *nimirum exultans.*

178. Ὦ φίλταθ' ὡς σὴν γῆρυν ἥδομεν κλύων] Malim ἥδομην, *ut lætatus ſum*, prout & legiſſe videtur Interpres vulgaris.

181 — 183. Δεῖ γάρ νιν — αὔξεσθαι μέγαν] Verte, *Oportet enim illum — magnum evadere.*

189. Legendum cum *Æm. Porto* τ' αὐτὰ, non ταῦτα.

188. Ἐπιλελήσμεθ' ἡδέων] Emendatio *Barneſii* ſubſtituentis ἡδέως pro ἡδέων ſenſum prorſus ſubvertit. Ἐπιλελήσμεθ' ἡδέων eſt, *Deliciarum obliti ſumus*, id eſt, Delicati eſſe, quamvis ſenes, deſiimus. *Non igitur defatigatus ceſſabo terram thyrſo pulſare, nec noctu, nec interdiu.* Eandem prope ſententiam exprimit quod reſpondet Tireſias κἀπιχειρήσω χοροῖς.

191. Οὐκοῦν ὀχοῖσιν εἰς ὄρος περάσομεν] Verte, *Nonne igitur vehiculis in montem tranſibimus?*

V. 197. Μακρὸν τὸ μέλλειν. *Longa erit mora*; quia ſcilicet pedibus montem adire decebat. Frivola eſt conjectura *Barneſii* ſcribentis τὸ μέλλον, quod neque id quod vult ſignificare poteſt.

200. *Cantero* omnino aſſentior hunc verſum & ſequentes uſque ad v. 210. Ἐρεῖ &c. Tireſiæ potius quam Cadmo tribuenti; idem etiam de verſu proxime præcedente dictum velim.

201. Ὁμήλικας χρόνῳ. *Tempori coætaneas.*

209. Δι' ἀριθμῶν οὐδὲν αὔξεσθαι θέλει] Legendum puto,
Διαριθμῶν δ' οὐδέν' αὔξεσθαι θέλει.
Diſtinguens aut diſcriminans neminem (id eſt, citra diſtinctionem, nullo diſcrimine facto) *amplificari vult*, Bacchus ſcilicet. Talem verbi διαριθμεῖν ſignificationem in lexicis non reperiri fateor, ſed non prorſus abſimilem verbi διαριθμεῖσθαι invenire eſt apud Platon. de Legib. lib. VII. p. 818. edit. *H. Steph.* Μηδὲ νύκτα καὶ ἡμέραν διαριθμεῖσθαι δυνατὸς ὤν. Poteſt etiam forſan legi, ſed minus commode meâ ſententia,
δ' ἀριθμὸν οὐδέν' αὔξεσθαι θέλει
ita loco reddito, *Per nullum autem numerum hominum certum & a ceteris diſcriminatum coli vult.* Omnino enim αὔξεσθαι de Deo intelligendum eſt, ſi ſenſum aliquem idoneum ex hoc loco elicere velimus. Longe enim a Poetæ mente aberrat *Brodæi* explicatio; "Nihil autem per omnes numeros augeri "vult, nihil ex omni parte beatum eſſe ſuſtinet; "hoc ideo infert Cadmus, quod Tireſias, mag"nus imprimis vates, cæcus eſſet." Nec propius ſcopum attingit *Æm. Portus*, ita interpretatus; ὁ Θεὸς οὐδένα τῶν ἀνθρώπων θέλει αὔξεσθαι καὶ τιμιώτερον εἶναι, μᾶλλον τιμᾶσθαι, διὰ τῶν ἀριθμῶν, τοῦτ' ἐστι διὰ τοῦ πλήθους τῶν ἐτῶν. aut ἀριθμὸν legendo & οὐδέν', id eſt, οὐδένα; οὐκ ἐθέλει δὲ οὐδένα τῶν ἀνθρώπων αὔξεσθαι, μᾶλλον τιμᾶσθαι, διὰ τὸν ἀριθμὸν καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν.

242. Ἐκεῖνος εἶναι φησι Διόνυσον θεόν] Verte, *Ille dicit Dionyſum eſſe deum.*

243. 244. 245. Ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διός.
Ὃς ἐκπυροῦται λαμπάσιν κεραυνίαις
Σὺν μητρὶ, Δῖος ὅτι γάμους ἐψεύσατο.] Hæc interrogative dicta puto; ad finem igitur primi verſus minus plene diſtinguendum.

251. 252. — ἀναίνομαι, πάτερ,
Τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶν, νοῦν οὐκ ἔχον] Verte, *Reſpuo ſenectutem, pater, veſtram ſenectutem intuens mentis haud compotem.*

255. 256. 257. — τόνδ' αὖ θέλεις
Τὸν δαίμον' ἀνθρώποισιν ἐσφέρων νέον,
Σκοπεῖν πτερωτοὺς, κἀμπύρων μισθοὺς φέρειν]
Verte,

Verte, *Anne novum inter homines introducens deum, vis hunc quoque* (Cadmum ſcilicet) *volucres obſervare, & igniſpiciorum mercedes auferre?*

V. 278. 279. Οδ' ηλθεν επι τἀντιπαλον, ὁ Σεμελης γονος
Βοτρυος ὑγρον πωμ' ευρε, κἀισηνεγκατο] Verte, *Quod autem venit in certamen cum Cerere, uvæ* ſcilicet *liquidam potionem, Semeles filius invenit.* Nam ὁ δ' non, ut putavit *H. Stephanus*, ad ὁ Σεμελης γονος, ſed ad πωμα referendum eſt.

284. Θεοισι σπενδεται. *Libationibus diis faciundis adhibetur.*

314. Μη σωφρονειν. *Canteri* emendationem legentis αϲωφρονειν potiorem cenſeo.

327. — κ' ουτε φαρμακοις
Ακη λαβοις αν, ουτ' ανευ τουτων νοσεις] Frigidior videtur eſſe conjectura *Scaligeri* pro νοσεις reponentis νοοις, nec locum ulla emendatione indigere opinor. Τα φαρμακα enim, non *medicamenta* ſolum, aut *venena*, denotant, ſed præterea *omne genus veneficiorum, incantamentorum, & faſcinationum*; *omnia denique quæ præter naturæ ordinem uſitatum in hominum mentes aut corpora influunt*, comprehendunt; unde Φαρμακευτρια apud Theocritum. Dixit igitur Tireſias Pentheum jam tunc a Baccho irato faſcinatum & mente captum inſanire occœpiſſe. Quam rem etiam paullo poſt v. ſcilicet 359. affirmare pergit.
Μεμηνας ηδη και πριν εξεστης φρενων.

333. Lege φης.

334. Καταψευδου. *De eo mentire*, non, ut habet Interpres vulgaris, *Contra eum.*

339. 340. Διεσπασαντο, κρεισσον' εν κυνηγιαις
Αρτεμιδος ειναι κομπασαντ', εν οργασιν] Εν οργασιν conjungi debet cum διεσπασαντο, *diſcerpſerunt in ſaltubus.*

350. Lege ϑυηλαισιν ut conſtet metrum.

365. Ιτω δ' ὁμως. *Accidat tamen quodcunque accidat neceſſe eſt.*

370. 371. 372. Οσια, ποτνα ϑεων,
Οσια δ', ἁ κατα γαν
Χρυσεα πτερα φερεις] Themida primo loco Chorus alloquitur, deinde Nemeſin, quam deam a Smyrnæis alatam effingi ſolere tradit Pauſanias Attic. p. 82.

390. Lege -λυτον τε μενει, exigente metro.

391. Dipodia ſecunda dijambus eſt, qui in metro hoc choriambico choriambo opponitur.

393. 394. Το σοφον δ' ου σοφια.
Το τε μη ϑνητα φρονειν,] Optime monet *Brodæus* minus plene diſtinguendum eſſe poſt σοφια, & plene diſtinguendum poſt φρονειν, ut conſtructio ſit, το σοφον δε ου σοφια, το τε μη ϑνητα φρονειν ου σοφια.

V. 395. Βραχυς αιων. επι τουτῳ] Verte, *Breve eſt ævum; in hoc vero* (ævo ſcilicet) —

396. In ſecunda ſede verſus anapæſtici proceleuſmaticus anapæſto opponitur.

402. Ut metrum antiſtrophico reſpondeat, lege, Ιν' οἱ ϑελξιφρονες.

424. 425. 426. Μισει δ' ῷ μη ταυτα μελει,
Κατα φαος, νυκτας τε φιλας,
Ευαιωνα διαζην] Clara in luce cæcutire videtur *Barneſius* conjungens verbum μισει cum infinitivo διαζην. Conſtructio autem hujuſmodi eſt, μισει δε τουτον ῷ μη ταυτα μελει, τουτεστι διαζην ευαιωνα κατα φαος νυκτας τε φιλας.

430. 431. 432. 433. Το πληϑος ὁτι
Τε φαυλοτερον
Ενομισε, χρηται τε,
Το δε τοι λεγοιμ' αν] Verte, *Quodcunque humile vulgus inſtituit & ſequitur, id profecto ego dicendum cenſeam.*

440. Τοὐμον ευπρεπες ποιουμενος] Malim cum *Cantero* legere ευπρεπης; quod ſi retineatur ευπρεπες, verte, *Meas in hoc negotio exſequendo partes ut modeſtiam quandam præ ſe ferrent efficiens*, id eſt, ut recte explicat *Brodæus*, ita ut modeſte ac decenter memet cum eo gerere coegerit.

449. Ut vitetur in quarta ſede anapæſtus, pro ϑαυμασιων legi poteſt ϑαυματων.

455. Πλοκαμος τε γαρ σου ταναος, ου παλης ὑπο] Quid *coma prolixa* ad *luctam*, την παλην, conferre poterat intellectu difficile eſt, quin eam potius luctantibus impedimento eſſe res ipſa indicat; nec facile concipitur, quod hoc in loco potius innui videtur, comam ſcilicet exercitatione palæſtrica uberiorem & diffuſiorem reddi. Vix igitur dubito quin ex hoc loco exciderit verſus, qui hunc proxime ſequebatur.

457. Εις παρασκευην, *Pro apparatu.*

466. Διονυσος ἡμας εισεβησ', ὁ του Διος] *Valckenarius* ad *Phœniſſ.* 1331. pro εισεβησ' non infeliciter reponit εξεπεισ'.

475. Ιν' ακουσαι ϑελω, *Ut audire cupiam.*

477. Ita hunc verſum reſtituendum & vertendum cenſeo,
Τον ϑεον συ γαρ ὁραν φης σαφως, ποιος τις η;
Deum quandoquidem tu dicis te palam vidiſſe, qualiſnam forte fuerit?

478. Lege εγω 'τεχνων recte monente *Æm. Porto.*

490. Σε δε, της αμαϑιας, τον ασεβουντ' εις τον ϑεον] Vetus ſcriptura erat, Σε δ' αμαϑιας ασεβουντ' εις τον ϑεον, unde verſum mutilum & claudicantem varii varie fulcire & reſtituere pro ingenii modulo conati ſunt, nullam

nullam tamen conjecturam adhuc mihi videre contigit quæ plene ſatisfaciat. Nimirum excidit tantum vox aliqua poſt αμαθιας, cætera ſaniſſima ſunt. Forſan ſcripſerit Poeta,

Συ δ' αμαθιας μαλλον ασεβουντ' εις τον θεον.

V. 505. Κυριωτερος. *Imperare magis idoneus.* Vide not. ad *Suppl.* v. 1189. 1190.

508. Ενδυστυχησαι τουνομ' επιτηδειος ει] Verte, *Quod ad nomen attinet, idoneus es infelici uti fortuna.*

515. 516. — ὁ τι γαρ μη χρεων ουτι χρεων Παθειν] Verte, *Quodcunque enim fieri non debet neque neceſſe eſt pati.*

528. 529. Αναφαινω σε τοδ', ω Βακχιε, Θηβαις ονομαζειν] Verte cum *Brodæo*, *Oſtendam te hoc nomine Thebis appellandum.*

544. Ut metrum antithetico reſpondeat legendum videtur,

-τα γ' αντιπαλον θεοι —

Ita verſus dochmaicus erit ex epitrito primo pentaſyllabo (cui opponitur dijambus) & ſyllaba.

556 — 559. Ποθι Νυσης αρα θη-
ροτροφου θυρσοφορεις
Θιασους, ω Διονυσ', η
Κορυφαις Κωρυκιαις] Verte, *Ubinam? Anne Nyſſæ ferarum altricis Thiaſos thyrſo præis, aut in cacuminibus Coryciis.*

563. 564. Ita hi verſiculi potius conſtituendi,
Συναγε ανδρεια Μουσαις hepthemimeris iambica
Συναγε θηρας αγρωτας eadem.

571. Ειλισσομενας τε Μαιναδας αξει] Et metro & ſententiæ conſules delendo το τε.

572. Λυδιαν δε] Graviſſime lapſus eſt *Barneſius* hunc locum de Lydia Aſiæ regione interpretatus. Quid enim ad Lydiam Axius Macedoniæ fluvius? Aut quomodo hîc aquis ſuis impinguare potuit regionem tam longe trans mare diſſitam? Proculdubio hîc deſignatur fluvius Λουδιας, vel Λυδιας (ita enim & ab Herodoto & a Ptolemæo appellatur) qui ortum ducens ex lacu quem Axii αποσπασμα auget, & per Pieriam manans, in mare ſe effundit non ita procul ab Axii oſtio. Ita tandem ευιππος χωρα Pieria erit, non Lydia.

583. Accuratius erit metrum ſi inſerto tibicine legas,

Μολε τον ημετερον γ' εις θιασον anapæſticus dimeter.

591. 592. Ιδετε λαινα κιοσιν εμβολα Διαδρομα ταδε] Verte, *Vide lapideas has trabes a columnis diſſilientes.*

596 — 599. — ουδε αυγαζη
Σεμελης ιερον αμφι ταφον,
Αν ποτε κεραυνοβολος
Ελιπε φλογα Διος βροντας] Conſtructio, quæ paullo intricatior eſt, ita inſtitui debet; ουδε αυγαζη αμφι ιερον ταφον Σεμελης φλογα βροντας Διος, ἀν φλογα εκεινη κεραυνοβολος ουσα ποτε ελιπε.

V. 602. 603. Ο γαρ αναξ ανω κατω τιθεις, επεισι Μελαθρα ταδε] Retineatur vulgata lectio τιθεις, quæ innuit domus Penthei non plane everſas, ſed jam ruentes.

605. — ησθεσθ' ὡς εοικε Βακχιου, *ſenſiſtis ut videtur Bacchum.*

606. Si metrum vis ſalvum legendum eſt omnino cum *Cantero* το Πενθεως δωμ'; (conjectura enim *Barneſii* reponentis δω pro δωμα (præterquam quod hujuſmodi abbreviationis nullum apud Tragicos exſtare exemplum puto) ſpondæum contra leges metri in tertia ſede relinquit. Notandum autem eſt το αλλα primam hîc corripere. Vide *Cyclop.* v. 154. *Herc. Fur.* v. 1070. *Elect.* v. 740.

607. Θαρσειτε σαρκας, εξαμειψασαι τρομον] *Anonymus* quidam *Anglus* apud Obſervat. Miſcell. Tom. II. p. 321. pro σαρκας legi debere σαρκος, diſtinctione poſt θαρσειτε, non poſt σαρκος poſita, conjicit, perquam probabiliter, meâ quidem ſententiâ, licet Editori *Batavo* emendatio hæc non probetur. Huic ſcilicet θαρσειν σαρκας non eſt locutio a Librariis profecta, qui neque σαρκας facile in plurali, neque θαρσειν cum accuſativo conſtruxerint. Quaſi vero innovatio hæc Librariis ſcientibus & deditâ operâ vocem hanc mutantibus tribui deberet, & non ab errantibus etiam, oculorum vel calami lapſu, proficiſci potuerit. Illi etiam melius videtur tribus verbis tres accuſativos addi, εξανιστατε σωμα, θαρσειτε σαρκας, εξαμειψασαι τρομον. Aliis ſcilicet alia placent. Mihi quidem eadem conſtructionis forma toties repetita αηδες potius quiddam habere videtur. Addit denique idem vir doctus præpoſitionem κατα ad σαρκας ſubaudiri poſſe, quaſi vero quiſquam hoc neſciat, aut contra conſtructionis leges peccari cauſſatus eſſet *Anglus*, qui nimis feſtinanter forſan θαρσειτε σαρκας, vel κατα σαρκας, quod eodem redit, non Græcum eſſe ſe credere pronunciavit; at certe dici poteſt θαρσειν κατα σαρκας neque æque eleganter, neque æque probabiliter, ac εξαμειψασαι τρομον σαρκος hîc legi.

623. Mallem αντιπαξ, ita enim concinnius ſe habet metrum.

633. Συντεθραυσται, συμπεπτωκε. *Heſych.*

639. Τι ποτ' αρ' εκ τουτων ερει; *Quid demum poſt ea quæ acciderunt dicet?*

640. Κἀν πνεων ελθη μεγα] *Daweſius* in Miſcell. Critic. p. 249.

p. 249. pro μεγα mavult reſcribi μεγας, non alia, ut videtur, ratione inductus, niſi quod in *Rheſo* v. 322. legitur μεγας πεσων, cum revera æque iſtum locum ex hoc, ac hunc ex iſto emendare licet. Sed utrumque prout nunc leguntur recte ſe habere puto.

V. 649 — 654. Hi ſex verſus perperam, ut opinor, hactenus perſonis diſpertiti leguntur; unde verſui 651 ſententiam quam minime exprimunt verba tribuere coacti fuerunt Interpretes, & verſus 653 Pentheo aſſignati ſententia talis eſt ut hujus perſonæ haudquaquam convenire poſſit. Ita igitur potius perſonis hæc diſtinguenda cenſeo;

Πεν. Τις; τους λογους γαρ εισφερεις καινους αει.
Ος την πολυβοτρυν αμπελον φυει βροτοις;
Διο. Ωνειδισας δη τουτο Διονυσῳ καλον.
Πεν. Κλειειν κελευω παντα πυργον εν κυκλῳ.
Διο. Τι δ'; ουχ ὑπερβαινουσι και τειχη θεοι;
Σοφος, σοφος γ' ει, πλην ἁ δει σ' ειναι σοφον.

661. Ευαγεις βολαι. *Puri flocci.*

685. Lege φυς, & ſimiliter v. 828.

695. Ανεστειλανθ'. *Denuo ſibi aptabant.*

697. Οφεσι κατεζωσαντο λιχμωσαι γενυν] Legendum omnino videtur λιχμωσιν, ut cum οφεσι conjungatur; *Serpentibus genam lambentibus.* Vide infra v. 766. 767.

725. Hunc verſum laudat Longinus, cap. 15.

728. Ut in ſecunda ſede vitetur anapæſtus, legi poteſt χάλα 'πηδησο'.

748. Πεδιων ὑπο τασεις, αἱ παρ' Ασωπου ῥοαις] Legendum una voce ὑποτασεις, *camporum porrecta.* Ideo autem ὑποτασεις appellantur, quod camporum æquora ita ſub monte Cithærone extendebantur.

751. Minus plene diſtingue poſt κατῳκισαν.

760. Τας μεν ουν ουχ ἡμασσε λογχωτον βελος] Lectio vulgaris non niſi ex *Brodæi* conjectura in contextum admiſſa eſt, cum in *Aldina* legatur τους μεν. Veterum autem codicum quos contulit *H. Stephanus*, alter habet τοις μεν, alter τον μεν. Utrumque, ut recte ille adnotavit, vulgata melius eſt. Nam τον vel τους ad illos qui arma Bacchas ulturi ſumſerant referendum eſt, & τας facile ſubauditur, aut, ut idem recte monet, melius abeſt.

783. 784. — ὡς επιστρατευσομεν
Βακχαισιν] Poſt hæc verba protinus e ſcena egreditur Nuncius juſſa Penthei peracturus, neque amplius in hoc actu comparet.

786 — 790. Hi quinque verſus ut & v. 793. 794, qui vulgo Nuncio tribuuntur, ipſi Baccho tribui debent. Primo enim ait *ſe malum a Pentheo eſſe paſſum*, κακως πασχων προς σεθεν, non πειθομενος, id quod optime Baccho convenit, nequaquam autem Nuncio, qui nihil adhuc mali, quod ſaltem a Poeta indicatur, a Pentheo perpeſſus erat. Deinde Pentheus reſpondens ait, *eum e compedibus evaſiſſe*, δεσμιος φυγων, quod idem de Baccho, non vero de Nuncio, verum erat.

V. 791. 792 Ου μη φρενωσεις μ' αλλα δεσμιος φυγων
Σωσεις τοδ', η σοι παλιν αναστρεψω δικην] Lege σωσεις, & ita hunc locum verte; *Haudquaquam me caſtigabis, ſed vinctus cum fuga ſis elapſus, hoc malum emendabis, aut in te iterum pœnam revolvam. Brodæus* autem δεσμιος interpretatur, δεσμων αξιε, de Nuncio dictum putans quod a mulieribus in fugam verſus ſit; ſed nemini, ut opinor, perſuadebit δεσμιος φυγων ſignificare poſſe, *O digne vinculis quia fugiſti.* Pariter quod ſequitur, Σωσει τοδ', interpretatur, *Hunc clypeum ſervabis*; quaſi ſcilicet Pentheus, qui ipſe inermis erat, ut patet ex v. 808. ei clypeum oſtenderat, aut Nuncius qui armenta in montes ad paſcua ducebat, clypeum geſtare ſolebat.

797. 798. Φευξεισθε παντες και τοδ' αισχρον, ασπιδας
Θυρσοισι Βακχων εκτρεπειν χαλκηλατους] Hi duo verſus Baccho aſcribendi ſunt. Diſtingue autem poſt παντες, & ita verte; *In fugam omnes vertemini, & hoc etiam turpe ac pudendum erit, clypeos ære obductos cedere thyrſis Baccharum.*

799. 800. Hi duo verſus Pentheo tribuendi ſunt, quod ipſa ſententia ſatis indicat.

801. Ουπω τι' εστιν ευ καταστησαι ταδε] Lege omnino cum *Scaligero*, Ω ταν, & hunc verſum Baccho tribue, ita reddendum; *O amice, adhuc in tua poteſtate ſitum eſt hæc recte componere.* Quod ad ω ταν adtinet, vide infra *Heraclid.* v. 322.

803. Hic verſus & qui ſequuntur Nuncio hactenus tributi uſque ad actus finem præterquam ubi aliter monebimus, Baccho tribui debent. Nuncius enim, ut dixi, longe ante hac ſcena egreſſus erat. Minime item Nuntio convenit, optime vero Baccho verſus 823.

Διονυσος ἡμας εξεμουσωσεν ταδε.

Nunquam enim Nuncio negotii quid cum Baccho fuerat, nec ejus myſteriis, ut ex præcedentibus ſatis patet, initiatus erat.

812. 813. Λυπρως νιν εξιδοιμ' αν εξῳνωμενας.
Βακ. Ομως δ' ιδοις αν ἡδεως, ἁ σοι πικρα] Ita hæc verte; Pen. *Non ſine magno earum malo erit ſi ebrias deprehenderim.* Bacch. *Videreſne igitur cum voluptate quæ acerba tibi futura ſunt?*

V. 817. Αγω μεν ουν σε, κα᾽πιχειρησεις ὁδῳ] Codicum ſcriptura eſt Αγωμεν ουν σε, unde forſan conjici poteſt Poetam ſcripſiſſe,

Αγοιμ᾽ αν ουν σε, καπιχειρησεις ὁδῳ;

Anne igitur te ducum, & iter hoc aggredieris? Hæc enim interrogative dicta videntur.

818. Του χρονου δε σ᾽ ου φθονω] *Quod tempus vero attinet, id totum tibi diſponendum permitto.*

820. Τι δη τοδ᾽ εις γυναικας εξ ανδρος τελω;] Pone interrogationis notam poſt τοδ᾽, & ita verte, *Quare vero hoc? An ex viro inter mulieres me cenſeri neceſſe eſt?*

834. Ουκ αν δυναιμην θηλυν ενδυναι στολην] Cum Plato apud Dionyſium Siciliæ tyrannum convivio exciperetur, & allata ei eſſet ſtola purpurea, ut eam indueret, veſtem repudiaſſe fertur, his iambicis pronunciatis,

Ουκ αν δυναιμην θηλυν ενδυναι στολην
Αρρην πεφυκως και γενους εξ αρρενος,

quos utroſque *Euripidi* tribuit *Suidas* voce Αριστιππος, quanquam magis veriſimile eſſe exiſtimo, alterum αυτοσχεδιασι tunc a Platone effuſum, aut ſaltem ex alia quadam noſtri tragœdia fuiſſe deſumptum.

841. Et hunc verſum una cum præcedente Pentheo tribuendum cenſeo. Mirum autem forſan, & minus veriſimile videri poteſt Pentheum jam Baccho confidere, cum eo conſilia agitare, ejuſque conſilia ſequi, quem paullo ante ut impoſtorem, præſtigiatorem, & publicam peſtem, carceri incluſerat, & morti deſtinaverat. Sed putandum eſt Pentheum jam non amplius mentis ac ſui compotem eſſe, ſed potentia Dei in eo operante, ac de mentis ſtatu dejiciente, inſanire cœpiſſe.

842. Εξεστι παντη, το γ᾽ εμον ευπρεπης παρα] Hunc verſum Baccho aſcribendum cenſeo; & hîc etiam cum *Cantero* ευπρεπης reponendum puto, ut ita hæc vertantur; *Ubicunque velis licet; quod a me ſane pendet tibi adeſt.*

843. 844. Hos iterum verſus Pentheo aſſignandos exiſtimo.

846. Εις βολον καθισταται. *Intra retis jactum conſtitutus eſt.*

851. Εξω ελαυνων του φρενων. *Extra mentis ſanitatem evectus.* Minime enim neceſſe eſt ſubaudire ἑαυτον, cum ελαυνειν ſignificet, *progredi, evadere, iter facere*, ut videre eſt in Lexicis; multo minus ad Bacchum referri poteſt participium iſtud, cum hoc omnino prohibeat ipſa conſtructionis ratio.

855. 857. Αλλ᾽ ειμι κοσμον — Πενθει προσαψων. Hæc a Baccho dicta, cum iis quæ Nuncio v. 825. in vulgatis tribuuntur collata, manifeſte demonſtrant, illa quæ poſt Nuncii exitum huic vulgo perperam tribuuntur recte a me Baccho ipſi aſcribi.

V. 858. Εν τελει, *In dignitate ſua aſſerenda.* Vide *Brodæum* & *Æm. Portum.*

864. Νεβρος, *Hinnulus.*

865. 866. Ita hæc metra conſtitui debent,

Εμπαιζουσα λειμακος ἡ- glyconius πολυσχηματιστος
δοναις, ἡνικ᾽ αν φοβεραν φυγη epichoriambicus trimeter brachycatalectus.

& in antiſtropha,

Αυξοντας, συν μαινομενα
Δοξα. Κρυπτευουσι δε ποικιλως.

887. Δαρον χρονου ποδα, και] Το ποδα omnino a verbo κρυπτευουσι pendet, non a χρονου, ut ſibi perperam perſuaſit *Barneſius*. Sententia eſt, *Occultant autem dii vafre, & per longum temporis ſpatium, greſſus ſuos.* Verſus autem glyconius eſt πολυσχηματιστος conſtans ex palimbacchio, cui opponitur moloſſus, & choriambo. Vide Not. ad *Helen.* v. 1318.

892. Ισχυν τ᾽ εχειν, ὁ τι ποτ᾽ αρα το δαιμονιον.] Ut metrum ſtrophæ reſpondeat legendum videtur Ισχυν τοδ᾽ εχειν, verſus enim anapæſticus eſt trimeter brachycatalectus. Minus autem plene diſtinguendum poſt δαιμονιον, ut continuetur oratio, & cum his connectantur ſequentia.

911. Πενθεα ultimam neceſſario producit. Vide Not. ad *Hippolyt.* v. 1153.

919. Aut legendum κερα τε duabus vocibus, aut ſaltem σφ γε κερατε, aliter claudicabit metrum.

932. Σοι γαρ ανακειμεσθα δη. Verte, *Tibi enim innitimur, A te pendemus.*

955. 956. Και μην δοκω σφας εν λοχμαις, ορνιθας ὡς,
Λεκτρων εχεσθαι φιλτατοις εν ἑρκεσιν] Verte, *Atque equidem exiſtimo eas in dumis, velut aves, cubilium gratiſſimis in laqueis fore captas.*

975. Θοαι λυσσης κυνες ſunt Erynnies, quas vocat & *Sophocles Electr.* v. 1403. 1404. μεταδρομοι κακων πανουργηματων αφυκτοι κυνες.

1000 — 1009. Γνωμαν σωφρονα θανατος απροφασιστος,
Εις τα τε θεων εφυ
Βροτειῳ τ᾽ εχειν αλυπος βιος.
Τον σοφον ου φθονῳ χαιρω θηρευουσα,
Τα δ᾽ ἑτερα μεγαλα φανερα των αιει
Επι τα καλα βιον
Ημαρ εις νυκτα τ᾽ ευ
Αγοντ᾽ ευσεβειν.
Τα δ᾽ εξω νομιμα δικας εκβαλον
Τα τιμαν θεους.

Vexatiſſimus locus & intricatiſſimus, in quo emendando

dando & explicando omnes hactenus & Editores & Interpretes & oleam & operam perdidiſſe videntur. Hinc variæ ortæ conjecturæ reponentium σωφρονειν pro σωφρονα, βιῳ pro βιος, το σοφον pro τον σοφον, & μεγα pro μεγαλα, quæ ſententiam certe minime adjuvant, immo potius turbant. *Canterus* tantum & *H. Stephanus* recte reſcribendum cenſuerunt, ille βροτειον pro βροτειῳ, hic τον αει pro των αει. Dum vero longa & attenta meditatione verba hæc expendo, tandem veram & germanam Poetæ ſcripturam, aut ſaltem ab ea non multum diverſam, neque a veſtigiis vulgatæ lectionis longe recedentem, aſſecutus mihi videor. Ita igitur hæc reſtituenda & interpunctionibus diſtinguenda cenſeo;

Γνωμαν σωφρονα θνατοις απροφασιστως,
Εις τα τε θεων εφυ,
Βροτειον τ', εχειν αλυπος βιος.
Τον σοφον ου φθονω. χαιρω θηρευουσα
Ταδ' ἑτερα μεγαλα, φανερα, των αει
Επι τα καλα βιον
Ημαρ εις νυκτα τ' ευ
Αγοντ', ευσεβειν.
Τα δ' εξω νομιμα δικας εκβαλοντα τιμας θεοις.

Ita autem verte; *Mentem modeſtam mortalibus quidem habere abſque cavillatione, circa ea quæ & ad deos & ad homines pertinent, res eſt quæ jucundam & tutam vitam efficit. Sapienti minime invideo; Mihi voluptas eſt conſectari hæc alia magna & illuſtria, quæ ſemper noctes atque dies vitam ad honeſtatis normam recte dirigunt, ut ea pie colam. Iſta vero placita juſtitiæ fines tranſgrediuntur, quæ deos honoribus ejiciunt.* Emendationem autem noſtram potiſſimum confirmat metri ratio. Horum enim verſuum primi metrum antithetico, ut vulgo legitur, minime reſpondet, optime vero prout a nobis reſtituitur. Verſus ſcilicet aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus, dactylica & anapæſtica. Verſu item quinto pro αιει repoſui αει, cum verſus ſit trochaicus dimeter hypercatalectus. Quod autem in verſu ultimo pro τιμαν reſtituimus τιμας, id præcedentium editionum auctoritatem ſecuti fecimus, cum το τιμαν, ab ipſius *Barneſii* innovatione ſit profectum.

V. 1022. Πεσοντα accuſativus eſt alter, perſonæ ſcilicet, qui a verbo περιβαλε pendet.

1023. Ευτυχεις, legendum ευτυχης.

1031. Lege φης.

1046. Πρωτον μεν ουν ποιηρον ιζομεν ναπος] Proculdubio legendum eſt ἱκομεν.

V. 1054. Αι δ' εκλιπουσαι ποικιλ' ὡς πωλοι ζυγα] Qualia fuerint juga iſta quæ Bacchæ mulieres illæ reliquerant, certe nos docuiſſe debebant Interpretes. Interea, diſtinguendum puto poſt Αι δ', & ita locum vertendum. *Hæ vero velut pulli equini qui juga variegata reliquerunt.* Ut ſcilicet pulli equini dempto jugo exſultare ſolent, & ſibi mutuis hinnitibus gratulari, ita pari exſultatione Bacchæ hæ canticum Bacchicum alternabant.

1058. Ουκ εξικνουμαι Μαιναδων οσοι μοθων] *Canteri* emendationem partim amplexus legendum ſentio οσσοις μοθον. Nam εξικνουμαι οσσοις μοθον rem prorſus eandem exprimit ac θηλυν ορων οχλον quod præcedit, & ιδοιμ' αν Μαιναδων αισχρουργιαν quod ſequitur.

1059. Vitabitur anapæſtus in quarta ſede ſi pro εις reponatur ες.

1065. Τορνῳ γραφομενος, περιφοραν ἑλκει δρομον] Vel δρομου, aut δρομων, cum *H. Stephano*, aut adhuc melius forſan δραμων, legendum puto. Nam & *Scaligeri* emendatio, περιφοραν ἑλικοδρομον, & *Aldinæ* editionis ſcriptura, περι φοραν ἑλκει δρομον, etiam prout a *Barneſio* explicatur, duriores mihi videntur.

1082. Ευλειμος ναπη. *Herboſum nemus.*

1088. 1089. Ηιξαν πελειας ωκυτητ' ουχ ἡσσονες
Ποδων εχουσαι συντονοις δραμημασιν] Participio εχουσαι deeſt accuſativus; legendum igitur videtur ἡσσονα, ut cum ſubſtantivo ωκυτητα conjunctum ab εχουσαι pendeat.

1094. Ut conſtet metrum legendum opinor κραταιβολοις, *fortiter jactos.*

1096. Οζοισι δ' ελατινοισιν ηκοντιζετο] Verte, *Ramis etiam abiegnis jactis petebatur.* Si enim hæc de ipſo Pentheo jaculante dicta eſſent, aut ejus nominatim mentionem feciſſet Poeta, aut ſaltem ſcripſiſſet αντηκοντιζετο.

1098. Πενθεως τ' οχον δυστηνον] Dele το τ', & ſubaudi præpoſitionem κατα.

1100. Απορια λελημμενος] *Barneſio* omnino aſſentior conjicienti legendum eſſe απορια λελημμενος, *deſperationi in prædam datus.*

1130. Ο μεν στεναζων per constructionem Græcis uſitatam ponitur abſolute pro του μεν στεναζοντος. Vide not. ad *Iphig. in Taur.* v. 947. Ita minime neceſſe erit reponere cum *Barneſio* Ο μεν εστεναζεν, præſertim cum Attici augmentum non abjiciant.

1131. Ut vitetur anapæſtus in quarta ſede, forſan cum *Duporto* legendum eſt pro ανεφερε, εφερε.

1132. Η δ' εγχος αυταις αρβυλαις. γυμνουντο δε] Cl. *Muſgravius* in præfatione ad Noſtri *Hippolytum* ab ipſo nuper editum, ex hoc verſu, quem ſanum, ſi quis alius, & integrum pronunciat, colligit augmentum

mentum

mentum interdum apud Atticos omitti. Sed quare γιγνοιντο hîc reſcribi non poſſit, profecto non video. Vocalem certe indifferentem ante μι corripi poſſe lucuples eſt auctor *Heſiodus* Εργ. κ. Ημ. v. 20.

Η τε και απαλαμον περ όμως επι εργον εγειρει.

Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. β. v. 537.

V. 1145. — η δακρυα τικτουσι] Legere malim ἃ, *quæ*, Agave ſcilicet.

1146. Ita forſan hic verſus leviore mutatione felicius reſtitui poteſt,

Εγω μεν ουν γαρ εκποδων τη ξυμφορᾳ.

1155. Ναρθηκα τε πιστον αϊδα] Malim πιστον αϊδε, *Martis pignus.*

1158. 1159. Βακχαι Καδμειαι

Τον καλλινικον κλεινον εξεπραξατο] Et conſtructionis ratio & ſententia poſtulare videntur ut legatur,

Βακχα Καδμεια

Το καλλινικον κλεινον εξεπραξατο

Baccha Cadmigena victoriam inclytam reportavit.

1167. Τι με δη ορθεις, ω;] Cum veteres codices, teſte *H. Stephano*, habeant ορθεις, nihil immutandum cenſeo. Verte, *Quid me excitas o?*

1170. Cum metrum antithetico minime reſpondeat, pro θηραματα omnino θηραν legendum puto, prout etiam diſerte legitur apud Plutarchum in Craſſo p. 564. & Polyænum Strategem. l. VII. cap. 41. Apud eoſdem auctores in v. 1168. paullo ſupra pro ορειον etiam legitur ορεος, ut opinor, rectius, modo ſyllabæ duæ ultimæ in unam per contractionem coaleſcant.

1179. Ita hæc perſonis diſtinguenda cenſeo,

Χο. Τις αλλα; Αγ. τα Καδμου. Χο. τι Καδμου;

Αγ. Γενεθλα &c.

Cho. *Quænam alia, percuſſit* ſcilicet? Ag. *Cadmi?* Cho. *Quid Cadmi?* Ag. *Soboles* &c.

1180. 1181. Ut ſtrophæ & antiſtrophæ metra ſibi invicem reſpondeant, in v. 1180. alterum γενεθλα delendum, & ita hos verſus conſtitui debere cenſeo,

Γενεθλα μετ' εμε, μετ' εμε, τουδ' εθηκ iambicus trimeter brachycatalectus

Θηρος. Χο. ευτυχεις τηδ' αγρα. periodus.

quibus reſpondebunt antiſtrophici ita emendati,

Γενεθλα μεγαλα, μεγαλα, και φανερα

Δη ταδ' εργα κατειργασμενα.

1183. 1184. 1185. Νεος ὁ μοσχος, αρτι γενυν

Υπο κορυθ' απαλοτριχα

Κατακομον θαλλει] Lege cum *Æm. Porto* αρτι γενυν, & ita verte; *Juvenilis hic catulus, ſub verticem delicate capillatum, genam modo piloſam emittit.* Καρηκομον autem, quod *Barneſius* metro commodius eſſe aſſerit, ne ſtare quidem per metrum hîc poteſt.

V. 1193. Ut conſtet metrum legendum eſt επαινεσεται; verſus enim aſynartetus eſt ex dochmaico & penthemimeri iambica.

1205. 1206. — κατα κορμαζειν χερειν,

Και λογχωτων εργανα κτασθαι ματην.] Hæc interrogative dicuntur, & ita verti poſſunt; *& deinde an jactationi locus eſt, & inſtrumenta haſtas fabricantium comparare neceſſe eſt?*

1210. 1211. — αιρεσθω λαβων

Πληκτων προς οικον κλιμακων προσαμβασεις] Αιρεσθω verti debet, *attollat,* non, *ſurgat.* Omnino etiam legendum eſt Πηκτων προς οικον, ut recte monuit *Barneſius.*

1225. 1226. Και την μεν Ακταιων' αριστα ποτε

Τεκουσαν ειδον Αυτονοην] Malim pro αριστα potius Αριστεως, quam cum *Miltone* Αρισταιω legere.

1237. 1238. — σοισι προς δομοις,

Ως αν κρεμασθη] Tollenda eſt diſtinctio poſt δομοις, ut hæc vox cum verbo κρεμασθη jungatur.

1252. Οταν νεανιαισι Θηβαιοις άμα

Θηρων ορεγοιτ'] Syntaxis ſcribi poſtulat pro ὀτ' αν, quod in veteribus codicibus ſcriptum reperitur, ὀτ' αν.

1287. Λεγ', ὡς το μελλον καρδια πηδημ' εχει] *Scaliger.* reponit καρδιας probante *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 1409. qui hæc ita vertit; *Dic, nam cunctatio cordis palpitationem adfert.*

1296. Verſus a trochæo incipit; ὑβριν enim ultimam corripit. Legendum igitur Ὑβριν γ' ὑβρισθεις.

1299. Η που εν αρθροις συγκεκλεισμενον καλως;] Hæc affirmative, non interrogative dici accipienda puto.

1307. Συνειχες, *Suſtentabas.*

1311. Ελαμβανεν. Rectius leges ελαμβαν' αν.

1329. 1330. Εκθηριωθεισ', οφεος αλλαξει τυπον,

Ην Αρεος εσχες Αρμονιαν, θνητος γεγως] Unde fit ut nulla hoc in loco ipſius Cadmi in ſerpentem mutandi facta ſit mentio, cum id ſibi etiam prædictum fuiſſe infra v. 1355. plane affirmet? Hinc mendum ſubeſſe valde ſuſpicor, præſertim cum in quibuſdam editionibus εκθηριωθεις, non εκθηριωθεισα, legatur. Re igitur expenſa Poetam ſcripſiſſe puto,

Εκθηριωθεις οφεος αλλαξει τυπον,

Ην τ' Αρεος εσχες Αρμονιαν, θνητος γεγως.

Ferinam formam induens in ſerpentis ſpeciem immutabere, & Tu, & Harmonia quam Martis filiam mortalis natus uxorem habuiſti. αλλαξει ſcilicet Attice ponitur pro αλλαξῃ.

V. 1331.

V. 1331. *Aldus* in exemplaribus vetuſtis proculdubio invenerat lectionem illam quam edidit, Οχων δε μοσχων, *Juvencos vero curru junctos*, quapropter eam non temere repudiandam cenſeo.

1340. Οτ' ουκ ηθελετε, *Quando noluiſtis.*

1343. Legendum puto ειδετε; quanquam enim Attice dicatur ηδεσαν, non inde tamen, opinor, colligi poteſt dici etiam ηδετε.

1358. Καταιβατης, *Qui deſcenſum præbet*, idem quod καταβιβαζων.

1361. 1362. Τι μ' αμφιβαλλεις χεροιν, ω ταλαινα παι,
Ορνις όπως κηφηνα πολιοχρως κυκνος] Mendum aliquod hîc latere mihi perſuaſum eſt; ſententia enim ni fallor, hæc eſt, Ab Agave juventa florenti ſpem præſidii fruſtra collocari in Cadmo ſenio effœto. Quid autem huc pertinet illam ſub cygni candidi imagine repræſentari? Aut quænam inter candidum cygnum alitem & fucum intercedere poteſt commercium? Attentius locum expendenti viſum eſt veriſimilius Poetam ita ſcripſiſſe,

Τι μ' αμφιβαλλεις χεροιν, ω ταλαινα παι,
Ορνιθ' όπως κηφηνα, πολιοχροα κυκνον;

Ita πολιοχροα κυκνον ſignificationem habebit a ſignificatione κηφηνος non multum abludentem, cui etiam voci per appoſitionem adjungitur. Verte, *Quamobrem me manibus, o miſera filia, amplecteris, qui merus ſum inter alites fucus, canus cygnus.* Senem autem imbecillem πολιου κυκνου appellatione vulgo apud Athenienſes deſignari ſolitum colligi poteſt ex Ariſtophane Σφηκ. v. 1058. 1059. 1060.

Πριν ποτ' ην, πριν ταυτα' νυν
Δ' οιχεται γε, κυκνου τε πολιωτεραι δη
Αιδ' επανθουσι τριχες.

V. 1371. Το αικιαν ultimam natura producit, etiamſi verſus qui proxime ſequitur a conſona non inciperet; ut metro igitur ſuccurri poſſit ſubſtituendum puto απαν.

1373. Lege εφερεν.

1378. Claudicat metrum, quod reſtituetur ſi inſerta particula γαρ ita legas,

Χαλεπως εις γαρ τοδ' αν ἡκοις.

1382. Poſt μιαρος aliquid excidiſſe puto quod metrum expleverat.

1383. Μητε Κιθαιρων' οσσοισιν μ' εγω] Forſan legendum eſt οσσοισιν ιδω, vel οσσοισιν ὁρω cum *Brodæo*; cui tamen monenti verba iſta etiam ſubaudiri poſſe minime aſſentior. *Duporti* emendationem οσσοις εσιδωμ' εγω, ut & illam *Scaligeri* οσσοισιν ιδωμ' εγω metri ratio repudiat. *Canteri* autem, quæ & *Miltono* probatur, οσσοισι μιγω, duriſſima ſane eſt, & neſcio an ſatis Græca.

1384. Μηθ' όθι θυρσος μνημ' ανακειται] *H. Stephanus* potius legi vult θυρσου caſu genitivo; at mihi longe præſtantior videtur vulgata lectio. Non enim optat Agave ut nullum poſtea locum videat ubi Thyrſi exſtat memoria, ſed ut ipſum potius Thyrſum nunquam deinceps videat, qui ſcilicet memoriam malorum præteritorum refricare poſſit. Ex hac fabula ſequentia citantur a *S. Maximo* in Scholiis ad Dionyſium Areopagitam edit. *Corder.* Tom. 1. p. 90.

Δισσων δραμασι βλεφαρων,

quæ in ea hodie fruſtra quæras. *Scholiaſtes* quoque Ariſtophanis ad Plut. v. 908. verſum ſequentem ex hac Tragœdia affert,

Ει μη γαρ ιδιον ελαβον εις χειρας μυσος.

NOTÆ IN CYCLOPEM.

V. 2. MAlim νεανιει.

5. Επειτα γ᾽ αμφι γηγενη μαχην δορος] Pro γε legendum puto δε, præſertim præcedente particula μεν.

12. Ως ὁδευσειας, *Ut vænires.* Vide infra v. 98. 133.

14. 15. — εν πρυμνη δ᾽ ακρα

Αυτος λαβων, ευθυνον αμφηρες δορυ] Per αμφηρες δορυ non ipſam *navem*, ſed *gubernaculi clavum* denotari exiſtimo, qui ideo αμφηρες dicitur, quod in utramque partem flecti & dirigi poteſt. Sin cum *Barneſio* ipſam navem deſignari ſtatuas, nihil habetis quod a participio præcedente λαβων commode regi poſſit. Pro ευθυνον autem malim ηυθυνον.

19. Απηλιωτης ανεμος εμπνευσας δορι] Per vocem δορυ *navem* apud Poetas vulgo ſignificari plurimis exemplis allatis oſtendit *Stanleius* ad *Æſchyl. Suppl.* v. 141.

39. Κωμοι συνασπιζοντες Αλθαιας δομους] Quare non ſcribendum ſit κωμον, vel κωμοις συνασπιζοντες, *commeſſationes una peragentes* vel *ſtipantes*, non ſane video. Quamvis enim κωμος ſignificet etiam *commeſſantium chorum* vel *turbam*, non tamen inde ſequitur vocem κωμοι, numero plurali, de uno tantum ſodalitio vel contubernio recte uſurpari, ſicut nec Latine recte diceretur (quanquam id ab Interprete dictum video) turbæ vel chori, cum de una tantum turba, & uno choro eſt ſermo.

40. Eximium peritiæ ſuæ in re metrica ſpecimen præbet *Barneſius*, bacchio pedi in ſenario iambico locum dans.

44 — 50. Ου τωδ᾽ ὑπηνεμος αυρα,
Και ποιηρα βοτανα,
Δινωεν θ᾽ ὑδωρ ποταμων
Εν πιστραις κειται, πελας αν-
τρων. ου σοι βλαχαι τεκνων.
Ψυττα. ου ταδ᾽ ου, ου ταδε νεμῃ;
Ουτ᾽ ουν κλιτυν δροσεραν;] In v. 44. legendum omnino eſt cum *Scaligero* ταδ᾽ pro τωδ᾽. Ad finem v. 46. plenius diſtinguendum. In v. 47. *Caſauboni* emendatio ſcribentis πελας δ᾽ αντρων, quæ alias minime neceſſaria eſt, metro aperte repugnat. In v. 48. minus plene diſtinguendum eſt poſt αντρων, & cum *Caſaubono* legendum, ut opinor, οὗ σοι. In v. 49. ut metrum antithetico reſpondere poſſit, pro ψυττα legendum eſt ψυττ᾽. Verſus denique 49. & 50. uterque non interrogative ſed imperative dictus accipi debet. Ita autem totum locum vertendum cenſeo. *Non iſthac in parte eſt aura ventis leviter agitata, & herboſum gramen, & verticoſa aqua fluminum; in alveis hæc continetur, prope antra, ubi tibi ſunt balatus agnorum. Heus tu; non hæc, non, non hæc depaſcas, nec equidem clivum roſcidum.*

V. 51. Ων. ῥιψω πετρον ταχα σου] Pro Ων legendum eſt Ω, alias metrum antithetico minime reſpondebit. Per ellipſin autem uſitatam ante σου ſubaudiri debet præpoſitio κατα.

52. Κερασα penultimam corripit; vide *Clark.* ad Homer. Iliad. B. v. 537. Verſus enim proſodiacus eſt ex ionico a majore pentaſyllabo & choriambo. Eadem ratione corripitur ſecunda in ξενοκτονοις *Iph. in Taur.* 776.

53. Μηλοβοτα στασιωρεν] Cum metrum hujus verſus antithetico, qui anapæſticus eſt dimeter catalectus, minus reſpondeat, arietem autem μηλοβοταν, *paſtorem*, appellari nimis durum videatur, incommodo utrique obviam ibis ſi legas,

Του μηλοβοτα στασιωρος

ut μηλοβοτα generandi caſu cum Κυκλωπος conjungatur. Cum *H. Stephano* autem στασιωρος, nominativo Attice pro vocativo poſito, non στασιωρον legendum eſſe exiſtimo, voce compoſita ex ωρα, *cura* (ut ſignificet ſtabulis præfectum ſive præſidem, & intelligatur appellatio eſſe arieti cæteri gregis duci impertita) non ex ορος, *mons*; neque enim ſimpliciter ex ορος compoſita unquam ω in penultima ſibi adſciſcunt. Nec contra faciunt plura a *Barneſio* adducta exempla vocum ex ορος compoſitarum, quæ ω in penultima habent. Hoc enim non ex mera compoſitione ortum eſt, ſed ex ſuperveniente contractione, qualis nulla in στασιωρος fit, ut exempla ſingula expendenti ſatis liquebit. Doricum autem illud ωρος pro ορος nuſquam quod ſciam in compoſitis reperitur.

60. Εις αυλαν ποτ᾽ αμφιβαλεις] Pro εις ſcribere malim Ει

γ,

γ', commatis tantùm nota ad finem verſus præcedentis poſita, ut ſententia ſit, *Exſpectant te ſi tandem aulam intrabis.* Nam αμφιβαλλειν τι, vel αμφιβαλλεσθαι τι vel τινι, optime dicitur, ſed ne Græce quidem, ut opinor, αμφιβαλλεσθαι εις τι.

V. 61. Metrum ſatis antithetico reſpondet; in glyconio enim πολυχημαπτω diſpondæo opponitur epitritus quartus.

64. Verſus glyconius eſt πολυχημαπτος, ex palimbacchio, cui in ſtrophico opponitur moloſſus, & choriambo. Vide Not. ad *Helen.* v. 1318.

127. Lege φως.

132. Ουκ οιδ', Οδυσσευ. τω δε σοι δρωημεν αν] Pro δρωημεν reſcribi debere ξυνδρωμεν contendit *Dawesius* in Miſcell. Critic. p. 247. quia, ut aſſerit, terminationes optativæ οιητον, οιητην &c. αιητον &c. ωητον &c. ſcriptoribus vere Græcis ignotæ fuere; quæ quidem obſervatio non nuda tantum affirmatione ſatis ſtabilitur, ſed & probationibus idoneis aſtruenda erat. Certe in *Ione* v. 943. reperitur φαιημεν,

Ουκ οιδ' αλλην δ' ει λεγεις, φαιημεν αν.

Helen. 1016.

Ημιν δ' ειπερ μυθος αδικοιημεν αν
Ει μη 'ποδωσω,

quanquam hoc quidem in loco αδικοιμεν μεν αν potius legendum videri fatear & forſan etiam in loco ex *Ione* adducto φαιμεν μεν αν. Totius rei judicium lectori permittendum. Quod vero addit idem vir acutiſſimus, ipſam hujus loci indolem hanc emendationem poſtulare, id quidem nequaquam video. Conſtructionis ſane prorſus ſimilis exemplum habemus *Helen.* v. 1315. 1316.

Τω φιλτατω μοι Μενελεω τα προσφορα
Δρωης αν; ημιν πυγχανει, σιγαν σε χρη.

154. Tribrachys, non anapæſtus quartam ſedem occupat, το αλλ' enim hìc, ut non raro alias, corripitur. Ita *Bacch.* v. 606.

Διατιναξαντος το Πενθεως δωμ' αλλ' εξανιστατε.

& in hac ipſa fabula infra v. 557.

Κυκ. Ο οινοχοος αδικος. Σιλ. Ναι μα Δι', αλλ' ο 'νος γλυκυς.

161. Τορνευματ', lege τορνευματ'; erratum eſt, ut videtur Typographi.

165. Ριψαι τ' ες αλμην Λευκαδος πετρας απο] Ριψαι pro ριπτεσθαι, medii verbi poteſtate indutum alibi etiam apud *Euripidem* reperitur; ut *Helen.* v. 1341.

Ριπτει δ' εν πεδιοις
Πετραια κατα δρυα πολυνιφεα.

Reſpexiſſe autem Poetam hoc in loco credibile eſt celeberrimum illum ſaltum a ſcopulo Leucade ſive Leucata, quo amores finiri exiſtimabatur.

V. 197. Ου δητ'. επει τ' αν μεγαλαγ' η Τροια γενοι] επειτ', id eſt επειτα, proculdubio legendum eſt.

207. Σχοινοις τ' εν τευχεσι] Lege omnino cum *Scaligero* χοινοις.

231. Anapæſtus quartam occupat ſedem, ut & pariter v. 271. ſecundam.

234. Κλωω τριπηχει, *Numella tricubitali.*

239. Πυλωνα καταβαλειν. Peſſime vertit Interpres vulgaris, *Ut ſis cuſtos januæ*, quam ſignificationem verba prorſus reſpuunt. Menti Interpretis nimirum obverſabantur hodierni janitores, qui cum ut plurimum ex Helvetia accerſantur, proceritate corporis eximii eſſe ſolent. Verte autem, *aut veſtibulum ſolo æques.* Poeta enim morum quales ab initio proceſſerant ſervandorum nunquam immemor, ſubinde Silenum inducit ad jocoſa facinora alludentem quibus olim fuerat adſuetus, quando ſcilicet inter Bacchi comites verſabatur. Ita hìc de veſtibulo dejiciendo, velut de re ſibi minime nova vel inſolita, mentionem injicit, quod notum eſt a juvenibus ebriis & laſcivientibus non infrequenter inter commeſſationes olim fieri ſolitum, ut amicæ ſcilicet adeundæ ſibi copiam facerent, vel interdum joci ſolius & ludi petulantis gratia.

243. Πλησουσι νηδυν την εμην επ' ανθρακος] Malim απ' ανθρακος.

244. Θερμην εδοντες δαιτα τω κρατουμενω] Pro εδοντες forſan legendum eſt διδοντες.

257. Κουδεν γε τουτω βια] Omnino legendum eſt τουτων.

259. Ut vitetur in ſecunda ſede anapæſtus legi poteſt Επει γ' ελωφθη; ſed in ſatyricis hiſce fabulis Poetas ampliorem ſibi indulſiſſe quoad metra licentiam ſuſpicor. Nihil igitur temere hìc innovari velim.

266. Μη ταδ' εξοδαν εγω] Conſtructionis ratio poſtulat εξοδαν εμε; ſed forſan conſulto ſolœciſmum hìc maluit Poeta, ut ſcilicet εν ηθει, & Sileni perſonæ congruum.

298. 299. Νομοις δε θνητοις εις λογους αποστραφου,
Ικετας δεξασθαι ποντιους εφθαρμενους] Verte ad mentem *H. Stephani*; *Juxta leges vero mortalium mens tua convertatur, ut digneris ſupplices, mala in mari paſſos, ad colloquia tua admittere.*

317. Ακρας δ' εναλιας, *Promontoria vero maritima.*

324. Η μοσχον οπτον] Malim Ηι μοσχον, *Ubi vitulum.*

326. Πεπλον κρεκω, cum præcedat γαστερ' εμπιων, non hoc in loco *Peditum* ſignificat, ſed, quod ſenſerunt etiam *Florens Chriſtianus* & *Brodæus*, res optime his Catulli verſiculis explicabitur. Carm. XXXII. v. 10. 11.

Nam

Nam pranſus jaceo, & ſatur ſupinus
Pertundo tunicamque palliumque.

V. 332. Τικτουσα ποιαν] Apud Athenagoram legitur §. 22 p. 103. φυουσα ποιαν, indicante *Valckenario* ad *Phœniſſ.* 34.

335. Ως τουπιειν γε, και φαγειν τουφ' ημεραν] Malim reſcribere Ως τουπιειν γε, *Quippe ebibere quidem, atque edere quod quiſque poſtulat dies.* Quanquam ferri etiam poteſt conjectura *Scaligeri* & *Caſauboni* reponentium Ως το τε πιειν.

343. Σον σαρκα δυσφορητον αμφιξει καλως] Malim αμφεψει. Verte, *Carnem tuam concoctu difficilem pulchre conficiet.*

345. Ιν' αμφι κωμον σταντες, ευωχητε με] Perquam mihi arridet βωμον, quam lectionem e codd. vett. protulit *H. Stephanus.*

353. Ζευ, ξενι' ορα ταδ'] Omnino legendum eſt cum *Cantero*, Ζευ ξενι' *Jupiter hoſpitalis.*

354. Το μηδεν ων, *Cum res nihili ſis.*

359. Δασυμαλλῳ εν αιγιδι χναυομενα] Pellem caprinam vices patinæ ſive lancis ad carnes menſæ apponendas præſtitiſſe puto, quod ſatis indicat vox χναυομενα, *in fruſta diſſecta*, non vero lebetis ad eas elixandas igni ſuperimpoſiti; cui rei pellicea, quidquid dicat *Barneſius*, parum idonea eſſe debent. Porro, quod litem plane dirimit, lebes in quo hæc a Cyclope coquebantur diſerte infra v. 391. χαλκεος dicitur.

387. Amphora octo congios, aut quadraginta octo ſextarios continebat, ſextarius igitur ſexta erat pars congii, non octo congios implebat, quod, aliud ut puto agens, tradit *Barneſius.*

389. 390. Si quis menſuras accurate inter ſe conferat, inveniet Cyclopis ſcyphum multo ampliorem & capaciorem fuiſſe ejus cratere, quod tamen abſurdum eſt.

392. 393. 394. Οβελοις τ' ακροις μεν εγκεκαυμενοις πυρι
Ξεστοις δρεπανῳ ου γ', αλλα παλιουρου κλαδοις.
Αιτναια τε σφαγεια πελεκεων γναθοις] Hæc ut nunc leguntur nullum habent ſenſum, nec de hoc admodum ſollicitus fuiſſe videtur vulgaris Interpres, utpote cujus verſio ſenſu æque caret. Sane paliuri ramus rei cuicunque edolandæ inſtrumentum non nimis idoneum cenſeri poteſt. Quod etiam Αιτναια σφαγεια, *Pecudes in Ætna mactatas*, reddit Interpres, proculdubio fallitur. Neque enim tunc temporis ullæ præter Ulyſſis ſocios duos a Cyclope mactabantur victimæ. Ut ex hoc autem loco ſententia qualiſcunque eliciatur, a Lectore æquo condonandum fore ſpero, ſi ulceri plane conclamato medicina ſolito audacior adhibeatur. Ita igitur hæc a Poeta profecta fuiſſe vero non abſimile exiſtimo;

Οβελους τ', ακρους μεν εγκεκαυμενους πυρι,
Ξεστους δε, δρεπανῳ ουκ, αλλα πελεκεων γναθοις,
Αιτναια γε σφαγεια, παλιουρου κλαδους.

Accuſativus οβελους a verbo præcedente επεζεσεν pendet, quod hîc non, ut prius, *fervere fecit*, ſignificabit, ſed ad accuſativi indolem ſeſe accommodans, *igni admovit.* Luculenter enim & fuſe oſtendit eruditiſſimus *Dorvillius* ad *Chariton.* p. 395 — 401. apud auctores optimos & antiquiſſimos in more fuiſſe, poſt duo ſubſtantiva unum ſubjungere verbum iiſdem reſpondens, quod tamen alterutri per ſe poſito applicari non, vel vix, poſſet. Σφαγειον autem, quanquam proprie αγγειον αιμοδοχον denotat, numero tamen plurali Σφαγειων nomine omne genus inſtrumentorum ſacrificialium ſignificari poſſe mihi perſuaſum eſt. Δρεπανον etiam non *Falcem* tantum, ſed & *Enſem incurvum* ſignificare certum eſt. *Pollux* enim Lib. x. §. 144. inter enſium nomina δρεπανα recenſet, & apud *Heſychium* Δρεπανηφοροι ſunt ξιφηφοροι. Ita autem totum locum verte; *Et verua* (admovit ſcilicet igni) *quorum ſumma quidem igne exuſta fuerant, edolata vero non cultro ſed bipennium acie, inſtrumenta ſcilicet ſacrificialia qualia apud Ætnam in uſu erant, paliuri ramos.*

401. 402. — και καθαρπασας,
Λαβρῳ μαχαιρᾳ σαρκας, εξωπτα πυρι] *Florens Chriſtianus* pro καθαρπασας legendum conjicit κατασπασας; non male.

403. Pro ταδ' lege, τα δ'.

416. Εσπασεν τ' αμυστι ελκυσας, verte, *Et uno hauſtu tractum exſiccavit.*

433. — λελημμενος
Πτερυγας αλυει] Nullam neceſſitatem video mutandi cum *Caſaubono* πτερυγας in πτερυγος; uſitata enim eſt ellipſis præpoſitionis κατα.

435. Διονυσον αναλαβ', ου Κυκλωπι προσφερη] *Barneſius* cenſet lectionem olim vulgatam αναλαβων ſalvâ ſententiâ retineri poſſe, ſed explicatio ejus & frigidiſſima, & talis qualem verba minime ferre queunt.

438. 439. Ως δια μακρου γε τον σιφωνα τον φιλον
Χηρευομεν] Σιφων apud Ariſtophanem *Theſm.* v. 564 primam producit; in verſu autem Hipponactis a *Polluce* citato non conſtet an prima brevis ſit an longa; utrumque enim æque metro convenit. At ut hoc in loco corripiatur omnino exigit metri ratio. Ne igitur hîc ſubſit mendum vereor. Quod ad reliqua attinet, malim reponere

nere του σιφωνος του φιλου, quam in verſu ſequente *Scaligerum* ſecutus θηρευομεν pro χηρευομεν.

V. 439. Χηρευομεν· τονδ' ουκ εχομεν κατεκφυγειν] *Scaligeri* emendationem κατεκφυγειν omnino amplector. Verum quidem eſt voces καταιβαται & παραιβαται ſæpe apud *Poetas* reperiri, non tamen inde ſequitur dici poſſe etiam καταιφυγειν, vel απαιφυγειν; iſtiuſmodi enim licentia non ultra exempla extendenda eſt. Quod autem litera φ in καταφυγειν ſit εκτατικον, & præcedentem vocalem longam efficere poſſit, merum eſt *Barneſii* ſomnium, nulla nec ratione nec auctoritate nixum. Quartam etiam ſedem occupat anapæſtus, ſed vide quæ ſupra notavimus ad v. 259. Neque enim *Flor. Chriſtiani* conjectura pro εχομεν reponentis εχοιμεν, particula αν non adjecta, per Græci ſermonis indolem, ut puto, ſtare poteſt. Sin vero cum *H. Stephano* ουκ αν εχοιμεν καταφυγειν legas, & anapæſtum in quarta ſede relinques, & metrum haud paullo injucundius evadet. Pro τονδ' autem omnino legendum τον δ', *iſtum vero.*

446. 447. Ξυνηκ'· ερημον ξυλλαβων, ξυθμισι νιν
Σφαξαι μενοινας, η πετρων ωσαι κατω] Cum teſte *H. Stephano* pro ξυθμισι in veteribus libris legatur ρυτηρσι, lectionem hanc amplectendam cenſeo, ſed tunc pro σφαξαι legendum etiam eſt σφιγξαι, quam ſcripturam ſuggerit etiam *Barneſius*, etſi unde eam eruerit, an ex veteri codice, an ex conjectura, non indicat. Ita ſententia erit, *loris eum illaqueare in animo habes.* Quod vero ad *Caſauboni* conjecturam reponentis ξυσμοισι attinet, valde dubito an ξυσμοισι τινα σφαξαι, *tractionibus aliquem occidere*, pro eo quod eſt *occaſionem captare pedes alicui clam intercipiendi, & deinde ita deturbatum facilius interficiendi*, Græce dici poſſit.

471. Lege αιροιμεν, nam αιρωμεν primam corripit.

474. Hic verſus in ſexta ſede pro iambo habet ſpondæum; legendum igitur omnino eſt ξυγχεαι, numero ſingulari. Chorum enim pro perſona una reputari, ideoque adjectivo aut verbo ſingulari jungi, apud Poetas Tragicos plerumque uſitatum eſt. Ita paullo ſupra v. 433. 434.

— συ δε, νεανιας γαρ ει,
Σωθητι μετ' εμου,

& v. 426.

— σε σωσαι κἀμ' εαν βουλη θελω,

quanquam & ibi, ſicut hîc, ſtatim ſequuntur verba pluralia, ειπατε, χρηζετε, &c.

478. Lege κάμβικαι; Typographo mendum inputandum eſt.

485. Lege ενδοθι, ut conſtet metrum.

V. 493. Lege juxta editiones præcedentes ωϊαζει; aliter claudicat Metrum.

499. Μυροχριστος λιπαρος ων] Legendum puto Μυροχριστον λιπαρον; nam epitheta hæc magis proprie & eleganter cum puellæ coma, quam cum ipſo ſatyro, conjungi videntur.

502. Γανυμαι δε δαιτος ηβης] Cum ηβη, teſte *Heſychio*, idem interdum denotat quod αμπελος, *Flor. Chriſtianus* aut interpunctione diſtinguenda δαιτος, ηβης, ασυνδετως ſtatuit *dapibus & vino*, aut legendum Γανυμαι δε κἀυτος ηβης, *Lætor & ipſe vino*; ſed fruſtra utrumque, ut opinor. Verſu enim proxime præcedente vini jam mentionem fecerat Cyclops. *Brodæus* interpretatur δαιτος ηβης, *convivii flore* ſive *condimento* de vino etiam accipiens; mihi potius de epularum dapibus carne ſcilicet humana quam voraverat, phraſis hæc accipienda videtur.

510. Καλον εκπρεπης μελαθρων] Malim εκπρεπες.

511. Φιλει τις ημας] Excidit prior hujus verſiculi pars, quam ita ſupplet *Flor. Chriſtianus*,

Θεος ουν φιλει τις ἡμας,

quoad ſententiam ſaltem non multum, ut opinor, a vero abludens.

512. 513. Λυχνα δ' ἁμμενα δαϊα, σον
Χρoα, χ' ὡς τερεινα νυμφα] Λυχνα finalem corripit; ejuſdem ſcilicet ac μουσα formæ eſt. Hæc autem una cum verſu præcedente ſubmiſſa voce proferri intelligendum eſt, ut Chorus viſa Cyclopis ebrietate lætatus dicat, *Amat nos aliquis* (Deus forſan) *accenſa vero hoſtilis fax corpus tuum* — & deinde εκκαυσει, vel πυριφλεξει, vel ſimile aliquid dicturus ſeſe reprimat, abruptoque ſermone iſto ad Cyclopis laudes revertatur. Ideoque hæc omnia, a φιλει τις incipientia, & in σον χροα terminata parentheſis quædam exiſtimanda ſunt, ut quæ ſequuntur χ' ὡς τερεινα νυμφα immediate cum præcedentibus, εκπρεπης μελαθρων connecti poſſint. *Florens Chriſtianus* pro σον χροα legendum conjicit σα χροα, ſed noſtram interpretandi rationem veriorem eſſe arbitror.

528. Cum vulgata lectio Μενων ουν αυτου metro repugnaret, *Canterus* ex conjectura repoſuit Μενων νυν αυτου, *Florens* vero *Chriſtianus* Μεν' ουν συν αυτῳ; perinde eſt utrumvis eligas.

533. Μεθυωμεν, *Inebriemur modo.*

551. Φιλων τον οινον, ου φιλουντα σε, *Oſculans vinum quod te non oſculatur.*

552. Lege φης.

555. Anapæſtus quartam occupat ſedem, & pariter v. 563.

V. 559.

V. 559. Anapæſtum in ſede ſecunda vitabis ſi cum *Flor. Chriſtiano* legas,

Ιδου, το χειλος καθαιρει.

584. Anapæſtum in ſecunda ſede vitare potes legendo Μιμφη γ᾽ ερωτι.

593. 594. Χωρει δ᾽ ες οικους, πειν τι τον πατερα μαθειν

Αλαλαγμον᾽ ὡς σοι τανδε δ᾽ εστι ευτρεπη] *Canterus* feliciſſima uſus conjectura pro μαθειν reponit παθειν, & pro απαλλαγμον quod olim legebatur, απαλλαγμον.

596. Απαλλαχθηθ᾽, *Libera teipſum.*

613. Πραξαντα μαινομενος, *Efficiat hæc rabie incenſus.*

631. Ημεις μεν εσμεν μακροτεροι πρo των θυρων] Proculdubio legendum eſt cum *Caſaubono*, & ex veterum editionum auctoritate, μακροτεροι. Expoſitionem autem *Caſaubonianam*, quam nullibi repperit *Barneſius*, videre licet p. 219. libri de Satirica Poeſi.

643. Anapæſtum in ſecunda ſede evitare potes legendo αυτωματι. Sed vide quæ ſupra monuimus ad v. 259.

V. 645. ηδει σ᾽, lege ηδη σ᾽. Vide Not. ad *Rheſ.* v. 952.

650. Lege κινδυνευομεν. Typographicum erratum eſſe videtur.

652 — 658. Syſtema anapæſticum conſtituunt hi verſiculi, cujus metra vix ulla mutatione facta ita reſtitui poſſunt,

Ιω, ιω.

Γενναιοτατ᾽ αδετε, απωδετε,

Εκχεατε την οφρυν θηρος

Του ξενοδαιτα. τυφετε, χαιετε

Τονδ᾽ Αιτνας μηλονομον. τορνευ᾽,

Ελκε, σε μη ξοδυ-

νηθεις δραση τι ματαιον.

H. Stephanus pro τυφετω, χαιετω, jam legendum monuerat τυφετε, χαιετε.

684. Αλλα προσθεν ουτος εστι σοι] Cum *Flor. Chriſtiano* ουτις pro ουτος legendum exiſtimo.

NOTÆ IN HERACLIDAS.

V. 2. Ο Μεν δικαιος τοις πελας πεφυκ᾽ ανηρ] Verte cum *Grotio*; *Natum alteri eſſe quiſquis eſt hominum probus.* Eandem ſententiam dat *Brodæus*, *Ad cognatos affineſque ſuos juvandos natus eſt, ipſe interim de ſuis commodis nihil cogitans.*

21. 22. Πολιν προστιμων Αργος, ου σμικραν φιλων

Εχθραν γενεσθαι] Lege cum *Cantero* προτεινων, & ita, monente *H. Stephano* diſtingue,

Πολιν προτεινων Αργος ου σμικραν, φιλων

Εχθραν γενεσθαι.

Verte, *Prætendens Argos urbem non parvam, amicorum noſtrorum inimicam futuram, ac ipſum etiam* (Euryſtheum ſcilicet) *fortuna florentem.*

45. Υλλος, αδελφοι θ᾽, οισι πρεσβευει γενος] Minime horum ſententiam aſſecutus eſt Interpres; neque enim γενος unquam *ætatem* ſignificat. Verte, *Hyllus & fratres illi quorum genus principatum obtinet.* Hac ſcilicet deſignatione filii legitimi ex uxore legitima procreati nothis opponuntur.

V. 65. Μαντις δ᾽ αρ᾽ ησθ᾽ αρ᾽ ου καλος ταδε, ſubaudi ων. *Scis autem te non eſſe quoad hæc bonum vatem.*

76. Μαλλον επι πεδω] Veram ſcripturam egregie reſtituit *Weſſelingius* Probabil. cap. v. *Heſychii* auctoritate nixus, reſcribendo ſcilicet pro Μαλλον, Αμαλον. Ita verſus erunt penthemimeres trochaicæ,

Ιδετε τον γεροντ᾽

Αμαλον επι πεδω.

Heſychius autem αμαλον interpretatur αδυνη.

97. Μελομενῳ τυχειν] Omnino cum *Cantero* & *Scaligero* reſcribendum μελομενοι; quod enim obtendit *Barneſius*, μελομενῳ pro μελομενοι Attice ſcribi poſſe, id & perperam & imperite dicitur. Ad finem autem hujus verſus pone, Interpretem ſecutus, interrogationis notam.

101. Εικος θεων ικετας αιδεισθαι, ξενε] Hoc etiam verſu, æque ac ſequentibus Iolaum alloquitur Chorus.

113. 114. — αλλα μη βια ξενους

Θεων αφιλοντα, γην σεβοντ᾽ ελευθεραν] Scripturam

ram quam ex libris veteribus affert & calculo ſuo comprobat *H. Stephanus*, γην στιβειν τ' ελευθεραν, præcedente αλλα μη, omnino repudiat Græci ſermonis indoles. Si quid immutari opus eſſet, reponendum foret στιβειν δ', ſed optime ſe habet vulgata lectio, cujus conſtructio hæc eſt, αλλα εχειν στιβοντα γην ελευθεραν μη αφιλκειν βια ξενους των θεων.

V. 148 — 155. Αλλ' ει τιν' εις σε μωριαν εσκεμμενοι
Δευρ' ηλθον εις κινδυνον, εξ αμηχανων
Ριπτουντες, ειτ' ουν, ειτε μη, γενησεται.
Ου γαρ φρενηρη γ' οντα σ' ελπιζουσι που
Μονον, τοσαυτης, ην επηλθον, Ελλαδος,
Τας τωνδ' αβουλους ξυμφορας κατοικτισειν.
Φερ', αντιθες γαρ, τουσδε γ' εις γαιαν παρεις,
Ημας τ' εασας εξαγειν, τι κερδανεις] In v.
149. diſtingue poſt ηλθον, & tolle diſtinctionem poſt κινδυνον; & verſus 151. 152. 153. parentheſi include, & ita totum locum verte; *Si vero aliquam in te ſtultitiam explorantes huc venerunt, periculo ex deſperatione exponentes, num quod optant obtingat, aut non (nequaquam enim ſperant te, dum mentis es compos, ſolum ex tanta Græciæ parte quam peragrarunt, iſtorum inconſultas calamitates miſeraturum) age, ſubduc enim rationes, hoſce in terram tuam admittens, & nos eos abducere permittens, quid lucrifacies?* Luculentior tamen & expeditior erit conſtructio, ſi in v. 148. pro Αλλ' ει legas Αλλ' οἱ, *Hi vero ſtultitiam in te ſi aliqua ſit explorantes.* Miror autem *H. Stephanum*, cum olim in v. 153. legeretur κατοικτισεις, potius, nulla metri habita ratione, repoſuiſſe κατοικτιζειν quam κατοικτισειν, præſertim cum indoles verbi præcedentis ελπιζουσι potius poſtulat ut infinitivo futuro jungatur.

164. Τιρυνθιοις θης, πολεμον Αργειοις εχειν] Recte θης, *ſtatueris*; nec opus eſt Dorico illo λης, quod apud Tragicos Athenienſes nuſquam uſurpatum niſi in melicis deprehendi.

169. Αντλιον ſignificat non ſolum *ſentinam*, ſed & *extra navem ſæviens pelagus.* Vide *Troad.* v. 686. & *Barneſii* ibi notas.

170. 171. Ερεις το λωστον ελπιδ' ευρησειν μονον.
Και τουτο πολλω του παροντος ενδεες] Verte, *Dices id quod optimum in hac re dici poteſt, te ſpem ſolum inventurum* (μονον enim hîc adverbialiter ponitur) *& hoc multum infra præſens negotium eſt.* Videtur Poeta voluiſſe dicere, Optimum quod ad Heraclidis præmium expectare poterant Athenienſes, non niſi in ſpe ſola & unica collocari. Ad hanc autem ſententiam exprimendam cum ambigua admodum & obſcura vulgatæ lectionis conſtructio vix ſatis apta eſſe deprehendatur, expendendum relinquo annon ita potius ſcripſerit,

Ερεις το λωστον, ελπιδ' ευρησεις μονον.

V. 174. Χ' ῳ 'ν μεσῳ. Scribe χ' ᾠ'ν μεσῳ, nunquam enim ex ὁ εν contracto efficies ῳ ὀν.

180. Τις αν δικην κρινοιεν. Omnino cum *Æmil. Porto* legendum eſt κρινοι αν.

181. Ευμαθη. Lege ex præcedentium editionum & *Stobæi* auctoritate, εκμαθη.

185. Ημιν δε και τωδ' ουδεν εστιν εν μερει] Verte ad mentem *Brodæi*; *Nobis vero & huic nihil eſt de quo viciſſim diſputari oportet*; i. e. Nihil huic nobiſcum negotii eſt.

193. Ut conſtet metrum lege Ηρακλειους.

198. Ει γαρ τοδ' εσται, και λογοις κρινουσι σοις] Malim κρινουσι; alias nulla opus eſt mutatione, uſitate enim ſubauditur præpoſitio κατα. Ita *Troad.* v. 928.

ει σοι κρινειν Παρις.

Verte, *Et juxta dictata tua judicent.*

227. Καταστεφω χεροιν. *Corono manibus meis.* Vide *Suppl.* v. 32. 359.

237. Συμφορας οδοι, *Decori* ſive *convenientiæ argumenta.*

241. 242. Το συγγενες τι, και το προυφειλειν, καλως
Πεπονθεν παρ' ἡμων τουσδε πατρωαν χαριν] Verte ad mentem *Brodæi*; *Et cognatio & præcedens obligatio, quæ exigit hoſce a nobis bene tractari, patris gratia.*

247. *Brodæus* hîc minime eſt audiendus, cujus tamen interpretationem, licet a mente Poetæ prorſus alienam, haud prorſus ineptam eſſe pronunciat *Barneſius.*

254. Ουκ ην δικαιον η τι] Pro η malim τι.

256. Ουκουν εμοι τοδ' αισχρον, αλλα σοι βλαβος] Lege juxta *Stephanianam* Ουκοῦν, & ita verte; *Meum igitur erit hoc quicquid ſit turpitudinis* (ſi ſcilicet ſupplices abducam) *ſed tibi erit damnum*, ſi ſcilicet eos protegas.

315. Μεμνημενοι τωνδ' αλλα φιλτατην πολιν] Præcedentes editiones ſecutus diſtingue poſt τωνδ', non poſt μεμνημενοι.

356. Cum metrum antithetico minus reſpondeat, reponi poteſt Αργοθεν γ' ut verſus ſaltem pherecrateus ſit, etiamſi epitrito quarto opponatur dijambus.

379. Συναρηξεις. Malim cum *Barneſio* συνταραξεις.

380. Ευχαριστως εχουσαν. *Benevole affectam, benevolentiæ plenam.*

385. Ου γαρ τι μη ψευστης γε κηρυκος λογος] Malim γ' ὁ κηρυκος λογος.

396. 397. Σκοπει. δοκουσιν δη τοδ' αν λεγοιμι σοι,

Πως σ᾽ ἐξαξει φρατοπεδον ταυτα δεξας] Lege juxta editiones præcedentes δεικνυν & Πως. Recte etiam illa δεικνυν δη τοδ᾽ αν λεγοιμι σοι parentheſi includit *Brodæus*, ut conſtructio ſit; Σκοπει πως ἰδω σ᾽ ἐξαξει. Το δεικνυν vero quodammodo per appoſitionem τῳ τοδε ſubjunctum cenſeri debet. Ita autem verte, *Ut hoc tibi quidem quaſi ſuſpicionem meam dicam.*

V. 416. Και νυν, πικραν σε, συςαντες αν ιειδεις] Pro πικραν σε forſan legi debet διαφερεσθαι. Certe πολιταν, quod reſcribit *Barneſius*, nimis longe a veſtigiis vulgatæ lectionis recedere videtur.

419. Ην δε μη δρασω τοδε] Τοδε ad nihil aliud referri poteſt niſi ad id quod paullo ante præceſſerat, nimirum ξενοις ἱκεταις αρηγειν, adeo ut hæc ita verti debuerant, *Si vero hoc non fecero* (id eſt, ſi hoſpitibus non auxiliatus fuero) *bellum domeſticum jam præparatur.* At hoc, ut opinor, verum non erat; neque enim belli inteſtini periculum Demophoonti inſtabat Heraclidarum cauſam deſtituenti, ſed ſuſcipere pergenti. Deſtituentibus enim Athenienſibus nihil erat quod timerent, ſuſcipientibus vero, ne, aut eorum aliquis filia privaretur, aut præ io omnes ſuperarentur, adeoque forſan urbs ipſa ab hoſtibus expugnaretur ac diriperetur, jure erat metuendum. Legendum igitur omnino opinor ην δε μη δρασω τοδε.

430. Εις χειρα γη συνηψαν] *Valckenarius* ad *Phœniſſ.* 1409. recte reſtituiſſe videtur Ως χειρα γη συνηψαν, *ſimul ac*, vel, *ut terram manu tetigerant.*

437. 438. 439. Ita hæc diſtinguenda & vertenda exiſtimo,

> αινεσας δ᾽ ἐχω
> Και τανδ᾽ ἐδ᾽ · ει θεοισι δη δοκει ταδε
> Πεπονθεν ἡμ᾽, ου τοι σοι γ᾽ απολλυται χαρις.

Laudo vero urbis hujus erga nos propenſionem; ſiquidem diis viſum eſt me tali fortuna uti, gratia tibi debita non proinde periit. Forſan etiam melius leges cum *Valkenario* ad *Phœniſſ.* 712. αινεσαι δ᾽ ἐχω.

461. Πολλης γαρ αιδως, και τυχης, τις αν τυχη] *Grotius* ex conjectura acuta ſane ac veriſimili legit κἀτυχης τις αν τυχη.

507. Παρον σπουδαι, *Cum in nobis ſitum ſit ut ſalutem adipiſcamur.*

552. Τωνδ᾽, *His conditionibus. Brodæus.*

565. Τουδε χερι, *Ab hoc*, Demophoonte ſcilicet, *pete.*

567 — 573. Hæc Iolao vulgo tributa proculdubio tribui debebant Demophoonti iſta quæ petierat Macaria annuenti. Quinetiam v. 572. de Iolao velut de tertia perſona habetur ſermo.

V. 573. Χαιρει σε θεμιστευοντ᾽ ὑστατον προσφθεγμα μοι] Το μοι hic, ut ſæpe alias, παρελκει.

576. Ωσπερ συ, μηδεν μαλλον αρκεσουσι γαρ] Diſtingue poſt μαλλον, & ita verte, *Nihil amplius* (ut eos ſcilicet doceas opus erit) *ſatis enim erunt inſtructi.*

593. Ειη γε μεντοι μηδεν. Verte cum *Grotio*, *Quod utinam nihil ſit.*

609. Lege βαρυποτμον γ᾽ ανδρα, ut compleatur metrum. Sententia enim nondum terminata importune prorſus, præſertim inter metra dactylica, inſereretur paroemiacus.

613. Lege φυκει, ut conſtet metrum.

614. Legendum puto αλαται, & vocem hanc Dorice penultimam corripere; aliter non conſtabit metrum. Vide Not. ad *Helen.* v. 1490.

619. Hic verſus adeo, & quoad ſententiam, & quoad metrum, corruptus nunc legitur, ut abſque meliorum codicum ope eum reſtitui poſſe prorſus deſperem. Forte etiam exciderunt aliqua.

625. Ad finem hujus verſus plene diſtinguendum eſt.

627. Claudicat metrum; forſan igitur legi poteſt,

> Αξι᾽ αδελφων και ταδε γινεται.

Ultima του γινεται corripitur propter vocalem α quâ verſus ſequens inchoatur.

644. Παλαι γαρ ωδινουσα, των αφιγμενων] Subaudi ἑνεκα, & verte, *Jamdiu enim doloribus oppreſſa eorum cauſa qui ex reditu adſunt.*

661. 662. Ατιρ τι χωρα τηδε προσβαλων ποδα;

> Που νυν απεστι; τις νιν ειργε συμφορα,] Verte, *Sed quamobrem regioni huic pedem appulſus alicubi nunc abeſt?* Tolle autem diſtinctionem poſt συμφορα monente *H. Stephano.*

681. Φιλοις παρεστως, ὁς ισχυειν, ωφελειν] Forſan legendum eſt ισθενειν, id eſt συνθενειν.

683. Και μη μετασχειν γ᾽ αλκιμων μαχης φιλοις] Legere malim Και μη μεταχειν γ᾽, ut ſcilicet hæc etiam a verbo præcedente φροντιζειν pendeant.

685. 686. Τι δ᾽; ου θενοιμι καν εγω δι᾽ ασπιδος

> Θε. Θενοις αν, αλλα προσθεν αυτος αν πεσοις] Pro θενοιμι & θενοις mallem reſcribere θεινοιμι & θεινοις. Ita infra v. 738.

> Δι᾽ ασπιδος θειναντα πολεμιων τινα.

689. Αλλ᾽ ουν μαχουμ᾽ αριθμον ουκ ελασσονι] Verte, *Saltem pugnabo, amicis haud numero paucioribus exiſtentibus*, id eſt, Me præſente amicorum ſaltem numerus non minuetur.

690. Σμικρον το σον σκηνωμα προσθεις φιλοις] Σκηνωμα hic, quidquid dicat *Barneſius*, *Tentorium* ſignificare minime dubito. Ita igitur hæc verte; *Perparum incrementi*

crementi amicorum caſtris conferet tentorium tuum additum. Nam προσθεὶς lego, ut participium ſit, non verbum, & conſtructio ita inſtituatur, μάχῃ προσθεὶς σμικρὸν φίλοις τὸ σὸν σκήνωμα.

V. 713. Παιδὸς μέλλοντος ποιεῖ τοῖς λελειμμένοις] Nullam omnino excogitare poſſum rationem, qua inductus *Barneſius*, ejecto μέλλοιεν quod prius in vulgatis obtinebat, conſulto interpolaverit μέλλοντος. Græce certe non dicitur ἐγὼ μέλλοιο τινι, aut σὺ μέλλοντος τινι, perſona prima aut ſecunda, quanquam tertia recte dicitur, ταῦτα μέλλοιεν τινι. Vide Not. ad *Herc. Fur.* v. 772.

721. Θάνοις δ' ἂν οὐκ, ἐν τοισδὲ συγκρύπτων δέμας] Θάνοις δ' ἂν οὐκ, *Ne morere hiſce armis corpus tegere.* Vide not. ad *Suppl.* v. 1219. Perperam autem hic pro ἂν iterum poſito *Barneſius* interpolavit præpoſitionem ἐν. Jam enim a quo regatur habet dativus τοισδ', præpoſitionem ſcilicet σὺν in participio συγκρύπτων.

722. Legendum omnino cum *Scaligero* ὦ 'γαν.

736. Σὺ ταῦτα λέξεις] Legendum puto Οὐ ταὐτὰ λέξεις.

739. Ἤδη ποθ' ἥξομεν γε] Proculdubio legendum Εἰ δὴ ποθ' ἥξομεν γε.

753. Θεῶν ἀρχεῖον ſignificare puto Jovis *Thronum imperatorium.*

754. Γλαυκᾶ τ' ἐν Ἀθάνᾳ] Præpoſitio ἐν nullum hic locum habere poteſt; reponendum igitur,

Γλαυκᾷ τε γ' Ἀθάνᾳ.

755. Μέλλει τεμεῖν, *Nunc tempus inſtat quo mihi dirimendum eſt.*

765. Καὶ λευσιμον Ἄργος] Acute ſane repoſuit *Canterus*, καὶ δεισιμον Ἄργος. Cum tamen *H. Stephanus* in Lexico ſuo teſtetur in veteri codice legi ἄλγος, & præcedat παραδώσομεν, non προδώσομεν, inducor ut potius legendum credam,

Ἐπὶ λευσιμον ἄλγος,

quam lectionem, cum verſus ſit penthemimeris anapæſtica, æque admittit metrum.

769. Ἥσσονες ποτ' ἂν, ἔστ' ἐμοῦ φανοῦνται] Cum hæc ſenſu prorſus careant & conjecturis indulgeri neceſſe ſit, pro ἔστ' ἐμοῦ mallem οὔτι νῦν, quæ emendatio ſaltem veſtigia veteris ſcripturæ ſequitur.

775. 776. — οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ
Δίκαιος εἰμ' ἐκπονεῖν μέλαθρον] Peſſime hæc ita explicat *Barneſius*; *Non ego mea virtute hoſtes propellere valeo.* Aliud certe egit vir doctus; nunquam enim aliter dixiſſet ἐκπονεῖν μέλαθρον ſignificare poſſe *hoſtes propellere.* Recte vertit vulgaris Interpres.

778. Οὐδὲ κεύθει. *Scaliger.* reponit οὐδ' ἐ κεύθει, ſed minus neceſſario; verbum enim κεύθειν paſſive etiam pluries apud *Sophoclem* uſurpatum reperitur. Si quid immutandum eſſet mallem οὐδέ γ' ἐᾶσει.

V. 779. Φθίνας ἡμέρα, ἡ ἐσχάτη τοῦ φθίνοντος ἡ λήγοντος μηνὸς ἡμέρα, qui dies ἔνη καὶ νέα dicitur. *Brodæus*; quo præeunte verte, *Nec ſacra tua ceſſant ultimo cujuſque menſis die.*

780. Nulla indiget emendatione metrum, quamvis enim Νέων penultimam naturâ producat, cum tamen vocalem ſequatur vocalis, interdum corripit.

781. Ut metrum antithetico reſpondeat legendum videtur,

Ἀνεμόεντι δὲ κάτ' ὄχθῳ hephthemimeris dactylica.

Ἐπ' ὄχθῳ, ἐν τῇ ἀκροπόλει, ubi etiam fuit Minervæ templum. *Brodæus.*

782. 783. Ὀλολύγματα παννυχίοις ὑπὸ παρθένων ἰαχεῖ ποδῶν κρότοισιν] Verte, *Vociferationes reſonant concinentibus per totam noctem virgineorum pedum plauſibus.* Verbum autem ἰαχεῖ penultimam hic producit, ut interdum etiam alibi apud Noſtrum. Vide *Helen.* v. 1502. *Herc. Fur.* v. 349. *Troad.* v. 828. *Electr.* 1150.

805. Ἡκεις ἐπὶ τήνδε χεῖραν, οὐκ ἐᾷ σε μὲν] In priore hujus verſus parte, ubi minus corruptus videtur, ſecundam tamen occupat ſedem anapæſtus; quæ autem circa verſus finem leguntur, adeo luxata atque etiam peſſundata ſunt ut nullus ex iis elici ſenſus poſſit. Si ſententiam meam circa locum plane conclamatum proferre liceat, verſum unum ſaltem, forſan etiam & plures, qui hunc proxime ſequebantur, excidiſſe, hunc autem verſum ita olim fuiſſe ſcriptum exiſtimo,

Ἡκεις, τί τήνδε χεῖραν οὐκ ἐάσομεν.

808. Μάχῃ συνάψας] *Valckenarius* ad *Phœniſſ.* 1235. legendum cenſet Μάχην συνάψας, ſed recte ſe habet vulgata ſcriptura; verbum enim συνάπτειν poteſtate neutra nonnunquam gaudet. *Phœniſſ.* 1402. 1403.

Κατῆρσ' ὅπως θηγοντες ἀγρίαν γένυν,
Συνῆψαν, ἀφρῷ διαβρέχοι γένειάδας.

Vide & ibid. v. 719.

813. 814. 815. Ὁ δ' οὔτε τοὺς κλύοντας αἰδεσθεὶς λόγον,
Οὔτ' αὐτὸς αὐτοῦ δειλίαν στρατηγὸς ὤν,
Ἐλθεῖν ἐτόλμησ' ἐγγὺς ἀλκίμου δορός] Verte, *Iſte vero nec eorum qui ſermones audierant reverentia, neque propriæ ipſius, cum dux eſſet exercitus, ignaviæ pudore motus, auſus eſt* &c.

823. 824. — οἱ δ' ἐπ' ἀσπίδων
Πλευραῖς ἐκρύπτον πλευράς] Verte, *Hi vero ſub clypeis lateribus latera tegebant.*

V. 828. Ο δ' αυ το τ' Αργει μη κατασχεθει θελων] Mallem θελει.

847. 848. — τ' απο τουδ' ηδη χθονι
Αργει μεν αλλος, δευρο δ' ουτος εισιδων] Egregie hæc ita reſtituit *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 826.
τ' απο τουδ' ηδη χθονι
Αργειμ' αν αλλοι' δευρο δ' αυτος εισιδων.

851. Ημεραν μιαν, *Ad unius diei ſpatium.*

884. Κρατουντα, και σῃ δεσποτουμενον χερι] Ut κρατουντα idem quod κρατουμενον ſignificare poſſit vix mihi perſuaderi patiar; nec ſimile quidquam tradit *Euſtathius* loco a *Barneſio* citato viz. ad Homer. Iliad. κ. v. 302. p. 806. lin. 50. Ibi tantum dicit verba quædam activa, qualia ſunt, βουλευειν, συγχαλειν, ευδειν, οικτιζειν, &c. interdum forma paſſiva adhiberi ſolere, ut βουλευεσθαι, συγχαλεισθαι, &c. ſignificatione tamen activa, ut inſpicienti patebit. Quod ad hunc autem locum attinet, diſtinctionem puto tollendam poſt κρατουντα, & ponendam poſt ιδεις, ut ita hæc vertantur, *Ut eum oculis videres, & imperantem licet nunc tuæ manus imperio ſubjectum.*

892. Cum verſus hic glyconius ſit, dipodiæ ſecundæ, epitrito ſecundo pentaſyllabo, opponitur in antiſtrophico dijambus. Diſtingue autem poſt εν, non poſt ηδυς, & verte, *Mihi quidem voluptatem affert Chorea.*

893. Verſus aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus iambicis, quarum poſteriori in antiſtropha opponitur dochmaicus ex epitrito primo hexaſyllabo & ſyllaba.

897. Τον παρος ου δοκουντα] Senſum obvium, & quem ſic ſatis exprimit Interpres, corrupit *Barneſius, Brodæum* ſecutus, in nota ad hunc locum. Verum proculdubio eſt, quod auctore *Heſychio* adfert, ſcilicet δοκουντες idem ſignificare interdum quod ενδοξοι, ſed interpretatio iſta minus huic loco convenit, quem recte reddit verſio vulgaris.

900. Αιων τι Χρονου παις] Pro τι, lege τε; error Typographo debetur.

912. Φευγει λογον, *Aſpernatur ſermonem illum.*

924. Ut metrum antithetico reſpondeat legendum eſt,
Εχει δ' ιζειν ανδρος, ῳ θυ- ionicus a majore dimeter acatalectus.

946. Τον οντ', όπου 'σι νυν] Lege τον ονθ'. Recte autem hæc ita explicat *Brodæus, In cœlum relatum, ubi nunc cum diis degit.*

968. Χρην δ' αυτον ουμοι τηδ' απιστειν χθονι] Sententia omnino poſtulat ut legamus,
Χρην δ' αυτον ου μη τηδ' απιστειν χθονι.

V. 969. Χρην τονδε μη ζην· μηδ' όραν φαος ετι] Minime eſt audiendus *Barneſius* qui pro ετι legi vult τοτι, quod ſententiam prorſus corrumpit.

971. 972. Αγ. Ουκουν ετ' εστι τι καλως δουναι δικην;
Χο. Ουκ εστι, πλην ὁστις αν κατακτανοι] Verte, Nunc. (ſeu potius, ut recte *Barneſius*, Alc.) *Igitur etiamnum non intempeſtive pœnas dabit.* Cho. *Non impræſentiarum rite morietur, quicunque ſit is qui eum interficiat.*

973. Εγωγε και τι φημι κὰν μενειν τινα] Diſtingue poſt εγωγε, & verte; *Ipſa eum interficiam; & quid dicam manere aliquem,* nempe qui eum interfecerit? id eſt, Quæ pœna manet interfectorem?

996. Το λοιπον μη συνοικειν φοβῳ] *Ne deinceps hominem quem timebam inquilinum haberem.*

1008. Lege ταρας juxta editiones præcedentes.

1010. 1011. — τοισιν Ελληνων νομοις
Ουχ ἁγνος ειμι τῳ κτανοντι κατθανων] Verte, *Juxta Græcorum leges, moriens interdictorem piaculo contaminabo.*

1038. Δευρ' ηλθον, αλλ' ου χρησμον ηδομην θεου] Lege omnino cum *H. Stephano* veteris codicis auctoritate fulto, ηρουμην, & verte, *Huc veni, & non dei oraculo ſum obſecutus.*

1041. Μηθ' αἱμ' εασης εις εμον σταξαι τοπον] Vox τοπος nullam quod ſciam hujus loci ſententiæ idoneam ſignificationem habet; Poetam ſcripſiſſe ταφον omnino mihi perſuaſum eſt.

1050. 1051. Κομιζετ' αυτον δμωες· ειτα χρη κυσιν
Δουναι κτανοντας] Mendum hic ſubeſſe ſuſpicor. Quomodo enim ſi canibus lacerandum & vorandum objiceretur Euriſthei cadaver, ante templum Minervæ Pallenidis ſepeliri potuit? aut quem fructum ex oraculo exinde haberent Athenienſes? præterea Alcmena paullo ſupra ſcilicet v. 1023. 1024. promiſerat ſe cadaver amicis reddituram nec terræ denegaturam. Veriſimile igitur mihi videtur ita forſan potius Poetam ſcripſiſſe,
Κομιζετ' αυτον δμωες, ειτι χρη λυειν
Δουναι κτανοντας·
Abducite eum ad mortem, famuli, etiamſi poſtquam eum interfecerimus mulctam expiatoriam ſolvere oporteat.

1053. Ταυτα δοκει μοι] Malim cum *Æm. Porto* τ' αυτα. Sequentes duo verſiculi ex hac *Euripidis* fabula afferuntur a *Stobæo* cap. 79. edit. *Grot.* vel cap. 198. edit. *Wechel.*
Οστις δε τους τεκοντας εν βιῳ σεβει,

Οὐδ' ἐστι καὶ ζων καὶ θανων θεοις φιλος.

Sed error, opinor, in marginem codicum *Stobæanorum* irrepſit; nullum enim in hac fabula idoneum locum, ubi hæc commode inſeri poſſint, invenio. Alii igitur forſan auctori, ſaltem alii fabulæ, aſcribenda videntur.

NOTÆ IN HELENAM.

V. 40. EAdem prorſus de Jovis conſiliis tradit *Euripides* in *Oreſte* v. 1639 — 1642. Non igitur erat quare *Barneſius Euſtathium* μνημονικου ἁμαρτηματος reum argueret ipſe memoriâ lapſus.

58. 59. — γνοντος, ὡς ες Ιλιον

Ουκ ηλθον] Γνοντος, genitivo abſolute poſito, & ſubaudito αυτου; *Menelao compertum habente me ad Ilium non veniſſe.*

69. Πλουτου γαρ οικος αξιος προσεικασαι] Ad Πλουτου ſubaudi cum *Brodæo* οικῳ. Verte, *Pluti enim domui hæc domus digna eſt quæ comparetur.*

85. Anapæſtus quartam occupat ſedem. Legendum puto,

Ατας τις ει ποτε; τινος; εξαυδαν σε χρη.

Jam enim interrogaverat Helena ποθεν γης τησδ' επεστραφης πεδον.

76. Απολλυτ', ἰν' εικοις εθανες αν Διος κορης] Cum ſcripturam vulgatam mendoſam eſſe apud omnes in confeſſo ſit, meam etiam conjecturam interponere liceat. Ita igitur hæc legi poſſe puto,

Απωλετ'. εικοις εθανες αν Διος κορης.

Ad εικοις autem ſubaudiendum ιχνη.

124. Κακον τοδ' ειπας, οις κακον λεγεις] *Infortunium hoc dixiſti quod ad eos pertinet quibus male dicis.*

146. Οπη νεως στειλαιμ' αν ουριον πτερον] Verte, *Quo pacto vento ſecundo uſus navem adpellam.*

168. Mutilus eſt verſus, nec antiſtrophico reſpondet. Forſan ſcribendum eſt,

Σειρηνες ειθε τοις εμοις iambicus dimeter.

169 — 178. Prout hæc nunc leguntur, neque metri, neque conſtructionis, neque ſententiæ ſatis conſtat ratio. Ita igitur reſtituenda, interpunctionibus diſtinguenda, & vertenda cenſeo;

Μολοιτ' εχουσαι τον Λιβυν
Λωτον, η συνεργ', αιλινοις. Κακοις
Τοις εμοισι συνοχα δακρυα,
Παθεσι παθεα, μελεσι μελεα,
Μουσεια τε θρηνημασι ξυνῳδα
Πεμψειε Φερσεφασσα
Φονια, φονια, χαριτας
Ιν' επι δακρυσι παρ' εμε
Θ', ὑπο μελαθρα νυχια, παιανας ολομενοις λαβη.

O Sirenes utinam adveniatis canticis meis luctuoſis concinentem habentes aut Lybicam fiſtulam aut arundinem. Mittat Proſerpina infortuniis meis lacrymas conſentientes, calamitatibus affectus, carminibus carmina, & cantus funeſtos, funeſtos lamentationibus meis conſonos, ut viciſſim pro mercede cum lacrymis a me etiam, ſub nigram aulam, hymnos extinctis accipiat. In horum autem verſuum ſecundo pro συνεργας repoſui συνεργ', metri gratia, ut antithetico ſcilicet reſpondeat, verſus enim aſynartetus eſt ex dochmaico & penthemimeri trochaica. In ultimo etiam verſu vocem νεκυσιν expunxi, exigente metro, quippe quod ex gloſſemate, cum neſcio quis in margine ολομενοις per νεκυσιν interpretatus eſſet, in contextum irrepſiſſe videatur.

V. 180. Ελικα τ' ανα χλοαν, *Per herbamque criſpam.*

184. Ενθεν οικτρον ανεβοασεν.] Ad finem hujus verſus minus plene diſtinguendum eſt, ut per ſequentia continuetur oratio. Verte autem, *Unde miſerabiliter reſonabat.*

186. Οτι ποτ' ελακεν αιαγμασι στενουσα] Verte, *Quodcunque efferebat luctibus ingemiſcens.*

187. 188. 189. Νυμφα τις οἱα Ναϊς,

Ορεσι φυγαδα γαμον ἱ-

εισα γοερον] Verte, *Qualis nympha aliqua Nais, montibus fugientem ſponſum lugens* (απο κοινου enim repetendum eſt στενουσα) *lugubrem emittens querelam.*

200. Concinnius erit metrum ſi legas πολυπονον, verſus enim trochiaca eſt hephthemimeris.

V. 202.

V. 202. 203. Θανατον ϑανειν ωχι-
νας εμας επ' αλγεων] *H. Stephanus* legendum cenſet ὑπ' αλγεων, & meâ quidem ſententiâ recte; vide ejus annotationes.

229. Ut conſtet metrum lege λιλαιπ.

231. Ut metrum ſtrophico reſpondeat, lege cum *H. Stephano* Και ταν Χαλκοικον. Verſus enim glyconius eſt hypercatalectus.

241. Hic verſus in duos dividi debet,

Διος ὑπαγκαλισμα σεμνον trochaicus dimeter

Κεϱ, τον ωκυπτερον iambicus dimeter brachycatalectus.

271. 272. 273. Και τας τυχας μεν τας καλας, ἁς νυν εχω,
Ἑλληνες επελαϑοντο· τας δε μη καλας
Εσωζον, ὡσπερ τας κακας σωζουσι μου] Hæc etiam a particula ειϑε præcedente pendent, & ita verti poſſunt; *Et ut Græci fortunæ illuſtris in qua nunc collocata ſum* (innuit ſcilicet famam & gloriam quam Græcia & Aſia de ea decertantibus conſequuta fuerat) *obliviſcerentur, & obſcuriorem memoria tenerent* (qua ſcilicet tunc temporis utebatur) *ſicut probra mea memoria tenent*. Κακη hîc & ſæpe alias a Poeta ſubſtantive uſurpatur, pro *probro, malitia, ignavia*. Vide *Mede*. v. 1051. *Hippol*. v. 1335. *Androm*. v. 967. *Iphig. in Taur*. v. 676.

285. Πωσιν πεϑ' ἡξειν, και μ' απαλλαξαι κακων] Malim απαλλαξειν.

290. Spondæus quartam occupat ſedem, Editoribus cunctis aut ignorantibus aut diſſimulantibus. Omnino igitur legendum,

Θυγατηρ ανανδρος γε πολια παρϑενευεται.

296. Δοκουντες Ἑλενην Μενελεω μ' ελϑειν μετα] Legendum opinor Μενελεω γ' ελϑειν μετα; timebat nempe Helena ne ſi in Græciam rediret, in carcerem, veluti impoſturam machinata, conjiceretur; omnibus ſcilicet Græcis pro certo habentibus veram quæ ſub Ilio fuerat Helenam cum Menelao eſſe, quem fama erat periiſſe, & illam proculdubio ſimul. Addit igitur, ſi quidem Menelaus viveret hoc periculum ſe facile evaſuram, per ſigna enim quæ duobus ipſis ſolis cognita erant illi ſe veram eſſe Helenam facile evictura erat.

300. Pone interrogationis notam ad finem verſus.

303. 304. 305. — αλλ' ὁπου ποσις πικρος
Ξυνη γυναικι, και το σωμ' εστι πικρον,
Θανειν κρατιστον] Neque σωμα, neque quod *Scaligero* placuit δωμα, ſententiæ hîc convenit. Forſan legi poteſt,

και το ζην εστι πικρον,

309. Σμικρον δ' ὁ καιρος αρτ' απαλλαξαι βιου] Nulla ex his verbis quæ commoda ſit ſententia exculpi poteſt, etiamſi cum *H. Stephano* pro σμικρον legas σμικρος, aut cum *Scaligero* ὡς' pro αρτ'. Forſan Poeta ſcripſerit,

Στειχοις δ'· ὁ καιρος αρτ' απαλλαξαι βιου.

Procedas; jam tempus eſt abeundi e vita.

V. 317. Ut vitetur in quarta ſede anapæſtus, quam emendatione ſua ultro intulit *Canterus*, propius veſtigia veteris ſcripturæ legi poſſe puto,

Και τουμπαλιν γε τωνδ' αληϑεια σαφης.

Et contra, horum veritas manifeſta eſt. Repoſui τουμπαλιν monente *H. Stephano*.

333. Εχουσ' εν οικοις τωνδε' τι βλεπεις πεϱαν] Tolle diſtinctionem poſt τωνδε, & verte ad mentem *Brodæi*; *Habens in hiſce ædibus* (veritatem ſcilicet) *quid ulterius circumſpicis?*

341. Θελουσαι ου μολις καλεις] Μολις cum verbo καλεις, non cum ϑελουσαι jungi debet; conſtructio enim eſt, καλεις ϑελουσαι, ου μολις vel μογις καλεις.

350. Melius hic verſiculus in duos *Euripideos* dividetur,

Ες κελευϑα τ' αστερων,
Η νεκυς κατα χϑονος.

Sententiæ autem conſulens pro νεκυσι repoſui νεκυς.

354 — 359. Ελ. Σε γαρ εκαλεσα, σε δε καταμοσα,
Τον ὑδροεντα δονακι χλωερον
Ευρωταν, ϑανοντος
Ει βαξις ετυμος ανδρος ἀδε μοι.
Τι ταδ' ασυνετα;
Φονιον αιωρημα δια δερης ορεξομαι] Verſum 358 cum *Scaligero* Choro tribuendum cenſeo. Ita autem hæc verte; Hel. *Te enim teſtem advoco, tuumque per numen juro, aquaticum* ſcilicet *arundine virentem Eurotam, ſi fama hæc mortui mariti vera mihi deprehendatur* —— Cho. *Quorſum verba hæc dementia?* Hel. *Lethale ſuſpendium per collum me ipſa projiciam.* ορεξομαι, *me ipſa extendam.* Hoc enim formæ mediæ idioma eſt & poteſtas.

360 — 363. Locus hic manifeſte corruptus ita forſan reſtitui poteſt;

Η ξιφοκτονον διωγμα λαιμορυτον σφαγας trochaicus trimeter hypercatalectus

Αυτοσιδαρον εσω πελασω δια σαρκος· ἁμιλλας dactylicus hexameter

Θυμα τριζυγοις ϑεαισιν, ἁς γε τω συριγγ' αει- trochaicus tetrameter catalectus

δων, σεβιζεν Πριαμιδας ποτ' αμφι βουσταϑμοις. idem trimeter hypercatalectus.

Ad ἁμιλλας ſubaudi ἑνεκα. Verte, *Aut gladio ictum mortalem quo per guttur effundatur vita, ipſe ferrum adigens per carnem infligam, ſacrificium expiatorium malorum ortorum ex certamine trium dearum quas quidem*

dem Paris Priami filius calamo canens olim veneratus eſt prope bubilia. Æm. Porti conjecturas magna ex parte ſecutus ſum.

V. 366. *Barneſio* omnino aſſentior hunc verſum ita reſtituenti, ut iambicus ſit ſenarius,

Δι' ἐργ' ανεργα γ' ολλυται, μαλα τ' ετλας.

367 — 370. Τα δ' εμα δωρα, Κυπρις ετεκε
Πολυ μεν αἱμα, πολυ δε δακρυον,
Αχεα τ' αχεσιν, δακρυα δακρυσιν
Ελαβε παθεα.] Verte, *Mea vero dona Venus peperit, multum quidem ſanguinem, multaſque lacrymas; & luctus ſuper luctus, lacrymas ſuper lacrymas, infortunia accepit*, Troja ſcilicet.

384. Α μορφα θηρων, λαχνα γυιων] Suggerente metro, poſtulante etiam quodammodo ſententia, legendum puto,

Α μορφα θηρ, λαχνα γυιων ſpondaicus tetrameter.

386. Εξαλλαξασ' αχεα λυπης] Et metro & ſententiæ egregie conſules ſi pro αχεα legas αισχεα; ita ſenſus erit, In formam leænæ mutata, permutando turpitudine mœrorem.

411. Αξεινους τ' επιδρομας. Verte, *Inhoſpitaleſque receptus.*

431. Χλιδης τε. Typographi lapſum emenda reſcribendo Χλιδας τε.

430. Typographi etiam errore in *Barneſiana* & *Stephaniana* hæc Choro tribuuntur quæ Anui tribui debebant.

452. Α' μη προσειλα χειρα, μηδ' ωθει βια] *Barneſianæ* quas toties crepat literæ ectaticæ, quod jam pluries monuimus, nihil niſi mera ſunt hominis imperiti ſomnia. Nec προσειλα pro προσειλε, forma imperativa verbi προσειλαω poſitum, uſpiam reperiri puto, neque adeo ita poni patitur Græcæ linguæ idioma. Legendum igitur opinor, μη προσειλει χειρα, *Ne pugnum comprimas*, a προσειλεω, quod verbum *Suidas* voce προσειλειν interpretatur συστρεφειν.

478. Et hic, & v. 691. 713. 785. 842. lege φως.

482. Ποτ', ουπω λελησμεθ' ἐξ αγριων λεχεις] Λιλαιομαι genitivo nunquam, opinor, jungitur. Legendum igitur proculdubio λεχος. Errori anſam dediſſe videtur π in ουπω ſed vox hæc cum λελησμεθ' ſubaudita præpoſitione κατα non cum λεχος connecti debet.

484. 485. — εστι γαρ τις εν δομοις
Τυχη τυραννος, ἡ ταρασσεται δομος] Verte, *Nunc enim in ædibus dominatur calamitas quædam, qua domus conturbatur.* Innuitur ſcilicet Theoclymeni amor erga Helenam, averſatioque qua Helena eum proſequebatur.

488. 489. — ουχ ὁσον πικροις
Λογοις εδωκα, δεσποτην φοβουμενη] Nihil immutari neceſſe eſt, ita enim inſtituenda conſtructio, ου τοσον πικρα ὁσον πικροις λογοις εδωκα, vel ὁσον πικροι οἱ λογοι οὑς εδωκα. Verte, *Non tantum acerba quantum per acerba reſponſa quæ tibi dominum metuens dedi videor.*

V. 490. 491. — συμφορας γαρ αθλιας
Εκ των παρελθων τας παρεστωσας κλυω] Verte, *Nam præſentes calamitates ex præteritis conjectura colligens luctuoſas eſſe deprehendo.*

505. Malim cum *Æm. Porto* τ' αυτ', id eſt τ' αυτα.

522. 523. 524. Ηκουσα τας θεσπιωδου κορας,
Α χρηζουσ' εφαινε τυραννοις
Δομοις] Legendum puto εφαινον; *Audivi ex virgine divinatrice ea quæ audire cupiens ædes regias adibam.* Librarius nimirum participium χρηζουσα numero ſingulari poſitum Theonoen potius quam Chorum quæ pluribus conſtabat mulieribus reſpicere perperam putabat, ideoque & verbum præjudicio huic accommodans tertia etiam perſona poſuit.

535. Ηδ' αυ ταφου τουδ' εις ἑδρας εγω παλιν
Στειχω] Pro Ἡδ' legendum puto Ἡδη, ut ex Ἡδη αυ fiat per craſin Ἡδη 'υ. Vide infra not. ad v. 1565.

553. 554. Σε την ορυγμα δεινον ἡμιλλημενην
Τυμβου κρηπιδ' επ' δ' εμπυροις τ' ορθοσταδας] *Canterus* pro 'π δ' reponit τοδ', non male; quanquam nihilo deterior eſt meâ ſententiâ vulgata ſcriptura. Omnino autem legendum eſt juxta editiones veteres ορθοστατας, non ορθοσταδας. Ita *Ion.* v. 1133. 1134.

Στεγνους απειχους περιβολας σκηνωματων
Ορθοστατους ἱδρυθ' —

& *Herc. Fur.* v. 979. 980.

ὑπτιος δε λαϊνους
Ορθοστατας εδευσεν εκπνεων βιον.

Εμπυροι ορθοσταται ſunt *Columnæ igne coctæ*, id eſt, *Latericiæ.* Lateribus enim ad ædificia etiam regia extruenda uti ſolitos eſſe veteres Ægyptios, nos docet quam maxime Iſraelitarum hiſtoria ſacris libris comprehenſa. Poterant etiam *Columnæ igneæ* vocari quia ignei vel rubri coloris erant, puta ex porphyrite factæ; ſed priorem interpretationem veriorem exiſtimo.

562. Φιλου μεθεισα] Lege φιλων præeunte *Valkenar.* ad *Phœniſſ.* 522.

565. Αυτος γαρ ει, κ'αμ' εχει λογον] Recte repoſuit ὡ 'υπο *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 927.

584. Σκεψαι' τι σου δει; τις εστ σου σοφωτερος;] Claudicat metrum, cretico tertiam ſedem occupante; nec nimium

nimium mihi arridet iſtud σοφωτερος. Quid enim ad rem de qua agitur pertinet Menelai ſapientia? Ita igitur potius verſum integrum reſtituendum exiſtimarem,

Σκεψαι· τι σοι δει; τι 'στι σοι σοφωτερον;

Ita ſcilicet ad amuſſim reſpondetur iis quæ verſu proxime præcedente oppoſuerat Menelaus, το δε σαφες μ' αποστερει.

V. 592. Ηρα διαλλαγμ'] Recte repoſuit *Scaliger*. Ηρας διαλλαγμ'; Nam ſi verbo hic uti voluiſſet Poeta, non διαλλαγμαι ſcripſiſſet, ſed διηλλαγμαι, ut temporum conſtaret ratio.

625. 626. 627. — ουκ εω σε κερτομειν
Ημας τοσαυθ' αυθις, ὡς αδην εν Ιλιῳ
Πονους παρειχες σῳ ποσει, και συμμαχοις]
Verte, *Non tibi concedo ut nos ad hunc modum iterum ludificeris, ſatis enim in Ilio laborum præbuiſti marito tuo & ejus ſociis.*

649. Hic verſus non anapæſticus eſt, ut putabat *Barneſius*, cum ſede quinta choreum habeat. Meâ ſententiâ melius in duos ita dividetur,

Το κακον δ' αγαθον, σε τε, καρα anapæſtica hephthemimeris

Συναγαγεν ποσι iambicus dimeter brachycatalectus.

651. Ταυτα, malim τ'αυτα.

660. Εμα δε δακρυα, χαρμοναν] Χαρμοναν caſu quarto a quo regi poſſit non video; legendum igitur puto χαρμονας caſu ſecundo, ut a præcedente δακρυα pendeat, & ſententia ſit; *Lacrymæ vero meæ ſunt lacrymæ gaudii.*

670. Ne iambicum ſenarium inquinet anapæſtus ſecundam ſedem obtinens, delendam cenſeo particulam μεν, quæ ad ſententiam nihil confert.

674. Πετομενου δ' ερωτος αθλιων γαμων] Legendum puto Πετομενου τ' ερωτος; non enim præcedentibus πετομενας κωπας opponuntur hæc, ſed in eandem ſententiam continuantur. Verte, *Non domum reliqui ut barbari juvenis thalamum peterem, volante remo, volante etiam amore infelicium ejus nuptiarum.*

681. Τινων χρῄζουσα προσθειναι κακων] Subaudi τι, vel αιτιαν, & verte; *Quænam mala tibi volens imputare?*

683. Ad metri complementum deeſſe quædam videntur, quæ forſan Librariorum incuria excidiſſe potuerint. Notandum igitur hiatum cenſeo,

Ινα θεαι μορφαν * * εφαιδρυναν.

Verſus enim aſynartetus fuiſſe videtur ex duobus dochmaicis. Suppleri autem poteſt ποτε γ', aut ſimile quiddam.

685. Τα δ' εις κρισιν σοι ταυτ' εθηχ' Ηρα κακων] Ad ταδε κακων ſubaudi αιτιαν. Pro ταδ' etiam legendum τα δ'.

V. 688. Τλαμων, τλαμων· ὡδ' επλας' Αιγυπτῳ] Επλας' ponitur pro επλασε, non pro επλασα, ut putavit Interpres. Rectum autem vidit *Brodæus.*

693. Hic verſus in duos dividi debet,

Δι' εμε κατεδυσατο ionicus a majore dimeter catalectus

Δυσγαμον αισχυναν penthemimeris dactylica.

712. Νεφελης αγαλμ' εχοντες εν χερσιν λυγρον] *Valckenarius* ad *Phœniſſ.* 1448. aptius hic υγρον cenſet. Mihi non diſplicet vulgata, ut ſignificatio ſit, *ſimulachrum ingratum, injucundum.*

717. Hic verſus ita apud *Stobæum* legitur, ſed conſulto, ut opinor, immutatus, ut gnomæ formam generaliorem præ ſe ferret,

Σκεψαι γαρ ὁ θεος ὡς εφυ τι ποικιλον.

719. 720. — ὁ μεν πονει,
Ο δ' ου πονησας αυθις ολλυται κακως] Recte vertit *Grotius*, *Eſt alius miſer, alius beatus ſubito in exitium ruit.*

729. 730. Και λαμπαδων μεμνημεθ', ας τετραοροις
Ιπποις τροχαζων, παρεφερον] Verte, *Et facum meminimus, quas prope quadrijuges equos currens geſtabam.*

772. Cum bacchio pedi in ſenario iambico nullus ſit locus, levi facta tranſpoſitione lege,

Τι σοι λεγοιμ' αν εν Αιγαιῳ τας συμφορας

781. 782. Ενιαυσιον, προς τοισιν εν Τροιᾳ δεκα
Ετεσι. διπλουν δ' επτα περιδρομας ετων] Locus hic Interpretes non parum exercuit, nihil tamen quod ſatisfacere poſſit excogitatum deprehendo. Mihi quidem ita hæc reſtituenda & diſtinguenda videntur,

Ενιαυσιον, προς τοισιν εν Τροιᾳ δεκα
Ετεσι, διπλουν επτα περιδρομας ετων.

Ενιαυσιος interdum *tempus prælongum* ſignificare nos docet *Euſtathius*. Nam ενιαυτος cum derivetur a verbo ιαυειν, διατριβειν, aliquando denotat χρονον διατριβην εχοντα, και μη συντομον. Unde, eodem teſte, ab Ariſtophane velut epitheton vocis ετος adhibetur; Βατραχ. v. 350. 351.

Χρονιων τ' ετων
Παλαιων ενιαυτους.

Vide *Euſtath.* in Homer. p. 191. lin. 17. 754. lin. 3. 1384. lin. 62. Verte autem; *Præter decem illos in Troja conſumptos annos ſeptem converſiones annorum longorum integras peregi.*

805. Ικετευομεν. Verte, *Supplicis more obteſtabamur*; verbum enim hoc temporis eſſe præſentis imperfecti

fecti ex ſyllabæ primæ modulo certiſſime conſtat, quippe quæ hîc augmenti vice producitur.

V. 820. Δρωντας γαρ, η μη δρωντας, ηδιον θανειν;] Hæc affirmative non interrogative ponenda ſunt.

848. Τυμβον 'πι τουτω σε κτανων, εμε κτανει] Omnino legendum eſt εμε κτανω. Hanc emendationem plane ſtabiliunt quæ ſequuntur paullo infra v. 988 — 990.

Κτανειν διδοκται τηνδ' εμοι, κἀπειτ' εμον
Προς ηπαρ ωσαι διστομον ξιφος τοδε,
Τυμβου 'πι τουτοις τουδ'.

872. Θειου δε σεμνου θεσμον αιθερος μυχων] Rectior mihi videtur verſio *Æm. Porti*; *Sulphurque ex ædium penetralibus, ritum ſolitamque purgationem ſacri ætheris.* Si cui tamen ellipſis præpoſitionis εκ ad genitivum μυχων durior & inuſitatior videatur, is in verſu præcedente legere poteſt Ηγου συ μοι 'κφερουσα; ſed meâ quidem ſententiâ ſatis ſe tueri poterit vulgata ſcriptura.

876. Ινα διεξελθω πυρος, *Ut per ignem*, id eſt, aerem igne expurgatum, *tranſeam. Brodæus.*

877. Νομον δε τον εμον, ſubaudi κατα, *Ritu meo. Brodæus.*

927. Συγγονω δωσεις δικην, verte cum *Brodæo*, *Secundum fratrem litem datura es.*

934. Φρυγων τ' ωκησε πολυχρυσοις δομοις] Particula copulativa τε conſtructioni obeſt; legendum igitur puto Φρυγων γ'.

938. Παλιν μ' αναξουσ' εις το σωφρον αυθις αν] Lege omnino cum *Cantero* & *Scaligero* αυθις αυ, nam particula αν nullum hîc locum habere poteſt.

950. Οικτρον μεν οἱ πεσοντες εν μεσῳ λογοι] Malim cum *Æm. Porto* οικτροι, quanquam ferri poteſt etiam vulgata lectio.

959. Αιρησομαι, τοσουδε της ευδαιμονιας] Ut metro conſulatur, pro ευδαιμονιας reponendum exiſtimo ευκαρδιας, aut ευψυχιας, aut certe vocem aliquam ſimilis ſignificationis; non enim magnopere mihi arridet *Canteri* conjectura, quanquam apprime ingenioſa, τοσουδε τησδ' αθυμιας.

967. Λεξω τασδ', αμφι μνημα σου πατρος, ποθω] Pro ποθω forſan legendum eſt πιτνων.

1012. Η Χαρις δ' εμοι] Venerem uſpiam apud antiquos την Χαριτα appellatam non oſtendit *Barneſius*, *Cantero* igitur aſſentior reponenti ἡ Κυπρις.

1016 Αδικοιμεν αν] Lege αδικοιμ' μεν αν, ſequitur enim numero ſingulari αποδωσω. Vide etiam *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 246.

1017. Ει μη αποδωσω] Lege Ει μη 'ποδωσω.

1023. Ως ουν περαινω μη μακραν] Omnino legendum περανω, quod in exemplaribus veteribus ſe repperiſſe teſtatur *H. Stephanus.* Verte, *Ne igitur longis ambagibus ſermonis finem prolatem.* Verbum περαινω eundem ſenſum non exprimit.

V. 1034. Οσον τ' εγω θενω] Editiones præcedentes habent ὅσον εγω, reclamante metro, quare reponendum puto ὅσον γ' εγω.

1059. 1060. Και μην γυναικειοις αν οικτισαιμεθα
Κουραισι] Verte, *Quinetiam te lugere poterimus tonſura muliebri.*

1067. 1068. Δουναι κελευσω προσθεις, ἡ καθησομαι
Κοσμον ταφω σω, πλαγιας ες αγκαλας] Legendum puto καθησομεν ut paullo infra v. 1074.
Και συγκαθησω κοσμον εν ταυτω σκαφει,

1086. Και μην τασδ' αμφιβληστρα σωματος ξανη
Ξυμμαρτυρησει ναυτικων ερειπιων] Genitivus ερειπιων non a verbo ξυμμαρτυρησει pendet, tunc enim caſu dativo ερειπιοις nomen hoc efferendum eſſet, ſed a præpoſitione εκ ſubintellecta.

1095. Παρηδι τ' ονυχα φονιον εμβαλω χροος] Genitivus χροος pendere videtur ab adjectivo φονιον, ut ſcilicet φονιον χροος idem valeat ac ὃς τον χροα φονιον τιθησι, *qui cutem cruentet.*

1096. Μεγας γαρ ὁ αγων] Lege ὡ 'γων.

1113. Exigente metro omnino revocanda eſt veterum editionum ſcriptura εναυλιοις, quam *Scaliger.* abſque neceſſitate primus immutavit. Verſus enim aſynartetus eſt ex iambico dimetro brachycatalecto & baſi anapæſtica. Εναυλιον autem diminutivum eſt ab εναυλος, ut επαυλιον ab επαυλος.

1114. 1115. Verſus hi plane αμετροι prout nunc leguntur, ita conſtitui poſſunt,

Μουσεια, και θακους ενιζου- iambicus dimeter hypercatalectus
σαν, αναβοασω, σε ταν α- periodus
οιδοτατην ορνιθα μελῳδον tetrameter dactylicus:

& in antiſtropha,

Ριπτουσιν εκπνεουσαι τε, αιδαν
Μελεον εχουσιν, τελαιναν
Των αλοχων χειρεσσιν εθειραν.

1123. Plene diſtinguendum eſt poſt λογχαις.

1124. 1125. Hi verſus, ut antitheticis infra reſtituendis reſpondere poſſint, ita conſtitui debent,

Ος' εμολεν, εμολε penthemimeris iambica aut trochaica
Πεδια βαρβαρω πλατα hephthemimeris trochaica.

1126. Ος' εδραμε ῥεεθρα μελεα] Cum *Brodæo* diſtinguendum puto poſt ῥεεθρα, ut μελεα cum λεχεα junctum a participio αγων regatur.

1129. Λεχεα σεθεν ὡς ειλε] Hic verſus prorſus αμετρος eſt; ut antithetico, qui proſodiacus eſt dimeter, reſpondeat, ita forſan reſtitui poteſt,

Αιχμα σεθεν ὡς εδοκει,

Concubitus tuos ut exiſtimabatur.

V. 1136. Omnino exigit metri ratio, ut aut ejiciamus particulam δ', unde abrupta evadet oratio & connectionis expers, aut, quod magis probo, ut pro περασωσας reponamus περασας. Ita anapæſtica penthemimeris dactylicæ opponetur.

1140. Ut metrum antithetico reſpondeat omnino legendum eſt,

Καφηρειαν εμβαλων ionicus a majore dimeter catalectus.

Vide *Stephan. Byzant.* voce Καφηρευς, & ibid. *Berkelii* notas.

1143. 1144. Hi verſus ita conſtituendi, interpunctionibus diſtinguendi, & explicandi videntur,

Αλιμενα δ' ορεα.

Μελεα βαρβαρου ςολας —

Importuoſi vero erant montes. O infelix (Helena ſcilicet) *propter barbaricam expeditionem.* Subaudiendum enim eſt ἑνεκα.

1145. 1146. Cum πεοχωμα in ſignificatione *procellæ* nuſpiam, ut puto, inveniatur, ita potius hos verſus ſcribendos exiſtimo,

Οτε αυτο πατειδος απεπεο

Χειματων πνοα —

απεπεο habent codices *Stephaniani.*

1147. Ut metrum antithetico reſpondeat reſcribi poteſt,

Τερας, ου τερας γ', αλλ' penthemimeris iambica.

1151. 1152. 1156. Ο τι θεος, η μη θεος, η το μεσον

Τις φησι, ερευνησας

Βροτων] Hæc perperam a *Barneſio* de Helenæ ſimulachro dicta accipiuntur, cum de hoc in ſequentibus minime agatur. Generalius igitur dici intelligenda, & ita vertenda, *Quidnam ſit deus, quid non deus, quid mediæ cujuſdam ſit naturæ, quis dixerit inveſtigatione habita mortalium?*

1158. Hoc verſu & ſequentibus Poeta probat & exponit quæ prius dixerat, ὁς τα θεων εσορα δηνα &c. Quod metrum vero attinet, hunc verſum melius in duos divides,

Συ Διος εφυς, ω ionicus a majore hemiholius

Ελενα θυγατηρ baſis anapæſtica:

& pariter in antiſtropha,

Αι Πριαμιδος γας

Εειπον θαλαμους.

1169. Ανοθως, recte *Brodæus, immiſericorditer, magna cum ſtrage.*

1170. Ει γαρ αμιλλα κρινει νιν] Νιν ſcilicet ερίδα quod ſequitur. Legendum autem κρινεῖ, requirente metro; verſus ſcilicet pherecrateus eſt ex epitrito quarto pentaſyllabo & antiſpaſto catalecto.

V. 1173. Αι Πριαμιδος γας ελειπον θαλαμους] Αι, ſcilicet λογχαι, quæ vox repetenda eſt a v. 1168. & tres verſus qui v. 1173. proxime præcedunt parentheſi includi debent.

1177. 1178. Hi verſus interpunctionibus ita ſunt diſtinguendi,

Τειχεα δε, φλογμος ὡστε

Διος, επεσυτο φλοξ,

Barneſii autem conjectura επεσσυτο metrum prorſus perdit; verſus enim dochmaicus eſt ex epitrito quarto hexaſyllabo & ſyllaba.

1179. Lege πεδιον cogente metro.

1180. Αθλιοις εν συμφοραις Ιλιος] Verſus proculdubio corruptus eſt, cum inter metra oppoſita diſcrepantia vix major eſſe poſſit; nec ullam invenio medelam, niſi mecum ſtatuas vocem Αθλιοις gloſſema eſſe quod e margine in contextum irrepſerit, & proinde eſſe eliminandam. Tunc verſus ita conſtitutus periodus erit antithetico ſimilis,

Εν συμφοραις Ιλιοισι.

Cætera quod attinet, quare *H. Stephanus* receptam lectionem ſuſpectam haberet ſatis cauſæ non video. Non enim το Ιλιοις per ſynecdochen ponitur pro Ιλιω, quod *Barneſio* viſum, ſed reddi debet, *Ilienſibus.* Nam Ιλιος nomen gentilitium apud *Stephanum Byzantinum* reperitur.

1213. Τάδ' ευτυχω, lege τα δ' ευτυχω.

1240. Lege βοστρυχους; erratum Typographo debetur.

1241. Φιλος γαρ εστιν, ὁς ποτ' εστιν ενθαδ' ων] Helena cum hæc dicebat, digito, ut puto, pectus deſignabat.

1248. Omnino legendum χθόνια adverbialiter poſitum, non χθονία; aliter non conſtabit metri ratio.

1284. Ποσον δ' απειργει μηκος εκ γαιας δορυ] Δορυ hîc *remum* ſignificat. Vide notas noſtras ad *Troad.* v. 1148.

1316. Choricum hoc ſyſtema aliunde mutuatum & hîc infarctum eſſe ſuſpicor; totum enim ejus argumentum ab hac fabula, & præſertim ab hoc loco, plane alienum eſt.

1318. Cum hoc ſyſtema antiſtrophicum ex glyconiis πολυσχηματιστοις maximam partem conflatum ſit, & illius metri generis formæ pleræque hîc deprehendantur, locum hunc aptum eſſe duco, licentiæ quæ in his obtinet, quæque quibuſdam nova forſan & mira videri poſſit, paucis exponendæ. Animadvertendum eſt igitur (quod exemplis in hoc ſyſtemate obviis aliiſque quæ alibi in notis noſtris ſparſim indigitavimus, manifeſtum eſt) glyconios

hocce

hoſce non ſolum in prima ſede antiſpaſtum, epitritos, dijambum, & diſpondæum, in ſecunda choriambum, admittere, quod nemini non notum eſt, ſed in prima ſede recipere etiam moloſſum (antiſt. I. v. 10. ſtroph. II. v. 3. 7. 9. 10.) neque hunc triſyllabum tantum, ſed & pentaſyllabum, prima & ultima longa in duas breves ſolutis (antiſt. I. v. 14) creticum (ſtroph II. v. 4. 5.) bacchium (ſtroph. I. v. 3.) palimbacchium (ſtroph. I. v. 2. 10. antiſt. II. v. 3. 7. 9. 10.) pæonem ſecundum (antiſt. II. v. I.) & pæonem tertium (antiſt. II. v. 2.) quodque noſtram de hoc metri genere ſententiam plane ſtabilit, deprehendes etiam pæones hoſce dijambis, moloſſum pentaſyllabum epitrito quarto, in antitheticis oppoſitos; in ſecunda vero ſede choriambum ſemel ſaltem (ſtroph. I. v. 18.) in moloſſum contractum.

V. 1326. Minime neceſſe eſt ex *Barneſii* conjectura reponere ὅτῳ pro ὅτι, cum retenta etiam vulgata ſcriptura æque conſtet metrum. Palimbacchio ſcilicet opponitur moloſſus, quod & in v. 3. 7. 9. 10. ſtrophæ & antiſtrophæ ſecundæ factum deprehendemus.

1327. Ζευξασα δια σατιναν] Juxta vulgatam lectionem nec metrum ſatis recte procedit, nec conſtructio, quæ pro participio verbum poſtulat; utrique autem conſultum erit ſi legas,

Ζευξε δια σατιναν trimeter dactylicus.

Ad σατιναν autem ſubaudienda erit præpoſitio περι vel κατα.

1328. Ταν ἁρπαδειοισαν, ſcilicet κορην ανϑεων. *Brodæus.*

1330 Μετα κουραν δ' αελλοποδες] Omnino legendum eſt κουραι.

1331. 1332. Ut horum verſuum metra conſtare, & antitheticis reſpondere poſſint, ita ſunt corrigendi,

Α μεν τοξοις Αρτεμις, ἁ δ'
Εγχει Γοργωπις πανοπλος.

Uterque glyconius ex diſpondæo & choriambo; diſpondæo priori opponitur in antiſtropha epitritus quartus. Γοργωπις autem epitheton ſive appellatio eſt qua deſignari ſolet Minerva, quæ nunquam quod ſciam *Gorgon* appellatur.

1337. Claudicat metrum; pro bacchio enim ſtrophici ſpondæum tantum habemus. Forſan reponi poteſt,

Ας μαστευουσα πορους,

ut bacchio ſcilicet opponatur aut moloſſus aut palimbacchius.

V. 1339. Ut metrum antithetico reſpondeat revocanda eſt *Aldinæ* editionis ſcriptura,

Χιονοϑρεμμονας δ' επεραν τ' glyconius ex antiſpaſto pentaſyllabo & choriambo.

1341. Ριπτει δ' εν πενϑει] Ριπτειν verbi medii poteſtate hoc in loco gaudet. Similem ejuſdem verbi uſum reperies in *Cyclop.* v. 165.

Ριψαι τ' ες ἁλμην λευκαδος πετρας απο.

1342. Πετεινα κατα δρια πολυνιφα] Cum *Brodæo* legendum puto δρια, *loca ſylveſtria.*

1343. Lege βροτοισι, ut antithetico reſpondeat metrum.

1344. Ου καρπιζουσ' αροτοις] Καρπιζουσ' pro καρπιζουσα poſitum cum *Brodæo* exiſtimo, non pro καρπιζουσι.

1345. Γεναν, lege juxta *Aldinam* γενναν.

1347. Βοσκας ευφυλλων ἑλικων] Verte, *Pabula uberis criſpantis herbæ.* Non enim, ut opinor, greges *pampinis nutriuntur*, quanquam eos interdum *carpunt.* Voce autem ἑλιξ jam ſupra v. 180. uſus eſt Poeta ut epitheto χλοης, *graminis* vel *herbæ*, ἑλικα τ' ανα χλοαν.

1348. Πολεων δ' απελειπε βιος, verte, *Urbium vero defecit victus.*

1356. Ut metrum antithetico reſpondeat, legendum eſt ενεπει, ſimplici ν. Verſus enim glyconius eſt ex cretico & choriambo.

1360. Λυπας εξαλλαξατ' αλαλᾳ] Cum metrum una ſaltem ſyllaba redundet, & dipodia inſuper claudicet ſecunda, ita forſan reſtitui poteſt,

Λυπας αλλαξοιτ' αλαλᾳ glyconius ex epitrito tertio & choriambo.

1361. Cum *Scaligero* & *Cantero* pro ὑμνοισι χορων omnino reponendum puto υμνοιτ χοροι; ut & verſu proxime ſequente, iiſdem & *H. Stephano* præeuntibus, copulativam τε pro adverſativa δε.

1362. Χαλκου τ' αυδαν χϑονιαν] Anonymus quidam pro χϑονιαν reponi vult φωναν, ſed perperam. Vide Miſcellan. Obſervat. in Auctor. vol. 2. p. 94. 95.

1363. Τυμπανα τε λαβετε βυρσοτενη] Ut conſtet metrum legendum potius eſt τυπανα; ita enim epitrito heptaſyllabo opponitur in antiſtropha hexaſyllabus.

1367. Ut metrum antiſtrophæ reſpondeat legendum videtur,

Βαρυβρεμον γ' αυλων iambicus dimeter brachycatalectus.

1369. Quæ in hac antiſtropha leguntur nequaquam de Helena dici potuiſſe videntur; neque enim unquam infortunia ſua Cybeles matris iræ aſcripſiſſe reperietur, ſed ſemper ea imputat, velut uni-

cis eorum auctoribus, deabus de pulchritudine certantibus; Veneri ſcilicet quæ nuptias ejus Paridi promiſerat, & Junoni quæ, ut Veneris promiſſa irrita redderet, eam in Ægyptum amandaverat. Præterea verſus illi duo primi,

Οι ου θεμις, ουδ' οσια,
Επυρωσας εν θαλαμοις,

Theoclymeni aut Paridis amores non tam apte deſignant, quam ardorem quendam turpiorem & facinoroſum, qualem ipſæ naturæ leges reprobant, inceſtos patris nimirum aut fratris amores. Hinc igitur confirmatur ſuſpicio noſtra quam jam ſupra ſuggeſſimus, nempe hoc ſyſtema ad hanc fabulam non proprie & revera pertinere, ſed ex alia quadam tragœdia, forſan Noſtri *Æolo*, huc tranſlatum. Quod autem hæc de Proſerpina, & amore quo Plutonem inflammaverat, explicant Interpretes, fruſtra eos eſſe puto. De illa certe, utpote quæ ipſa dea erat, dici non potuit, eam indignationem Cybelæ ob ſpretos ejus ritus ſibi contraxiſſe. Dei enim cujuſcunque ritus non cæteris diis celebrari credebantur; religio iſta mortales tantum ſpectabat.

V. 1373. Μητρος, ω παι, θυσιας
Ου σεβιζουσα θεοις] Pro θεοις legendum puto θεας.

1374. Ut conſtet metrum & ſtrophico reſpondeat, legendum eſt,

Μεγα τι δυναται νεβρων.

Verſus enim ionicus eſt a minore dimeter catalectus ex ionico pentaſyllabo & κατακλειδι trochaica.

1377. Ut conſtet metrum pro ες legendum eſt εις. Verſus enim glyconius eſt ex palimbacchio & choriambo.

1378. 1379. Ρομβω θ' ειλισσομενα
Κυκλιος εντασις αυθερια] Pro Ρομβω legendum omnino Ρομβου. Nam Ρομβος inſtrumenti quoddam genus erat quod in orgiis Bacchicis & Corybanticis adhiberi ſolebat, & ad animos Bacchantium incitandos valuiſſe videtur. Hinc in epigrammate quod ex Anthologia MSta ad *Suidam* voce θιασος edidit *Kuſterus* vocatur Βακχειχου θιασοιο μυωψ. Ipſe *Suidas* voce Ρομβος per *Cylindrum* interpretatur. *Heſychius* autem & inſtrumentum ipſum & ejus uſum magis perſpicue deſcribit; ξυλαριον ου εξαπτεται σχοινιον, και εν ταις τελεταις δινειται. Magis autem adhuc graphice Etymologici Magni auctor Ρομβω και τυμπανω Ρεαν ψυχης ιλασκονται. μυστηριω σανιδιω ω στρεφουσιν εις τον αερα, και ηχον εμποιουσι. εστι δε τροχισκος, ον τυπτοντες ιμασι και στρεφοντες, ποιουσι πειδινειδαι και ψοφον αποτελειν. Verſus ipſe a Lexicographo hoc allatus exſtat apud *Apollonium Rhodium* l. 1. v. 1139. Et interpretationis pars altera apud hujus *Scholiaſtem* ibidem legitur. Hinc autem conſtat *rhombum* & *tympanum*, quæ confundit *Barneſius*, res fuiſſe prorſus diverſas.

V. 1382. 1383. Εν δε νιν αμασιν
Υπερβαλε σελανα] Ex vulgari hac lectione nulla ſententia quæ commoda ſit elici poteſt; ita igitur forſan hi verſus reſtitui poſſunt,

Ευτε νιν ἁρμασιν
Υπερβαλε σελανα.

Quando ſupra illam (id eſt Cybelem ſive terram) in cœlis ſcilicet *curruvecta eminebat luna* (id eſt, tempore plenilunii, quando, ut recte monet *Barneſius*, feſta deorum celebrari ſolita) *tu forma tua elata ſpretis ejus ſacris gloriabare.*

1413. Τον φρουδον ανδρος χαιειν εκπεπληγμενην] *Barneſius* mavult εμπεπληγμενην, ſed cum proba ſit codicum ſcriptura, minime ſollicitanda eſt, etiamſi ſubblandiatur altera ſpecie elegantior & magis apta. Hominis autem εκπεπληγμενου proprie factum eſt ſe ipſum in mare præcipitem dare.

1438. Εστι τι κἀκει, κἀνθαδ', ὧν εγω λεγω] Nullum neque hic, neque in interpretatione, ſenſum video. Ita igitur hæc emendanda & interpunctionibus diſtinguenda exiſtimo,

Εστι τι κἀκει, κἀνθαδ' ὧν εγω λεγω.

Verte, *Eſt*, vel *manet*, *ibi* (apud mortuos) *aliquid*; *Ego quamvis hic* (apud vivos) *ſim*, *iſtud dico.*

1455. Ως τους γαμους τους τουσδε συνδησας εμοι] Uterque τους articulus eſt, quorum poſterior cum τουσδε arcte cohæret. Aliud nimirum agebat *Barneſius* cum ſcripſerit hunc pro τουτους poni.

1459. 1460. Ελθουσι δ' ημιν προς λυπαις ταις συμφοραις
Σπουδη συναψαι] Spondæus in quarta ſede ſatis oſtendit locum hunc corruptum eſſe, præterquam quod ſenſu commodo plane caret. Verbum enim συναπτειν abſolute poſitum pro eo quod eſt *adjuvare* vix, opinor, admittit Græci ſermonis conſuetudo. Codices autem & editiones præcedentes habebant λυπας, quod *Barneſius* ex conjectura in λυπαις immutavit. Forſan reſcribi poteſt,

Ελθουσι δ' ημιν, προς φυγας τα συμφορα
Σπουδη συναψαι.

Verte, *Nobis autem abeuntibus quæ fugam noſtram tutam & ſecuram præſtare poſſint diligenter ſuppedita.*

1463. 1464. Κεκληνθε μοι θεοι, πολλα χ' ως εμου κλυειν,
Και λυπρα γ'] Verte, *Jam ſæpe a me o dii invocati fuiſtis, ita ut multa a me audiretis & læta & triſtia.* Id eſt, "Sæpe & in rebus proſperis & in "rebus adverſis jam antehac vos invocavi." Anapæſtum

pæſtum autem in ſecunda ſede v. 1464. evitabis, ſi pro λυπρα γ' cum *Scaligero* legas λυπρ'.

V. 1468. Ροθιοισι μητηρ, ita dicitur *Remus*, quia fluctus agitatione remorum quaſi generantur.

1469. Ειρεσια φιλα] Lege omnino juxta *Aldinam* cæteraſque præcedentes editiones,

Ειρεσια φιλα,

Remigatio jucunda.

1472. Ut metrum antiſtrophico reſpondeat legendum eſt,

Πελαγος η ποντιον.

1488. Τροχῳ τερμονι δισκου] Verbatim, *Orbe acie diſci*, pro *Orbiculari acie diſci*.

1489. 1490. 1491. Ut metrum metro reſpondeat, & rite procedat conſtructio, ita hi verſus corrigendi, & diſtinguendi,

Εχαιρε Φοιβος' των Λακαινα trochaicus dimeter
Γᾳ βουθυτον ἁμεραν iambicus dimeter brachycatalectus
Ο Διος ειπε σεβειν γονος' periodus.

ἁμεραν hîc primam corripit. Vide not. ad *Heraclid*. v. 614. Ita infra v. 1503. ποταναι ſecundam corripit.

1493. Μοχθον δ' αν λιποιτ' οικοις] Λιποιτ' manifeſte mendoſum eſt. Forſan reponendum ελιπετ γ', vel potius ελιπες γ'. Notandum etiam eſt hunc verſum verſui 12mo, non 13mo ſtrophæ reſpondere, verſumque antiſtrophæ decimum tertium excidiſſe.

1496. Οιωνοι, στολαδες] Plene diſtingue poſt Οιωνοι. Porro cum *Brodæo*, *H. Stephano*, & *Æm. Porto* legendum puto αι στολαδες; ita ſcilicet verſus erit anapæſticus dimeter brachycatalectus, aut glyconius πολυσχηματιστος, ex eo genere de quo jam ſupra ad ſyſtema proxime præcedens ſermonem habuimus, conſtans ex moloſſo & choriambo, cujus etiam ſimiles in hac ipſa occurrunt ſtropha v. 5. 6. 14. Antitheticus autem ut huic reſpondeat ita etiam ſupplendus erit,

Ω παιδες Τυνδαρειδαι.

1497. Verſus anapæſticus eſt dimeter; ut conſtet igitur metrum pro λιπουσαι legendum eſt λειπουσαι.

1500. Ut metrum antithetico reſpondeat legendum opinor,

Ποιμενος ὅς γ' αβροχα.

1502. Το ιαχη hîc penultimam producit vide not. ad *Heraclid*. v. 783.

V. 1525. Ποντιοιο' εκτεινοντο, ταν] *Scaliger*. reponi vult ποντιοιο', ſed magis placet vulgata lectio. Ita ſupra v. 722. 723.

Συ γαρ, ποσις τε σος, πονων μετεχετε,
Συ μεν λογοισιν, ὁ δε δορος προθυμια.

& v. 1120.

Ελενας μελεας πονους.

Vide etiam not. ad *Androm.* 680. Verte autem, *Quam contentionis Idææ gratia, miſera facta nacta eſt.* Quod ad metrum autem attinet, cum verſus ſit glyconius πολυσχηματιστος, utramvis lectionem æque admittit.

1526. Ουκ ελθουσαν Ιλιον] Conſtructionis ratio omnino poſtulat ut legatur τας ουκ ελθουσας, nec adverſatur metrum; verſus enim pherecrateus eſt ex diſpondæo, cui opponitur epitritus quartus hexaſyllabus, & καταληκτικη trochaica.

1528. Αναξ, τα χειρις' εν δομοις ευρηκαμεν] Juxta vulgatam lectionem Nuncius contrarium prorſus dicit ejus quod certe dicere voluit, nempe ſe opportune admodum regem domi offendiſſe, ut quamprimum a ſe audiat nova quæ acciderant infortunia. Cum hæc proculdubio ſententia ſit quam exprimere in animo habuit Poeta, ad hanc ita reformandam cenſeo codicum ſcripturam,

Αναξ, τα καιρι' εν δομοις σ' ευρηκαμεν,

O rex, opportune te in ædibus offendi.

1537. Lege ξενῳ 'διδως, id eſt, εδιδως.

1551. Ταρσον τε χειρι' λευκα θ' ιστι' εις εν ην] Minus plene diſtingue poſt χειρι, & ita verte; *Et remorum ſeries ad manum, candidaque vela in unum collecta erant.*

1552. Πηδαλια τε ζευγλαισι παρακαθιετο] Verte, *Et gubernacula juxta cardines ſuos demittebantur.*

1565. Ηδ' ην μεν ηδ' υποψια] Legendum puto ηδη υποψια, ex finali η & initiali υ facta craſi. Vide ſupra ad v. 535.

1571. Εὐ ιαδε κουφιζοντα] Verbum κουφιζειν non tantum *levem facere*, *ſurſum tollere*, ſignificat, ſed & *levem eſſe*. Heſiod. Εργ. v. 463.

Νειον δε σπειρειν ετι κουφιζουσαν αρουραν.

Exemplum ſuppeditavit *Conſtantinus* in Lexico.

1583. Μοναμπυκον δε Μενελεως ψαχων δεμας] Μοναμπυκον hîc *Equum* ſignificare nullus dubito, *una* ſcilicet *vitta ornatum*; taurum enim jam in navem impoſuerant Menelai comites, equi autem æque ac tauri in hiſce inferiis mactandi ſupra v. 1274 fit mentio. Μοναμπυξ, aut μοναμπυκος eſt *Equus ſellarius* in contradiſtinctionem *jugalium*, ita dictus quia unico freno regebatur. Vide Etymolog. Magn. voce κελητιζει.

1586. Πλευστα κλιμακτηρες ευφυεσιν ποδες] Minime audiendus eſt *Scaliger*. reponens πηξαντα, hac enim lectione

lectione admiſſa ſequi debebat ευστροφῳ ποδι, non ευστροφου ποδος. Recte autem πλεκτα, quia ſcalæ navales e funibus contextæ anguſtiores fere habent gradus, ita ut pes eos quaſi implere dici poſſit.

V. 1591. 1592. Λαθραι' εχοντες, ορθια τ' εξεπιμπλατο
Βοης κελευθου φθεγμαθ', ως ηκουσαμεν]
Quin hæc corrupta ſint dubitari non poteſt, præterquam enim quod verſus prior anapæſtum in quarta ſede habeat, qualis eſt, obſecro, iſta loquendi formula, ορθια φθεγματα εξεπιμπλαντο βοης? Quidquamne putidius magiſve affectatum excogitari poteſt? Forſan legi poteſt,

Λαθραι' εχοντες, ορθια τ' επιμπετο
Βοη, κελευθου φθεγμαθ', ως ηκουσαμεν.

Verte, *Clarus autem ſublatus eſt clamor*, *voces* ſcilicet *iter capeſſentibus uſitatæ*, *quantum eas nos intelleximus*.

1606. Παλιν πλεωμεν Ναξιαν' κελευε συ] Suavis eſt *Barneſius* Pharum inſulam a Poeta Naxiam forte appellatam hariolans, per περιληψιν, ob Phariam turrim in illa poſtea a Soſtrate Cnidio vel Naxio extructam, cum turris iſta non niſi temporibus Ptolemæi Philadelphi, multis poſt *Euripidem* vita functum annis, a Soſtrate fuerit ædificata. Si conjecturis indulgere licet, pro Ναξιαν legi poteſt (diſtinctione poſt πλεωμεν poſita) Ναυταις κελευε συ.

V. 1613. — λοισθον, adverbialiter, *ad extremum*, *tandem*.

1631. — ὁρμιαν, *funiculum piſcatorium*.

1654. Οσα δρᾳν τωνδ' εκδικω] *Grotius* legit ὅσα δρᾳν τωδ' εκδικω, ſed optime ſe habet vulgata ſcriptura, neque conjecturis indulgendi ulla neceſſitas.

1669. Και τοις θεοις παρεξετ' ονομ'] Lege παρεξει τ' ονομ', & verte; *Et nomen ſuum diis in eorum commodum utendum præbuit*, Helena ſcilicet.

1670. Εν τοισιν αυτοις δει νιν εξευχθαι γαμοις] Legendum puto Εν τοισιν αυ σοις.

1674. Παλαι δ' αδελφην και σεαν εξεσωσαμεν] Græcæ linguæ indoles omnino poſtulat legendum κἀν σεαν εξεσωσαμεν.

1676. Αλλ ησσονες ημεν του πεπρωμενου θ' αμα] Anapæſtum in ſecunda ſede vitabis ſi legas ἥσσον', id eſt, ἥσσονε, numero duali.

1687. 1688. Σπαρτης απαρας, των κατ' ουρανον δομων
Κλεψας δαμαρ σου, μη Παρις γημειε σε] Mallem των κατ Ευρωταν δομων. Nam nec ex ædibus cœleſtibus Helenam furatus eſt Mercurius, ſed e Sparta, ut ipſa jam ſupra v. 249 — 253 teſtata eſt; nec phantaſma ad ejus ſimilitudinem conflatum δαμαρ σου diceretur; neque vel iſtud e cœlo furatum eſſe Mercurium, quod *Barneſio* placuit, ſupponere patiuntur præcedentia v. 33 — 35. 592. 689.

NOTÆ

NOTÆ IN IONEM.

V. 23. Παρθενοις Αγραυλου] *Berkelius* ad *Stephanum Byzantinum*, voce Αγραυλη contendit nomen Cecropis filiæ recte ſcribi Αγραυλος non Αγλαυρος, & me ſane judice, ſententiam ſuam veriſimiliorem eſſe luculenter evincit.

41. Ανιππευοντος ἡλιου κυκλῳ] Verte, *In ſolis aſcendentis orbe*, id eſt, Dum orbem curſus diurni ſol aſcendebat.

68. Κ' ου λεληθεν, ὡς δοκει. *Nec obſcure id facit, ut videtur.*

82. 83. Αρματα μεν ταδε λαμπρα τεθριππων
Ηλιος ηδη λαμπει κατα γην] Ut conſtare poſſit conſtructionis ratio, legendum videtur Ηλιου.

99. Lege metri gratia ἐθελουν, ut & v. 104. στεφεων, & v. 106. ζακεων.

100. Μαντιπολεις] Recte *H. Steph.* ex veteri codice repoſuit μαντιπολοις.

115. Σαιρει. Conſtructio poſtulare videtur σαιρεις.

116. Verſus glyconius eſt πολυφυλλαστου, ex moloſſo (cui in antiſtropha opponitur creticus) & choriambo. Vide not. ad *Helen.* v. 1318. Similis eſt etiam v. 114.

120. Μυρσινας ἱεραν φοβαν] Legendum videtur,
Μυρσινας ἱερα φοβα.
Nam aliter nullam conſtructionis rationem in hac clauſula ſervatam video, nec a quo regi poſſit accuſativus φοβαν invenio.

140. Conſtructionis ratio poſtulare videtur ut legamus,
Φοιβον τον κατα ναον,
ut Φοιβον ſcilicet jungatur cum τον ωφιλιμον quod præcedit.

149. 150. His duobus verſibus proceleuſmaticus vice ſpondæi ſive dactyli fungitur.

162. Hunc locum primus emendavit *Victorius* Var. Lect. lib. XIII. cap. 17. Laudat etiam Demetrius Περι Ερμηνειας §. 199.

167. Verſu ſequente a vocali incipiente, ut fulciatur metrum legi malim,
Λιμνας τ' ἐπεβα τας Δηλιαδος γ'.

V. 186. 187. Ultima του θεραπειαι ſequente vocali brevi non eliditur; diphthongus enim αι in verbis tantum, non in nominibus, apud Atticos eliſionem talem patitur. Ita igitur conſtitui debent hi verſus,
Θεων μονον, ουδ' Αγυιατιδες θεραπειαι' anapæſticus dimeter hypercatalectus
Αλλα γε και παρα Λοξια glyconius.

188. 189. Τῳ Λατους, διδυμων προσω-
πων καλλιβλεφαρον φως] Plene diſtinguendum cenſeo poſt Λατους; iſta vero διδυμων προσωπων καλλιβλεφαρον φως, de Apolline forſan & Diana intelligi debent, cujus ſimulachra parietibus depicta videbantur. Interpretationem certe *Barneſianam* neutiquam ex his verbis extundes.

196. 197. Τις αρ', ὁς ἐμαις μυθευεται
Παρα πηναισιν] Pone interrogandi notam poſt Τις αρ', & verte, *Quis ſcilicet? An ille de quo in meis textis fabula?*

210. Γοργωπον παλλουσαν ιτυν] Infeliciter prorſus pro ιτυν *Barneſius* legendum conjicit ιτεαν, *haſtam*; manifeſte enim deſignatur Palladis clypeus Gorgonis caput in medio habens, Ægidis nomine apud Poetas celebratus. Hujus autem id erat proprium, ut concuſſa aſpectu & ſonitu hoſtium animis conſternationem immitteret, eoſque in fugam verteret. Teſtes ſint Homerus Iliad. Δ. v. 167. Ρ. 593. 595. & Horatius Od. lib. III. Od. 4. v. 55 — 58.

Quid Rhœcus, evulſiſque truncis
Enceladus jaculator audax,
Contra ſonantem Palladis Ægida
Poſſent ruentes?

221. Hic verſus in duos dividi debet,
Χο. Λιαν φοβη γ' ionicus a majore monometer
Ιων. Ου θεμις, ω ξεναι. baſis anapæſtica.

222. Particula αν recte & ex uſu iteratur, nec a *Barneſio* ſollicitari oportuit.

223. 224. 225. Ita hi verſus conſtitui debent,
Ιων. Τινα δε θελεις; baſis iambica

Χο.

Χο. Αρ' οντως μεσον ομφαλον glyconius
Γας Φοιβου κατεχει δομος; idem
Ιων. Στεμμασι γ' ενδυτος, αμφι δε Γοργονες dactylicus tetrameter
Χο. Ουτω και φατις αυδᾳ idem trimeter, vel pherecrateus.

V. 235. 236. Παλλαδος οικια τερπνα μελαθρα
Των εμων Τυραννων. παρουσας δ' αμφι τασδ' ερωτα.] Legendum exiſtimo, παρουσας αμφι τασδ' ερωτᾷς, *De hac quæ nunc adeſt ſciſcitaris.* Hæc enim proculdubio a Choro famularum Athenienſium ſuperveniente domina dici intelligenda ſunt, non ipſi Creuſæ tribuenda. Alter àutem verſus in duos ita melius divideтur,
Των εμων Τυραννων ithyphallicus
Παρουσας δ' αμφι τασδ' ερωτᾷς antiſpaſticus dimeter hypercatalectus.

265. Προς θεων αληθες, ὡς μεμυθευται βροτοις.] Pone Interpretem ſecutus interrogationis notam ad finem verſus.

275. Εστιν extra verſum ponitur.

276. Ου καμνω σχολη, vertendum puto, *Otio non deſtituor.*

285. Αστραπαι τε Πυθιαι, verte cum *Brodæo*, *Radii ſolares.*

321. Φοιβου προφητις, μητερ' ὡς νομιζομεν] Conjectura *Barneſii* reponentis ἡν pro ὡς minime recipienda eſt, quippe quæ diſertis verbis contradicat iis quæ paullo ante v. 313. dixerat Ion. Nec mutatione opus eſt. Verte, *Phœbi ſacerdos*; *eam in matris loco ducimus*, vel, *quaſi matrem æſtimamus.*

331. Ει μοι ξυλλαβῃ. Verte cum *Brodæo*, *Si me in hoc juveris.*

341. Ουκ εστιν' ανδρος αδικιαν αισχυνεται] Verte ad mentem *Brodæi*; *Non ita eſt*; *viri alicujus injuriæ eam pudet.*

342. 343. Κρε. Ο φησιν αυτη, και πεπονθεν αθλια.
Ιων. Τι χρημα δρασασ', ει θεῳ συνεζυγη] Ita verte; Cre. *Quod dicit ipſa* (ſcilicet hoc eſt) *& miſerabilia etiam paſſa eſt.* Ion. *Quo ſuo facto hoc evenit, quandoquidem cum deo rem habuit?*

377. Η δι' οιωνων πτερυς] Reſcribendum puto πτερων, aliter præpoſitioni δια conſtructio ſua non conſtat.

382. 383. — ιν δ' αν εντυχεις
Μολις ποτ' εξευροι τις ανθρωπων βιῳ] Paullo aliter hæc leguntur apud *Stobæum* Tit. XCVIII. Edit. *Grot.*

— ινα δ' αιεν τυχης
Μολις ποτ' εξευροι τις ανθρωπου βιον

unde in proclivi eſt conjicere Poetam ſcripſiſſe,

ινα δ' αν εντυχῃ
Μολις ποτ' εξευροι τις ανθρωπου βιον —

V. 404. Αφικου δ' εις μεριμνας] Verte, *Sed meditationi cuidam meæ ſuperveniſti.*

406. Παιδων ὁπως ναν σπερμα συγκραθησεται] Forſan συγκάτθησεται, *concedet.*

411. Α τε ναν συμβολαια προσθεν ην,
Ες παιδα τον σον μεταπεσοι βελτιονα] Ita hæc vertenda opinor; *Quæque commercia nobis prius* (cum Trophonio ſcilicet) *fuerint, in filium tuum* (Apollinem) *transferantur ſucceſſu meliori.*

419. 420. Χρηστηριον πεπτωκε τοις επηλυσι
Κοινον προ ναου] Verte, *Oraculum quod in anteriori templi parte editur omnibus advenis commune obtigit.* Ideo ſcilicet deum in aditis, non in προναῳ, conſulere voluit Xuthus, ne advenarum turbæ immiſceretur, & ut ſolus & ſecreto vota ſua concipere, & deo commendare poſſet.

431. Η τοι φυγουσα γης ὑπερ μαντευεται] In *Aldina* legitur φιλουσα, ex codice vero *Stephaniano* profectum eſt το φυγουσα, quæ lectio certiſſime vitioſa eſt. Jam enim colloquio præcedente Creuſa Ioni fuſe & perſpicue enarraverat, quænam & unde erat, & qua occaſione oraculum conſultum advenerat, ut ſuſpicioni iſti, eam ſcilicet patriâ exulem ſuper patria oraculum conſulere velle, nullus omnino locus eſſe poſſet. Legendum igitur puto,
Η τοι φιλη 'ουσα της ὑπερ μαντευεται.
An hoc facit ex amicitia erga illam in cujus gratiam oraculum conſulere cupit? Ultima ſcilicet ſyllaba του φιλη, & prima του ουσα in unam per craſin coeunt.

437. 438. 439. Si hæc ita interpunctionibus diſtinguas, longe luculentior evadet ſententia,
Φοιβος' τι πασχει; παρθενους βιᾳ γαμων
Προδιδωσι, παιδας, εκτεκνουμενος λαθρα,
Θνησκοντας αμελει. μη συ γ'· αλλ' επει κρατεις —
Phœbus vero mihi monendus eſt. Quid illi uſu venit? Virgines per vim comprimens deſtituit, liberos clam ſuſcipiens morti eoſdem objectos deſerit. Ne tu quidem hoc facias; *ſed quandoquidem potentia præſtas* &c. Conſtructio adverbium ἀμέλει reſpuens omnino verbum αμελεῖ hîc legi poſtulat.

455. 456. 457. Προμηθει Τιτανι λοχευθεισαν κατ' ακροτατας
Κορυφας Διος] Prometheus ipſe, non Vulcanus hîc deſignatur. Unus enim Titanum erat Prometheus quod de Vulcano nequaquam dici poteſt. Vide Heſiod. Theogon. v. 134. 207. 507 — 510.

457. Ut metrum antithetico reſpondere poſſit pro

πετρια

ποτνια legendum eſt ποτνα; verſus enim anapæſtica eſt hephthemimeris.

V. 459. In glyconio πολυϐημαπςῳ epitritus primus in prima ſede rite diſpondæo opponitur.

463. Παραχριμπτῳ τριποδι] Παραχριμπτος vocabulum eſt quod vix alibi reperias, & de quo valde dubito an ſignificare poſſit, *Numine afflatus*, prout ab Interprete vulgari redditur, aut *Inſanus*, quod *Brodæo* placet. Mihi potius tribus vocibus legendum videtur,

Παρα χριμπτω τριποδι,

Apud tripoda ſubſultantem, propter afflatum ſcilicet *ex antro aſcendentem.*

465. Ut metrum antiſtrophico reſpondeat ita forſan ſupplendum eſt,

Συ, και παις ὁ Λατογενης glyconius πολυϐημαπςος.

466. 467. Horum verſuum alter plane αμετρος eſt; ita igitur utrumque conſtituendum exiſtimo,

Δυο θεαι, δυο παρθενοι, κα- trochaicus dimeter
σιγνηται σεμναι του Φοιϐου ſpondaicus tetrameter;

& ſimiliter in antiſtropha,

Βασιλικων θαλαμων τ' ειη τρο-
φαι κνδνοι κεδνων τεκεων.

472 — 477. Υπερϐαλλουσας γαρ εχει
Θνατοις ευδαιμονιας,
Ακινητος αφορμα
Τεκεων, οις αν καρποτροφοι
Λαμπωσιν εν θαλαμοις
Πατρωοισι νεανιδες ἡϐαι] *Aldina*, *Brodæus*, & *Grotius* lectionem longe, meo judicio, meliorem ſuppeditant, ſcilicet ακινητον αφορμαν, ut ευδαιμονιας genitivo caſu poſitum regatur ab αφορμαν, & τεκεων a nominativo ſequente ἡϐαι. Ita enim inſtitui debet conſtructio, Οις αν νεανιδες ἡϐαι καρποτροφοι τεκεων λαμπωσιν εν θαλαμοις πατρωοισι τουτο το πραγμα εχει ακινητον αφορμαν ὑπερϐαλλουσης ευδαιμονιας θνατοις. *Quibuſcunque enim florida juventus frugibus nutrita ſplendet in thalamis paternis, ea res fundamentum præbet ſtabile eximiæ felicitatis mortalibus.*

493. Verſus eſt glyconius πολυϐημαπςος ex bacchio & choriambo.

494. Μυχοι δεσοι μακραις] Legendum puto,

Μυχοι τε τισι μακραις.

498. 499. Συναγγων υπ' αυλας
Ιαχας ὑμων] Omnino legendum juxta *H. Stephani* codices ὑμνον, ut a verbo ανειζης pendeat. Genitivus enim ὑμνων ab ιαχας regi non poteſt, cum vox hæc jam genitivum habeat συριγγων quem regit.

504 — 509. Ita hos verſus conſtitui debere cenſeo,

Πτανοισιν εξοιστον periodus catalectus
Θοιναν, θηρσι τε φοιναν pherecrateus
Δαιτα, πικραν γαμων ὑϐριν. idem
Ουτ' επι κερκισιν ουτε λογοις φατιν dactylicus tetrameter
Αιων, ευτυχιας baſis anapæſtica
Μετισχειν θεοθεν τεκνα θνατοις. paroemiacus.

V. 519. Σωματος τ' αμφι πτυχας] *Valckenarius* ad *Phæniſſ.* 1665. recte reponit αμφιπτυχας.

522. Litera ρ revera ectatica eſt juxta monitum egregium eruditiſſimi *Daweſii* Miſcell. Critic. p. 159. 160. Sermonis Attici ſcilicet eſſe proprium omnibus omnino verbis a ρ incipientibus duplicis conſonantis vim perpetuam conferre: prima igitur του ῥεξεις in pronunciatione duplicanda eſt.

525. Ως τι δη φευγεις εμε σαυτου γνωρισας τα φιλτατα] Concinnius erit metrum ſi pro εμε legas με. Verte autem, *Quamobrem quæſo me fugis, cum deprehenderis me ex iis eſſe qui chariſſimi tibi eſſe debent.*

552. Ut ſervetur ratio commatis trochaici, & fidem editionum præcedentium ſecutus, lege τα του θεου γ' εκμαθων.

554. Ο πατρος σ' εξευρειν, τεκνον] Si ſalvum vis metrum το σε omnino expungendum eſt, & ſubaudiendum.

559. ἡ οτι γε γηϊδαι] Lege omnino cum *Scaligero* ὁ σοι γε, exigente metro.

560. Elegantius erit metrum ſi pro πειθομενος legas πιθομενος.

570. Και συνηψ' εμοι τε σε] Particula τε hîc non otioſa eſt, ſed pronomina εμε & σε connectit. Conſtructio enim eſt, και συνηψε εμοι τε σε, συ τε αυ ευρες τα φιλτατα. Minus plene igitur diſtinguendum poſt σε.

572. Ο δ' ηξας ορθως, τουτο καμ' εχει ποθος] Conſtructio eſt, Εις ὁ δε ηξας ορθως, εις τουτο και ποθος εχει εμε.

578. Ου σ' ολϐιον μεν σκηπτρον αναμενει πατρος] Malim cum *Æm. Porto* αναμένει.

594. Μηδεν και ουδεν ωδαδ' αν κεκλησομαι] Vetus ſcriptura Μηδεν και ουδεν ων κεκλησομαι verſum nobis dat mutilum ſaltem, forſan & corruptum, quem variis modis reſtituere & ſupplere conati ſunt viri eruditi, *Æmilius Portus*, *Scaliger*. *Grotius*, *Miltonus*, *Barneſius*, *Valckenarius*, ſucceſſu omnes non admodum felici. Mihi perſuaſum eſt defectum in priori verſus parte poſt vocem Μηδεν latere, cætera veterem ſcripturam ſanam eſſe. Ibi igitur ſupplendum eſt verbum aliquod, ut πεφυκως, aut ſimile quiddam,

Μηδεν πεφυκως, κ' ουδεν ων κεκλησομαι.

602. 603. Των δ' αυ λογιων τε, χρωμενων τε τη πολει,
Εις αξιωμα βας, πλεον φρουρησομαι

S Υπ-

Ψηφωσιν] Verte, *Rurſus vero diſerti homines, & reipublicæ participes, ad dignitatem me aſcendentem magis cavebunt ſuffragiis.* Vitabitur autem anapæſtus in ſecunda ſede verſuum horum primi, ſi ordine verborum leviter immutato legas Τον δ' αυ τι λογιον.

V. 616. Οσας σφαγας δη φαρμακων θανασιμων] Claudicat metrum pyrrhichio quintam occupante ſedem, quod Editores omnes ſilentio tranſmiſerunt. Legendum proculdubio φαρμακων τε θανασιμων, ut genitivus hic a ſequente διαφθορας pendeat.

637. Lege χαλκεων.

642. Καν ακοντι η. *Etiamſi hoc a voluntate noſtra non pendeat.*

676. 677. Horum verſuum metra toto cœlo ab antitheticis diſcrepant; ita forſan leviſſima mutatione reſtitui poſſunt,

Οσα δακρυα μεν πι, και πενθιμους aſynartetus ex dochmaicis

Αλλας γε ςεναγμων εισβολας antiſpaſticus dimeter hypercatalectus;

quibus in antiſtropha reſpondebunt,

Φιλαι, ποτε' εμα διαπονα ταδε

Τοσως τε οις γεγωνησομεν.

682. Εχθρας εις ὑμνῳδιαν] Ut metrum antiſtrophico reſpondeat ejiciendum eſt το τις, quod & ſententiam conturbat. Verſus eſt periodus catalectus.

687. Verſus eſt ionicus a minore dimeter catalectus ex moloſſo & trochaica καταχλειδι. Similis acatalectus eſt v. 717.

688. Plene diſtinguendum cenſeo cum *Brodæo* ad finem verſus.

689. Claudicat metrum nec antithetico reſpondet; forſan legendum eſt,

Ατοπος αρ' ατοπα μεν iambicus dimeter brachycatalectus.

701. Πεσις δ' ακηχητος φιλων] Ακηχητος mera eſt conjectura *Barneſii*; mihi omnino reponendum videtur, quod exhibent vetera exemplaria *H. Stephani*, απιτος, ut ſententia ſit, *Maritus vero hoc facto exiſtimatione ſua apud amicos excidet.*

703. Μεγαν τε ολβον ουκ τονσει, τυχης] Ut metrum ſtrophico reſpondeat lege τονσειν. Mallem etiam τυχας quarto caſu, non τυχης, ut a verbo τονσειν regatur.

711. Ἡ δη πλαγας δυστηνων κυρει] Legendum puto Ἠδη, uno vocabulo, ut & κυρει a κυρω, priore longa, non a κυρεω, aliter metri, quod anapæſticum eſt, non conſtabit ratio.

721 — 724. Ita potius hi verſus conſtitui debent,

Στυγουμενα γαρ αυ πολις εχοι σκηψιν, aſynartetus ex dochmaicis

Επικον εισβολαν. Αλις, αλις ὁ παρος idem

Αρχαγος ων Ερεχθευς αναξ. antiſpaſticus dimeter hypercatalectus.

V. 731. 732. Apud *Stobæum* edit. *Grot.* legitur ὁ μη γινοιτο, & εμβλεψαι.

737. Τους σους παλαιους εκγονους αυτοχθονας] Subauditur προγονους, ut conſtructio ſit, τους σους παλαιους προγονους οντας εκγονους αυτοχθονας, *ex ipſa terra ortos.*

743. Βακτρῳ δ' ερεισον πειφερη ςιβον χθονος] Ερεισον, *firma te.* Ad πειφερη ςιβον χθονος ſubaudi κατα. Quidquid autem rotundum eſt, aſcenſu etiam arduum eſt, quam ſignificationem το πειφερη hîc habere puto; eâdem ſcilicet analogiâ πειχλινης pro eo quod acclive eſt uſurpatur. παραφερη quod maluit *Scaliger.* vox, ut puto, commentitia eſt, cujus proinde poteſtas ignoratur.

745. Αλλα μη 'παρεικε πω] Απαρεικειν verbum tranſitivum eſt, neque unquam, quantum mihi ſaltem conſtat, verbi neutrius poteſtate gaudet. Forſan legendum eſt μη 'πειρηκε πω, *ne deſpondeas, ne deficias.*

746. Ουκουν εκων γε, του δ' ακοντος ου κρατω] Ακων penultimam producit utpote ex αεκων contractum; metrum igitur claudicat, ſpondæo quartam ſedem occupante, licet id Editorum nemini animadverſum. Forſan reſcribi poteſt,

Ουκουν εκων γ', ακοντος ου γαρ δη κρατω.

764. Hic verſus in duos dividi debet,

Συμφορας ιδεδον, επαθον Euripideus

Αχος αβιωτον, ω φιλαι iambicus dimeter.

766. 767. Ita melius hi verſus conſtituentur,

Διατταιος επιπον οδυνα glyconius

Με πνευμονων τωνδ' εσω periodus catalectus.

782. Lege φης, & ſimiliter v. 931. 932.

791. 792. Ita hos verſus conſtituendos cenſeo,

Το δ' εμον, ατεκνον ithyphallicus

Ελιπεν αρα βιοτον' iambicus dimeter brachycatalectus

Ερημα δ' ορφανους periodus catalectus

Δομους οικησω. dochmaicus.

793. Πως δε; που νιν εισιδων;] Verior mihi videtur codicum & editionum præcedentium ſcriptura, που νιν εισιδω; *Ubinam eum aſpicere poſſim?*

859. 860. 861. Ita conſtitui debent hi verſus,

Ω ψυχα πως σιγασω;

Πως δε σκοτιας αναφηνασ'

Ευνας αιδους απολειφθω;

Pulcherrimâ autem, ut mihi videtur, conjecturâ *Barneſius* reſtituit αναφηνασ', pro αναφηνω quod hactenus obtinuit.

863. Ut expleatur metrum legendum eſt αγωνα τι.

V. 883.

V. 883. Κερασιν εν αψυχοις αχει] *Brodæus* hæc interpretatur de citharæ nervis; ſed ubi invenies κερας pro *nervo* aut *chorda* uſurpatum? aut qua ex analogia voci iſti competere poſſit hæc ſignificatio? Potius *plectrum* intelligi dicendum eſt, quod forſan e cornu factum erat; aut poteſt etiam chelonium reſpici, ſive teſtudinis concha, cujus ſubſtantia corneæ non adeo eſt abſimilis, ex qua citharæ fundus, ſive pars concava, efficiebatur. Vide Homer. Hymn. ad Mercurium v. 40 — 55. Proceleuſmaticus autem pro anapæſto primam ſedem occupat.

888. 889. 890. — ευτ' εις κολπους
Κροκεα πεταλα φαρεσιν εδρεπον,
Ανθιζειν χρυσανταυγη] Ita hæc non male interpretatur *Brodæus*; *Cum croceos flores meterem, ac eos in veſte colligerem, ut corollas aureo colore variarem.* Horum autem verſuum ſecundus trochaicus eſt dimeter inter anapæſticos inſertus, quod & alias etiam factum vide not. ad *Troad.* v. 218.

893. Θεος ὁμευνετας] Minus procedit metrum niſi legas,

Θειος ὁμευνετας —

Ευνετης, ανηρ. *Heſych.*

896. Primum pedem proceleuſmaticum pro anapæſto habet, ut & v. 905.

900. Ut conſtet metrum lege,

Ινα μ' εν λεχεσιν μελεαν μελεοις.

909. 910. Ita hi verſus conſtituendi,

Προς χρυσεοις θακοις,
Και γαιας μεσσηρεις ἑδρας.

915. Ut conſtet metrum lege εις οικους.

917. 918. Ita hi verſus conſtitui debent,

Οιωνοις ερρει συλαθεις,
Οικεια σπαργανα πατρος
Εξαλλαξας.

919. Μισει σ' ἁ Δαλος] Rectius puto leges Μισοι σ' ἁ Δαλος, *Oderit te Delus.*

921. 922. Ενθα λοχευματα σεμν' ελοχευσατο
Λατω διοισι σε καρποις] Διοισι καρποις *Brodæus* interpretatur *Jovis ſemine*, ſed repugnante plane & verborum poteſtate, & ſtructuræ indole. Nec meliore ſucceſſu uſi qui repoſuerunt δισσοισι καρποις; Quid enim eſt λοχευσασθαι λοχευμα καρποις; Verba proculdubio corrupta ſunt; ſed abſque meliorum codicum ſubſidio emendationem vix ſperandam exiſtimo.

932. Ποιον τεκνον φης παιδα; που θειναι πολεος;] Ultima ſenarii ſedes tribrachyn non admittit; lege igitur πολεως, quæ vox duabus ultimis ſyllabis contractis diſſyllaba fit. *Barneſius* autem ideo hanc lectionem mendi ſuſpicatur, quia neque in urbe expoſitus erat infans, nec exponi putandus. At omnia ad hiſtoriam pueri pertinentia Pædagogo adhuc prorſus ignota fuiſſe, reputaſſe debebat.

V. 931. Τι φης; τινα λογον Λοξιου κατηγορεις] Vera hujus ſyntaxeos ratio non eſt, κατα τινα λογον Λοξιου κατηγορεις; ſed, τινα λογον Λοξιου κατηγορων φης;

943. Ουκ ειδ'· αληθη δ' ει λεγεις, φαιημεν αν] Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 247. Forſan autem legi poteſt φαιην μεν αν. Vide ſupra ad *Helen.* 1016.

948. Η μονη μοχθεις ταδε] *Valckenar.* ad *Phœniſſ* 856. reponit 'μοχθεις non male, quanquam præcedente verbo temporis præſentis λογχευει, ferri poteſt etiam vulgata.

994. 995. 996. Αρ' ουτος εσθ' ὁ μυθος, ὁν κλυω παλαι;
Κρ. Ταυτης Αθαναν δερος επι στερνοις εχειν.
Πρ. Ην Αιγιδ' ονομαζουσι, Παλλαδος στολην]
Horum verſuum ſecundum non Creuſæ tribuendum, ſed omnes tres ad Pædagogi partes pertinere exiſtimo.

999. Η τι γ' ου μελλεις; *Aut quare eum non noviſſe debes?*

1006. Εν τῳ καθαψας αμφι παιδι σωματος] Conſtructio eſt, εν τῳ σωματος, id eſt, εν τινι σωματος μερει καθαψας αμφι παιδι; *In qua corporis parte puero appendens?*

1011. Κοιλης μεν ὁστις φλεβος απεσταξεν φονου] Verte, *Illa gutta ſanguinis quæ e vena concava ſtillaverat.* Nihil hîc de vena dextra aut ſiniſtra ne ſomniavit quidem Poeta. Guttarum una ſanguis erat qui e vena Gorgonis ſtillaverat; altera, venenum, quod e ſerpentibus qui Gorgonis pectus circumplicabantur fluxerat, ut patet e v. 1015. Cum *Barneſio* autem ad ὁστις ſubaudiendum σταλαγμος, aut potius a v. 1003 repetendum cenſeo, unde etiam pendet genitivus φονου.

1015. Ιον] Lege ex fide editionum præcedentium ιος.

1035. Μη γαρ πασι] *Non enim omnibus propinandum hoc venenum.*

1055. Verſus eſt ionicus a minore dimeter acatalectus, ex pæone tertio, cui in antiſtropha opponitur ionicus, & ditrochæo.

1063 — 1068. Α τε νυν φερετ' ελπις, η θηκ-
τον ξιφος, η λαιμων εξα-
ψειν βροχον αμφι δειραν.
Παθεσι παθεα δ' ε-
ξανυσασ', εις αλλας
Βιοτου μορφας κατεισιν] Pro δειραν lege δεραν, ut metrum ſtrophæ reſpondeat. Ita autem inſtitui debet conſtructio; ἡ τι ελπις νυν φερεται Κρεουσα

η θηκτον ξιφος δια λαιμων ωσει, η εξαψει βροχον τε λαιμων αμφι δειρην, και αυτη η Κρεουσα εξανυουσα παθεα παθεσιν κατεισιν εις αλλας μορφας βιοτου. Verte; *Hoc etiam nunc expectandum eſt, ut vel gladium acutum per guttur adigat, vel ut gutturi laqueum aptet circa collum. Illa vero cum dolores doloribus terminaverit, ad alias vitæ formas deſcendet.* Vide *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 394 — 401,

V. 1074. Per τον πολυυμνον θεον hic deſignatur Phœbus; nam Bacchus huic negotio nequaquam ſe immiſcuerat.

1075. Ει παρα καλλιχοροισι παγαις] Hunc locum explicant hæc Pauſaniæ verba lib. I. p. 93. φρεαρ τε καλουμενον καλλιχορον, ενθα πρωτον Ελευσινιων αι γυναικες χορον εστησαν, και ησαν εις την θεον. Vide etiam *Supplic.* v. 392. 619.

1077. Οψεται εννυχιος, αυπνος ων] Ad hæc ſubaudiendus eſt Ion, vel potius a v. 1084 repetendus ὁ φοιβειος αλατης.

1081. Lege κοραι, ut metrum antiſtrophico reſpondeat.

1083. Verſus eſt antiſpaſticus hemiholius, ex antiſpaſto pentaſyllabo & anapæſto. Nam των αιτιαων ſyllaba ſecunda brevis eſt, aut quia duarum ν alteram exterere licet, quod in ιεννυς & aliis ejuſmodi vocibus interdum fieri alibi notavimus, vide not. ad *Iphig. in Taur.* v. 931. aut quia vocalis brevis liquidam λ vel ν duplicatam præcedens αδιαφορος eſt. Vide not. ad *Bacch.* v. 606. In antithetico autem antiſpaſto opponitur epitritus quartus pentaſyllabus.

1087. 1088. Ut horum verſuum metra antitheticis reſpondere poſſint, ita emendari debere cenſeo,

Ινα γ' ελπιζει βασιλευσειν anapæſtica hepthemimeris

Αλλων ποτε ετεων ionicus a majore dimeter catalectus.

1095. Αδικον αρετον ανδρων] Verte ad mentem *Brodæi*, *Injuſtos quoad rem veneream virorum mores.* Αροτος enim nunquam id quod eſt *genus* vel *propago* ſignificat, ſed *ipſum generandi actum.*

1097. Και μουσ' εις ανδρας ιτω] Omnino legendum eſt cum *Duporto* ιτω; nam ιτω Attice pro ιτωσαν, nunquam autem pro ιτωσαν, ponitur. Nec obſtat metri ratio; in antithetico enim κοραι pro κουραι reponi poſſe jam monuimus. Verſus ſcilicet glyconius eſt πολυμναμονες ex moloſſo & choriambo, cui ſimilis omnino eſt v. 1100. Vide not. ad *Helen.* v. 1318.

1098. Δυσκελαδος αμφι λεκτρων] Metrum antithetico nequaquam reſpondet, ſed adamuſſim reſpondebit ſi pro αμφι legas πει, quod æque admittit ſententia.

V. 1108. Ζητων νιν εξεπλησα, κ'ουκ εχω λαβειν] Εξεπλησα, *explevi*, ζητημα ſcilicet; neque enim εξεπληξα, quæ conjectura eſt *Scaligeri*, locum hic habere poſſe puto.

1111. Θηρωμεθ'· αρχαι δ' αιδ' επιχωριοι χθονος] Omnino cum *Scaligero* legendum eſt αι 'πιχωριοι, tum ut videtur in quarta ſede anapæſtus, tum quia non præſentes aderant magiſtratus, ut voce αιδε deſignari poſſent.

1112. Πετρουμενη. *De ſcopulo præcipitata*, ut patet e v. 1222. 1268.

1113. Ουτι που ληλαμμεθα] *Canterus* mavult ληφθημεθα; mihi potius legendum videtur Η τι που ληλημμεθα, *Anne deprehenſæ ſumus?*

1115. Εγνωσμεθ' εξης ουν εν εσχατοις κακοις] Εγνωσμεθ' ουν, a Famulo de ſe, domina, cæteriſque tentatæ cædis conſciis, dictum, nullius figuræ ſive enallages prætextu defendi poteſt. Verbo quippe plurali participium plures eoſque diverſos denotans numero ſingulari jungi plane abſurdiſſimum eſt. Et enallage talis, ſi qua revera eſſet, omnem omnis linguæ rationem jam penitus everteret, ut egregie oſtendit acutiſſimus *Clarkius* ad Homer. Iliad. Β. 228. Ε. 487. Formularum iſtarum quibus hoc defendi poſſe ſperabat *Barneſius*, *inſperanti nobis*, *præſenti nobis*, *merenti nobis*, & ſimilium, alia prorſus eſt ratio. In hiſce enim ſingularis tantum perſona deſignatur, pronomine ſcilicet plurali, vi uſûs & conſuetudinis, unum duntaxat hominem, non plures, tunc ſignificante. Ita igitur potius hunc locum reſtitui poſſe exiſtimo,

Εγνωσμεθ'· εξης ουν εν εσχατοις κακοις,

Deprehenſi ſumus: dehinc igitur in malis extremis verſamur.

11 8. Ου μιανθηναι θελων. *Pollutionis ipſe particeps eſſe nolens.*

1120. 1121. Πεπυσμεναι γαρ, ει θανειν ημας χρεων,

Ηδιον αν θανοιμεν, ειθ' οραν φαος] Parum commoda eſt ſententia quam ſuggerit vulgaris lectio, cum hujuſmodi ſcilicet ſit; *Cum enim audiverimus utrum oporteat nos mori an vero vivere, libentius moriemur.* Immo jam audiverant dominam morti fuiſſe damnatam. Mallem igitur cum *Brodæo*, pro ειθ' reponere ειθ', ut poſt ειθ' οραν φαος ſubaudiatur ηδιον αν βιωμεν. Verte, *Cum enim audiverimus quomodo hæc evenerunt, ſi moriendum nobis eſt libentius moriemur, aut ſi vivere conceſſum ſit, vivemus.*

1125. 1126. Σπουδης μεν ηλθ', ινα πυρ πηδα θεου

Βακχειον, ως σφαγαισι Διονυσου πετρας] Hunc locum

locum illuſtrant quæ in *Phœniſſis* leguntur v. 235 — 237.

> Ιω λαμπουσα πετρα πυρος
> Δικορυφον σελας, ὑπερ ακρων
> Βακχειων, Διονυσου οινα θ' —

V. 1128. Αμφηρεις. *Spatium undique includentes.* Ita *Herc. Fur.* v. 243.

> Βωμον πεϱιξ νησαντες αμφηρη ξυλα.

Vide not. ad *Electr.* v. 498.

1134. 1135. 1136. — ἡλιου φλογος

> Καλως φυλαξας ουτε πϱος μεσας βολας
> Ακτινος, ουτ' αυ πϱος τελευτωσας βιον]

Veriſſima eſt ſcriptura veterum exemplarium & omnium editionum præcedentium, Ακτινας, quarto caſu, quam primus ex conjectura in ακτινος mutavit *Scaliger.* quem deinde ſecuti ſunt *Grotius* & *Barneſius,* quo ſuo facto conſtructionem hujus loci prorſus ſubverterunt. Ita enim juxta veterem & veram lectionem inſtituenda erat, Καλως φυλαξας ὡστε ουτε ειναι πϱος μεσας βολας φλογος ἡλιου, ουτε αυ πϱος ακτινας τελευτωσας βιον. Hanc autem ultimam phraſin, τελευτωσας βιον, de ſolis occidentis radiis, duram admodum eſſe, & forſan vix alibi uſitatam, fateor; parum tamen mihi arridet conjectura Anonymi cujuſdam in Obſervat. Miſcell. in Auctor. Tom. 2. p. 95. reponentis τελευτωσας βιαν. Vide etiam ibid. alîus Anonymi notata.

1160. Ευηρετμοις ναυς αντιας Ελληνων] Hîc optime veniret *Barneſii* prolepſis quæ adeo infeliciter ei ceſſit ad *Helen.* v. 1606.

1171. Σκηνης παρελθων πρεσβυς εις μεσον πεδον] Cum ſyllabæ duæ in verſus principio apud exemplaria cuncta ab Editoribus hucuſque adhibita deſint, & conjecturis res neceſſario gerenda ſit, ut expleatur metrum, malim, non Σκηνης reponere, ſed ὁ μεν; quas voces vero non abſimile eſt excidere potuiſſe ob ſimilitudinem duarum ultimarum ſyllabarum vocis ἡδονην proxime præcedentis.

1177. 1178. Επει δ' ες αυλους ἡκεν, ες κρατηρα τε

> Κοινον] *H. Stephanus* teſtatur in libris vett. ſcribi non κοινον, ſed κενον, quam lectionem non ſpernendam eſſe exiſtimo.

1198. 1199. — ὡς δ' απασπασαν μεθυ,

> Κ' εις αυτο χειλη πωματος κεχρημεναι] Omnino retinendum eſt απασπασαν, ut ad convivas referatur, απασπασαν enim, quod *Scaligero* placuit, ſignificat *vinum exhauriverunt.* Non autem, ut opinor, poſtquam vinum exhauriverant, ſed prius, columbæ in ipſum, potûs indigentes, roſtra demiſere. Si quid hîc mutandum eſſet, mallem pro κ' εις, rejecto και, legere εις, ſed ferri poteſt vulgata ſcriptura.

V. 1205. Lege αιαζουσ' εθαμβησεν.

1209. Ut vitetur anapæſtus in quarta ſede proculdubio legendum ἠχ' ὁ μαντευτος γονος.

1214. Επ' αντιφαρω πεπτων ὡς εχονθ' ἑλοι] Ως εχονθ', recte interpretatur *Brodæus,* ὡς εχοντα το φαρμακον.

1226. De poteſtate tranſitiva verbi σπευδειν vide not. ad *Suppl.* v. 161.

1229. Concinnius erit metrum ſi legas εσιν, ut verſus ſit glyconius πολυσχηματισος ex diſpondæo & choriambo.

1232. 1233. Ita hæc metra conſtitui debent,

> Σπονδας εκ Διονυσου pherecrateus
> Βοτρυων θοας εχιδνας trochaicus dimeter
> Σταγοσι μιγνυμενας φονῳ periodus.

Pro φονῳ tamen malim φονου, ut conſtructio ſit σταγοσι φονου εχιδνας, *guttis ſanguinis viperæ*; ita enim & ſupra v. 1011.

> Κοιλης μεν ισης φλεβος αποσταξιν φονου.

Non autem Gorgonem hîc viperam emphatice vocat Poeta, quod ſuggerit *Barneſius,* ſed venenum hoc revera viperæ ſanguis erat, ut patet ex v. 1015.

1246. 1247. Τι ποτ', ω μελεα δεσποινα, μελλει

> Ψυχη ση παθειν] Juxta vulgatam lectionem vacillat hîc metrum; vetus ſcriptura erat μελλει ψυχη ση παθειν, ubi optime ſe habet metrum, non item ſententia quæ revera nulla eſt; utrique ſatis proſpectum erit ſi legas,

> Τι ποτ', ω μελεα Δεσποινα, μελει
> Ψυχη, συ παθοις;

ut conſtructio ſit, μελει ψυχη εμη τι ποτε συ παθοις.

1251. Πυθιῳ ψηφῳ κρατηθεισ'] Lege cum *H. Steph.* Πυθιᾳ.

1280. Οιαν επλεξ'· ου βωμον επτηξεν θεου] Noſtrum ſcripſiſſe puto

> οὗ βωμον επτηξεν θεου,

ad βωμον ſcilicet ſubaudita præpoſitione πϱος, ut ſententia ſit, *Videte quo in loco prope dei aram ſe abdidit.* Verbum πτησσειν in ſignificatione *timendi* neutrum eſt, nec tranſitive, quod ſciam, uſpiam uſurpatum reperitur.

1286. Κἀπειτ' εκτεινας φαρμακοις τον του θεου] Quanquam inficias haud omnino eo, primam του εκτεινας poſſe corripi (vide *Clark.* ad Homer. Iliad. Β. v. 537.) exemplum tamen, quæ analogiam ſuppeditet unde hoc defendi poſſit, me adhuc deprehendiſſe non memini; ideoque mallem cum *Du Porto* εκτανες reponere, præſertim cum ſcripturam codicum εκτανις propius repræſentet: τον του θεου autem verti debet, *dei famulum.*

1288. Αλλ' εγενομεθα, πατρος ουσιαν λεγω] Plurimum ad hunc locum ſe torquet *Barneſius,* nec quidquam pro-

proficit. Vetus ſcriptura erat πατρος δ' ουσιαν λεγω, levi igitur immutatione facta reſcribendum puto,

Αλλ' εγινομεθα το πατρος, ουσιαν λεγω.

At prius hujus fui, partem ejus rei familiaris me fuiſſe dico. Aut diſtinguendum poſt εγινομεθα, non poſt πατρος, ut ſententia ſit, *At fuimus, de conditione mea priori loquor*; & hoc verius exiſtimo.

V. 1340. Lege φως, & ſimiliter v. 1527.

1356. Απασι Ευρωπης δ' ερεις] Eâdem prorſus loquendi formulâ uſus eſt Poeta *Troad.* v. 927.

1368. Ος μετεσχε της τυχης] Verte, *Qui hujus eventus quodammodo auctor fuit*, ſcilicet quando in animo Pythiæ poſuit ut & infantem tolleret, & ejus involucra conſervaret.

1389. Τι ποτε μοι κεκευθατε. *Quidnam demum eſt id quod mihi abſconditis?*

1391. Περιπτυγμα, *Faſcias* ſignificat quibus arca involvebatur.

1396. Σιγαν συ πολλα και παρειθεν οισθα μοι] Hunc verſum non Choro ſed Ioni tribuendum opinor; certe Ionem alloquitur reſpondens Creuſa. Ionem autem, cum hæc dicit, venenum reſpicere putandum eſt.

1424. Θεσφατ' ως ευρισκομεν. *Quaſi divinitus dicta eſſent invenimus.*

1427. 1428. 1429. Κρε. Δρακοντες αρχαιον τι παγχρυσω γενυ.
Ιων. Δωρημ' Αθανας, ἡ τεκν' εντρεφειν λεγει;
Κρε. Εριχθονιου γε του παλαι μιμηματα]

Hi tres verſus Creuſæ omnes ſunt tribuendi. Unde enim reſciret Ion monile ad ſerpentum duorum mutuo implicatorum effigiem fabricatum Minervæ donum eſſe? Legendum autem eſt γενυι, voce diſſyllaba, cujus ultima pronuncianda ſicut υι in υιος, & cum *Barneſio* ῇ pro ῃ.

1441. 1442. Ita interpunctionibus diſtinguendus eſt hic locus,

ὃν κατα γας, ενερων
Χθονιον μετα, Περσεφονας τ', εδοκουν ναιειν.

Præpoſitio enim μετα cum ενερων jungenda eſt.

1452. Hic verſus in duos dividendus eſt,

Κρε. Επι φοβω τρεμω. dochmaicus
Ιων. Μων ουκ εχειν μ' εχουσα; hephthemimeris iambica.

1453. Ut conſtet metrum aſynarteti ex dochmaicis legendum eſt ελπιδας γ'.

1454. Hic verſus in duos dividendus inſerta particula γε ad metrum fulciendum,

Ιω γυναι, baſis iambica
Ποθεν ελαβες εμον βρεφος γ' αγκαλαν aſynartetus ex drochmaicis.

V. 1460. Lege γεννασαν ut conſtet metrum aſynarteti ex dochmaicis.

1464. Hic verſus in duos dividendus,

Δωμα δ' ἑστιουται, ithyphallicus
Ταδε δ' εχει τυραννους. idem.

1470. 1471. Ita hi verſus conſtituendi ſunt & perſonis diſtinguendi,

Κρε. Ω τεκνον. Ιων. Τι φης; penthemimeris trochaica
Κρε. Οιον, οιον αντιλεγχομαι; Euripideus
Ιων. Πως ειπας; Κρε. Αλλοθεν γεγονας αρ', αλλοθεν. ſenarius iambicus.

In verſu ultimo, ne anapæſtus quartam inſideret ſedem, pro γαρ repoſui αρ'. Verte autem; Cre. *O fili.* Ion. *Quid dicis?* Cre. *Quomodo, quomodo convincor?* Ion. *Quidnam dixiſti?* Cre. *Aliunde ortus es ſcilicet, aliunde.*

1487. Malim κρυφιον γ' ωδιν' ut metrum anapæſticum ſit.

1489. Παρθενια δ' εμας ματερος] Satis mihi arridet conjectura *Barneſii* pro εμας reponentis εμου.

1493. Malim χερων, ut verſus ſit ſenarius iambicus catalectus ſimilis præcedenti.

1509. Malim ονειρος γ' ut fulciatur ſyllaba catalectica; verſus enim aſynartetus eſt ex dochmaicis.

1514. Παρ' οιαν ηλθομεν σταθμην βιου] Verte, *Per qualem lineam vitæ, quaſi ad amuſſim directam tranſivimus.*

1537. Ο θεος αληθης, η ματην μαντευεται] Omnino legendum videtur ου ματην μαντευεται; ſenſu enim prorſus caret vulgata lectio.

1549. Εα. Τις οικων θυοδοκων υπερτελης] Forſan legendum θυοδοκων. Ita certe loquitur Poeta ſupra v. 510. 511.

Προσπολοι γυναικες, αἱ τωνδ' αμφι κρηπιδας δομων
Θυοδοκων φρουρημ' εχουσαι δεσποτην φυλασσετε.

1563. Επει δ' ανωχθη πραγμα μηνυθεν τοδε] Verte, *Poſtquam vero divulgabatur res hæc Xutho indicata.*

1570. Εφ' οις εζευξαθ' ἁρματ', εισακουσατον] In hac lectione neque metri neque ſententiæ conſtat ratio; utrique autem pulchre conſultum erit ſi cum *Scaligero* legas,

Εφ' οισιν εζευξ' ἁρματ', εισακουσατον,

Quorum cauſa currus equis junxi. Rectius autem leges εισηκουσατον.

1610. Ουνεχ', οὐ ποτ' ημελησε παιδος, αποδιδωσι μοι] Mallem ημελησα. Noverat enim Creuſa, modo a Pallade edocta, Phœbum quidem filium ſuum nunquam neglexiſſe, quamvis eum neglexiſſe olim ſibi

ſibi viſus fuerat; ipſa autem proculdubio ejus curam abjecerat, quando eum avibus & feris dilaniandum expoſuit.

V. 1614. Μεταβαλουσ' αἰδριας] Cum vetus ſcriptura ſit μεταβαλουσ' ἀει πω, ſimplicior & veriſimilior videtur *Grotii* emendatio, plene diſtinguentis poſt μεταβαλουσ', & reponentis ἀει γε πω, ut hæc cum ſequentibus cohæreant.

V. 1618. Κρ. Αξιον το κτημα μοι] Hæc Ioni potius tribuenda videntur.

NOTÆ
IN HERCULEM FURENTEM.

V. 3. Omnino legendum Επειδ' ὁ Περσεως, ut vitetur anapæſtus in ſecunda ſede.

51. Παντων δε χρειοι τασδ' ἑδρας φυλασσομεν] Lege χρειοι adjective, *indigi*. Vide *H. Stephani* Theſaurum voce χρειος, qui præter alia exempla unum adjectivi hujus etiam ab *Euripide* uſurpati adfert. Alterum occurrit infra v. 1337.

τιν γαρ ει χρειος φιλων,

ubi vide *Barneſii* notam.

59. Φιλων ελεγχον αψευδεστατον] Conſtructionis ratio poſtulare videtur ut legamus ελεγχος αψευδεστατος; ita enim inſtitui debet, τοιουτον πραγμα ἡ δυσπραξια εστιν ανθρωποισιν, δηλωσοι ελεγχος αψευδεστατος φιλων, cætera parentheſi includenda. *Brodæus* ελεγχος neutrius generis hîc poni vult, ſed vox iſta *probrum* ſeu *dedecus* ſignificat, nunquam vero, ut opinor, *indicem* vel *argumentum*.

80. Νυν ουν τιν' ελπιδ' ἐμπεδον σωτηριας] Ferri poterat antiqua lectio ἢ πεδον, *aut fundamentum ſalutis*.

88. 89. Ω θυγατερ, ουτοι ῥᾳδιον τα τοιαδε
Φαυλως περαινειν σπουδασαντ' ανευ πονου] Malim περαινειν. Verte; *O filia, non facile eſt talia e veſtigio dijudicare homini feſtinanter & levi opera expendenti*.

90. Λυπης τι προσδει σ'; ἢ φιλεις οὑτω φαος;] *S. Petitus* Miſcellan. Lib. III. cap. 20. quia verſu ſequenti regerit Amphitryon, και φιλω τας ελπιδας reponendum cenſet Ελπις τι προσδει σ', ſed qualem ex verbis iſtis ſententiam elici velit, aut poſſe putet, vir eruditus, haudquaquam aſſequor.

97. Ελθοι τι πωτ' αν παις ὁυμος, ευνετωρ δε σος] Claudicat metrum anapæſto ſecundam ſedem occupante, ſed facile ſuccurri poteſt ejecta particula τι, quæ ſententiæ minime neceſſaria eſt, immo potius obeſt. Ita enim hæc vertenda; *Fieri poteſt, o filia, ut ſecundante fortunæ aura effugium obtingat ex præſentibus malis quæ me & te circumdant; veniat modo filius meus tuuſque maritus*.

V. 107. Hic verſus in duos dividendus,

Τηρεσφα μελαθρα antiſpaſticus hemiholius
Και γεραια λιπων penthemimeris trochaica

109. Εςαλην. *Huc me accinxi*.

111. 112. Ita hi verſus conſtituendi,

Επεα μονον, και δοκημα periodus
Νυκτερωπον εννυχων ονειρων trochaicus trimeter brachycatalectus.

δοκημα νυκτερωπον recto caſu ponitur, & a ſenibus de ſe dictum accipi debet.

113. Τρομερα μονον, αλλ' ὁμως προθυμα] Verte, *Res tremulæ tantum, ſed tamen officioſæ*; de ſe enim loqui pergunt ſenes.

119. Hæc ad verſum uſque 125 incluſive Amphitryoni tribuenda conſeo, quæ vero inde ſequuntur iterum Choro.

123. — ὡς
Βαρος φερων προχηλατοιο κωλου] Pro φερων malim legere φερω, forma ſubjunctiva, ut conſtructio ſit, λαβου χερων και πεπλων ὡς βαρος φερω. προχηλατοιο κωλου, verte, *aurigantis pedis*, metaphora ducta ab aurigatione, ut ſæpe alias a remigatione.

125. Οτου, verte cum *Brodæo*, *Cujuſcunque*. Legitur etiam ὁπου, ſed ut opinor, perperam.

128. 129. Ωι ξυνοπλα δορεςτα νεα
Νεῳ ξυνην ποτ'] Verte, *Cui haſtæ juveniles te-*

cum

cum conjunctæ juveni tibi (Amphitryoni ſcilicet) *olim aderant. Cui haſtæ juveniles*, pro, *cujus cum juvenis eram haſtæ.*

V. 131. Hic verſus in duos dividendus,

Ηβητε πατρος ὡς penthemimeris trochaica

Γοργωπες αιδε προσφερεις iambicus dimeter.

133. Το δε δη κακοτυχης ου λελοιπεν εκ τεκνων] Verte; *Sors vero iniqua patris nequaquam eos reliquit etiam a pueritia.*

149. Ως συγγαμος σοι παιδα Ζευς τεκοι νεον] Vetus ſcriptura erat Ως συγγαμος σοι Ζευς τεκοι νεον, unde ſupplendo παιδα vulgatam effinxit *Barneſius.* Jam olim *Æmil. Portus* ſuppleverat τεκοι τεκνον νεον; propius ſcopum ferit *Scaliger.* reponens τι κοινον εφυ. Nuper *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 431 reſcribi maluit τοκου τε ξυνων. Miror autem virum doctiſſimum rejicere voluiſſe το κοινον *Scaligeri*, quam vocem deſignare quodammodo videntur veſtigia veteris ſcripturæ & hoc in loco & infra v. 340, præſertim cum juxta eandem analogiam a κοινος prodit κοινων a Xenophonte uſurpatum & κοινων, ac a ξυνος, ξυνων, & ξυνων. Forſan ſcripſerit Poeta,

Ως συγγαμος σοι Ζευς, τεκνου τε κοινων.

156. Lege Ηρακλειους.

169. Των δεδραμενων δικην] *Eorum quæ facta ſunt poenam.* Vide infra v. 733. 756. *Electr.* v. 42.

181. Diſtingue Interpretem ſecutus poſt ὑβρισμα, non poſt Κενταυρων.

184. Lege φης.

194. Θανατον αμυναι δ' αν, εχων αλκην μονον] Utinam exemplar attuliſſet *Barneſius*, ubi in ſenario iambico ultima primi ternarii ſyllaba, alioquin brevis, producitur. At licentia tali nemo uſpiam uſus deprehendetur. Quod vero ad Horatii locum ab eo allatum attinet, nihil eſt ad rem. Nam & aliter in codicibus melioribus legitur, & ſi maxime ut ille repræſentat legeretur, exemplum vocalis longæ in cæſura, ſequente vocali, non eliſæ, non id quod probandum erat evinceret. Ut ſanum igitur fiat metrum, legendum puto αμυναι γ' ὡς εχων. Cum Interprete autem plene diſtinguendum poſt μονον.

202. 203. Σοφον μαλιστα, δρωντα πολεμιους κακως,

Σωζειν το σωμα, μη 'κ τυχης ὡρμισμενους] Si ſcripturam veterum codicum, μη τυχης, quæ meâ quidem ſententiâ melior eſt, retineas, tunc cum *Æm. Porto* ὡρμισμενους legendum opinor. Sin vero juxta *Aldinam* cum *Grotio* legas μη 'κ τυχης, potius ὡρμισμενον vel ὁρμωμενον reponendum exiſtimo.

207. Τι σοι δ' εδρασαν] Lege cum *Daweſio* Miſcell. Critic. p. 343. Τι σ' οιδ' εδρασαν.

V. 215. Βιαν δε δρατης μηδεν, η πεισῃ λιαν] Aut βια, aut μηδεν pro μηδενα, legendum puto.

241. Ανωχθι pro ανωχθητε forma paſſiva nequaquam hîc ſtare poteſt. Ponitur autem pro ανωγετε, ut ανωχθι pro ανωγηθι. Vide not. ad *Troad.* v. 1260. & *Rheſ.* v. 987.

248. Ου μονον συναζετε] Malim συναξετε.

250. Οταν παρῃ τι] Magis mihi arridet παρῃτε, quod ad marginem ſuggerit *Barneſius.*

266. 267. Κᾆπειτα προσω πολλ' εγω, φιλους εμους

Θανοντας εν δρων, οὐ φιλων μαλιστα δει.] Hæc interrogative dicta puto, & προσω πολλα eandem vim habere ac πολυπραγμονω.

293. Καμνουσι τοις αισχεσι των τεκνων ὑπερ] Præpoſitio ὑπερ dativo juncta nunquam quod ſciam reperitur; diſtingue igitur poſt αισχεσι, ut vertas, *Laborant infamia propter liberorum facta. Grotii* autem interpretatio legentis εχθεσι ſententiam dat plane contrariam iis quæ immediate præceſſerant.

299. Ηκιστα φευγειν σκαιον ανδρ' εχθρων, χερων] Plenius diſtinguendum poſt Ηκιστα, tollenda vero diſtinctio poſt εχθρον.

301. Ραον γαρ αιδους ὑπολαβων φιλ' αν τυχοις] Verte, *Facilius enim amicos interponens ſermones reverentiam tui apud eum deprehendes.* Vide *H. Stephani* notas

313. Ην τις ὑβριζων, εχθιους επαυσατ' αν] Lege cum *Daweſio* Miſcell. Critic. p. 344. ην τις σ' ὑβριζων.

318. Αλλως, *fruſtra.*

335. Ηξω προς ὑμας νερτερᾳ δωσων χθονι] Cum *Cantero* malim δωσων.

341. Ησσον φιλος. *Minus amicus.*

349. Ιαχει penultimam producit, & hîc, & ſæpe alibi apud *Euripidem.* Vide not. ad *Heraclid.* v.783. & *Electr.* 1150.

351. In hoc verſu glyconio πολυσχηματιστω choriambus in ſecunda ſede in moloſſum contrahitur; in antithetico autem opponitur choriambus. Vide not. ad *Helen.* v. 1318.

361. Πυρσῳ δ' αμφεκαλυφθη] Cum codex vetus, teſtante *H. Stephano*, repræſentet πυρσου, eam omnino lectionem ſequendam duco. Non enim *fulvus* erat rictus leonis, ſed ipſe leo.

384. Diſtingue poſt γενυσι.

386. 387. Πεδαν δε αργυρορρυταν

Εβρον εξεπερασ' ογδον] Antithetico accuratius reſpondebit metrum, & conſtructioni melius conſultum erit, ſi legas

Πεδαν δ' αργυροῤῥυτου

Εβρου εκπερασιν ογδων.

390. Anauri fluvii meminit Heſiod. Scut. Herc. v. 477.

477. Anauri urbis mentionem ullam uſpiam factam non conſtat. Ut πυλαι autem *fluvii oſtium* ſignificet, inauditum, opinor, eſt. Quid quod nec metri ſatis conſtat ratio; verſus enim pherecrateus eſt ex antiſpaſto iambo & ſyllaba. Pro πυλαις igitur reponendum puto δισαις.

V. 398. 399. Ut metrum ſtrophæ reſpondeat, ita conſtituantur hi verſiculi,

Δρακοντα πυρσονωτον, ὁς iambicus dimeter

Απλατον αμφελικτος ἑλιξ' εφρουρει idem ſenarius catalectus.

Verte, *Interfecto dracone rubrum habente tergum, qui immenſam convolutus in ſpiram excubabat.*

402. Ταλανιας τιθεις ερετμοις] Ταλανιας vox eſt nihili, nec felicioribus auſpiciis uſi conjiciunt *Æm. Portus* πυλιας, *Barneſius* πελαγιτας. Nihil ſcilicet virorum doctorum menti obverſabatur niſi columnæ tantum celebratæ Herculis, ſed de his nunc non ſermo; Poetam enim ſcripſiſſe puto Γαληνιας, *Tranquillitatem & ſecuritatem ſtabiliens navigantibus.* Mare enim latrociniis & prædationibus, ut & terram rapinis, infeſtatum, ſuppliciis de iis qui flagitio aliquo inſignes erant ſumptis, pacaverat Hercules & iter facientibus tutum reddiderat. Hujus rei & ſupra fit mentio v. 225.

— ποντιων χαλασματων

Χερσου τ' αμοιβας —

& infra v. 851. 852. 853.

Αβατον δε χωραν, και θαλασσαν αγριαν

Εξημερωσας, θεων ανεστησε μονος

Τιμας, πιτνουσας ανοσιων ανδρων ὑπο.

410. Εβα δ' Ευξεινου οιδμα λιμνας] Conſtructionis ratio poſtulare videtur, ut pro Ευξεινου legamus Ευξεινον, ut cum λιμνας jungatur.

411. 412. Τον ουκ αφ' Ελλανιας

Αγορον ἁλισας φιλων,] Hæc interrogative dicta ſunt, & parentheſi includi debent.

415. Tolle interrogationis notam & plene diſtingue ad finem verſus.

422. Ut metrum antiſtrophico reſpondeat, lege αμφιβαλλε.

424. Ut conſtet metrum omnino legendum eſt cum *Barneſio* δωμα'.

428. Ut metrum antithetico reſpondere poſſit, ſententia etiam quodammodo poſtulante, legendum puto,

Ιν' εκπεραινει ταλας periodus catalectus;

Ubi finit miſer.

429. Ut metrum ſtrophico reſpondeat, legendum

Βιον, ουδ' εβα παλιν.

Ionicus eſt a minore ex pæone tertio & καταληκτ trochaica. Pæoni opponitur in ſtrophico ionicus pentaſyllabus.

V. 434. 435. — εις δε σας χερας

Βλεπει σωμα του πατρος] Hæc ſenſu prorſus carent; Quid enim eſt, obſecro, σωμα του πατρος? Vix dubito quin Poeta ſcripſerit,

εις δε σας χερας

Βλεπουσ' ομματ' ου παροντος.

Oculi vero (tuorum ſcilicet *filiorum) ad tuas manus qui non ades reſpiciunt*, id eſt, Salutem a te qui abes exſpectant.

443. Dubius hæreo annon ειδωμα penultimam producat; ſi cui ita videatur, is legere poteſt ειδοτ'.

446. 447. Υπο σειραιοις ποσιν ἑλκουσα

Τεκνα] Pictoris εναργειαν hic æmulatur Poeta. Habitus enim & actio Megaræ & filiorum ad mortem prodeuntium ita ad vivum exprimuntur, ut eos oculis quaſi cernere exiſtimemus. Procedit ſcilicet Megara, filiis eam utrinque circa medium corpus amplexantibus, & ita ab ea pendentibus, ut pedes ejus prorſum progredientes eos reluctantes una attrahere, ſicut equi jugales currum, viderentur.

452. 453. Η τις ταλαινης της εμης ψυχης φονευς,

Ετοιμ' αγειν τα θυματ' εις ᾁδου ταδε;] Poſt φονευς ponenda interrogationis nota, & ad verſus alterius finem plene diſtinguendum; ita enim hic vertendus, *Victimæ hæ paratæ adſunt ut ad inferos ducantur.*

469. Ως εξεπεσε τον κατακτανοντα σε] Forſan legendum τον κατακτανοντα με, Creontem ſcilicet; nam quod excogitavit *Barneſius*, nimirum ſubaudiri δοξα aut ελπις, dura nimis & inſolita videtur ellipſis.

471. Ψευδη δοσιν, quia Herculi ad inferos profectio nihil, ut putabat, profeciſſet.

478. 479. — ὡς ωρμισμενοι καλως

Πρυμνησιοισι βιον εχοιτ' ευδαιμονα] Legendum eſt καλως, dativo plurali, ut cum πρυμνησιοισι jungatur.

482. Δυστηνος φερειν.] Tollendam cenſeo diſtinctionis notam poſt φερειν, ut δυστηνος φερειν jungatur cum πατηρ πατρος.

491. Θνητων. *Mortalium.*

495. Ita hunc verſum interpungit & corrigit *Dan. Heinſius* ad Senecæ Troad. v. 684.

Αλις γαρ' ελθων ἱκανος αν γινοιο συ.

496. Κακοι γαρ εις σε γ'] Verte cum *Brodæo*, *Nam tibi comparati imbecilles ſunt.*

518. Τι φημι; ποι' ονειρα κηραινουσ' ὁρω] Pro ὁρω malim legere ερω, ut ſententia ſit, *Qualia dico ſomnia conſternata?* id eſt, De ſomniis nunc non agitur,

 ſomnia

ſomnia certe non ſunt quæ video; non eſt hicce homo alius quam tuus filius.

V. 533. Lege φως, & ſimiliter v. 540. 546.

546. Τι φως; πεϱιπτεϱον ουϱανιον ημων πιτνον] Cum ſcriptura veterum codicum reprehenſioni nulli obnoxia eſt, nunquam conjecturis indulgeri oportet. Hic vero lectio *Aldina* longe optima eſt, τι ταϱϐων, *quamobrem extimeſcens orbitatem meorum liberorum?* cui quæſtioni appoſite reſpondet Megara, *Ne aliquando ulciſcantur Creontis mortem.*

576. Ματην γαϱ αυτοις τωνδε μαλλον ηνυσα] Verte,. *Inepte enim illorum conſummatio horum ſalute magis mihi curæ fuit.*

611. Ne anapæſtus quartam inſideat ſedem, legendum τϱικϱανον, ut apud *Sophoclem* de eodem Cerbero *Trachin.* v. 1114.

Αδου τϱικϱανον σκυλακ' —

& in hac ipſa fabula infra v. 1277.

Αδου πυλωϱον κυνα τϱικϱανον εις φαος.

625. Και νηματ' οικων μηκετ' εξαντλ'τε] Verbum αντλεω penultimam unquam producere nec mihi conſtat, nec credo; legendum igitur potius exiſtimo εξαντλητε, *effundatis.* Vide not. ad *Iphigen. in Taur.* v. 1460.

646. Verſus eſt glyconius πολυσχηματιστος ex moloſſo & choriambo. Vide not. ad *Helen.* v. 1318. Similes prorſus ſunt v. 648. 675. omniumque horum antithetici.

657. Διδυμον αν ηϐαν εφεϱον] Nominativus verbi εφεϱον continetur in ſequentibus, ὁσοισι μετα, *haberent illi quibuſcunque ineſt*, &c.

660. Μετα' και θνατοις] *H. Stephano* aſſentior reponenti μετην, quod in veteri codice repperit. Θνατοι autem apud omnes Interpretes deſignare cenſetur eos mortales quibus virtus ineſt. Sed ea vox diſtinctionem talem minime notione ſua comprehendit, omnes homines abſque diſcrimine ſignificans; diſtinctionem vero a qua pendet omnis ſententiæ vis ſubaudiri duriſſimum eſſet. Mihi ſane perſuaſum eſt Poetam ſcripſiſſe non θνατοις, ſed θανοντες, qua mutatione admiſſa non parum perſpicuitatis conſtructioni circumfunditur. Præpoſitio ſcilicet εις ſine damno abeſſe poteſt; æque bene enim dicitur ϐαν αυγας ηλιου, ac ϐαν εις αυγας ηλιου. Verſus autem ionicus eſt a minore hemiholius ex pæone tertio & trochæo, ſicut & duo præcedentes.

681. Καλλινικον αειδω] Mire *Barneſius* καλλινικον ad μολπαν, quod tribus abhinc verſibus occurrit, referri poſſe putat, cum hoc fieri prorſus prohibeat ſyntaxeos ratio. Facile autem ſubaudiri poteſt & debet ωδην, quæ vox & in verbo αειδω quodammodo contineri dici poteſt.

V. 697. Πλην ὑπεϱϐαλλων] Ut metrum hujuſce verſus ſtrophico reſpondere poſſit deſideratur vox triſyllaba in fine, ex duabus brevibus & longa conſtans, quæ certe excidit, forſan cum μοχθησας in conſtructione jungenda. Verſus ſcilicet glyconius πολυσχηματιστος eſſe debet ex epitrito primo pentaſyllabo (cui in ſtropha opponitur antiſpaſtus hexaſyllabus) & choriambo.

701. Εις καιϱον οικων Αμφιτϱυων εξω πεϱα] Malim πεϱας; nominativus enim pro vocativo Attice ſæpe ponitur. Vide *Troad.* v. 267. 795.

706. Ut metri conſtet ratio proculdubio cum *Barneſio* reponendum ὑπεϱτ' αυτη πανταλαν.

718. Ουδε μη μολη ποτε] Voculas ου μη vel cum futuro indicativo, vel cum aoriſto altero formæ ſubjunctivæ conſtrui egregie oſtendit acutiſſimus *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 222. Non erat igitur quare *Du Portus* pro μολη reponeret μολοι

726. Συ δ' ουν ιθ', εϱχη δ' ει χϱεων] Lege omnino cum *Cantero*, εϱχη δ' ἡ χϱεων, *Vadis vero ubi te opus eſt ire.* Nam an in fatis erat illum iturum quo reipſa properabat non amplius res erat incerta.

740. 741. Hæc Choro tribuenda exiſtimo, non Amphitryoni, qui jam antea ædes intraverat, ut patet e v. 731.

749. Ita hic verſus, opinor, ſupplendus & in duos dividendus,

Ιω, ιω, μοι, μοι penthemimeris trochaica

Τοδε κατασχετω eadem.

752. 753. Ita potius hi verſus conſtituendi,

Θανατος ου σεσωσ. penthemimeris trochaica

Βοα, ϐοα, στεναζων hepthemimeris iambica

Φϱοιμιον γ' αναξ φονου Euripideus.

755. Και γαϱ διωλλυσ'] Απο κοινου repetendum την Καδμιου γαιαν.

763. Χοϱοι, χοϱοι, και θαλιαι μελουσι Θηϐας] Syntaxeos ratio, ut opinor, poſtulat ut reſcribatur Θηϐαις, caſu dativo, ut a verbo μελουσι pendeat.

768. Ut metrum antithetico reſpondeat legendum videtur εϐαινεν δ' αναξ.

772. 773. Θεοι, θεοι των αδικων μελουσι, και των Οσιων επαΐειν] Verbum μελει, & numero plurali μελουσι, ſemper nominativo rei, aut diſerte addito aut ſubaudito, nunquam vero nominativo perſonæ, ſubjungitur. Omnino igitur revocanda eſt *Aldinæ* editionis ſcriptura μελουσι. Vide quæ notavimus ad *Heraclid.* v. 713. Επαΐειν autem eſt *intelligere, cognoſcere.* Ita proinde hæc verti debent;

bent; *Dii, dii & de flagitioſis cognoſcent, & de piis.* Quod ad metrum porro attinet, eodem res redit utrovis modo legas. Cum enim verſus ſit choriambicus trimeter hypercatalectus, ex dijambo, choriambo, dijambo, & ſyllaba, prima dijambi ſedes æque ſpondæum ac iambum admittit.

V. 776. Δυνασιν αδικον] Imperfectum eſt metrum quod dochmaicum eſſe debet, adeoque ſtrophico minime reſpondet. Reſtitui autem poteſt, magno etiam cum ſententiæ emolumento, reſcribendo,

Δυνασιν αντιδικον,

Potentiam retributricem.

777 — 780. — χρονον γαρ ετλα

Το παλιν εισορᾳν·

Νομον παρεμενος, ανομιᾳ χαριν διδους

Εθραυσεν ολβου κελαινον ἁρμα] *Et ſententia, & verſus tertii, utpote ſenarii iambici, metrum, ſuadent legendum cum *Cantero* & *Scaligero* ανομιᾳ, non ανομιᾳ; & utrique, & ſententiæ, & metro, non minus repugnat conjectura *Barneſii* reponentis γαρ θεμενος, pro παρεμενος. Ita autem locum hunc, cujus ſententiam hactenus parum aſſecuti videntur Interpretes, verti debere exiſtimo; *Ad tempus enim ſuſtinuit* (Lycus ſcilicet) *id quod iterum vel poſtea futurum erat*, retributionem nimirum, *contemplari* (id eſt, circa principia tyrannidis, & ad tempus, moderatius ſe geſſit, quippe fortunæ mutationem veritus) *legem cum contempſiſſet, & iniquitati animi omnia gratificatus eſſet, nigrum fregit felicitatis currum.* Το παλιν hic idem ſignificat quod in v. 744. παλιν ηπολεις, *retributionem* ſcilicet, aut *rerum humanarum vices.* Quid ſibi autem vult κελαινον ἁρμα ολβου, *niger opum currus?* Explicationes *Barneſii* nimis ſane frigidæ & alienæ videntur. Quidni potius legamus ολβου κλεινον vel κλεινον ἁρμα, *inclytum opum currum?* Vide Heſych. & Pindar. Pyth. IV. 498. V. 25. IX. 28.

784. Verſus eſt glyconius πολυσχηματιστος ex diſpondæo & choriambo. Syllaba enim ſecunda του καλλιπυργος producitur vi literæ vere ectaticæ, quæ apud Atticos vim habet in compoſitione duplicis conſonantis. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 159.

785. Ut metrum antithetico reſpondeat ita hunc verſum ſuppleri debere exiſtimo,

Συν τ' Ασωπιδες γε κοραι.

787. Pherecrateus eſt ex antiſpaſto & καταληκτικῃ iambica. Antiſpaſto in antiſtropha opponitur ditrochæus.

788. Glyconius eſt πολυσχηματιστος ex palimbacchio & choriambo. Vide not. ad *Helen.* v. 1318.

V. 789. Καλλινικον αγωνα non regi puto a verbo βατε, ſed a nomine συναοιδοι, quod per figuram non abſimilem ei quam σχημα προς το σημαινομενον vocant, vim hic habet participii συναειδοντες.

792. Verſus eſt glyconius πολυσχηματιστος, ex epitrito ſecundo, cui in antiſtropha reſpondet epitritus quartus, & choriambo. Non enim pes pedi, ſed glyconius glyconio, opponitur.

793. Concinnius erit metrum ſi copulam τε ſententiæ minime neceſſariam ejicias.

799 — 802. Ut metra hæc ſtrophicis reſpondeant ita conſtitui debent,

Ευναι θνατογενοις τε, και

Διος, ος ηλθεν ες ευνας

Νυμφας τας Περσηΐδος, και

Πιστον μοι το παλαιον ηδη.

Horum verſuum primus glyconius eſt, ſecundus pherecrateus, tertius glyconius πολυσχηματιστος ex diſpondæo & epitrito ſecundo cui opponitur choriambus, quartus idem ex epitrito quarto & ſecundo pentaſyllabo, & huic etiam opponitur choriambus.

804. Lege præcedentium editionum fidem ſecutus,

Ουκ επ' ελπιδι φανθη,

niſi quod malim ελπιδ' εφανθη.

811. Α νυν εισορᾳν φαινει] Ut hic verſus ſtrophico reſpondeat ita emendandum exiſtimo,

Α νυν εισορᾳν φαινει Euripideus;

φαινει autem, non φαινει, legi poſtulat ſententia. Notandum etiam quod ᾱ ponitur Dorice pro ἡ, & cum δυσγενεια omnino jungi debet.

845. Ουκ αγαθυνται φιλοις. *Ut amicis meis non ſuccenſeam.* Hac ſcilicet de cauſa neque Herculem libenter infeſtabat, quia, ut ipſa infra, ille deorum apud homines honores & cultum redintegraverat.

853. Τιμας, πιτνουσας ανοσιων ανδρων ὑπο] Hanc ex præcedentibus explicanda ſunt. ideoque per ανοσιους ανδρας non intelliguntur Gigantes, quod *Barneſio* viſum eſt; hi enim neque in hominum numero cenſebantur, neque deorum honores tantum deprimere ſatis habebant, ſed & bello aperto eos aggreſſi de ſumma imperii contendebant. Procul dubio igitur deſignantur viri illi impii & facinoroſi qui terram & maria latrociniis & cædibus infeſta reddiderant, quibuſque ſublatis diis & eorum legibus honores reſtituti dici poterant.

855. 856. Μη συ νουθετει τα θ' Ηρας καλα μηχανηματα

Εις το λωον εμβαλουσ' ιχνος αντι του κακου] Codicum & veterum editionum ſcriptura eſt κακα μηχανηματα, nam το καλα *Canteri* conjecturæ debetur. At vocem hanc prima producta apud Poetas

tas hoſce Atticos mihi occurriſſe non memini. Potius igitur χαμα reponendum cenſeo, cum particula copulativa τε præcedens alteram ſimilem ſequi plane poſtulat. Tollenda autem diſtinctio poſt γνωθιτε, & diſtinguendum poſt μηχανημαλα. Verte, *Ne mihi conſilium tuum obtrudas circa machinationes quæ & Junonis ſunt & meæ, veſtigia tua verſus id quod optimum eſt flectens, cum verſus malum debeas.* Μηχανημασι pendet a præpoſitione αμφι vel εις ſubintellecta.

V. 860. Ταχος, επιρροιβδην δ' ομαρτειν ως κυνηγετη κυνα] Significationem του επιρροιβδην ομαρτειν recte in notis declaravit *Barneſius*, ſcilicet, *ad ſibilum ſequi.* Vox canem appellantis etiam hodie & apud nos eſt *Pſt*, *pſt*, derivata, ut opinor, a Græco ψιτλα, vel σιττα. Vide *Cyclop.* v. 49. & ibid. *Barneſium*.

861. Ουτε ποντος ούτω κυμασι στενων λαβρος] Conſtructio poſtulare videtur ut ſcribatur λαβρος. *Non pontus fluctibus ingemiſcens adeo eſt impetuoſus.*

867. Βαλβιδων απο. *A carceribus*; metaphorice, quaſi jam dehinc inſaniæ quaſi ſtadium decurſurus erat Hercules.

869. 870. — ταυρος ως ες εμβολην
Δεινος' μυκαται δε] Tollenda eſt diſtinctio poſt Δεινος, & legendum Δεινα μυκαται δε, aliter de metro actum eſt; quod cum diſerte monuiſſet *Canterus*, miror a *Barneſio* prorſus neglectum & ſilentio tranſmiſſum. Verte autem, *Et ſicut taurus impetum facturus terribiliter mugit.*

878. 879. — μανιαισι λυσσας
Χορευθεντ' εναυλοις] Εναυλοις, *intus perſtrepentibus.* Videntur autem Veteres exiſtimaſſe muſicæ maxime viribus homines ad inſaniam adigi; quamobrem Hercules hîc χορευθεις dicitur, & ſupra v. 871. Furia minatur ſe eum χορευσειν και καταυλησειν φοβῳ.

881. Hic verſus in duos dividi debet,
Αρμασι δ' ενδιδωσι κεντρον, trochaicus dimeter
Ως επι λωβᾳ dactylicus dimeter.

883. Hic verſus in duos dividi debet,
Οφεων ιαχημασι pherecrateus
Αιωνα μαρμαρωπες ithyphallicus.

886. Hic verſus melius in duos ita dividetur,
Ιω μοι μελεος' ιω Ζευ, glyconius
το σον γενος αγονον αυτικα idem.

888. 889. Extra verſum ponenda ſunt illa, ιω στεγαι, & ιω δομοι.

891. Hic verſus in duos dividatur,
Περι αιματ' ουχ penthemimeris iambica
Ταις Διονυσαδος eadem dactylica.

896. Hic verſus in duos dividatur,
Κυναγετει τι penthemimeris iambica
Τεκνων διωγμον eadem.

V. 897. Δωμοισι] Malim δομοις, ut verſus ſit penthemimeris dactylica.

908. Ως εν' Εγκελαδῳ ποτε Παλλας] Verſus epichoriambicus eſt dimeter hypercatalectus ex epitrito ſecundo pentaſyllabo choriambo & ſyllaba.

910. 911. Ita potius hi verſus conſtituantur,
Αγ. Ω λευκα γηρα σωματα iambicus dimeter
Χο. Ανακαλεις με τινα βοαν, Euripideus
Αγ. Αλαστα τα' δομοισι' hephthemimeris iambica
Μεταν ουχ' ίπερι αξομαι periodus.

931. Ο δ' ουκετ' αυτος ην] Repone ουκεθ' ὁ αυτος præeunte *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 927.

946. Στρεβλῳ σιδηρῳ συντειναντες πολιν] Vulgata longe melior, meâ ſententiâ, eſt ſcriptura veteris codicis ab *H. Stephano* laudati, συντειναντες. Conſtructio ſcilicet eſt χερσι λαξευται μοχλοις &c. ὡς συντειναντες.

957. Απελθων δ' εις βραχυν χρονον μυχον] *Sed poſt breve tempus commorationis peractum.*

961. 962. — ευδιους
Ακοην ύπειπων] Sententia eſt, *Auſcultationem edicens* (quaſi ſcilicet aderat Spectatorum coetus, ſed revera) *nemini.*

965. Τις ὁ τροπος ξενωσεως ποδ'] *Cujuſmodi eſt hæc peregrinatio?*

977. Ο δ' εξελισσων παιδα κιονος κυκλῳ] Verte, *Illi vero evolvens puerum columnæ circulo*; id eſt, Ita preſſe puerum inſecutus interiore gyro, ut amplius columnam circumcurrere non poterat. Hac ſcilicet ratione effectum eſt ut Hercules puero eſſet ποδος εναντιος σταθεις, quod ſequente verſu addit Poeta.

993. Ξυλον, *clavam. Brodæus.*

1009 — 1012. Συν τῳ γεροντι δεσμα σειρινων βροχῳ.
Ημεις δ' ελευθερουντες εκ δρασμων ποδα,
Ανηπτομεν προς κιον', ὡς ληξας ύπνου,
Μηδεν προσεργασαιτο τοις δεδραμενοις] Σειρινων *Barneſius* exponit σειρας παθων, οια διδεις βροχῳ, & addit vocem eſſe *Euripideam*. Sapienter ſane. Non enim credo verbum hoc facile repertum fore apud alium ſcriptorem Græcum, nec alibi apud *Euripidem*. Sed concedamus tale verbum, & ejuſdem quam ei dat *Barneſius* ſignificationis, Græce reperiri. Quid quæſo iſtis verbis facies, συν τῳ γεροντι? An ſenex Amphitryon cum Hercule una vincula etiam paſſus eſt? Aut valde fallor, aut priores duo verſus inter ſe mutuo ſedem mutaverunt. & pro σειρινων legi debet σειραιων, ut locus ad hunc modum conſtituatur,

Ημεις δ' ελευθερουντες εκ δρασμων ποδα,

Συν

Συν τῳ γεροντι δεσμα σειραιων βροχων
Ανηπτομεν προς κιον',

βροχος σειραιος eſt σειραιος ἱμας, *lorum jugale*. Vide *Pollucem* lib. I. §. 148. Verte, *Nos vero a fuga liberantes pedem, cum ſene vincula ex loris jugalibus columnæ alligamus.*

V. 1016. Chori perſona huic ſyſtemati præfigenda eſt, quod in editionibus veteribus factum.

1019 Ταδ' ὑπερβαλει] Ταδ' caſu accuſativo ponitur, & Danaidarum facinus deſignat, quod ab Ityos cæde facti atrocitate ſuperatum teſtatur Poeta.

1022. Φονον εχω λεξαι θυομενον Μουσαις] Pro θυομενον reponendum puto θρεομενον, *a Muſis celebratam*; nam vulgatæ lectionis explicatio *Barneſiana* & violenta eſt & frigida. Verte autem, *Cædem iſtam dicere volo a Muſis celebratam.*

1023. Ω παι Διος] Cum vetus ſcriptura ſit ω διος, *H. Stephano* omnino aſſentior legenti, ω παι. Hæc enim alloquendi formula & Choro apud omnes Poetas hoſce Tragicos familiaris eſt, & ſenibus præſertim convenit.

1026. Φθιτων. *Mortuorum*, non, ut habetur in verſione, *mortalium*.

1049. 1050. Τον ευ διαυοντα,
Υπνωδια τ', ευνας εγειρετε] Veteres codices *H. Stephani* habebant ενδιαοντα, *meridiantem*, quam cum illo veriorem eſſe lectionem exiſtimo; nam poſt vulgatum ευ διαυοντα non redundanter tantum ſed & frigide prorſus ſubjungitur ὑπνωδια τ'. Ita autem hos verſus conſtituendos cenſeo,

Τον ενδιαοντ', ὑπνωδια τ', periodus
Ευνας εγειρετε. iambicus dimeter brachycatalectus.

1051. Hic verſus in duos dividatur,

Χο. Οι μοι, φονος ὁσος ὁδε; iambicus dimeter brachycatalectus
Αμ. Α, α, διαπολειτε. idem.

1052. Κεχυμενος επαντελλει] Verte cum *Brodæo*, *Turbatus expergiſcitur.*

1054. 1055. Ita hi verſus conſtituendi,

αζετ', ω γεροντες, ithyphallicus
Μη δεμ' ανεγειρομενος proſodiacus.

1057. Απο δε πατερα] Quamnam hic habere poſſit aut conſtructionem præpoſitio απο, & unde pendeat accuſativus πατερα, prorſus non video. Reponendum exiſtimo, Απολη πατερα.

1063. 1064. Ita hi verſus conſtituendi,

Ευδει δε τεκνα, penthemimeris trochaica aut iambica
Το ξηρει ψαλμω τοξευσας. tetrameter ſpondaicus
Χο. Στεναζε νυν. baſis iambica.

V. 1067. Hic verſus in duos dividatur,

Αι, αι, ω πρεσβυ penthemimeris trochaica
Αμφ. Σιγα, σιγα, παλιντρεπτος periodus.

1079. Εμελλες hîc ſecundam corripit. Vide not. ad *Bacch.* v. 606. Verſus enim aſynartetus eſt ex penthemimeri trochaica & dochmaico.

1086. Αναβακχευσει primam hîc producit. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. A. v. 398. Verſus ſcilicet aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus trochaicis.

1087. 1088. Hæc non Amphitryoni, prout *Scaligero* placet, hic enim Herculem expergifactum extimeſcens aliquantiſper ſe abdiderat, ſed potius Choro tribuenda cenſeo. Nequaquam certe Herculi jam primum experrecto, & adhuc ſuorum malorum prorſus ignaro, conveniunt.

1116. Ut expleatur metrum legendum eſt Μεγας γ', aliter pyrrhichium in prima ſede habebis.

1119. Ει μη καθ' ᾁδου Βακχος εκφρενωμεν αν] Legendum omnino cum *Cantero*, Ει μηκεθ' ᾁδου Βακχος, *Si non amplius ab infernis lymphatus ſis.*

1126. Αρκει· σιωπη γαρ μαθειν ου βουλομαι] Αρκει proprie ſignificat, prout nunc conſtruitur, *Sufficit mihi tua voluntas*; ut vero idem ſignificare poſſit ac αρκειτω, *ſufficiat tibi mea voluntas*, quod *Barneſius* excogitavit, vix mihi perſuaderi patiar. Potius ita locum refingendum exiſtimo,

Αρκει σιωπη γαρ μαθειν ἁ βουλομαι; vel, ὁ βουλομαι;
Anne enim mihi ſufficit ſilentium tuum ut ſciam quæ reſcire cupio?

1136. Lege φης.

1142. Η γαρ συνηραξ' οικον, η βακχευσ' εμον] Malim ἠ 'βακχευσ', id eſt, ἠ ἐβακχευσα.

1159. Φερ' αν πεπλοισι κρατι περιβαλω σκοτος] Malim φερ' εν πεπλοισι, nam particula αν nullum hîc locum, meâ ſententiâ, habere poteſt.

1178. Hic verſus in duos dividatur,

Ω τον ελαιοφο- penthemimeris trochaica
ρον οχθον εχων eadem iambica.

1180. Hic verſus in duos dividatur,

Επειθομεν παιδια penthemimeris trochaica
Μελεα προς θεων eadem.

1185. 1186. 1187. Ita hi verſus conſtituantur,

Θη. Ευφημα φωνει penthemimeris iambica
Αμ. Βουλομενοισιν επαγγελλη hephthemimeris dactylica
Θη. Ω δεινα λεξας penthemimeris iambica
Αμ. Οιχομεθ' οιχομεθα πτανοι hephthemimeris dactylica
Θη. Τι φης; τι δρασας; penthemimeris iambica
Αμ. Μαινομενῳ πιτυλῳ eadem dactylica.

V. 1189.

V. 1189. Ηρας ὁδ' αγων τις χελωμενης, γερον] Cum αγων primam natura brevem habeat, ut conſtet metrum, neceſſario legendum eſt ὁδ' ὠ'γων. Sed & aliud vulnus, idque gravius, ſpecie medicinæ, huic loco fuiſſe inflictum deprehendo. Codicum enim & veterum editionum lectio eſt δολου νικρεις, quæ cum aperte mendoſa ſit, *Scaliger.* ex conjectura repoſuit χελωμενης, quæ conjectura adeo *Barneſio* placuit, ut certiſſimam exiſtimans in contextum admittere non dubitaverit. Mihi contra videtur, & certiſſimum, hanc a ſcopo aberrare, & vero non abſimile Poetam ita ſcripſiſſe,

Ηρας ὁδ' ὠ'γων· τις δ' ὁδ' εν νεκροις, γερον;

Quis vero hic eſt, o Senex, qui inter mortuos jacet? Lectionem noſtram plane ſtabilit Amphitryonis reſponſum,

Εμος, εμος ὁδ' γονος,

Meus, meus eſt hic filius. Lectio *Scaligerana* nimis etiam a veſtigiis veteris ſcripturæ recedit.

1191. Cum *Cantero* legendum puto Os πολυπονος, aliter certe vix conſtat conſtructionis ratio.

1205. Βαρος αντιπαλον δακρυοις συναμιλλαται] Locus pluſquam ſatis obſcurus, adeo ut de ejus ſenſu pene divinandum ſit. Donec meliora afferantur ita vertere potes; *Senectutis meæ gravitas quæ lacrumas averſatur nunc tamen cum iis ſimul hoc a te contendit.*

1211. Ut vitetur in ſede ſecunda anapæſtus, pro κατεχε omnino legendum κατεχε.

1212. Βρομον επι φονιον ανοσιον εξαγει] Ut integra ſit conſtructio, & conſtare poſſit ſententia, neceſſaria plane eſt particula negativa μη poſt ὁπως, quam propterea addi voluit *Scaliger.* ad finem verſus præcedentis, ubi metrum prorſus ſubvertit. Ego hunc potius verſum ita reformari velim,

Βρομον επι φονιον ανοσιον μη σ' εξαγη ſenarius iambicus.

1221. Malim ὠνυχεσ'.

1238. Κλαιω χαριν σην εφ' ἑτεραισι συμφοραις] Diſtinguendum, ſed minus plene, puto poſt κλαιω, ut ita hæc vertantur; *Te lamentor ex gratia tua in aliis meis calamitatibus*; id eſt, Gratia erga me tua in aliis calamitatibus (quando ſcilicet apud inferos detinebar) copiam mihi fecit te nunc viciſſim lamentandi.

1240. Απτη κατωθεν ουρανου δυσπραξια] Optime hæc reddidit vulgaris Interpres; hoc enim voluit Poeta, Herculis infortunia adeo eſſe ingentia ut a terra ad cœlum uſque pertingere dici poſſent. *Canterus*, *Æm. Portus*, & *Barneſius* veram ſententiam non ſunt aſſecuti.

V. 1245. Hic verſus laudatur a Longino cap. XXXIX.

1247. Οθεν περ ηλθον] *Unde reverſus ſum.* Nuperum enim ad inferos iter reſpicit.

1251. Ουκουν τοσαυτα γ', ει μετρω μοχθητεον] Sententia hujus verſus paullo obſcurior eſt, ita tamen reddi poſſe puto; *Non ſane igitur tam multa pertuliſſem, ſi mala ultra certum terminum, aut ſupra modum, ferre non oporteat.*

1256. Anapæſtus ſecundam occupat ſedem.

1273. Ad Κενταυροπληθη πολεμον repetendum eſt απο κοινου adjectivum ποιον.

1275. Υδραν φονευσας; μυριων τ' αλλων πονων] Tollenda eſt interrogationis nota poſt φονευσας & minus plene ibi diſtinguendum. Participium enim iſtud cum verbis ſequentibus, διηλθον, αφικομην, per copulativas τε & και junctis, connecti debet.

1297. 1298. — και τον ἁρματηλατην

Ιξιον' εν δεσμοισιν εκμιμησομαι] Αρματηλατης proprie eſt *Auriga*; durum autem forſan videri poteſt, rotam, cui allegatus Ixion circumrotari putabatur, nomine *Currus* inſigniri. Sed animadvertendum eſt verbum ἁρματηλατειν non *aurigari* tantum ſignificare, ſed etiam *curru vehi*, adeo ut ἁρματηλατης etiam *curru vectum* denotare poſſit. Ad hæc, ſi per ſynecdochen totius pro parte *currum* etiam pro *rota* poni ſtatuamus, minus mirum fortaſſis videbitur epitheton hoc Ixioni in rota perpetuo agitato a Poeta tribui.

1302. Βιον τ' αχρειον, ανοσιον κεκτημενοι] Iſtud τε conſtructionem turbat; potius legi velim Βιον γ'.

1304. Κρουουσ' Ολυμπιου Ζηνος αρβυλη ποδον] Male ſe habet metrum bacchio pro ſpondæo tertiam ſedem inſidente. *Barneſius* ad ſynizeſin duarum poſtremarum ſyllabarum vocis Ολυμπιου confugit; at licentiam talem exemplis confirmari vellem, quæ prorſus nulla adfert. Nam verſum Virgilianum quod attinet, in nullo quod vidi exemplari ita ut ille dedit legitur; & ſi quam maxime legeretur, nihil tamen ad hoc de quo agitur ſtabiliendum conferret. Idem etiam Διος pro Ζηνος reponi poſſe cenſet; ſed & ita anapæſtum in ſedem quartam ultro inferremus. Mihi autem hæc attentius expendenti vox Ζηνος non otioſa tantum hoc in loco viſa eſt, ſed ad ſententiam etiam incommoda & importuna. Hanc igitur Librarii aliud agentis oſcitantia, a verſu proxime præcedente huc deſcendiſſe & locum veræ germanæque ſcripturæ occupaſſe mihi perſuaſum eſt. Qualis autem fuerit germana hæc ſcriptura non adeo facile abſque meliorum codicum ope eſt ſtatuere, at epitheton quod-

quoddam fuiſſe credo vocis πεδον v. g. σεμνον, ἱερον, μακρον aut ejuſmodi quicquid maxime arridebit. Proinde verſus ita reformari poteſt,

Κρονιος Ολυμπου σεμνον αρδυλα πεδον.

V. 1313. Παραιτησαιμ᾽ αν μαλλον η παχειν κακως] Cum *Scaligero* ſentio, quædam excidiſſe quæ præceſſerant & ſententiam explebant; nam prout hæc nunc leguntur, hiulca certe & ſalebroſa, ſi non imperfecta, videtur oratio.

1342. Δεσμα τ᾽ εξαπτειν χεροιν.] Tollenda eſt diſtinctio poſt χεροιν, ut hæc cum ſequentibus connectantur.

1345. Δειται γαρ ὁ θεος, ειπερ ες᾽ οντως θεος,
Ουδενος] *Spanhemius* Obſervat. in Callimachum p. 26. reponendum cenſet οντων θεος, *rerum deus*; at lectionem hanc vulgata neque elegantiorem, neque ad loquentis ſcopum magis accommodatam eſſe arbitror, neque ſimilem loquendi formulam apud veteres Poetas facile, opinor, reperies.

1349. 1350. Auctius hæc leguntur apud *Stobæum* tit. CVIII. edit. *Grot.*

Τας συμφορας γαρ ὅςις ουκ επιςαται
Θνητος πεφυκως, ὁν τροπον χρεων φερειν
Ουδ᾽ ανδρος αν δυναιθ᾽ ὑποςηναι βελος.

1369. Α᾽γω παρεσκευαζον εκ μοχθων βια] Melius fortaſſe leges εκμοχθων.

V. 1375. Ως αθλιως πεπραγμαι, καποζευγνυμαι] Male ſe habet metrum, ſpondæo quartam ſedem inſidente. Legendum omnino juxta *Aldinam* πεπραγα. Ita Ariſtoph. Plut. v. 629.

ὁς μακαριως πεπραγατε —

& v. 633.

Ο δεσποτης πεπραγεν ευτυχεςατα.

1403. Αστερος δε δυςυχης] Lege ὡ᾽ τερος, i. e. ὁ ἑτερος.

1410. Οὑτως πονων σων ουκετι μνημην εχεις] Πονοι hoc loco non *mala præſentia* deſignant, ſed inclytos illos Herculis labores. Hæc enim a Theſeo dicuntur mollitiem animi Herculi leniter exprobrante, quod ex ſequentibus manifeſtum.

1413 Ζω σοι ταπεινος᾽ αλλα πρoσθεν αι δοκω] Ex his ut nunc leguntur ſententiam commodam elicere fruſtra conabere. Forſan ita refingi debent,

Ζω σοι᾽ ταπεινος αλλα προσθ᾽ ειναι δοκω.

Vivo equidem tibi, id eſt, quoniam tu ita vis, *at humilis prorſus & abjectus hinc progredi mihi videor.*

1415. Συ ποιος ης αν, νερθεν εν κακοισιν ων] Verte, *Tu qualiſnam eſſes, ſi apud inferos adhuc in malis verſarere.*

1419. Θαφθ᾽, lege Θαπθ᾽, juxta editiones præcedentes.

1421. Πεμψομαι, *accerſam.*

NOTÆ

NOTÆ IN ELECTRAM.

V. 6. 7. — ὑψηλῶν δ' ἐπὶ
Ναῶν τέθεικε σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων] Ναῶν hîc de navibus, non de templis accipiendum puto. Opportunitas enim Agamemnoni defuit Trojanorum ſpolia templis deorum Argivis conſecrandi, cum ſtatim ſub ipſo appulſu ab Ægiſtho fuerit interfectus.

23. Ut vitetur anapæſtus in quarta ſede, legi poteſt,

— πατρῷας γ' ἐσχ' ἐν δόμοις

32. 33. Αἰγίσθος· ὃς μὲν γῆς ἀπηλλάχθη φυγὰς
Ἀγαμέμνονος παῖς, χρυσὸν εἶπεν, ὃς ἂν κτάνῃ] Conſtructio hujuſmodi eſt; εἶπεν χρυσὸν δώσειν ἑκάστῳ ὃς ἂν κτάνῃ τοῦτον ὃς Ἀγαμέμνονος ὢν παῖς φυγὰς μὲν ἀπηλλάχθη γῆς; quam ideo declarandam putavi, quod miro errore *P. Brumoy* hunc locum ita exponit, ut Oreſtes Ægiſthi caput proſcripſiſſe intelligatur. Sed omnem de hac re dubitandi anſam præſcindunt ea quæ proxime præcedunt τοιάδ' ἐμηχανήσατο Αἴγισθος, *facinus hujuſmodi machinatus eſt Ægiſthus.*

42. Δίκην τ' ἂν ἤλθεν Αἰγίσθῳ ποτὲ] Pro ποτὲ malim ποτέ.

53. Κἀυτὸς αὖ τοιοῦτος ὢν] Τοιοῦτος ὢν, ſcilicet μωρός.

57. Δὴ τί. Lege editiones præcedentes ſecutus δή τι.

59. Γόοις τ' ἀφεῖεν] Omnino legendum eſt ἀφεῖμ' γ'; imperfectum enim indicativæ formæ nequaquam hîc ſtare poteſt. Nec iis melius ceſſit qui ἀφεῖεν repoſuerunt; forma enim optativa cum particula ὡς conjuncta verbo temporis præſentis, quale eſt μετέρχομαι quod præcedit, & a quo hæc pendent, non rite ſubjungitur, nec niſi verbis de tempore præterito uſurpatis ſubjici ſolet. Vide *Daweſ.* Miſcell. Critic. p. 82.

95. Δυοῖν δ' ἁμίλλαιν ξυντιθεὶς] Malim Δυοῖν δ' ἁμίλλαιν ξυντεθεὶς, *Duarum ſimul rerum ſtudio permotus.* Certe, prout hîc nunc leguntur, quomodo conſtructio expediri poſſit non video. Nam infirmiſſima ſunt quæ excogitavit *Æmil. Portus*, antiptoſis ſcilicet, vel enallage vocis activæ pro paſſiva in ξυντιθεὶς, vel ellipſis denique vocis γνωμῶν. Talia nimirum ſunt, ut partim ſi admittantur rationes omnes grammaticæ prorſus confundant & ſubvertant, partim ne minimam quidem veriſimilitudinem habeant, ſed ideo tantum dici videantur, ne omnino nihil dicatur.

V. 98. Ζητοῦντ' ἀδελφὴν] Malim Ζητῶν τ', ut res duæ de quibus erat ἁμίλλα exprimantur, ἵν' ἐκβάλω πόδα ἄλλην ἐπ' αἶαν, & Ζητῶν ἀδελφήν.

110. Ἦν τι, δεξωμαι δ' ἔτος] Tollenda eſt diſtinctio poſt ἔτος.

113. 114. Ὦ τρίβα, τρίβα κατακλαίουσα
Ἰώ μοι, μοι] Legendum opinor κατακλαίουσα, ut cum μοι conjunctum ad Electram referatur. Verte autem, *Intende, o tempus, pedis impetum, o adveni, adveni ploranti hei mihi, mihi.*

120. Ut metrum antiſtrophico reſpondeat, legendum puto,

Φεῦ, φεῦ, τὸν σχέτλιον πόνον glyconius.

121. 122. Hæc metra antitheticis minime reſpondent, at abſque ulla immutatione utraque ſic conſtituta ſibi mutuo ſatis reſpondebunt,

Καὶ σύγγαμος ζωᾶς, penthemimeris dactylica
Ὦ πάτερ. σὺ δ' ἐν ἅδᾳ δὴ glyconius πολυσχημάτιστος ex ditrochæo & antiſpaſto;

& in antiſtropha,

Τὰ μέλεα λύπης,
Ὦ Ζεῦ, Ζεῦ, πάτερ θ' αἵματος ex epitrito quarto & dijambo.

131. Verſus anapæſticus dimeter eſſe debet ut antithetico reſpondeat; legendum igitur puto ποτὲ λατρεύεις, vel νῦν λατρεύεις.

134. Aut legendum ἀδελφάν, aut duarum ultimarum ſyllabarum in ἀδελφεάν fieri ſynizeſin ſtatuendum eſt.

141. Ut metrum ſtrophico reſpondere poſſit, legendum puto,

Ἴσ' γ' ἐλουσ' ἵνα πατρὶ γοοῖς periodus.

148. 149. Ita hi verſus conſtituendi,

Χεῖρα τε κρᾶτ' ἀποκειρόμενον periodus
Τέθριππα θανάτῳ σῷ pherecrateus.

Pro

Pro χειρα autem malim χερι, *manu caput capillis nudatum reddens.*

V. 155. 156. — ὡς σε τον αθλιον Πατερ' εγω κατακλαιομαι] Longe luculentior evadit conſtructio ſi legas Πατερ, vocandi caſu.

164. Ξιφεσι δ' αμφιτομοις] Subaudi, aut potius απο κοινου repete, δεξατο. Diſtinguendum autem poſt αμφιτομοις, non poſt ςεφανοις.

165. — λυγραν Αιγισθου λωβαν δεμενα] Verte, *Exitialem Ægiſthi injuriam approbans*, vel *ratam habens.*

169. Ut metrum antithetico reſpondere poſſit, legendum videtur,

Εμολεν πς, εμολεν γαλακτοποτος ανηρ,

Verſus aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis, utroque ex epitrito tertio vel quarto hexaſyllabo & ſyllaba conſtante. Γαλακτοποτος ſecundam corripit, eadem ratione qua ξενοκτονος *Iphig. in Taur.* v. 776. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. B. v. 537.

172. Glyconius eſt πολυχρυσματιστος ex moloſſo & choriambo. Vide not. ad *Helen.* v. 1318.

174. Lege μελλουσιν ut antiſtrophico reſpondeat metrum

175. 176. 177. Ουκ επ' αγλαϊαις φιλαι, Θυμον, ουδ' επι χρυσεοις Ορμοις εκπεποταμαι] Legendum puto αγλαϊαισι. Ita autem verte; *Nec ſplendidis ornamentis O amicæ, nec aureis monilibus animo inhio.*

181. 182. Ut horum verſuum metra antitheticis reſpondeat, ita conſtitui debent,

Δακρυσι χεω, δακ- penthemimeris iambica
ρυσι δε μοι μελει iambicus dimeter brachycatalectus

184. 185. Glyconii ſunt πολυσχηματιστοι ex epitrito quarto & dijambo; antithetici ex diſpondæo & choriambo conſtant.

187. Ut metrum antiſtrophico reſpondeat legi poteſt,

Κουρας οι τας βασιλειας. Anapæſticus dimeter catalectus.

188. Exemplis a *Barneſio* allatis primæ τον αμος productæ addere potes Homer. Iliad. Z. 414. Odyſſ. Λ. 165. 480.

193. Metrum accuratius ſtrophico reſpondebit ſi legas τοιοι σοις.

196. Ut metrum ſtrophico reſpondeat legi forſan poteſt,

Αλλ' ευχαισι θεοις γε σεβιζουσ' tetrameter dactylicus.

V. 199. 200. — ου παλαιου πατρος σφαγιασμων] Hæc ita forſan reddi poſſunt; *Nec audit olim oblata patris ſacrificia*, id eſt, Sacrificia a patre olim oblata.

226. Ουκ αλλως ερεις. *Non fruſtra te manſiſſe dices.*

238. Ει ζης, όπου τε ζωσα συμφορας εχεις] Lege συμφορας, caſu genitivo; conſtructio enim eſt, Ει ζης ζωσα τε όπου συμφορας εχεις. Verte, *Num vivas, & vivens quibus in calamitatibus verſere.*

240. Λυπεις τε αντιτηκας, ὡςε με ςενειν]. Malim Λυπεις γε.

244. Τι δει συ τῳ κασιγνητῳ δοκεις; ſubaudi σε ειναι.

251. Spondæus quartam inſidet ſedem Editoribus omnibus tacentibus; Forſan pro πλουσιοις legi debet μεγιστου.

252. Σκαφευς τις, η βουφορβος αξιος δομων] Verte, *An foſſor aliquis, vel bubulcus bis dignus ædibus?*

275. Ηρου τοδ'; αισχρον γ' ειπας· ου γαρ νυν ακμη.] Interrogationis notam poſt ακμη ponendam cenſeo, & ita hæc vertenda; *Hoccine rogabas? turpiter ſane locutus es* (qui ſcilicet id, quaſi dubium eſſet rogandum exiſtimaſti) *nonne enim ipſiſſimus nunc adeſt temporis articulus?*

280. Hæc cum Interprete interrogative poſita exiſtimo.

294. 295. 296. Lege juxta *Stobæum* edit. *Grot.* Tit. III. p. 23. ubi hæc ex Antiopa perperam citata inveniuntur,

Ενεστ' δ' οικτος, αμαθια μεν ουδαμου,
Σοφοισι δ' ανδρων. και γαρ ουδ' αζημιον
Γνωμην ενειναι τοις σοφοις λιαν σοφην.

Quæ ita vertit *Grotius*,

Non vilis animi motus eſt, miſereſcere,
Sed mentis altum providæ. Noxa imminet,
Cum ſapere ſeſe qui putant, ſapiunt nimis.

311. 312. 313. Αναινομαι γυναικας, ουσα παρθενος. Αναινομαι δε Καστορ', ῳ πριν θεοις Ελθειν, εμε μνηστευων, ουσαν εγγυτην] In veteribus exemplaribus plene diſtinguitur ad πατρασιν in fine verſus præcedentis, & particula δε poſt prius αναινομαι inſerta legitur, quæ utraque immutavit *Barneſius*, qua de cauſa neſcio. Porro pro ῳ *Scaliger.* rectiſſime repoſuit ὦ, ut Καστορ' numero duali pro Καστορε, id eſt Διοσκουρω, accipiatur, & cum pronomine iſto relativo jungatur. Verbum enim μνηστευειν non *deſponſare* ſignificat, ſed *nuptias alicujus ambire.* Idem etiam *Scaliger.* recte monet legendum eſſe ηι' εμνηστευον. In verſu denique ſecundo reponendum puto Αναινομαι τε, cum jam proxime præceſſerit particula δε. Ita igitur totum locum refingendum cenſeo,

U Αναι-

Αναινομαι δε γυναικας, ουσα παρθενος·
Αναινομαι τε Καστορ', ὼ πειν εις θεους
Ελθειν, εμ' εμνηστευον, ουσαν εγγενη.

Ita vero hæc verti debere exiſtimo; *Præcluditur autem mihi mulierum conſortium, cum virgo ſim; nec ulla amplius ſpes de nuptiis Caſtorum, qui priuſquam ad deos tranſlati eſſent me ambibant ſanguine iis junctam.*

V. 324. Χοας contractim ſive μονοσυλλαβως legi, quod jubet *Barneſius*, non poteſt. Ut conſtet igitur metri ratio legendum puto,

Ου πωποτε χοας, ουδε κλωνα μυρσινης.

371. Λιμον τ' εν ανδρος πλουσιου φρονηματι] Haudquaquam audiendus eſt *Scaliger*. qui λοιμον pro λιμον hic interpolare contendit. Nam λοιμος pro *improbo homine*, & recentioris eſſe uſus puto, & hujus loci ſententiæ parum congruit. Minime enim novum aut inſperatum accidit, hominem improbum in hominis opulenti indole deprehendi; at ſplendide a fortuna inſtructus qui mentis penuria laborat expectationem quodammodo hominum magis fruſtrari videtur.

379. Κρατιστον εικη ταυτ' εαν αφειμενα] Ex Diogene Laertio lib. II. §. 33. diſcimus, Socratem, cum hæc fabula publice recitabatur, in theatro adfuiſſe, & hoc verſu audito ſurrexiſſe, & e theatro fuiſſe egreſſum, dicentem, ridiculum eſſe, mancipium ſi non inveniatur, dignum inquiſitione judicare, virtutem vero ita ſubtrahi permittere. In hodiernis quidem Laertii exemplaribus hic verſus ex *Euripidis Auge* citatur; ſed hanc ipſam fabulam deſignari manifeſtum, opinor, erit verſus proxime præcedentes expendenti.

377. Αλλ' εις δαλ' ελθω;] Legendum opinor, Αλλ' εις δαλ' ελθων. Repetendum απο κοινου ſcilicet eſt κρινει.

382. Ευρεθη, malim ηυρεθη.

394. 395. — ὡς εμοι πενης
Ειη προθυμος πλουσιου μαλλον ξενος] Verte, *Utinam enim mihi contingat pauper propenſo animo potius quam dives hoſpes.*

407. Ουκ εν τε μικροις, εν τε μη, στεξουσ' ὁμως] Εν τε μη, ſubaudi ὑπαρχουσι, & verte, *Nonne & victum tenuem, & deficientem etiam offendentes, in eo tamen acquieſcent.*

410. Pro Ταυτ reſtitue Ταυτα, quod in præcedentibus editionibus exſtabat, metro etiam requirente. Præterea non video quamobrem Pauſanias non potius ex *Euripide* emendaretur, quam *Euripides* e Pauſania.

412. Πολλοις εκεβλημενος] Lege πολλοις, ut conſtet metrum.

V. 413. Εις δομους αφιγμενον] *Ad proprias ædes prius profectum*, ut inde ſcilicet dapes hoſpitibus, accipiendis idoneas peteret.

426. Εν τοις τοιουτοις δ' ευτ' αν γνωμη πεσω] Si lectionem *Stobæanam*, γνωμης πεσω, admittamus (cui tamen vulgatam longe præferendam duco) dicendum eſt, γνωμης regi a τοιουτοις, *quando in tales cogitationes incido*. Quem illic autem locum τουτο, quod in iſta lectione ſubaudiri debere dicit *Barneſius*, habere poſſit, non ſane video.

432. Hic verſus in duos dividi debet,
Κλειναι ναες, baſis ſpondaica ſive dimeter ſpondaicus
Αι ποτ' εμβατε Τροιαν periodus catalectus.
Et in antiſtropha,
Νηρηδος δ' ευ-
ειδας ακτας λιπουσα.

433. Verſus glyconius eſt πολυσχηματιστος, ex epitrito ſecundo, cui opponitur diſpondæus, & choriambo. Nam ακμονων in antiſtropha primam corripit, ut ακμων ſupra v. 275. Vide *Clark*. ad Homer. Iliad. Β. v. 537. ερετμοις etiam penultimam corripit, ſed quia hoc notius eſt exemplis adferendis abſtineo.

439. Ut conſtet metrum legendum eſt Αχιλη. Vide not. ad *Iphig. in Aul.* v. 124. 128. Aut dicendum vocalem brevem ſequente duplici λ corripere licere. Vide not. ad *Bacch.* v. 606. *Herc. Fur.* v. 1079. Verſus ſcilicet glyconius eſt πολυσχηματιστος ex epitrito ſecundo pentaſyllabo & choriambo.

444. Verſus aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis, ideoque ακτας penultimam corripere ſtatuendum eſt. Vide *Clark*. ad Homer. Iliad. Β. v. 537. & not. ad *Cycl.* v. 52. Ad finem autem hujus verſus plenius diſtinguendum.

448. Κοραι ματευουσ' epitritus eſt primus pentaſyllabus.

453. Λιμενων Ναυπλιοισι ζεθυσαις] *Barneſius* λιμενας Ναυπλιους interpretatur *Portus Euboicos*, ita dictos a Nauplio Palamedis patre Eubocæ rege. At mulieres Argivas ruri degentes in Euboea verſatas, & illic cum homine ab Ilio reverſo ibique appulſo collocutas, minime eſt credibile. Proculdubio igitur hæc de Nauplia Argivorum navali intelligenda. ἡ Ναυπλια, το των Αργειων ναυσταθμον. Strabo lib. VIII. p. 566. edit. *Almelov.*

459. Περσεα λαιμοτομον ὑπερ αλος] Λαιμοτομον hic non ad Perſeum ſed ad Gorgonem referri debet, nec *jugulatorem* hoc in loco ſignificat, ſed *eum cui jugulum eſt ſectum*. Lege igitur λαιμοτομου, exigente etiam metri ratione. Verſus enim antiſpaſticus eſt dimeter

dimeter hypercatalectus ex epitrito quarto pentaſyllabo, antiſpaſto itidem pentaſyllabo & ſyllaba.

V. 463. Αγροτηρι κουρῳ, *agreſti filio.* Ideo, ut puto, *Agreſtis* dictus Mercurius, quia in Arcadia natus & educatus, & ejus regionis præcipue patronus.

Κυλληνης μεδεοντα και Αρκαδιης πολυμηλου.

Homer. Hymn. ad Mercur. v. 2.

466. Ιπποις αν πτερoεσσαις] Solis equos *alatos* facit etiam Ovidius, quod monuit *Anonymus* in Obſervat. Miſcell. in Auctor. tom. II. p. 98.

472. 473. Περιπλευρῳ κυτει deſignatur *Lorica.*

475. Θορωσι vox nihili eſt, legendum omnino Θορευσι versus autem antiſpaſticus eſt πολυσχηματιστος dimeter hypercatalectus ex diſpondæo dijambo & ſyllaba.

479. Δορεπονων, *Armis exercitorum.* Non enim idem denotant δορειπονος & δορυξενος, quod affirmat *Barneſius*; nec δορυξενος ſignificat *confœderatum*, ſed generaliter *hoſpitem*, proprie vero *hoſpitem ex inimico factum.*

481. Τυνδαρις ἁ μελλα] In antiquis exemplaribus legitur αλεχια, non ἁ μελλα; hoc ſcilicet, licet longe a veſtigiis veteris ſcripturæ recedens, ſubſtituit *Barneſius*. Mihi veriſimilius videtur Poetam ſcripſiſſe.

Τυνδαρεις αλοχος.

485. Επι φονιον ὑπο δεραν] Editiones præcedentes habent Επι, τι φονιον, quæ lectio omnino revocanda.

486. Οψωμ' αἱμα χυθεν σιδηρῳ] Legendum puto Οψειμεθ', nam Οψωμ' præcedente particula αν non recte hîc ſtabit.

489. Ρυσσῳ γεροντι τῳδε προσβηναι ποδι] Verte, *Rugoſo huic ſeni ut pedibus aſcendat.*

491. 492. Ομως δε προς γε τους φιλους εξελκτεον
Διπλην ακανθαν, και παλιγγονον γονυ] Non erat loco movenda vulgaris ſcriptura εξελκτεον; quo ſane ſenſu aliquis dici poſſit ſpinam dorſi εξελκειν me fateor ignorare. Verbi autem εξελισσειν poteſtas optime vero ſenſui vocum ſequentium, διπλην ακανθαν, convenit, quarum ſignificatio ignorata cum nimia circa metrum ſollicitudine juncta, hanc, ut veriſimile eſt, emendationem, quæ *Hartungum* auctorem agnoſcit, peperit. De metro autem non eſt quare nos anxios habeat, εξελικτεον enim eadem ratione antepenultimam corripit qua ξεινοκτονος *Iphig. in Taur.* v. 776. ubi vide notas, & *Clark.* ad Homer. Iliad. Β. v. 537. Quod ad ſententiam attinet, ita hæc verti debent; *Explicanda*, vel *evolvenda eſt ſpina dorſi* (ſenio) *incurva, & retro flexum genu*; id eſt, *erigenda, exſerenda.* Lepidus ſane eſt *Barneſius*, qui ideo *duplicem ſpinam* vocari dicit, quia coſtæ utrinque e ſpina ſunt exertæ. Sed nec ipſi integra bellæ hujus explicationis laus debetur, fideliter enim e *Stiblino*, celato licet ejus nomine, exſcripta eſt.

V. 496. Στεφανους. *Serta, Coronas*, quibus in more apud veteres erat, quando hoſpites excipiebant, ut hi convivantes capita redimirent. Ita Hercules hoſpitio ab Admeto acceptus *Alceſt.* v. 759.

στεφει δε κρατα μυρσινης κλαδοις. —

Nimis autem providum ſe oſtendit *Barneſius*, dum in puerperium Electræ coronas curatas vult, de quo adhuc ne ſomniaverat quiſquam, & quod poſtea demum confictum erat, ut eo commento Clytemneſtra ex urbe eliceretur, quæque etiam coronæ nulli uſui futuræ erant ſi forte puellam peperiſſet.

498. Οσμην κατηρες] Adjectivum κατηρης a præpoſitione κατα derivatum puto, ut οσμην κατηρες ſit quod κατα την οσμην eſt, *odori gratum.* Sic Adraſtus in *Supplic.* v. 110. vocatur κατηρης χλανιδιοις, quia humi jacebat (ut patet ex v. 22. præcedente) caput veſtibus obvolutus. Sic *Iphigen. in Taur.* v. 1346. ταρσῳ κατηρει eſt *remorum ordine dependente*, id eſt, *remis aquæ immiſſis*; & eodem ſenſu *Heſychius* vocem hanc exponit per κρεμαμενην. Juxta eandem analogiam αμφηρης derivatur a præpoſitione αμφι, unde αμφηρεις σκηναι in *Ione* v. 1128. *tentoria quæ ſpatium quoddam utrinque*, id eſt, *undique, includunt.* Sic ab adverbio ευ derivatur ευηρης, *habilis, qui facile manibus tractari ac verſari poteſt*; αντηρης ab αντι *Troad.* v. 221. διηρης a δια, *Phœniſſ.* v. 90. ubi διηρες εσχατον (ſic enim ſcribi debere opinor, non διηρης) eſt *contignatio ultima*, id eſt *ultima quæ tranſmittit aut tranſitum præbet ſurſum aſcendentibus.*

498, 496, — αλλ' επεισβαλειν
Ηδυ σκυφον τονδ' ασθενεστερῳ ποτῳ] Pro τονδ' omnino legendum eſt τινδ'. Verte; *ſed jucundum eſt hujus vini ſcyphum interponere potui tenuiori.*

520, ad 545. Hæc, præter Tragicæ ſcenæ decorum, & negotium præſens, a Poeta hîc inſeruntur, ut agnitionem Oreſtis prout apud *Æſchylum* in *Choephoris* tractatur, irrideat; quæ quidem agnitio ex tribus hiſce ſignis pendebat, ſimilitudine capillorum, ſimilitudine pedum veſtigiorum, & veſte quadam ab Electra texta, quæ cum Oreſte olim e cæde & Ægiſthi manibus clam erepto ad Strophium miſſa fuerat. Vide *Æſchyl. Choephor.* v. 223 — 230, In hac Obſervatione mihi prævivit *P. Brumoy.*

525. 526. Ει χρυσεον εις γην τηνδ' αν Αιγισθου φοβῳ

Δοκεις αδελφον τον εμον ευθαρσῃ μολειν] Verte, *Si fratrem meum animoſum clam in hanc terram Ægiſthi metu proficiſci velle putas.* Particula enim αν infinitivo juncta ſignificationem *volendi* addit.

V. 538. Ουκ εστιν, ει περιν κασιγνητος μολων] Malim veterem retinere ſcripturam, ει και ζην, & cum *Scaligero* pro μολων legere μολῃ.

546. Η τισδε σκοπους λαθων χθονος] Conſtructio eſt, η τισδε χθονος τις (repetendus απο κοινου) λαθων σκοπους.

553. 554. — του ποτ', Ηλεκτρα, τοδε
Παλαιον ανδρος λειψανον φιλων κυρει] Verte, *Ad quem amicorum tuorum, Electra, pertinent veteres hæ hominis reliquiæ*; id eſt, Quiſnam eſt hic e tuis antiquis amicis?

556. Lege φησ, & ſimiliter v. 575.

570. Γεραιε ανελπιστον] Lege γεραι' ανελπιστον.

601. Τι φιλων; *Amicorum aliquid*; Plures enim intelliguntur.

608. 609. Συ δ', εκ βαθρων γαρ πας ανηρησαι φιλοις
Ουδ' εγκαταλοιπας ελπιδ', ισθι μοι κλυων] Iſta, εκ βαθρων — ελπιδ', parentheſi includi debent. Ita igitur verte; *Tu vero (nam funditus periiſti totus amicis nec ſpem ullam reliquam feciſti) hæc a me audiens accipe.*

615. Τειχεων μεν ελθων εντος, ουδ' αν ει θελοις] Peſſime hîc ſe decipit *P. Brumoy*, qui, cum recte ei præiverat *Barneſius*, hæc tamen ita reddidit; *Intra muros penetrandum eſt, ſed hoc voluiſſe non eſt ſatis.*

625. Νυμφαις ἑορτην πορσυν', ὡς ελεξε μοι] Ut metro conſulatur, pro πορσυν', ὡς legendum omnino exiſtimo πορσυνων, futuri ſcilicet temporis participium. Præterquam enim quod verbum πορσυνειν penultimam producat, Attici augmentum nunquam rejiciunt; nec legi poteſt πορσυνει, quia diphthongus iſta nunquam eliditur.

631. Δμωας μεν εισιν, οὑς εγ' ουκ ειδον ποτε] Omnino legendum eſt οὑς εγωγ' ειδον ποτε, *quos ego olim noveram.* Si enim ſenex ſe eos nunquam vidiſſe dixiſſet, quomodo Oreſtes interrogare pergeret, an benevoli futuri eſſent, Ægiſtho a ſe ſuperato; aut quomodo id ita fore Oreſti confirmare poterat ſenex?

633. Λεξω γαρ ιδιον τουτο, σοι δε συμφορον] Verte, *Præcipuum enim hoc dicam, tibique utile.*

636. Οδον γαρ αυτην, ὡς τεκ' αγρους εχει] Pro γαρ legendum cenſeo παρ', id eſt, προς, & ita vertendum; *Prope viam ipſam, ut videtur, agros habet.*

637. Οθεν αν ιδων σε δειπνι κοινωνον καλη] Vetus ſcriptura erat καλει, quod *Barneſius* ex conjectura mutavit in καλῃ; cum vero αν ex ejuſdem conjectura præcedat, legi malim καλοι.

V. 641. Αργει' παρεσται δ' εν ποσει θοινῃ επι] Lectio vulgata manifeſte mendoſa eſt, nec quidquam proficiemus reponendo cum *Scaligero* συν ποσει, aut cum *Cantero* ῳ ποσει; Si enim Clytemneſtra adfutura erat marito in convivio, ſupervacaneum prorſus fuiſſet Electræ commentum, quo eam extra urbem pelliceret. Feſtivus autem eſt *Barneſius*, qui ita locum intelligit ac vertit, quaſi Clytemneſtra, Mulier Argiva, & inſuper regina non convivio tantum, ſed compotationi etiam adeſſe deberet. Forſan legi poteſt εν πολει, ut intelligatur, præter ſacrificium in agris, epulum deſtinatum etiam fuiſſe in urbe celebrandum, quod & non obſcure innuitur etiam ſupra v. 171 — 174.

Αγγελλει δ', ὁτι νυν τριταιαν
Καρυσσουσιν θυσιαν
Αργειοι· πασαι δε παρ' Ηραν
Μελλουσιν παρθενικαι στειχειν.

648. Και μην εκεινα γ' ἡ τυχη θησει καλως] Εκεινα γ', id eſt, quæ ad Ægiſthum attinent.

656. Ηξει κλυουσα λοχει' εμου νοσηματος] Verte, *Veniet ubi audierit purgamenta mei morbi*, id eſt, Me puerperæ purgationibus affici.

657. Ποθεν; τι δ' αυτῃ σου μελειν δοκεις, τεκνον] Tolle diſtinctionem poſt ποθεν, & verte; *Unde vero ipſi tuarum rerum aliquid curæ eſſe putas, filia?*

659. Ισως· παλιν τοι μυθον εις καμπτην αγω] Verte, *Forſan; iterum tibi ſermonem ad metam duco*; id eſt, Hoc reſponſo nondum mihi ſatisfeciſti; iterum ergo ſermo tuus ad metam quam propoſui ducendus eſt. Καμπτη ſcilicet *meta* eſt; in certamine autem vehiculari circa metam flectebantur currus. Vide infra v. 956.

661. Hic verſus interrogative accipiendus eſt.

662. Ουκουν πραπιδαι σμικρον εις ἁδου τοδε.] Et hic verſus etiam interrogative dicitur, ita vertendus; *Hoccine igitur parvum eſt, ut illa ad inferos deducatur?*

682. 683. Ηκουσας, ὡς δειν' εξ εμης μητρος παθων,
Χ' ὡσοι συγουσιν ανοσιους μιασορας] Paullo plenius diſtingue poſt Ηκουσας, & ita verte; *Audiviſti*; *(noſtras* ſcilicet *preces, o pater) quippe atrocia a matre mea paſſus*; *& omnes illi etiam (dii* ſcilicet) *audiverunt quotquot abominantur impios ſicarios.* Hanc hujus loci eſſe ſententiam confirmat etiam Electræ reſponſum,

Παντ' οιδ', ακουει ταδε πατηρ —

694. 695. Υμεις δε μοι γυναικες ευ πυρσευετε
Κραυγην αγωνος τουδε] Ita hunc locum paullo obſcuriorem reddendum puto; *Vos vero, o mulieres, bene ac tempeſtive mihi edite, quaſi facibus ſublatis, clamorem nuncium eventus hujus certaminis.*

Electra

Electra enim domum ingreſſa, & enſem manibus tenens, quoquo modo ſe res verteret, in ſua ipſius poteſtate futura erat; mulieres autem foris in excubiis poſitæ erant, ut cognito eventu, clamore ſublato, Electram tempeſtive certiorem facerent. Quia autem excubitores in ſpecula poſiti, ſi quid novi viderant, id face accenſa ſublata indicare conſueverant, quæ res πυρσευειν dicitur; & quia mulieres, clamore ſublato, idem quod illi facibus, ſignificare debebant, ideo Poeta, metaphora a more illo ſumpta, hoc verbum hîc uſurpavit. *Barneſius* miris modis hîc ſe torquet, ſed nihil proficit.

V. 696. Πεσχειρον τυχος χεει βασαζοντ' εμη] Ex hoc loco manifeſtum eſt τυχος apud Græcos interdum pro *gladio* uſurpari; de qua re magna olim inter Academiæ *Gallicæ* Inſcriptionum Socios orta eſt contentio. Vide hiſtoriam ejus Academiæ Tom. III. p. 178. Tom. IV. p. 305 — 329. Idem enim telum quod hîc τυχος appellatur paullo ſupra v. 688. vocatur ξιφος.

703. Glyconius eſt πολυχρυματπος ex ditrochæo, cui opponitur diſpondæus, & choriambo.

704. Glyconius ſimiliter eſt πολυχρυματπος ex bacchio, cui opponitur moloſſus, & choriambo. Vide not. ad *Helen.* v. 1318.

705. Ut metri, quod periodicum eſt, conſtet ratio, legendum omnino καλλιποκον, *pulcro vellere*. Error talis eſt, ut facile Librario imperito & oſcitanti obrepere potuiſſe concipiatur.

713. Θυμελαι δ' επιταντο χρυσηλατοι] Verte, *Aræ vero aureis laminibus obductæ adibantur*. επιταντο imperfectum eſt paſſivum verbi πιτνημι.

719. 720. Επιλογοι Θυεστου, verti debere opinor, *Electionem declarantes Thyeſtæ*, ab επιλεγομαι, *eligo*. Atreus enim & Thyeſtes de regni ſucceſſione poſt Pelopis mortem contendentes ad pactum tandem deſcenderunt, ut is qui miraculum aliquod populo oſtenderet, regno potiretur. Atreus autem, cum in gregibus agnum aureo vellere inſignem haberet, Thyeſtes eum (fratris uxore Aeropa corrupta) nactus, & populo oſtendens regnum obtinuit. Vide *Schol.* ad *Oreſt.* ad v. 810.

724. 725. Hi verſus, ut ſtrophicis reſpondeant, ita conſtituendi,

Δ' εις αγορας αὔτει antiſpaſticus hemiholius

Ταν κεροεσσαν εχειν χρυσομαλλον aſynartetus ex dimetro dactylico & penthemimeri iambica.

726. Verſus eſt penthemimeris iambica; ut ſtrophico igitur reſpondeat legendum eſt κατα δωμα.

V. 728. Verſus eſt periodus catalectus; ut metrum igitur antiſtrophico reſpondeat, pro μεταβαλλει lege μετεβαλλ'.

730. Λευκον τι προσωπον αους.] Minus plene diſtinguendum poſt αους; nam accuſativi φεγγος & προσωπον reguntur a verbo ſequenti ελαυνει.

734. Verſus antiſpaſticus eſt πολυσχηματιστος dimeter hypercatalectus, ex moloſſo choriambo & ſyllaba. Vide not. ad *Helen.* v. 1318.

735. Accuratius antithetico reſpondebit metrum, ſi pro φθιτοις legas φθιτουσιν. Diſtingue autem cum Interprete poſt δροσον.

739. Στειψαι θερμαν αελιου] Omnino cum *Cantero* & *Scaligero* legendum puto αελιον, cui voci jungatur adjectivum quod proxime ſequitur χρυσωπον.

740. Αλλαξαντα primam hîc corripit; verſus enim ionicus eſt a majore ex ionico ditrochæo. Vide not. ad v. 439.

745. Ων ου μεμαθηται ποσιν κτισεις] Hoc in verſu, prout nunc legitur, & metrum laborat & conſtructio. Forſan reſcribi poteſt,

Ων ου μεμαθηται ποσιν εκτισεν.

Ita verſus erit antiſpaſticus πολυσχηματιστος dimeter hypercatalectus, ex diſpondæo, qui in ſtropha pentaſyllabus, epitrito ſecundo & ſyllaba.

746. Κλεινων συγγενετειρ' αδελφων] Fallitur *Barneſius* putans συγγενετειρ idem ſignificare poſſe quod συγγενης vel συγγονος; exemplum certe iſtius ſignificationis, quippe quæ analogiæ repugnat, adducere debuerat. Hîc idem valet ac συν ποσει γενετειρ.

747 Η δοκω κενη] Η δοκω vox *Euripidi* fere propria eſt juxta *Barneſium*, qui addidiſſe etiam debuit, apud illum non niſi hoc tantum in loco legi. Corruptam igitur puto, & δοκω legendum. Δοκω, δοκησις. *Heſych.*

757. Σφαγην αὔτεις τηνδε μοι· τι μελλομεν;] Verte; *Hanc mihi cædem peragendam eſſe clamore tuo mones*; *quid moramur?* De ſua enim ipſius cæde loquitur Electra. Vide ſupra v. 695 — 698.

763. Φονια ultimam certiſſime producit, ut paullo ſupra v. 760. βαπλια. Vide not. ad *Hippolyt.* v. 1153. Hinc ſpondæum quartam inſidentem ſedem habemus. Legendum, igitur puto,

Αγαμεμνονος φονια δε κειμενον τοδε,

aut forſan leviori adhuc opera hæc reſtitui poſſunt, legendo ſcilicet φονα. Vide not. ad *Hecub.* v. 881. ſed in Poeta Attico minus placet accuſativus Ionicus.

769. Lege φως.

V. 770.

V. 770. Τοῦσδ', ὦ γουν —] Pro τοῦσδ', cum *Æm. Porto* legendum puto τοῖσδ' —

785. Θοινην πεσειν] Pulcherrima ex conjectura *Daweſius* repoſuit θοινης 'γγενεις. Illum vide Miſcell. Crit. p. 345.

787. 815. 835. Ex mira, ut videtur Græcæ linguæ ignorantia, cujus haud pauca indubia in ejus opere alioqui eximio exſtant indicia, totam hanc narrationem corrupit prorſus & confudit *P. Brumoy*. Secundum eum enim, Oreſtem & Socios ut ad ſimile epulum poſtridie revertantur rogat Ægiſthus; eundem etiam, quia Theſſali Extiſpicii periti audiebant, ut exta victimæ inſpiceret precatur; Oreſtes demum, poſt bovem ab Ægiſtho mactatum, taurum etiam mactat; quæ omnia & a verbis & a mente Poetæ ſunt alieniſſima.

792. Χερνιβων] *Aquarum luſtralium.*

828. 829. — πυλαι δε και δοχαι χολης πελας
Κακας εφαινον τῳ σκοπουντι προσβολας] Conſtructio eſt, Πυλαι δε και δοχαι χολης εφαινον κακας προσβολας πελας ειναι τῳ σκοπουντι.

837. Απορρηξω χελυν] Χελυς *pectus* ſignificat, quod probat ex Nicandri *Scholiaſte H. Stephanus* in Theſauro ſuo, verbo χελυσσομαι. Pectus autem ideo abſcidiſſe videtur Oreſtes, ut Ægiſthus commode & ſine impedimento cor & pulmones explorare poſſet, cui huic ipſi rei intento mox lethale vulnus inflixit.

856. Ut vitetur anapæſtus in ſecunda ſede legendum eſt Καρα 'πιδειξων.

863. 864. Ita hi verſus conſtituendi,

Κρεισσω της παρ' Αλφειου pherecrateus
Ρειθροις τελεσας καλλινι- glyconius
κος στεθειν. αλλ' επαειδε pherecrateus:

& in antiſtropha,

Γαιας τυραννευσουσιν
Φιλοι βασιληες δικαιως,
Τουσδ' αδικους καθελοντες.

865. Εμῳ χορῳ] *Ad meam choream.*

868. Νυν ομμα τουμον, αμπτυχαι] Αμπτυχαι ſunt *Oculorum explicationes* vel *recluſiones*; quaſi dixiſſet Electra, *Nunc mihi liberum eſt oculos attollere & aperire.*

870. Οια δη 'γω] Omnino cum *Cantero* & *Scaligero* legendum οια δη 'γω, id eſt, οια δη εγω.

873. Ut metrum conſtet & ſtrophico reſpondeat legendum cum *Cantero* νιν.

883. 884. Ηκεις γαρ ουκ αχρειον εκπλεθρον δραμων
Αγων' ες οικους, αλλα πολεμιον κτανων] Verte, *Venis enim domum, non inutilis & immenſi curriculi certamine peracto* (quale ſcilicetlud is Olympicis coronati ſolent) *ſed hoſte occiſo Ægiſtho* &c.

V. 894. 895. — ὡς δε τῳ σαφ' ειδεναι ταδε
Προδωμεν] Omnino retinenda eſt vetus ſcriptura,

— ὡς δε τῳ σαφ' ειδεναι ταδε
Προσδωμεν,

ita vertenda; *ut vero ad certam hujus rei ſcientiam confirmandam aliquid addamus, ipſum mortuum tibi affero.* Malim tamen pro ταδε reponere τοδε.

902. Νεκρους υβριζειν] Non hîc Electra optionem ei a fratre datam Ægiſthi cadaver inhumatum projiciendi, & feris avibuſque prædam dilaniandam exponendi, fortiter & pie, ut putat *Barneſius*, rejicit. De ea enim re hoc in loco minime agitur, ſed tantum de invectiva, quam contra eum olim meditata erat, & quam nunc erubeſcebat contra mortuum proferre, populi invidiam & convicia verita.

907. 908. Επι. τιν' αρχην προτα σ' εξειπω κακων;
Ποιας τελευτας; τινα μεσον ταξω λογον;] Huic ſententiæ geminam plane aliam habes *Iphigen. in Aul.*

Τιν' αν λαβοιμι των εμων αρχην κακων;
Απασι γαρ προτοισι χρησασθαι παρα,
Καν υστατοισι, καν μεσοισι πανταχου.

920. Εμου δε πατρος ουδικεις λεχη] *Canterus* mavult ηδικει, ſed æque hîc ſtare poteſt vulgatum.

928. 929. Αμφω πονηρω δ' οντ' αφαιρεισθον τυχην,
Κεινη τε την σην] Diſtinguendum eſt poſt αφαιρεισθον, non poſt τυχην, ut ita hæc vertantur; *Ambo igitur, cum ſcelerati eſtis, retuliſtis, & illa tuam fortunam, & tu illius ſcelus.*

931. Ο της γυναικος, ουχι τανδρος η γυνη] Verte, *Hic uxoris ex maribus, non illa viri uxor.*

938. Ο δ' ηπατα σε πλειστον ουκ εγνωκοτα.] Tollenda eſt diſtinctio ad finem verſus, & ita hæc vertenda; *Iſtud autem quod a te ignoratum in errorem te quam maxime induxit, hoc eſt.*

944. Plene diſtinguendum eſt cum Interprete ad finem verſus.

948. Αειρων] Omnino legendum cum *Scaligero* αειρας. Verbum enim αειρω, ipſo fatente *Barneſio*, mediam habet brevem. Vide Homer. Odyſſ. Ε. v. 252. In metris autem iambicis & trochaicis κατα στιχον apud Atticos hoſce Poetas non admittitur Doriſmus.

952. 953. Εξ ουδεν ειδως' ὡν εφευρεθεις χρονῳ
Δικην δεδωκας' ὡδε τις κακουργος ων] Tollenda eſt diſtinctio poſt ειδως, & plene diſtinguendum poſt δεδωκας; denique poſt κακουργος ων, præeunte editione *Stobæi Grotiana*, minus plene diſtinguendum

dum eſt, ut cum ſequenti verbo δοκειτω jungatur. Ita autem verte; *Pereas, o nullius earum perite rerum quarum, poſt tempus detectus, pœnas dediſti. Ita homo facinoroſus ne mihi putet &c.* Ideo vero Electra Ægiſthum earum rerum imperitum quarum pœnas dederat appellat, quia ii qui eo audaciæ ſunt progreſſi ut cædem & adulterium auſi fuerint, vigilantes & ſtrenui eſſe debent, quas laudes Ægiſtho jam prius denegaverat Electra.

V. 991. Οι δε φλογερον] Dele το δε quod a prioribus editionibus abeſt, & metrum juxta atque ſententiam corrumpit.

997. Καιρος, ω βασιλεια] Verſus manifeſte mutilus eſt; forſan reſcribi poteſt,

Καιρος εμοι γ', ω βασιλεια.

999. Λαβεσθ', ιν' εξω τουδ' οχου στησω ποδα] Vulgatam hanc lectionem luculenter tuetur *Aug. van Staveren* in Miſcell. Obſerv. Tom. x. p. 98.

1008. Ita hæc diſtinguenda cenſeo,

Τι δ'; αιχμαλωτον τοι μ' απωκισας δομων,

Quidni vero? captivum certe me a domo patria abſtraxiſti. Reſpicit Electra ſcilicet id quod proxime dixerat Clytemneſtra,

Δουλαι παρεισιν αιδε,

quaſi & ipſa eadem quæ ſervæ illæ perpeſſa inter ſervas æquo jure cenſeri poſſet.

1016. Μαθοντα σ'] Quod ad participium generis maſculini de fæmina uſurpatum attinet, vide quæ notavimus ad *Medeam* v. 850.

1018. 1019. Ημας δεδωκε Τυνδαρεως τω σω πατρι,
Ουχ ὡστε θνησκειν, ουδ' ἁ γειναιμην εγω] *Daweſius* legit Ημας δ' εδωκε, & ἁ γειναιμην, utrumque, ut opinor, recte. Vide ejus Miſcell. Critic. p. 346.

1022. Ενθ' ὑπερτειναs πυλας] Bene ſe habet vulgata ſcriptura, nec innovatione opus eſt. Υπερτεινας πυλας idem valet ac ὑπερ πυλας πολει τινας.

1024. Κ'ει μεν πολεως ἁλωσιν εξιωμενος] Verte, *Et ſi civitatis quidem excidium medela aliqua averſurus.*

1026. 1027. Νυν δ' ουνεχ' Ελενης μαργος ην, ὁ τ' αυ λαβων
Αλοχον κολαζειν προδοτιν ουκ ηπιστατο.] Sententiæ ratio omnino poſtulat ut pro Ελενης reponatur Ελενη; non enim dici poterat, neque verum erat, Agamemnonem, aut Helenæ amore captum, aut ejus deſiderio inſanientem, propriam filiam mactaſſe. Studium gratificandi fratri Menelao, & dignitatis imperatoriæ cupiditas, ſolæ fuiſſe cauſæ videntur quibus permotus id facinoris patrare ſuſtinuerat. Minus etiam plene diſtingue poſt ηπιστατο, & ita verte; *Nunc vero quia Helena libidine æſtuabat, & ille viciſſim qui eam in uxorem acceperat quomodo proditrix cohibenda erat non intelligebat; horum cauſa filiam meam perdidit.*

V. 1033. 1034. Hos duos verſus ita reſtituit *Daweſius* Miſcell. Critic. p. 346.

Λεκτροις τ' επειστεφρησε, και νυμφα δυο
Εν τοισιν αυτοις δωμασιν κατειχ' ὁμου.

1059. Ουκ εστ' τι σοι δ' ἡδυ προσθησω φρενι] Verte; *Non ita eſt; immo quod animo tuo gratum erit inſuper tibi retribuam.*

1072. Γυνη δ' αποντος ανδρος ἡτις εκ δομων] Verte, *Mulier vero quæ cum maritus domo abeſt.*

1085. Παραδειγμα τοις εσθλοισιν, εις ὀψιν τ' εχει] Omnino cum *Scaligero* εισοψιν legendum exiſtimo, *rem ſcilicet in quam intueantur & inde documenta ſibi utilia hauriant.* Conſtructio *Barneſii* ex his verbis elici minime poteſt. Nam ut idem verbum accuſativos duos regat, unum enunciatum, alterum ſubintellectum, ſive, quod eodem redit, ſimul & tranſitivam & neutram habeat poteſtatem, haud patitur linguæ indoles.

1089. — Αλλ', απετυχω λεχη &c.] Verte, *Sed mercedem reportaſti alienum torum, nuptiis pretio emptis.*

1129. Lege Αυτη 'λοχευον.

1148. Ut hic verſus antiſtrophico par ſit reponendum puto λουτρειοις, verſus enim aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis.

1150. Ιαχησε ſecundam hic producit; vide not. ad *Troad.* v. 828. *Heracl.* v. 783. *Helen.* v. 1502. *Herc. Fur.* v. 349. Verſus enim aſynartetus eſt ex duobus dochmaicis; uterque dochmaicus ex antiſpaſto & ſyllaba.

1152. 1153. 1154. Ut hi verſus antitheticis reſpondere poſſint, ita conſtitui debent,

Σχετλια τι με γυναι φονευεις, glyconius ex epitrito quarto & ditrochæo
Φιλαν πατριδα δεκετεσιν εν iambicus dimeter
Σποραισιν ελθοντ' εμαν; periodus catalectus:

& pariter antiſtrophici, inſerta particula γε poſt ποσις, ad metrum fulciendum,

Πελεκυν εν χεροιν λαβουσα.
Τλαμων ποσις γ' ὁτι ποτε ταν
Ταλαιναν εσχεν κακον.

1164. Δρυοχα νεμομενα] *Querceta frequentans.*

1170, 1171. Ita potius hi verſus conſtituendi,

Σχετλια μεν επαθες, ανοσια δ' iambicus dimeter
Ειργασω ταλαιν' ευνεταν periodus.

1179. 1180. Ita hi verſus conſtituendi,

Αιγεινα σωματ' εν χθονι Euripideus
Κειμενα, πλαγα χερος ὑπ' εμας, hephthemimeris anapæſtica
Αποιν' εμων πηματων. periodus catalectus.

V. 1181.

V. 1181. Δακρυτ' neque eſt neque eſſe poteſt δακρυτα, nulla enim duarum ſyllabarum eſt ellipſis; nec δακρυτι' reponi debet, repugnante ſcilicet metro. Δακρυτος, *Lacrymabilis*, eâdem analogiâ a δακρυω deducitur quâ λυτος *ſolubilis* a λυω.

1184 — 1187. Ιω, τυχας σας, τυχας, ματερ, τεκουσ' &c.] Conſtructio eſt, Ιω, ματερ τεκουσα, σας τυχας, τυχας μαλιστα παθουσα αλαστα και περα γε ὑπο σων τεκνων. Tollenda igitur eſt diſtinctio poſt ματερ, & paullo plenius diſtinguendum poſt τεκουσ'.

1187. 1188. Hi duo verſus unum conſtituere debent, iambicum ſcilicet dimetrum.

1192. 1193. — φονια δ' ωπασας λεχε' απο γας Τας Ελλανιδος] Ωπασας hic idem ſignificare videtur quod διαξας, ut ita hæc reddi poſſint; *Exterminaſti ſanguinaria connubia e terra Græcanica.* Quod ſi cui forte ſignificatio hæc verbi οπαζειν inſolentior videri poſſit, ita hi verſus una cum præcedente corrigi & conſtitui poſſunt,

Αφατα φανερα δ' εξεπραξας αχεα, trochaicus trimeter brachycatalectus

Φονια δ' αποσας λεχε. απο γας idem dimeter hypercatalectus

Τας Ελλανιδος baſis anapæſtica.

1194. Lege τις δε ξενος; Ita ſenarium habebis iambicum.

1203. Peſſimum certe facinus hic admiſit *Barneſius*, qui contra præcedentium editionum fidem, ne monito quidem lectore, poſt φερουσα interpolavit γ' ευ, quod tamen aſſumentum æque, & ſine ullo ſententiæ detrimento, abeſſe poteſt.

1263. Ψηφος ισα τ' εστιν εκ τε του θεου] Pro εκ τε του reſcribendum puto εκ τουτου. Certe particula τε in iſto loco prorſus otioſa eſt.

V. 1272. Σιμουν βροτοισιν ευσεβες χρηστηριον] *Clarkius* ad Homer. Il. Δ. v. 242. reponendum cenſet ευσεβεσι, cui & lubens aſſentior.

1278. Ναυπλιαν. Vide ſupra not. ad 453.

1299. Και καταφθιμενης] Malim της καταφθιμενης; nam το και hic abundare videtur.

1301. Μοιρας αναγκης ἡγειτο χερι] Verte, *Parcæ præibat, & eam quaſi manu ducebat, neceſſitatis fatum.*

1303. Απολλων mediam corripit. Vide not. ad *Bacch.* v. 606. *Herc. Fur.* v. 1079. & in hac ipſa fabula ſupra ad v. 740.

1315. Recte hic ſtabit πατρωας, quæ penultimam, quanquam natura longam, vocali vocalem ſequente corripere poteſt. Idem ſcilicet fit etiam infra v. 1323. Ut conſtet autem metrum legendum eſt εκλειπειν.

1324. Male hic circumflectitur penultima vocis κατῆραι cum natura brevis ſit, quidquid dicat *Barneſius*, ut & antepenultima in καταρατος vide Ariſtoph. Lyſiſt. v. 530. Quanquam non ſum neſcius voces αρωμαι & αρη, *ſupplicationis* ſenſu primam ſemper apud Homerum producere. Vide *Clark.* ad Odyſſ. x. v. 208. Apud Tragicos autem hoſce Atticos longe aliter rem ſe habere deprehendes. Vide *Phœniſſ.* v. 67. 477. *Sophoc. Oedip. Colon.* v. 1440. 1449. 1454. 1472. 1515.

1335 — 1338. Quatuor ſunt baſes anapæſticæ ex quibus dimetri duo conſtitui debent.

Hi verſus apud *Stobæum* tit. 49. edit. *Grot.* ex hac Tragœdia citantur, quanquam in ea hodie non legantur,

Η γαρ τυραννις παντοθεν τοξευεται
Δεινοις ερωσιν, οις φυλακτεον περ'.

NOTÆ

NOTÆ IN FRAGMENTA

Ad EDITIONES *BARNESIANAM* & *GROTIANAM*

In Excerptis & *STOBÆO.*

In DANAEM.

DE hujus Tragœdiæ Choro vide *Polluc.* Onomaſt. lib. IV. §. III.

V. 15. Ὑποπτερον λεοντα, *Leonem alatum*, quia Perſeus alis a pedibus inſtructus erat, quod recte *Barneſius* ſeipſum corrigens monuit ad *Ino.* v. 53.

16. Ος ποσδε γ' αρξει θατερας πολλης χθονος] Legendum cenſeo χάτερας.

20. Πρωτομαστ] Lege πρώτομαζι, nam Σ geminatum non eſt Atticæ dialecti.

28. Λαθρα ultimam producit; ut conſtet igitur metrum, pro λαθρα πως legendum puto λαθραιως.

30. Απυρος χρυσος] *Aurum nativum, ignem nondum expertum*, quod vere de eo in quod ſe transformaverat Jupiter dici potuit, & quale interdum etiam in fodinis ſumma puritate ſponte gignitur. Ut απυρος ſignificet id quod *igne eſt purgatiſſimum*, τῳ α ſcilicet intenſive poſito, quod *Barneſio* placuit, & nullo auctore nititur, & rei de qua agitur indoli repugnat. Ne autem anapæſtus quartam obtineat ſedem legendum opinor,

— απυρος ὡς χρυσος γεγως.

33. Spondæus ſecundam occupat ſedem; legendum exiſtimo,

Η δ' αγνοουσα τον κεκρυμμενον δολον.

36. 37. Εις θαυμ' εσαει, καξεπεπληκται, σαφως

Ως εις τοδ' ηλθε, μεμψιν ευλαβουμενη] Conſtructio eſt, και εξεπεπληκται ευλαβουμενη μεμψιν ὡς ηλθε σαφως εις τοδε; *Et animo perculſa eſt reprehenſionem metuens quaſi ſcienter hoc probrum admiſiſſet.*

V. 52. Hic verſus melius in duos ſecabitur,

Τοισδε δωμασι κοιρανου periodus

Αμφιδοξος πλαζω idem catalectus.

57. Hic etiam verſus melius in duos ſecabitur,

Ως εγκυμων ειληπται hephthemimeris ſpondaica

Χρανθεισα λεκτροις penthemimeris iambica.

59. Hic verſus in duos dividi debet,

Εν παρθενωσι σφραγισι periodus

Δεμας φυλασσει penthemimeris iambica.

61. 62. Hi duo verſus in tres ita dividi debent,

Αλλ' εισορω γαρ τυραννον periodus

Χθονος τησδ' Αργειας antiſpaſticus hemiholius

Ακρισιον προ δομων στειχοντα idem dimeter hypercatalectus.

64. 65. Συ δ' ει κατ' οικους ευνοων επιγχανεις

Ουκ αν ποτ' ηλθες εις τοδε θρασους] Hæc Acriſii e domo exeuntis & ſcenam intrantis verba, non ad Chorum dirigi videntur, ſed ad alium quendam cujus nomen cum reliqua hujus Tragœdiæ parte intercidit.

79. 80. Ουτω δε θνητων σπερμα, των μεν ευτυχει

Λαμπρᾳ γαληνη] In *Stobæo Grotiano* rectius legitur λαμπρα γαληνη.

82. Φθινουσι δ' αυτους] Legendum puto Φθινουσι δ' αὖ τοὺς, ubi τους pro τινας ponitur. Verte autem, *Quoſdam porro perdunt etiam mutationes iſtæ quæ utilitatem adferre videntur.*

84. Τριπει] Malim Ρεπει.

95. Εν τοις δ' εχουσιν ηδυπαθης πεφυχ' ὁδε] Ηδυπαθης ex conjectura *Grotii* legitur loco του ἡδιστος, quod antea repugnante metro in vulgatis obtinebat; ſed me-

decina iſta ulcus non tollit, ſpeciem tantum mutat, anapæſto vice ſpondæi in quarta ſede ſubſtituto. *Salmaſius* ſententiæ minus convenienter. νεπυτας reponit. Forſan legi poteſt ἰγετας.

V. 96. Συ δ' ω χαλιστ᾽ πυι θεων τε και βροτων] Cum hic verſus olim ita legeretur,

Συ δ' ω τυραννε πασιων θεων τε κἀνθρωπων,

Scaliger. ut metro conſuleret, ex conjectura reſtituit prout apud *Barneſium* legitur. Hic autem verſus cum duobus ſequentibus ex *Euripide* quidem, ſed e nulla certa tragœdia, laudantur a *Stobæo* p. 261. edit. *Grot.* iis etiam admodum ſimiles reperiuntur tres verſus inter fragmenta *Andromedæ* Addend. v. 16. 17. 18. quique certiſſime, ut ex Luciani de Hiſt. conſcribend. §. 1. & *Athenæi* p. 561. edit. *Caſaub.* teſtimoniis conſtat, ad tragœdiam illam pertinent.

108. 109. Ην γαρ τις αινος, ως γυναιξι μεν τεχναι Μελλουσι] Verbum μελλειν nullam hujus loci ſententiæ appoſitam habet ſignificationem. Proculdubio legendum μελουσι. Vide *Barneſii* notas ad *Bacch.* v. 450.

130. Melior hujus verſus lectio apud *Athenæum* exſtat edit. *Caſaub.* p. 40.

Και τοις θεοισι μικρα θυοντας τελη,

ubi & oſtendit *Athenæus* vocem τελος idem ſignificare ac θυσιαν.

132. 133. Monere debuit *Barneſius* quo autore hos verſus tribuit *Euripidi*, & inter *Danaes* fabulæ potius quam cujuſvis aliæ reliquias edidit. Nam in editionibus *Stobæi Grotiana* tit. 73. & *Wecheliana* p. 653. Alexidi tribuuntur. In *Wecheliana* quidem eâdem paginâ ſequentes duo verſus aut Alexidis eſſe dicuntur, aut *Euripidis* in *Danae.*

Ουκ ες' αναισχυντοτερον ουδεν θηριον
Γυναικος, απ' εμαυτης εγω τεκμαιρομαι,

qui tamen in *Grotiana*, nulla *Euripidis* facta mentione, Alexidi tribuuntur.

Addend. v. 2. Apud *Stobæum* corrupte legitur τιμα ἱερον.

In ÆGEUM.

1. 2. Εςι και θανουσ' αρετην Αποδειξασθαι θανατω] Verte, *Virtutem morte oſtendiſſe illi etiam competit qui peccaverit.*

7. Το καλως πρασσειν] *In illuſtri fortuna collocari.*

12. Πολυξενουσθαι] *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* v. 34. verbum hoc minime Græcum eſſe pronunciat. Sed quis Græcæ linguæ ubertatem atque copiam totam ita animo comprehenſam tenet, ut hoc affirmanti credere ſatis tutum ſit? Certe non is eſt qui reſcribendum ſtatuit Παλαι ξενουσθαι ex Noſtri *Hippolyto* v. 1085. cum παλαι ibi non cum ξενουσθαι jungatur, ſed cum ασοιτιμωντα.

In ÆOLUM.

V. 1. Verſus hic apud Plutarchum Moral. ed. *Pariſ.* p. 959. ita legitur,

Η βραχυ τι θνητος αριςος,

ubi nulla certe tragœdia indicatur ex qua decerptum ſit hoc fragmentum.

4. Hic verſus in duos dividi debet,

Χθονιων τ' αιειων penthemimeris anapæſtica
Τε πνευματα dochmaicus aut portio verſus.

5. Rectius hic verſus apud *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. Ran. ita legitur,

Τι δ' αισχρον ην μη τοισι χρωμενοις δοκη,

quod ex Antiſthenis parodia ibi memorata conſtat.

7. Hoc fragmentum apud Plutarchum de lectione Poetarum Opp. Moral. edit. *Par.* p. 36. & *Stobæum Euripidi* tribuitur, ſed quare ad *Æolum* potius quam ad quamvis aliam hujus Poetæ fabulam referendum cenſuerit *Barneſius*, rationem reddidiſſe debebat. Porro hæc metra ita conſtitui debent,

Εγω δ' ουδεν σοφωτερον glyconius πολυχρηματωτερος
Νομιζω τας συφρονας, idem
Επει τοις αγαθοις αει idem purus
Ξυνεςι.

10. Hoc etiam fragmentum *Euripidi* tribuitur ab *Athenæo* edit. *Caſaub.* p. 158. *Stobæo* & *Euſtathio* ad Homerum p. 868. ſed nulla mentione facta ex qua fabula deſumptum.

13. Ων ουκ απαρχει πλησμονης] Omnino legendum Ων ουκ απαρκει πλησμονη.

17. Hoc etiam fragmentum apud *Stobæum Euripidi* tribuitur, ſed fabulæ ex qua deſumptum nulla fit mentio.

19. 20. Σιγαν φρονουντα κρεισσον, η εις ὁμιλιαν Φερειν τι.] Hoc fragmentum apud *Stobæum* exſtat cap. 22. edit. *Geſneri* ſed ibi in verſus ſecundi initio legitur Πεσοντα, quod conjectura audaciori in Φερειν τι immutavit *Grotius.* At vulgatam ſcripturam longe præferendam exiſtimo, iiſque quæ ſequuntur magis accommodatam, hoc ſcilicet

cet ſenſu; Tacere meditantem ſatius eſt quam in colloquium incidentem; illi vero nec amicus ſim nec ſodalis qui ſe ſibi ſapere ſufficientia confidit, amicos ſervili loco habens.

V. 24. Ut conſtet metrum legendum cenſeo Λαος γε πολιτικωτο.

33. Τα πολλ' αναγκη περιφερει τολμηματα] Vulgatæ *Stobæi* editiones habent διαφερει, *producunt*, *proferunt*, quod quare immutaret *Grotius* ſatis cauſæ non video.

53. Το δ' ουκ εφηνεν ουδεις εξ αρχης νεω] Malim το δ' αυ γ' εφηνεν. Vulgatæ ſane ſcripturæ ſententia nulla eſt.

61. Η τ' Αφροδιτη] *Et Venus*, Hæc enim non diſjunctive, ſed totam periodum interrogative dici intelligendum eſt. Vide not. ad *Hippolyt*. v. 932.

Addend. Hi duo verſus in Ariſtophanis Theſmophoriazuſis leguntur v. 412. 413. ubi rectius Καμαει κορη τις; interrogative ponitur. Oſcitantiæ autem arguendus eſt *Barneſius* qui hæc *Euripidi* fidenter aſcribit, cum prior verſus indubie ipſius eſt Ariſtophanis, de altero dubitari poteſt an Ariſtophanis ſit an *Euripidis*, ut conſulenti contextum manifeſte conſtabit. De hoc autem Dramate vide *Scholiaſtem* ad Ariſtoph. Nub. v. 1374.

In ALEXANDRUM vel ALEXANDRAM.

Chorus paſtoribus conſtabat; ἑτεροι δε εισι του χορου, καθαπερ εν τη Αλεξανδρα ποιμενες. *Schol.* ad *Hippolyt.* v. 58.

6. Ut vitetur hiatus, pro χρη legi poteſt χρην.

9. Ευγλωσσια δε πολλακις λειφθεις ανηρ] Λειφθεις ex *Scaligeri* eſt coniectura, nam *Stobæi* codices habent ληφθεις, unde veriſimilior evadit lectio quam ſuppeditat *Clemens Alexand.* Stromat. l. 1. p. 340. ed. *Potter.*

Αγλωσσια δε πολλακις ληφθεις ανηρ.

28. Ut conſtet metrum legendum videtur,

Ιδιον ουδεν αρ' εχομεν· μια δε γενα trochaicus trimeter catalectus.

30. Rectius ſe habebit metrum ſi ita potius hunc verſum reformandum ſtatuas,

Νομῳ δε γαυρον ὁ χρονος αυτο κραινει ſenarius iambicus catalectus

Cum *Grotio* autem plenius diſtinguendum ad finem verſus.

36. Κακον τι βουλευμ' ην αρ' εις ευανδριαν] Pro βουλευμ' rectius apud *Clement. Alexandr.* p. 574. edit. *Potter.* legitur παιδευμ'.

Addend. V. 1. Hic verſus qui exſtat apud Ariſtoph. Ran. v. 100. non *Euripidis* eſt, ſed ipſius Ariſtophanis, e pluribus Tragicorum phraſibus conflatus. Vide ibid. *Scholiaſt.*

2. 3. Hæc, prout nunc leguntur prorſus αμετρα, ita forſan reformari poſſunt,

— φημαις δ' ουχι δει

Ταις των ονοματων εξελεγχεσθαι τροποις.

Exſtat & aliud fragmentum apud Ciceron. de Divinat. lib. 1. §. 21.

Quia mater gravida parere ſe ardentem facem &c. quod ex hac etiam fabula ſumptum conjectari licet.

In ALCMÆONA.

4. Claudicat metrum, quapropter legi malim Συ δ' ω γεραιε. Apud *Suidam* etiam voce Πενθηρα verſus reliqua pars ita legitur,

— την γε παιδα δους εμοι,

quam ſcripturam immutandi nullam ſatis juſtam cauſam video.

8. Οτε αρματ' εισεβαινεν εις Θηβας ιων]. Rectius apud *Euſtratium* in Ariſt. Ethic. ad Nicomach. p. 39. b. legitur Οθ' ἁρματ'.

15. Lege cum *Grotio* Οστις δε δουλω.

18. Εκδιδασκετ' εμω λογω] Sententia eſt; *Meis ſermonibus moniti alios hoc docete*; verbo enim διδασκειν poteſtatem paſſivam nuſquam tributam memini.

Addend. V. 3. 4. Ο σοι πατερα γ' απωλεσ', Οιδιπους δε με
Χρυσουν ενεγκων ὁρμον εις Αργους πολιν] Peſſime hæc vertuntur; ita redde; *Quod tibi patrem perdidit, me vero* (perdidit) *Oedipi filius aureum monile Argos cum attulit.*

Addi poteſt hoc fragmentum ex *Schol.* ad Ariſtoph. Equit. v. 1299,

Ουδε πυνθανεσθε ταυτ', ω παρθενοι, τα 'ν τη πολει.

Adde etiam ex Priſciano p. 1182.

Τι τουθ'; εκοντος ουδεν εντρεπει πατρος;

indicante *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 576. qui & ita ſpecioſe ſane corrigit,

Πεσοντ' γεροντος ουδεν εντρεπει πατρος;

In ALCMENAM.

11. Ποθεν δε τυχης φανον εξευρε λαβειν] Hic verſus apud Pol-

Pollucem exſtat lib. x. §. 117. ubi rectius ſcribitur παιων. Vide ibid. *Kuhnium* & *Hemſterhuſium*.

V. 19. Λογισμος, *Sermocinatio*.

In ALOPEN.

1. Sine interrogationis nota apud *Grotium* legitur.

4. Primæ duæ ſyllabæ vocis Θεωρειν per ſynizeſin in unum coaleſcere intelligendæ ſunt.

8. 9. 10. Ita potius hæc interpunctionibus diſtinguenda cenſeo,

> Εγω δ', ὁ μεν μεγιστον, αρξομαι λεγειν
> Εκ τουδε πρωτον· πατρι πειθεσθαι χρεων
> Παιδας, νομιζειν τ' αυτο τουτ' ειναι δικην.

Verte; *Ego vero ab illo quod maximum eſt primum dicere incipiam; patri liberos parere oportet, & hoc ipſum æquum eſſe exiſtimare.*

Ad hanc etiam fabulam referenda cenſeo quæ veteres ex Cercyone protulerunt, cum in ea Cercyon Alopes pater partem non minimam obtinuiſſe debeat. Notiſſimum autem eſt veteres pro fabulæ nomine perſonarum loquentium nomina non raro laudare ſolitos, v. g. *Hecubam* pro *Troadibus*, *Juſtin. Martyr.* de Monarch. p. 174. edit. *Hutchin.* aliaque ad hanc normam non pauca. Vide *Barneſium* ad fragmenta ex *Atreo*. Et ſequentia quidem e Cercyone citata reperio,

> Γεμουσαν κυματος θεοσπορου *Euſtath.* ad Homer. edit. *Rom.* p. 656.
>
> Πλησας δε πεδιον; ουδ' οπαρ κατ' ευφρονην
> Φιλοις εδειξεν αυτον. Idem ibid. p. 1902.

In ANDROMEDAM.

2. Suſpenſa adhuc, & non abſoluta ſententia, nullus parœmiaco locus. Legendum igitur puto,

> Ως μακραν γ' ἱππευμα διωκεις.

6. Ειη μοι χαρις] Apud Diog. Laert. lib. iv. §. 29. & *Suid.* voce ειση rectius legitur ειση μοι χαειν;

7. 8. Ita hos verſus propius ad ſcripturam quæ apud Laertium exſtat reformandos cenſeo,

> Αγου μεν ω ξεν', ειτε δμωιδα με θελεις,
> Ειτ' αλοχον —

12. 13. 14. Εγω δε παιδας ουκ εω νοθους λαβειν·
> Των γνησιων γαρ ουδεν οντες ενδεεις
> Νομῳ νοσουσιν· ὁ σε φυλαξασθαι χρεων] Verte, *Ego vero tibi non permitto liberos aſciſcere nothos; legitimis enim cum nihilo ſint inferiores lege tamen premuntur, quod tibi cavendum eſt.*

V. 22. Vide hunc verſum diligenter expenſum a *Gatakero* Adverſ. Miſcell. p. 513 — 515.

23. Νεοτης μ' επηρε, και θρασος του νου πλεον] Rectius apud Lucian. Necyomant. §. 1. pro θρασος legitur θερασος.

41. Ως του γε πεαζειν τοιυπον μειζον κακον] Verte, *Appropinquans enim malum majus videtur quam cum ſentitur.*

42. 43. Ουκ εστιν ὁστις ευτυχης εφυ βροτων,
> Ον μη το θειον ὡς το τελος απολλυει] Pro ὡς τα πολλα συντελει, quod in codicibus *Stobæi* ſcriptis & prius editis legebatur, *Grotius* repoſuit ὡς το τελος απολλυει, conjectura nimis profecto audaci. Mihi potius, leviſſima mutatione facta, ita legendum videtur,
>
> Ον μη το θειον ὡς τα πολλα συντελει.

Ubi, aut *cujus ad plurima non confert numen.*

47. Legendum eſt τὸ δ' απηχρυψεν, non τόδ'.

48. Lege cum *Grotio* εκ κειναν, ut conſtet metrum.

50. Κατα πνευμ' ανεμων] *Prout venti ferunt.*

52. Hic verſus in duos dividendus,

> Δακρυων μεταδους εχει periodus
> Τινα κουφοτητα μοχθων iambica hephthemimeris.

Δακρυων μεταδους verti debet, *Lacrymas pro parte ſua conferens.*

53. 54. Hæc apud *Stobæum* edit. *Grot.* p. 467. ex *Andromacha* citantur, & iterum p. 37. nulla tamen fabulæ ex qua excerpta fuerant facta mentione. Vide *Valckenar.* ad *Ammonium* p. 37. qui ex *Andromeda* deſumpta eſſe *Ammonii* teſtimonio confirmat.

55. 56. Hæc revera in *Andromacha* reperiuntur v. 462. 463.

Addend. V. 11. Non ſatis conſtat an hic verſus *Euripidis* ſit vel Ariſtophanis.

16. Apud Lucianum de conſcribenda hiſtoria verſus hic ita legitur,

> Συ δ' ω θεων τυραννε κ' ανθρωπων Ερως.

Etiam apud *Athenæum* legitur Συ δ' ω, non Αλλ' ω.

22. Αφαιρεθειση χαριτας ἁς τιμωσι σε] Lege, ut apud *Athenæum* ſcriptum reperitur, αἱς non ἁς.

Fragmentis a *Barneſio* collectis adde ſequentia.

> Παρθενου τ' εικονα τινα
> Εξ αυτομορφων λαϊνων τυπωματων
> Σοφης αγαλμα χειρος. *S Maxim. Schol.* ad Dionyſ. Areop. edit. *Corder* tom. ii. p. 28. At apud *Pachymerem* ibid. p. 30. legitur αυτομορφου, non αυτομορφων.

Ποια λιβας στειρων. *Schol.* ad Ariſtoph. Lyſiſtr. v. 962. Huc etiam referri poſſe videtur fragmentum apud Plutarch. Sympoſiac. lib. ix. probl. 15.

Ο πταμενος ἱερη ανα Διος
Αιθερα Γοργοφονος —

Et illud apud eundem de audiend. Poet. p. 22. ed. *Par.* Opp. Moral.

Κητος θοαζει εξ Ατλαντικης αλος.

In ANTIGONEN.

V. 10. Hic verſus inter fragmenta incerta relegandus videtur, ex nulla enim certa fabula citatur a *Stobæo*. *Euripidi* a Platone in Theage tribuitur, cujus auctoritatem ſecuti ſunt *Stobæus*, *Themiſtius* aliique. Contra *Sophoclis* eſſe ex Ajace Locro aſſerunt Ariſtides tom. II. p. 288. edit. *Jebb.* & A. Gellius lib. XIII. cap. 18. Vide & *Fabric.* Biblioth. Græc. tom. I. p. 624..

17. Ην δ' εν παρουσῃ] Verte, *Quod ſi commoda adſit Venus, occaſionem fruendi arripere dulciſſimum eſt.*

24. Τα πολλα φαυλη] Priores *Stobæi* editiones habebant παντη, quod quare in φαυλη mutaret *Grotius* non ſatis cauſæ video.

37. 38. Et hæc inter incerta amandanda videntur, quippe e nulla certa fabula citata a *Stobæo*.

Addend. Ita hæc ſunt ordinanda,

— επι χρυσεοτατον ασπιδα
Των Καπανεως.

Adde etiam verſum ſequentem,

Ου γαρ εσθλα κατθανουσι κερτομειν επ' ανδρασιν,

qui ad *Euripidis* Antigonam a *Stobæo* p. 513. edit. *Grot.* refertur. Incuria enim lapſus eſt *Barneſius*, qui Archilocho tributum putavit.

In ANTIOPAM.

Argumentum hujus fabulæ apud *Hyginum* reperies fab. VIII.

4. Γυναικομιμῳ διαπρεπεις] Legendum eſſe διαπρεπεις, non cum *Grotio* διατρεπεις, patet e Philoſtrato Vit. Apollon. Tyan. lib. IV. cap. 21.

7. Κυτει ὁμιλησας αν ορθωσαις ποτε] Ut vitetur hiatus legendum videtur Κυτει γ' ὁμιλησας. Rectius etiam *Gatakerus* Adverſar. Poſthum. p. 510. legit ορθωσαις, non ορθωσης.

8. Ου τειχος αν λαβοις δε, ουτ' αλλων ὑπερ] Ut vitetur hiatus inſuavis, qualem apud Poetas Atticos rariſſime reperies, pro δε legi poſſe ποτ' opinor.

17. Τα μεν κατ' οικους αμελια παρεισεται] Verbum παρειαι penultimam neceſſario producit, adeoque metrum hoc in loco plane jugulat. Forſan reponi poteſt παρειται, ſubaudita ad τα μεν κατ' οικους præpoſitione κατα, ut ſententia ſit, *Circa res domeſticas negligentia torpet.*

V. 20. Φιλοισι δ' ουδεις · η φυσις γαρ οιχεται] *Sextus Empiricus* adv. Muſicos §. 35. hos verſus allegans habet,

Φιλοισι τ' ουδεις, αλλ' αφαντος οιχεται.

22. — εν τουτῳ γαρ
Λαμπρος θ' ἑκαστος, κἀπι τουτ' επειγεται] Hos verſus ita melius conſtituit *Grotius*,

λαμπρος εν
Τουτῳ θ' ἑκαστος, &c.

25. Ιν' αυτος αυτου τυγχανη βελτιστος ων] Legendum potius conjicio,

Ιν' αυτος αυτῳ τυγχανει βελτιστος ων

Quacunque in re ſe præſtantiſſimum eſſe deprehendit. Hoc ſenſu accipiendam particulam ἱνα, & reponendum eſſe τυγχανει, vidit etiam *H. Stephanus* ad Platonis Gorgiam.

36. Δεινοισι δ' ἡμων ὁστις εστι αν ταχος] Particulam αν ex conjectura ad ſupplendum metrum interpolavit *Grotius*, at refragante, ut opinor, Græci ſermonis indole. Mihi potius reſcribendum videtur,

ὁστισουν εστι ταχος.

37. 38. Hi verſus leguntur in *Andromacha* v. 421. 422.

39. 40. 41. Hæc incerto auctore exſtant apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. 99.

47. Και γαρ ει φρονει τι χω] Apud *S. Maximum* edit. *Combefis.* tom. II. p. 535. & in edit. *Wecheliana* p. 94. legitur Ει γαρ τι φρονειν εχω.

51. 52. 53. Hi verſus in *Electra* leguntur v. 294. — 296.

56. 57. — δει γαρ ανδρ' ειθισμενον
Ακολαστον ηθος γαστρος εν ταυτῳ μενειν] Verte, *Neceſſe eſt enim ſolitum homini habitum ventris intemperantem in eodem ſtatu manere.*

59. Μηδεν δρωσι των καλων πειρασεται] Rectius hic verſus ita apud *S. Maximum* legitur edit. *Combefis.* tom. II. p. 602.

Μηδεν δ' ὁμως τι των καλων πειρασεται.

62. 63. 64. Hæc ex incerta *Euripidis* tragœdia a *Stobæo* citantur edit. *Grot.* tit. 16.

66. 67. Γνωμη φρονουντες, ου σθενουσ' ὑπηρετειν
Ψυχη, τα πολλα προς φιλων νικωμενοι] Verte, *Intellectu ſapientes animæ morem gerere minime volunt, ab amicis plerumque coacti*, ut id ſcilicet non faciant.

75 — 78. Hos verſus cum ſimilibus veterum Scriptorum locis contendit, & varias lectiones recenſet *Gatakerus* Adverſar. Poſthum. p. 511 — 513.

513. Duo ultimi verſus exſtant apud *Sextum Empiricum* adv. Grammat. cap. 13. qui in verſu ultimo pro πτεων habet πλειον.

V. 83. Ουδ' ες αργιαν βλεπων] Lege juxta *Stobæum Grotianum* ουδ' εις αργιαν.

101. Diſtinguendum puto, ſed minus plene, poſt τουτο, & tollendam diſtinctionem poſt βροτων.

103. Βροτοισιν ευκρας ου γενοιτ' αν ἡδεως] Verte, *Tempeſtas perpetuo temperata res eſſet mortalibus minime grata.*

Adde verſus ſequentes,

Τον μεν καλουσι Ζηθον, εζητησε γαρ
Τοκοισιν ευμαρειαν ἡ τεκουσα νιν Etymolog. Magn. voce Ζηθος.

In ARCHELAUM.

24. Hiatus vitandi gratia lege cum *Grotio*,

Εω, δεινον εστιν, ει φερει τινα βλαβην.

29. Hic verſus duobus qui apud *Barneſium* præcedunt ſubjunctus apud *Stobæum* tit. LIV. edit. *Grot.* non reperitur.

52. Πλουτεις; ὁ πλουτος αμαθια, δειλον θ' ἁμα] Perperam hæc interpretatur *Barneſius*; Verte, *Dives es? res inepta & ſimul ignava eſt opes.*

53. Hic verſus in *Electra* legitur v. 376, nec a *Stobæo* priori jungitur, ſed ſeorſim tit. XCVI. ex *Electra* citatur.

59. Φρονουσι δ' ουδεν ες τι χρηματων ὑπερ] Lege cum *Grotio* ει γε χρηματων.

64. 65. 66. Metra quæ apud *Barneſium* & *Grotium* confuſa non apparent ita reſtituenda,

Εστιν και παρα δακρυσι κειμενον
Ηδυ βροτοις, όταν
Ανδρα φιλον στεναχη τις εν οικτῳ.

67. — 72. Hæc exſtant apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XXIX, ſed verſus tertius tantum & quartus ex *Euripidis Archelao* citantur; reliqui & præcedentes & ſequentes Poetæ incerto tribuuntur. Verſus certe duo ultimi infra apud *Barneſium* inter *Philoctetis* fragmenta v. 23. 24. leguntur.

In ATREUM.

Tragœdiam hoc titulo inſcriptam *Euripidi* diſerte tribuit Arrianus diſſert. Epictet. lib. I. cap. 28. cujus etiam hoc fragmentum extare crediderunt viri docti apud Dion. Caſſium lib. LVIII. c. 24. edit. *Reimar.*

Χρη του κρατουντος την αβουλιαν φερειν.

Cum vero eadem plane ſententia iiſdem pene verbis enuntiata apud *Phœniſſas* v. 396. occurrat,

Τας των κρατουντων αμαθιας φερειν χρεων,

prout in notis ad locum recte obſervavit *Reimarus*, ſententiamque hanc apud Romanos celebriorem fuiſſe conſtet ex Cicerone Epiſt. ad Attic. lib. II. epiſt. 25. cumque hujus tragœdiæ *Euripideæ* apud nullum alium antiquum Scriptorem vel minima fiat mentio, *Barneſio* omnino aſſentior ſtatuenti nullam hoc nomine fabulam ab *Euripide* fuiſſe ſcriptam. Arrianum autem credo memoriæ lapſu & incuria nomen Atrei vice Thyeſtis poſuiſſe; & Mamercum Æmilium Scaurum a Dione l. c. memoratum verſum ex *Phœniſſis* in tragœdiam ſuam Latinam Atrei nomine inſcriptam tranſtuliſſe.

In AUGEN.

V. 1. Hic verſus in *Electra* legitur v. 379.

3. Κἀπο νεκρων ερειπια] Ut conſtet metri ratio legendum Και νεκρων ερειπια, *Et cadaverum acervos.*

4. Lege ει δ' εγω 'τεκον, ut elidatur augmentum.

In AUTOLYCUM.

3. Οι πρωτα μεν ζην ουτε μανθανουσιν ευ] Apud *Galenum* Propemptic. edit. *Charter.* tom. II. p. 8. legitur Οι πρωτον οικειν.

6. Κτησαιτ' αν ολβον εις ὑπερτερον πατρας] Malim πατρος prout apud *Athenæum* legitur.

12. Τριβωνες εκλιποντες οιχονται κροκας] Longe præferenda videtur ſcriptura *Athenæi*, εκβαλοντες κροκας, *ſtamina exſerentes*, id quod palliis detritis fieri ſolet.

16. Apud *Galenum* ubi ſupra legitur,

Τις γαρ παλαιστης ευ, τις ωκυπους ανηρ.

24. Φυλλοις στεφωθεις, ὁστις ηγειται πολει] Omnino retinenda eſt vetus ſcriptura χ' ὁστις aut potius χ' ὡστις, ut vitetur hiatus, & connectatur ſententia.

29. 30. Hæc magis integra ita leguntur apud *Polluc.* Onomaſt. lib. x. §. III.

τοις ονοις
Τοις λαρκαγωγοις οισιν εξ ορους ξυλα

31. 32. — Σχοινιας
Ιππεισι γαρ φλοιιας ἱνας πλεκει] Hæc adeo corrupta ſunt, ut ſine codicum meliorum ope emendationem ne tentandam quidem putem. Fallitur autem *Barneſius* cum φλοιιας ultimam corripere ſtatuat. Accuſativi plurales iſtius formæ ultimam

Do-

Dorice quidem interdum corripiunt, ſed apud Atticos ſemper producunt.

Autolyci ingenium & mores, prout in hac fabula ſatyrica ab *Euripide* repræſentantur, graphice depingit *Tzetzes* Chiliad. VIII. Hiſt. 202.

In BELLEROPHONTEM.

V. 1. 2. Ηκω περικλυςον προλιπουσ' Ακρων Κορινθον] Epitheton περικλυςον additum puto propter duorum marium vicinitatem; nullis enim, quod ſciam, fluminibus irrigatur ager Corinthius.

6. 7. Hi duo verſus *Sophoclis* ſunt, & leguntur in *Trachiniis* v. 1246. 1247.

22. Hic verſus non *Euripidis* eſt, ſed *Grotii*, ab eo interpolatus ad ſupplendam ſententiam.

24. Εκτα, *Interemit.*

25. Εκων ἱκουσιν, η θελουσιν ουχ ἑκων] *Grotius* legendum conjicit η ου θελουσιν, notâ coalitione vocalium. Utrovis modo legas ego nullum video ſenſum, nec in tali fragmento conjecturæ eſt locus; præſertim cum auctorem apud quem hæc reperiuntur non indicaverit *Grotius*.

28. Hic verſus cum tribus ſequentibus citatur a *Scholiaſte* ad Ariſtoph. Veſp.. v. 754. Ita autem duorum primorum verſuum metrum conſtitui debet,

Παρες, ω σκιεραι
φυλλας, ὑπερβω κρηναια νεπη.

Verte, *Permittite, o frondes umbroſæ, tranſcendam ſaltus fontibus irriguos.*

31. Τιν' εχει στασιν ἑοδιας] Apud Ariſtophanis *Scholiaſtem* legitur εοδιας, in cujus vocis vicem, requirentibus & metro & ſententia, ſubſtituendum exiſtimo ενοδια, id eſt, Diana vel Luna, ut ſententia ſit, *Quamnam habet ſtationem Luna.* Hæc enim verba ſunt Bellerophontis mox in cœlum aſcenſuri.

32. Επτηξ' ὑπεικων μαλλον η αυτος θελοι] Ut vitetur hiatus, malim μαλλον η κ' αὐτος θελοι. Verte autem cum *Xylandro, Magis quam ipſe volebat ſe ſubmiſit territus.*

39. Δεικνυσιν ανθρωπων κακοτητας εμοι] Vocem εμοι minime a Poeta profectam, ſed caudam a librariis verſui aſſutam eſſe, mihi perſuaſum eſt.

45. Οστις δε πλειστον μισθον εις χειρας λαβων] Sententia videtur requirere παυρον, aut σμικρον, potius quam πλειστον.

53. 54. Νικη γαρ ανδρων φονια, και μαχας χερων Δολοισι κλεπτει] Το φονια hoc in loco vox plane eſt nihili, & ſenſu prorſus caret. Forſan ita hæc reſtitui poſſunt,

Νικαν γαρ ανδρων φροντις, και μαχας χερων
Δολοισι κλεπτει.

Verte, *Hominum enim prudentia victoriam & prælia manu conferenda dolis anticipat.*

V. 60. 61. Ουκ αν γενοιτο χρημα γ', ει τις εγξυσῃ Θαμνοις ἰλεοις] Legendum eſt εγξεσῃ, nam εγξυσῃ penultimam producit; utrorumque eadem interpretatio, *Scalpat*, ſcilicet. Legendum etiam eſſe θαμινοις ἰλειοις jam olim monuit *Salmaſius* ad Solinum p. 323.

70. Ω χρυσε δεξιωμα καλλιστον βροτοις] Athenagoras p. 117. pro δεξιωμα habet αξιωμα, ut Lucianus in Somnio ſive Gallo tom. II. p. 725. pro βροτοις habet κτηρας. Vulgatam tamen lectionem utrobique meliorem eſſe puto. Hi autem verſus ex noſtri *Danae* citati leguntur apud *S. Maximum* edit. *Combefis.* tom. II. p. 570. & edit. *Wechel.* p. 759.

73. Hic verſus apud Athenæum p. 159. edit. *Caſaub.* inſertus reperitur; ſed ſubdititium eſſet putat *Grotius*. Certe neque apud Senecam, neque apud *S. Maximum* exſtat. At quandoquidem apud *Sextum Empiricum* adv. Mathemat. lib. I. §. 279. ed. *Fabric.* tribus qui in *Barneſiana* præcedunt ſubjunctus diſerte legatur, quin legitimus & germanus ſit vix dubitandum opinor.

78. Τρισσων δε μοιρων τινι κρινω νικην μια] Omnino legendum eſt κρινῶ ut conſtet metri ratio.

91. 92. — που γαρ εν πεπτωμενος, Ουκ οιδεν αει —] Diſtinguendum eſt poſt οιδεν, non poſt πεπτωμενος.

94. 95. Εκεινο γαρ μεμνησθ' οιος ην ποτε, Καγω μετ' ανδρων ηνικ' ευτυχων ποτε.] Diſtinguendum eſt poſt καγω, non poſt ποτε. Legendum eſt etiam ηυτυχουν.

96 — 107. Hæc incerto auctore exſtant apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. 97.

97. Ηπισταμην αν μουσικην παρειαονειν] Legendum puto duabus vocibus παρεις πονειν, ut ſententia ſit, *Didiciſſem muſicâ omiſſâ laborare.*

101. Υδρηρεις, malim ὑδρηλοις.

105. Qua ex analogia Οφρα ultimam producit, vide *Clark.* ad Homer. Il. A. v. 265.

108. 109. Hi duo verſus ex *Euripidis Temeno* citantur a *Stobæo* ed. *Grot.* tit. LIV.

116. Ει θεοι τι δρωσιν αισχρον ουκ εισιν θεοι] Plutarchus Opp. Moral. edit. *Pariſ.* p. 21. & Juſtin. Martyr de Monarchia Dei edit. *Hutchin.* p. 170 pro αισχρον habent φαυλον.

V. 117.

V. 117. Lege cum *Grotio* σαφεις. Typographi erratum eſſe puto.

131. Κακους ὁρωντας εκδικους τιμωμενους] Malim ὁρωντα γ', cum præcedat θνησκοιμι numero ſingulari.

132. 133. 134. Tribus hiſce verſibus præponuntur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. LIV. hi duo;

Μισω δ' ὁταν τις και χθονος σρατηλατης
Μη πασι παντα προσφερη μειλιγματα.

Omnes autem *Euripidi* ibidem æque tribuuntur, nomine tamen tragœdiæ ad quam pertinent non addito. Ultimi duo verſus ita apud *Stobæum* leguntur,

Μελλει γαρ αυτοις ουδεν αλλ' επι τυγχανον,
Τα πραγματ' ορθως ην πεσῃ, πρασσει καλως.

Ubi το επι ex conjectura eſt *Grotii*, pro ουν quod in ſcriptis exſtabat; unde conjicere in proclivi eſt veram ſcripturam fuiſſe,

Μελει γαρ αυτοις ουδεν' αλλ' ἀ'ν τυγχανῃ
Τα πραγματ' ορθως ην πεσῃ, πρασσει καλως.

Addend. V. 1. Οσοι θελουσ' ιατρευειν καλως] Το θελουσ' interpolatum eſt ex conjectura *Grotii*. At hic verſus cum duobus ſequentibus rectius infra inter incerta v. 315 — 317. referuntur, ubi vide quæ notavimus.

3. Την γην ιδοντας] Mallem cum *Gatakero* και γην.

4. Hic verſus legitur in *Medea* v. 69.

6. Hic verſus nullo auctore citatur a Luciano in Somnio ſive Gallo tom. II. p. 725.

Adde fragmenta ſequentia.

Κυλινδειτ' εισω τονδε τον δυσδαιμονα vide *Schol.* ad Ariſtoph. Equit. v. 1246.

Υφ' ἁρματ' ελθων Ζηνος αστραπηφορει Vide *Schol.* ad Ariſtoph. Pac. v. 721.

In GLAUCUM.

5. 6. Hi duo verſus leguntur in *Ione* v. 605. 606.

9. Hic verſus citatur a *Stobæo* edit. *Grot.* tit. CXVII. nulla fabulæ facta mentione.

In DICTYN.

13. Ως εν γε &c.] Præpoſitio εν ſententiam corrumpit. Malim

Ως ευ γε &c.

17. Hic verſus e Menandri Adelphis citatur a *Stobæo* edit. *Grot.* tit. XLIV. ſed in edit. *Geſneri Baſileenſi*, ut & in *Wecheliana*, melius, ut puto, præcedenti jungitur.

V. 18. Κυπτεις γαρ ουδε &c.] Apud *Galen.* de Dogmat. Hippocr. & Platon. lib. IV. cap. 6. rectius legitur ουδεν.

29. Και θεοισι τουτο δοξαν] Mallem τ' αυτο.

39. Φευ, φευ, παλαιος αινος ὡς καλως εχει] Apud *Antonium Meliſſam* edit. *Wechel.* cap. 217. legitur ου καλως εχει.

41. 42. Hi duo verſus nullo auctore citantur a Plutarcho de audiend. Poet. Opp. Moral. edit. *Pariſ.* tom. I. pag. 20. juxta quem lege verſu ſecundo Σχοιεν γε πλουτειν. Citantur etiam a *Stobæo* edit. *Grot.* tit. XCIII, ubi *Euripidi* tribuuntur, at nulla fabulæ mentione facta; eos vero proxime præcedunt hi duo verſus e *Dictye* nominatim deſumpti, quos apud *Barneſium* inter fragmenta *Creſphontis* v. 28. 29. reperies,

Μη μοι ποτ' ειη χρηματων νικωμενῳ
Κακῳ γενεσθαι, μηδ' ὁμιλοιην κακοις

46. 47. Hos verſus non eidem perſonæ ac tres præcedentes tribuendos arbitror.

Adde & hoc fragmentum,

τη μ' αρτι τημελουσ' λελειμμενην
Ορθεις. *Schol.* ad *Sophocl.* *Ajac.* v. 798.

In HELENÆ ΑΠΑΙΤΗΣΙΝ.

1. Legitur apud Etymolog. Magn. voce Ημων.

2 — 8. Leguntur hæc in *Iphigenia in Aulide* v. 71 — 77. quod & ipſe *Barneſius* in addendis ſe demum animadvertiſſe fatetur.

Addend. V. 2. Rationes haudquaquam aſſequor, qua permotus hos Ariſtophanis verſus *Euripidi* adſcripſerit *Barneſius*.

In ERECTHEUM.

8. Ιστιν σεαυτον ευ σεβων πασιν διδου] Codicum ſcriptura erat ευσεβειν, *Saliger.* repoſuit ευ σεβειν, *Salmaſius* autem ex conjectura ευσεβων, ſed meâ ſententiâ non æque feliciter.

9. Δυοιν παροντοιν πραγματοιν] Apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. III. rectius legitur πραγματοιν.

10. Γνωμην προσαπτειν, μηδ' ες αυξιον μενειν] Codicum ſcriptura erat,

Γνωμην προσαπτειν την εναντιαν μισει,

quam cum reſpueret metri ratio *Salmaſius* repoſuit την εναντιαν μεθεις, qua emendatione me judice contenti erimus; *Grotii* enim conjectura legentis μηδ'

ες

τε αυριον μενειν & audacior eſt, neque ſententiæ æque convenit.

V. 12. Τα γαρ αδικως] Rectius apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XCIV. legitur τα γαρ κακως.

22. 23. Horum verſuum prior omittitur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. III. ubi fragmenti hujus cætera reperiuntur; & aliter etiam ibidem poſterior legitur, ita ſcilicet,

Βραχεια τερψις ἡδεινης λυπην τεκει,

at alibi apud eundem *Stobæum* tit. CXVI. verſus uterque ita legitur ac apud *Barneſium* exſtant.

33. Υπ' αιδους ου λιαν ασπαζομαι] Legendum puto poſtulante quodammodo conſtructione ου λιαν σ' ασπαζομαι.

35 — 40. Hi verſus non prioribus continuata ſerie juncti reperiuntur apud *Stobæum*; ſed priores tres ſeorſim leguntur tit. LXXIX. edit. *Grot.* tres autem reliqui tit. XCIII.

45 — 49. Hi quinque verſus ex *Bellerophonte* citantur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. LIV. & iterum tres poſtremi apud eundem tit. CVIII.

51. 52. Hi duo verſus paululum immutati leguntur inter fragmenta *Archelai* v. 17. 18.

53 — 58. *Heſychius* Αρκων exponit per μεσαγκυλον, quod monuit etiam *Grotius.* Metrum autem horum verſuum conturbatum prorſus ac perditum ita reſtituendum arbitror, monito prius lectore hæc ſtrophes alicujus partem fuiſſe,

Αρκυϊ τῳ μ' ἐμῳ μιτον αμφιπλεκη anapæſticus dimeter
Αραχνα, μετα δ' ἡσυχιας πολιῳ idem
Γηραϊ ξυνοικοιην, Euripideus
Αειδοιμι δε ςεφανοις glyconius πολυσχηματιστος
Καρα πολιον ςεφανωσας, proſodiacus dimeter hypercatalectus
Θρῃϊκιον πελταν προς Αθανας anapæſticus dimeter
Περικιοσιν εγκρεμασας θαλαμοις idem
Δελτων δ' αναπτυσσοιμι γηρυν iambicus dimeter hypercatalectus
Αν σοφοι κλεονται ithyphallicus.

Verſus autem 56 & 57. ita verti poſſunt; *Threiciâ* (inimicorum ſcilicet debellatorum, trophæi vice) *peltâ ſuſpenſâ ad Minervæ templum columnis circa ſuffultum.* Quod ideo moneo, quia *Grotius* hîc de Athenienſium ſcutis agi putabat, quæ lectuli columnis appendenda erant, quaſi tempore pacis nulli uſui futura, cum de Thracum ſcutis, qui Atticam ſub Eumolpo rege, regnante Erectheo, invaſerant, manifeſto loquatur Chorus, quæ, quaſi trophæa, ut in templis deorum, & præcipue Minervæ urbis præſidis, ſuſpendantur, ominatur & vota concipit. De hoc more ſpoliis hoſtium templa deorum ornandi vide *Electr.* v. 1000. & alibi apud *Euripidem.*

V. 72. 73. Πασων ὁμοιως διαφορηθεισαι βολαις,
Αλλαι παρ' αλλοις εισιν εξαγωγιμοι] Διαφορηθεισαι βολαις, & εξαγωγιμοι, e Plutarcho de Exilio in contextum intulit *Grotius*, cum apud Lycurgum contra Leocratem legatur διαφοραις εκπεπτωκυιαι, & εισαγωγιμοι. Εξαγωγιμοι autem verti debet *Traduces, Coloniæ.*

89. Αι και μαχοιτο] Lege cum *Grotio* Α και μαχοιτο.

97. Τῃ μεν δε παιδι ςεφανος, ἡ μια μονη] Vocem μια ultimam ſemper corripere opinor; legendum itaque ἡ μονη μια.

99. Και την τεκουσαν, και δυο γ' ὁμοσπορους] Egregie *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 1022. reponit και σε, δυο θ' ὁμοσπορους.

107. 108. Ουκ εσθ' ἐχουσης της εμης ψυχης ατερ.
Προγονων παλαια θεσμι' ουτις εκβαλει. Hæc etiam præclare *Valckenarius* ubi ſupra ita reſtituit,

Ουκ εσθ', ἐχουσης της εμης ψυχης, ατερ,
Προγονων παλαια θεσμι' ὁςις εκβαλει.

109. 110. Ουδ' αν τελειας χρυσεας τε Γοργονος
Τριαιναν ορθην σταισαν εν πολεως βαθροις] Gorgonis tridentem nihil cum Neptuni tridente commune habere quiſque videt. Pauſanias quidem lib. I. cap. 21. teſtatur Athenis in muro quem auſtralem vocant, quique ab arce ad theatrum excurrit, Gorgonis Meduſæ inauratum caput fuiſſe incluſum, ægida quoque additam. Hinc ratio peti poteſt quapropter Gorgon hîc aurea vocetur; de tridente autem ei tributa minime mihi conſtat.

112. Vox εχθρος inſeritur ex conjectura *Grotii* ad verſum explendum.

117. Ουτω φιλοιην, ὡς εγω και ῥαδιως] *Valckenarius* ubi ſupra recte, ut videtur reponit ὡς εγωγ' ῥαδιως.

123. Πηγαισι δ' ουχ ὑγραινουσι ποδας] Si hæc ad metrum iambicum reduci debeant, legi poteſt,

Ποδας δε πηγαις ουχ ὑγραινουσιν.

Adde hoc fragmentum,

Και μοι πολυν γαρ πελανον εκπεμπει δομων
Φρασον, σελινας τεσδε πνευμον χλοης. *Suidas* voce Αναςατοι ubi vide *Kuſterum*, & voce Σελινας, ubi *Kuſterus* reponendum conjicit πνεοντα.

In EURYSTHEUM.

1. Hoc fragmentum e MSS. ita reſtituerunt viri docti ad Pollucem lib. X. §. 108.

η κυαθον η χαλκηλατον

Ηθμον προσισχων τοισδε τοις ὑπωποις.

Et reddiderunt, *Vel cyathum vel æneum colum admovens hiſce ſugillatis*

V. 3. 4. 5. Ita hos verſus reſtitui debere puto,

Ουκ εστιν, ω γεραιε, μη δεισης ταδε,
Τα Δαιδαλεια παντα κινεισθαι δοκειν
Βλεπειν τ' αγαλμαθ', ὡδ' ανηρ κεινος σοφος.

7. Πιστιν ουν χρη διακονον] Metrum hic nullum eſt, nam το διακονον ſecundam natura habet longam. In editionibus *Stobæi* quæ *Grotianam* præceſſerant legebatur πιστον μεν ουν ειναι χρη διακονον. Ita igitur hæc reſtitui poſſunt,

πιστον χρη μεν ουν διακονον.

11. Ου τοὐνομ' αυτου την φυσιν διαφθερη] Antiquiores *Stobæi* editiones habebant διαφθερει, in cujus locum, ut metro conſuleret, & codicis ſcripti auctoritate fultus, ſubſtituit *Grotius* διαφθερη. Mihi potius reſcribendum videtur διαφθερεῖ; nullus enim hic eſt formæ ſubjunctivæ locus.

Adde,

Πεμψεις δ' εις Αιδου ζωντα κ' ου τεθνηκοτα.

Και μοι το περθρον δηλον ὡς πορευομαι. *Erotian.* Lexic. *Hippocrat.* voce περθρον. Pro εις πορευομαι poſtulante conſtructione ſubſtitui ὡς πορευομαι.

τοις δε φασγανω

Εξηθειαζεν ὡστε πυειναι σαχυν

Σπαθη κολουαν φασγανου μελανδετου, *Pollux* Onomaſt. lib. x. §. 145. Vocem autem σαχυν, ne claudicet metrum, ex conjectura ſupplevi.

In THESEUM.

21. Κἀπειφωλιον περας] Pro περας lege βρεφος cum Plutarcho in Theſeo p. 6.

26. — 36. Sex primi verſus a Cicerone Latino carmine reddi leguntur Tuſcul. Quæſt. lib. III. §. 14. ut & ſequentes quinque ab eodem, non ab Ennio, ut *Barneſius* nimia feſtinatione ſeductus aſſerit, itidem verſi ibid. §. 28.

28. Πατρης εμης] Lege πατρας cum *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 610.

29. Θανατους αωρους] Rectius apud Plutarchum Conſol. ad Apollon. p. 112. edit. *Pariſ.* legitur Θανατοις τ' αωροις, & ita edidit *Grotius.*

30. Ως, ει τι πασχοιμ', ὡν εδοξαζον ποτε] Ita hic verſus legitur apud Plutarchum ubi ſupra,

Ιν' ει τι πασχοιμ' ὡν εδοξαζον φρενι.

In INO.

V. 11. Ως ην μοχθος ιατρους μεγας] Grammaticæ rationem poſtulare puto ut reſcribatur,

ὡς ην μοχθος αν ιατρους μεγας.

16. Κἀν προς εν' ειπεις ποτε] Ut conſtet metrum, legendum προς ἑνα γ' ειποις.

21. Ως την κακην μεν εξεβαλλε δωματων] Legendum puto εξεβαλλ' αν δωματων. Vide ſupra ad v. 11.

25. Ερμαπιζονται, *quaſi fulcrum accerſent.*

27. Εν τε τοισι και καλοις] Malim εν τε τοισι γαρ καλοις, quanquam ferri etiam poteſt vulgata ſcriptura.

31. Τοιαν δε χρη γυναικι προσπολον μ' εαν] Το μ' propter verſum addidit *Grotius*; ipſe mallem προσπολον γ'.

33. — μισει και κατ' οφθαλμοις εχει] Malim κ'ει, vel κἀν κατ' οφθαλμοις εχει.

47. Και σμικρα σωζων, εὐγεν' εστιδει πρεπει] Hæc ſcriptura ex *Grotii* conjectura orta eſt, cum editiones *Stobæi* præcedentes haberent,

πὐγεν' ὡς σεβειν πρεπει,

mendoſe plane & nullo ſenſu. Vide *Grotium* ad tit. XCIV. Apud eundem autem tit. IX. hic verſus cum proxime præcedente ex *Euripidis Aloidis* citantur, at longe diverſa ibi deprehenditur lectio, hæc ſcilicet,

Και σμικρα σωζου τη δικη ζωουσ' αει.

Barneſianam vero lectionem potiorem exiſtimo, quia non fæmina ſed vir hic compellari videtur. Certe participia πραξας & ζωων in ſequentibus vix ad ſubſtantivum ναυκληρος referri poſſunt.

48. Μη, ὡς κακος] Hiatûs vitandi gratiâ, nec repugnante ſententiæ connectione, ſi recte hæc intelligantur, legendum puto juxta editiones *Stobæi* quæ *Grotianam* præceſſerunt, Μηδ' ὡς.

50. 51. 52. Hi verſus a *Gatakero* illuſtrantur Adverſar. Poſthum. p. 534. 535. qui & pro κεκλημενους præclare reſtituit κεχρημενους. Ad ejus mentem diſtingue etiam plene poſt ανω, & minus plene poſt ὑφοθεν.

65. 66. Hi verſus leguntur etiam inter *Antiopæ* fragmenta v. 62. 63.

65 — 69. Hi verſus eodem numero quo quinque præcedentes a *Barneſio* notantur, & ex *Euripide*, at nulla indicata fabula, citantur a *Stobæo* edit. *Grot.* tit. CXIV.

67. 68. 69. Hi verſus leguntur in *Ione* v. 730. 731. 732.

86. 87. 88. Hi tres verſus leguntur in *Ione* v. 854. 855. 856.

Tragœdiæ hujus argumentum habes apud *Hyginum* fab. IV.

In

In IXIONEM.

V. 2. Τα δ' εργα του μη δρωντος· ενθα κερδανεις] Tolle diſtinctionem poſt δρωντος, quæ & a *Grotiana* abeſt.

6. Τα τοι μεγιστα παντ' απεργαζει βροτοις] In editionibus *Stobæi* ante *Grotianam* legebatur απεργαζεται. Malim απειργασται.

9. Hic verſus legitur in *Ione* v. 294.

Adde,

Φλεγυου υἱε δεσποτ' Ιξιων *Schol.* ad Appoll. Rhod. lib. II. v. 62.

In HIPPOLYTUM ΚΑΛΥΠΤΟΜΕΝΟΝ.

7. 8. Hi verſus leguntur in *Hippolyto Coronato* v. 431. 432.

10. Μη αρπτιπων] Rectius apud Plutarchum Opp. Moral. p. 10. legitur O μη 'υπτιπων.

13. Hic verſus apud *Clement. Alexandrin.* edit. *Potter.* pag. 741. referri videtur ad Temenum. Vide ibid. *Potteri* notam.

21 — 24. Hi verſus exſtant in *Hippolyto Coronato* v. 443 — 446.

39. Οι δεινοι λογω] Apud Plutarchum in Præcept. Polit. pag. 802. legitur forſan melius, οἱ δεινοι λεγειν.

40. Πιςωμασιν τ' αληθεια] Apud *Stobæum* Florileg. edit. *Grot.* c. LXXXII. legitur τ' αληθεςατα. *Valckenarius* ad *Phœniſſ.* 1715. reponit πιςωμασιν αληθεςατα, recte ut puto.

Adde,

Τι δ' ην ψευδη με διαβαλλεις παθειν σε δει. *Erotian.* Lexic. *Hippocrat.* voce Διεβληθησαν.

Αλλ' ου γαρ ορθως ταυτα κρινουσιν θεοι. *Juſtin Martyr.* de Monarch. p. 69. edit. *Hutchin.*

— ω πατερ

Ανονητον αγαλμ' οικοισι τεκων. *Schol.* ad Ariſtoph. Veſp. v. 312.

In CADMUM.

Ex hac tragœdia ſequens fragmentum aſſertur a *Probo* ad Virg. Ecl. VI. v. 31.

ουρανος θ' ὑπερ
Ημας κινων φοιτων εδος δαιμονιον·
Το δ' εν μεσῳ του γ' ουρανου τε και χθονος,
Οι μεν ονομαζουσιν χαος.

In CRESPHONTEM.

V. 4. Αλλαι μυειαι] Apud Plutarch. in Conſolat. ad Apollon. p. 110. legitur αλλα μυεια quod abſque cauſa immutatum monet *Valckenarius* ad *Schol.* in *Phœniſſ.* p. 626.

6. Lege φυς.

7. Ως χρονος δεηθειν παρην] Verte, *Cum occaſio non eſſet omnino tibi defutura.*

19. Προσιδειν μ' ωραν] Rectius apud Polybium lib. XIII. legitur προσιδειν ωραν.

28. 29. Hi duo verſus ex *Euripidis Dictye* citantur a *Stobæo* edit. *Grot.* tit. XCIII. At apud eundem tit. XCIV. ubi iterum occurrunt, & unde tranſcripſit *Barneſius*, non deſignatur tragœdia unde fuerant deſumpti.

31. Τον ζωντα θρηνειν] Pro ζωντα ſcriptores omnes, numero non pauci, qui hos verſus laudant, præter *Stobæum*, habent φυντα; & meo judicio recte, cum ex hoc ipſo verſu manifeſtum ſit mortuis non hîc opponi viventes, ſed recens natos.

32. Και πονων] Apud *Sextum Empiric.* Pyrrhon. Hypotypoſ. lib. 3. §. 230. pro πονων legitur κακων.

Addend. Poſt epiſtolas v. 1. 2. 3. Hi verſus apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. III. partem faciunt orationis Paræneticæ Erecthei ad filium, & inter *Erechthei* fragmenta ſupra v. 18. 19. 20. leguntur. Plutarchum igitur hîc memoriâ lapſum puto unam tragœdiam pro altera perperam laudaviſſe.

In CRESSAS.

Hujus fabulæ argumentum ita declarat *Scholiaſtes* ad *Sophocl. Ajac.* 1314. Η ἱστορια εν ταις Κρησσαις Ευριπιδου, ὁτι διαφθαρεισαν αυτην λαθρα ὑπο θεραποντος, ὁ πατηρ Ναυπλιῳ παρεδωκεν, εντειλαμενος αποποντωσαι· ὁ δε ουκ εποιησεν, αλλ' ενεγγυησε Πλεισθενει. Sermo eſt de Æropa Atrei uxore.

2. Πριν αν εκφλησαι με, και μαθειν λογον] Poſt πριν αν metrum requirere γαρ, vel aliam conſimilem particulam, recte notavit *Sylburgius.* Verte autem, *Priuſquam ineptias exuerim, & rationem didicerim.*

8. Μοσχων τεμειναι σαρκας, χυτεια τε δαις] Spondæus in ſede quarta metrum prorſus jugulat. Forſan legi poteſt ἢ χυτεια δαις.

 V. 13.

V. 13. 14. 15. Hi tres verſus in *Electra* leguntur v. 1097. 1098. 1099.

18. 19. 20. Hi tres verſus in *Heraclidis* leguntur v. 745. 746. 747.

In CRETENSES.

10. Και κολληθεισ'] Ante κολληθεισ' apud *Erotianum* legitur τορευτῳ, *Porphyrius* vero habet τορευτῳ κολληθεισ'. Conſulendi ſunt libri ſcripti, nam aliquid certe locum iſtius vocabuli ſupplere debet, nec fruſtra ei apud duos diverſos ſcriptores locum dari facile crediderim.

In LAMIAM.

1. Τις τοὔνομα τουτο τοὐπονειδιστον βροτοις] Το τουτο ad explendum metrum interpolavit *Barneſius*, unde in ſede ſecunda anapæſtum habemus. Apud Diodorum Siculum edit. *Weſſeling*. tom. II. p. 435. legitur,

Τις το ονομα το επονειδιστον βροτοις,

imperfecto metro, quod concinnius ita ſuppleverunt *Scaliger*. & *Iſ. Voſſius*,

Τις τοὔνομ' αισχρον κἀπονειδιστον βροτοις.

In LICYMNIUM.

In Titulo lege Λικυμνιος. De hac fabula vide *Scholiaſt*. Ariſtoph. ad Aves v. 1242. & *Heſychium* voce Λικυμνιοις βολαις.

Addend. Dele το Ω in verſus principio, quod metrum perdit, & ab editione *Macrobii Gronoviana* abeſt. Verſus enim eſt trochaicus tetrameter catalectus.

In MELANIPPAM.

1. 2. 3. Verſus primus apud *Scholiaſtem* Ariſtophanis ad Ran. v. 1275. hujus fabulæ fuiſſe primus traditur. Plutarchus vero in Amatorio p. 756. narrat *Euripidem*, cum in prima editione tragœdiam hanc a verſu ſecundo & tertio inchoaſſet, tumultu exceptum, deinde ſecunda editione eorum loco primum poſuiſſe.

17. Τα δενδρα, ποντα] Apud Diodor. Sicul. edit. *Weſſeling*. tom. I. p. 11. legitur Δενδρη, πετεινα, quæ quare immutarentur cauſam nullam video.

V. 19 — 22. Hæc uſque ad vocem διηγζειν interrogative poſita exiſtimo.

42. 43. — ὁ δε το χρεων ποτε
Μενουσα, κἀποδυσας ηλθεν εις δομους] Prout hæc nunc leguntur, quænam inde conſtructio extricari poſſit non video. Reſcribendum igitur puto ποτιν, ut ſententia ſit, *Hæc vero dum ad tempus uſque a Fatis decretum cui nubat operitur, is in Penates tandem etiam ſine ambitu venit.* Nominativus μενουσα genitivi quem vocant abſoluti conſtructionem ac poteſtatem habet. Vide quæ notavimus ad *Iphig. Taur*. v. 946. *Bacch*. v. 1130.

60. Οστις δ' αμηλικτον πατρ' εχει νεανιας] Metrum unâ ſyllabâ abundat, in quinta enim ſede reperitur amphimacer; niſi forte duæ priores ſyllabæ vocis νεανιας in unam contrahi poſſint, cujus tamen licentiæ exemplum deſidero. Quapropter magis conſultum forſan videbitur ut pro αμηλικτον reponatur αμικτον.

68. 69. Τα πργχανοντα δ' ἐστι ευ φρεσι βροτων
Σοφον νομιζω, σωφρονειν τ' εμοι δοκει] Ita hi verſus elegantius, meâ ſententiâ, & concinnius leguntur apud Plutarchum Opp. Moral. edit. *Pariſ*. p. 116.

Τα μεγαινοντα δ' ἐστι ευ φρεσι βροτων
Αριστε ειναι σωφρονειν τε μοι δοκει.

70. 71. 72. Hi verſus *Euripidi* quidem tribuuntur apud *Stobæum* edit. *Grot*. tit. CVIII. ſed nulla tragœdiæ facta mentione.

78. Hic verſus primus eſt *Meleagri* tragœdiæ ut conſtat ex *Schol*. ad Ariſtoph. Ran. v. 1269.

Addenda. Hi duo verſus ad *Meleagrum* tragœdiam pertinent, licet Ariſtotel. Rhetoric. lib III. cap. 9. priorem *Sophocli* tribuat. Ita autem, præeunte *Geſnero* ad Lucian. Conv. §. 25. interpunge, & verte,

Καλυδων μεν ἡδε γαια, Πελοπιας χθονος
Εν αντιπορθμοις, πεδι' εχουσ' ευδαιμονα.

Hæc terra eſt Calydon, Pelopiæ terræ in tranſmarinis, habens campos uberes.

Adde,

Ισως αλαστορας ουκ ετολμησε κτανειν. *Erotian*. Lexic. *Hippocrat*. voce Αλαστορες.

Vide & quæ notavimus ad fragment. incert. v. 431. 432.

In MELEAGRUM.

1. 2. Hæc apud Ariſtophanem Ran. v. 1271. 1272. exſtant, niſi quod *Scholiaſtes* explevit ουκ εθυσεν Αρτεμιδι, ſed minus recte, memoriæ, ut opinor, lapſu. Senarium enim iambicum choræo terminari nunquam,

quam, apud Tragicos ſaltem, licuit. Forſan dederit Poeta, ουκ ειδοτην Ευοδια.

V. 4. Καρυα Τυδευς γεινατ Μελανιππου πασας] Hodierna ſcriptura *Grotii* conjecturæ debetur, nam apud *Scholiaſt.* ad Pindar. Nem. Od. x. v. 12. non Τυδευς, ſed Περσευς, non πασας, ſed αστας legitur. Propius igitur ad veterem ſcripturam ita forſan hæc reſtitui poſſunt;

Καρυα περσευς γεινατ Μελανιππου αστας.

Simili omnino locutionis formula in *Phœniſſis* uſus eſt Noſter v. 32.

Ηδη δε πυρσαις γενυσιν εξανδρουμενος.

V. 13. Βελτιον αν τεκοιμι δωμασιν τεκνα] Mallem Βελτιον' αν, ut cum τεκνα jungatur.

37. Παιδες δε χρυσοι, καν θανωσι] Το θανωσι nequaquam hîc ſtare poteſt, ſententiæ enim & Poetæ menti prorſus repugnat. Forſan legi poteſt σινωσι, vel πινωσι.

Adde,

Καλυδων μεν ηδε γαια, Πελοπιας χθονος
Εν αντιπορθμοις, πεδι' εχουσ' ευδαιμονα·
Οινευς δ' ανασσει τησδε γης Αιτωλιας,
Πορθαονος παις' ος ποτ' Αλθαιαν γαμει

Λαδης ομαιμον, Θεστιου δε παρθενον. Primi duo verſus exſtant apud Lucian. Conviv. §. 25. ubi vide Commentator. Cæteri apud Anonymum in commentar. ad Ariſtot. Rhetoric. pag. 61. b. Lege autem Παρθαονος παις. Vide Apollodor. Biblioth. lib. 1. cap. 7. §. 11.

Κερκιδος αοιδου μελετας. Ariſtoph. Ran. v. 1351. ubi vide *Scholiaſt.* Verte autem, *Radii textorii arguti labores.* Ita Virgilius Georg. 1. 294.

Arguto conjunx percurrit pectine telas.

Μελεαγρε, μελεαν γαρ ποτ' αγρευεις αγραν. Etymolog. Magn. voce Μελεαγρος.

In OEDIPUM.

3 — 6. — πασα γαρ θανατον γυνη
Δειλοτερον ανδρος· ουκ εει δε νουν εχειν ισως.
Δακρυοις γαρ αιει τοις παρουσιν εμποιει

Το θηλυ της ψυχης αναβολην τω παθει] Ita hæc vertenda cenſeo; *Omnis fæmina ad mortem viro pavidior; neque quod hanc refugit ratione forſan caret. Mollities enim iſta animi dum lacrymis perpetim fluentibus indulget, calamitatem ipſam quodammodo prorogat. Valckenarius* autem ad *Schol.* in *Phœniſſ.* p. 612. ex quibus *Scholiis* hæc petuntur, luculenter oſtendit verſus hoſce perperam *Euripidi* aſcribi, cum ipſius *Scholiaſtæ* verba ſint, *Euripidea* forſan quædam, incertum unde petita, vel *Sophoclea*, argumento quod præ manibus habuit accommodantis. Sequentes tamen duos ſenarios ex *Euripidis Oedipode* certiſſime deſumptos, quanquam a *Grotio* & *Barneſio* neglectos, eadem ſuppeditant *Scholia*,

Ημεις δε Πολυβου παιδ' ερεισαντες πεδω,
Εξομματουμεν, και διολλυμεν κορας.

V. 20. Αλλα και αρετη βροτοις] Lege χ' ἀρετη, præeunte *Clemente Alexandr.* edit. *Potter.* p. 574.

25. Ισην γαρ ανδρι συμφοραν ειναι λεγω &c.] Horum verſuum ultimus leviter corruptus videtur; certe το Η illic ſtare haudquaquam poteſt. Legendum potius Και κρεισσων. Ita autem totum locum verte; "Parem enim homini calamitatem eſſe dico, ſi ex una parte liberis, & patriâ, & facultatibus, privetur, & ſi ex alterâ uxorem bene moratam amittat. Nam opibus ſolis etiam pluris hæc eſt homini, modo proba ei contingat."

32. Hic verſus apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. LXXIII. unde a *Barneſio* exſcriptum veriſimile eſt, incerto Poetæ tribuitur.

33. 34. Verſus hi & magis integri, & magis emendati leguntur apud *Clement. Alexandr.* edit. *Potter.* p. 592. ubi *Potterus* ex *Clemente* & *Stobæo* inter ſe comparatis ita totam περικοπην conſtituit,

Πασα γαρ ανδρος
Κακιων αλοχος, καν ο κακιστος
Γημη την ευδοκιμουσαν.

40. 41. Εκ των αελπτων η χαρις μειζων βροτοις
Φανεισα μαλλον, η το προσδοκωμενον] Prava interpungendi ratio ſententiam prorſus confodit. Proculdubio diſtinguendum poſt φανεισα, non poſt μαλλον, ut constructio ſit, Η χαρις φανεισα εκ των αελπτων μειζων εστι βροτοις, μαλλον η το προσδοκωμενον.

Adde,

Ουραν υπειλουσ' υπο λεοντοπουν βασιν
Εκαθιζετο. Ælian. de Natur. Animal. lib. XII. cap. 7.

In OILEUM.

3 — 8. Hæc Cicero Latino ſermone expreſſit, ſed *Sophocli* tribuit, Tuſcul. Quæſt. lib. III. cap. 29. *Stobæus* etiam edit. *Grot.* ex *Oileo Sophoclis* deſumpta notat, quanquam ipſe *Grotius* in excerptis, quibus rationibus fretus neſcio, inter *Oilei Euripidis* fragmenta refert. Editiones *Geſneriana* & *Wecheliana Sophoclis Oedipodem* citant, Librariorum proculdubio errore pro *Oileo*. Neque ullus ſane auctor idoneus mihi notus, quo hæc *Euripidi* vindicentur. Quod ſi primos etiam duos verſus ex *Euripidis*

ripidis Syleo petitos fuiſſe concedamus, quod omnino veriſimile eſt, cum e *Syleo*, non ex *Oileo*, eos citat *Stobæus*, prout a *Geſnero* & *Wechelio* editur, *Oileus* dehinc e catalogo fabularum *Euripidearum* erit tollendus.

In OENEUM.

V. 11. 12. 13. Hæc exſtant apud *Suidam*, voce Ηρακλειαν λιθον, ubi non σκοπησας, quod *Grotii* conjecturæ debetur, ſed σκοπων legitur. Rectius igitur, meâ ſententiâ, metrum explebis reſcribendo,

Γνωμας σκοπων γαρ, ὡςε Μαγνητις λιθος.

Salmaſius quidem ad Solin. pag. 776. hæc aliter emendare tentat, & aliter etiam ac *Grotius* interpretatur, cui in utroque aſtipulatur *Kuſterus*, & in interpretatione ipſe etiam *Suidas*, aut ſaltem Grammaticus ille quorum χελιων ibi excerpſit. Sed & ſententia quam vult *Salmaſius*, ex verbis prout ab illo reſtituuntur, nullis fidiculis elici poteſt, & Heracleum ſive magnetem lapidem qui ferrum ad ſe allicit & trahit, non alterum illum argenti ſpeciem referentem, hîc intelligi certiſſimum eſt, cum verba illa, ἑλκει, & μεθιςησιν παλιν, actionem magnetis propriam graphice exprimant.

22. Τον βαλλοντα δε ςυγειν] Quanquam neſcius non ſum primam του βαλλοντα poſſe corripi; vide ſupra ad *Alceſt.* v. 802. *Bacch.* v. 606. *Herc. Fur.* v. 1072. veriorem tamen & commodiorem lectionem, eſſe βαλοντα exiſtimo.

In OENOMAUM.

11. Ενεςι παντων τουτι πρωτον ειδεναι] Cum τουτι ultimam producat, proculdubio metri gratia reponendum τουτο.

13. Ουτος δ' ανηρ αριςος] Apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XCIX. legitur, Και οὑτος ανηρ αριςος, manifeſto metri damno. Legendum puto Κ' οὑτος γ' ανηρ αριςος, minus enim apte hîc inſeritur particula δε.

19 — 22. Hi verſus a *Stobæo* edit. *Grot.* tit. CXVII. *Euripidi* tribuuntur, ſed nullius fabulæ mentione facta.

In PALAMEDEM.

3. 4. Τα της γε ληθης φαρμακ', ορθωσας μονος,
Αφωνα και φωνουντα συλλαβας τιθεις] Non optime procedit conſtructio; ita igitur verſum alterum reformandum & interpunctionibus diſtinguendum cenſeo,

Αφωνα και φωνουντα συλλαβας τε θεις.

V. 10. Α δ' εις ενα πιπτουσιν ανθρωποις κακα] Quænam ſint κακα illa quæ εις ενα πιπτουσιν haudquaquam aſſequor. Legendum potius opinor κακον, ut cum ενα cohæreat.

12 — 18. An hi verſus ex *Euripidis Palamede* deſumpti ſint, an Ariſtophanes *Euripidi Palamedis* nomen ob ſolertiam ironice impertiat, prorſus eſt incertum. Vide Ran. v. 1491 & ſeq. Hoc ſane pluſquam veriſimile videtur, alterutros, aut duos priores, aut quinque ultimos, non eſſe *Euripidis*. In verſibus autem 13 & 16 legendum eſt ουδεπω αν juxta emendationem *Dawesii* in Miſcell. Critic. p. 246.

19. 20. 21. Αγαμεμνον, ανθρωποισι παντοιαι τυχαι
Μορφην εχουσι' συντρεχει δ' εις χρηματα
Παντων επαινος] In editionibus *Stobæi* quæ *Grotianam* præceſſerant ita hi verſus legebantur,

Αγαμεμνον, ανθρωποισι πασιν αἱ τυχαι
Μορφην εχουσι' συντρεχει δ' εις χρηματα,
Τουτου δε παντες.

Ad marginem etiam variantes lectiones ſequentes adſcripſerat *Geſnerus*, ſcilicet v. 1. χρηματα pro αἱ τυχαι, v. 2. εν τοδε pro χρηματα, & v. 3. τουτων pro τουτου, ex quibus omnibus veram ſcripturam eruere non erit, opinor, difficile. Ita nimirum Noſtrum ſcripſiſſe puto,

Αγαμεμνον, ανθρωποισι πασιν χρηματα
Μορφην εχουσι' συντρεχει δ' εις εν τοδε
Τουτων επαινος.

Verte; *Agamemnon, hominibus cunctis formam ſuam probant opes; in hac una re celebranda concurrunt horum præconia.*

23. Ος δ' αν πλεις' εχει, σοφωτατος] Pro αν mallem cum *Barneſio* in addendis præfixis αυ.

25. Ος αν Ιδαν περπηται] Reſcribe αν' Ιδαν.

30. 31. 32. Εκανετε, Δαναοι, εκανετε ταν πανσοφον
Μουσαν, και ουδεν' αλγυνουσαν αηδονα
Εκανετε, εκανετε τον αριςον Αχαιων] Senarios iambicos ſimiles quis unquam vidit? Proculdubio hæc melica ſunt, non iambica, ut recte judicavit *Barneſius*; ita igitur metra conſtituenda opinor,

Εκανετ', εκανετε ταν antiſpaſticus hemiholius
Πανσοφον, ω Δαναοι, penthemimeris dactylica
Ταν ουδεν' αλγυνουσαν hephthemimeris iambica
Αηδονα Μουσαν dochmaicus.

Addit Auctor argumenti orationi Iſocrateæ quæ Βουσιριδος Εγκωμιον inſcribitur præfixi, Εκανετε, εκανετε των Ελληνων

Ελληνων τον αριςον, cæteris quæ præceſſerunt prætermiſſis, unde colligere licet eum mentem potius quam verba Poetæ repræſentare voluiſſe; ſed de iis etiam dicendum puto quæ addit Philoſtratus Heroic. c. x. §. 12. και τα εριζες μαλλον, εν οις φησι, και οτι παιδευτης ανθρωπω δεινος, και αναιδει λογω, ταυτα δραμειαν.

Adde Palamedis fragmentis,

Αιας, παλαι δη σ' εξηρωτησα θελων

Σχολη μ' απειογε — *Schol.* in Hom. Iliad. Β.350. MS. citatus a *Valckenario* ad *Phœniſſas* v. 292.

In PIRITHOUM.

V. 4. Αιολοχρως, *Colores varians*, aſtris ſcilicet interdum diſtincta, interdum tenebris nigerrimis obſita.

8. Hic verſus cum duobus præcedentibus connectitur apud *Stobæum* Eclog. de Moribus edit. *Grot.* tit. VII.

9. Πεδαις αχαλκευτοισιν εζευκται ποδας] Hic verſus ita apud *Grotium* in excerpt. legitur,

Αιδους αχαλκευτοισιν εζευκται πεδαις.

Gatakerus autem Adverſar. Poſtum. p. 520. Plutarchum libro de Verecundia pag. 533, unde deſumpſit *Grotius*, hunc verſum ex altero quem edidit *Barneſius* παρωδησαι veriſimiliter aſſerit. Alter autem legitur apud Plutarch. περι Πολυφιλ. p. 96.

11. 12. Hi duo verſus nulli certæ fabulæ aſſeruntur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. 122.

In PELEUM.

1. 2 Κλυτε Μοιραι, Διος αιτε παρα θρονον

Αγχοτατοι εζομεναι] Apud *Stobæum* Eclog. Phyſic. edit. *Canter.* cap. IX. legitur Θεων εζομεναι, quam vocem qua de cauſa omiſit *Grotius* haudquaquam aſſequor. Ita autem metra conſtituenda,

Κλυτε δε Μοιραι

Διος, αιτε παρα θρονον αγχοτατοι

Θεων εζομεναι.

Particulam δε metri explendi gratia addidi.

5. Ο δυσγενης κρινειεν κἀν ειη σοφος] Græci ſermonis indoles poſtulare videtur, ut optativæ formæ verbo κρινειεν vim potentialem impertiat particula αν. Legendum igitur puto.

Ο δυσγενης κρινειεν αν, ει κ' ειη σοφος.

Adde,

Ιω, ιω, πυλωρον, ει τις εν δομοις. *Schol.* ad Ariſtoph. Nub. v. 1153. Ut conſtaret metrum repetendam curavi acclamationem Ιω, & ſimul ſententiæ gratiâ pro ειτις repoſui ει τις.

In PLISTHENEM.

V. 2. Ponenda eſt commatis nota poſt χακωτης.

9. Πεστωδον αχει μελος εν δομοισιν] Cum præcedat ſenarius iambicus, & hic verſus ſimilis eſſe debet, prout nunc vero legitur aſynartetus eſt ex duabus penthemimeribus iambicis. Ita autem, ſi operæ pretium cenſeatur, reſtitui forſan poteſt,

Ηχει πεστωδον εν δομοισι τοις μελος.

10. 11. 12. Hi verſus *Euripidi* tribuuntur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XLVIII. ſed nulla certa tragœdia indicata.

In POLYIDUM.

1. 2, 3. Hæc non a *Polyido* augure dicta videntur, quod *Barneſio* viſum, ſed ab homine totam augurandi artem ludibrio habente.

12. Πολλα δε σοφιαν ελαχε δια το δυσυχες] Apud *Clement. Alexandr.* edit. *Potter.* p. 574. legitur δια το συγγενες. quod verius videtur.

15. 16. Τις οιδεν, ει το ζην μεν εςι κατθανειν,

Το κατθανειν δε ζην] Diogenes Laertius verſum alterum ſupplet ſubjungendo νομιζεται βροτοις, paulo aliter *Sextus Empiricus* lib. III. cap. 24. qui habet κατω νομιζεται. Longe ab utroque diſcedit *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Ran. v. 1526. qui ita verſum iſtum exhibet,

Το κατθανειν δε ζην, υπνουν δε το κατθανειν,

quam ſcripturam, aut ejuſmodi certe aliquid, a Poeta profectam, ex parodia illa Ariſtophanis

Το πνειν δε δειπνειν, και το καθευδειν κωδιον,

ſuſpicatur *Gatakerus* Adverſar. Poſthum. p. 523. ſed non admodum veriſimile videtur eandem omnino rem, quæ in verſus initio vita revera eſſe ſupponitur, in ejuſdem verſûs fine ſomnum etiam eſſe, rem diverſiſſimam, ſupponi.

In PROTESILAUM.

Adde,

— αξιως δ' εμος

Γαμβρος κεκληται, παιδα μοι συνοικισας. *Suidas* voce Πενθερα.

Ει-

In STHENOBOEAM.

V. 1. 2. 3. Hæc prologi principium conſtituebant. Vide Ariſtoph. Ran. v. 1248.

4. 5. Exſtant apud *Galen.* de Dogmat. Hippocrat. & Platon. lib. IV. cap. 7. & Plutarch. de Diſcrimin. Adulat. & Amic. p. 71. Prima autem verba, τοιαυτ' αλυει verti debent, *talia inſanit.*

8. Τρεφει δε μητηρ, ου πεδοστιβης τελος
Θαλασσα] Apud *Athenæum* non τελος, ſed τροφις, legitur. Recte vertit *Caſaubonus*; *Noſtra eſt nutrix mater humida, non illa quæ calcatur pedibus*; *mare, inquam.* Diſtinguendum igitur, quanquam minus plene, poſt πεδοστιβης. Vide ejuſdem ibid. annotata.

11. Quæ hic pro *Euripidis* verſu obtruduntur ipſius *Athenæi* ſunt verba, ut recte monuit *Caſaubonus.*

In SISYPHUM.

6. 7. Θεσθαι κολαστας, ινα δικη τυραννος η
Γενους βροτειου, την δ' Υβριν δουλην εχη] Γενους βροτειου inſeritur ad verſum explendum, ex conjectura *Grotii.* *Petrus Petitus* Miſcell. Obſervat. lib. 1. cap. 1. ita potius hæc ſupplenda cenſet,

Θεσθαι κολαστας τοις κακοις, ιν' η δικη
Κρατη τυραννος, την δ' Υβριν δουλην εχη.

10. Απηγον αυτοις εργα μη πρασσειν βια] *Petitus* loco citato reponit Απηγον αυτους, *Normannus* vero, referente *Fabricio* ad *Sextum Empiricum*, melius meâ quidem ſententiâ, απειργον αυτους, cum apud Plutarchum etiam legatur ειργειν.

12. Πυκνος τις αλλος και σοφος γνωμην ανηρ] Αλλος etiam interpolatur ex conjectura *Grotii* ad metrum ſupplendum. *Petitus* reſcribit Πυκνος τις ειδειν, *Normannus*, Πυκνος τις οντως, uterque, ut mihi videtur, minus feliciter. Ipſe malim Πυκνος τις αυτος.

13. Γεγονεναι, ος θνητοισιν εξευρων, οπως] Scripti omnes *Sexti Empirici* codices habent Γνωναι δε ος, vulgata ex conjectura eſt *Grotii*; *Petitus* repoſuit Γνωναι, διος, quod vix ſeſe tueri poteſt, cum proximo verſu ſequatur δειμα. Mihi Poeta ſcripſiſſe videtur Γνωναι τοδ', ος.

16. Εντευθεν ουν το θειον εξηγησατο] Lege juxta ſcriptos codices *Sexti* εισηγησατο.

19. Προσεχων τα παντα] Ex fide codicum *Sexti* lege, Προσεχων τε ταυτα. Nam ταυτα reſpicit ad illa quæ dixerat Siſyphus, λαθρα πρασσομενα. *Fabricius.*

20. 21. Αφ' ου το λεχθεν εν βροτοις ακουεται
Παν' δρωμενον δε παν ιδειν δυνησεται] In *Sexti* codicibus ita hi verſus ſcripti reperiuntur,

(εφ' ου) Παν μεν το λεχθεν εν βροτοις ακουεται
Ος δρωμενον δε παν ιδειν δυνησεται.

Verba εφ' ου ſunt *Sexti*, qui verſus quoſdam videtur hoc in loco omiſiſſe, atque per illa hos quos ſubjungit connectit. Ita *Fabricius.* Mihi quidem εφ' ου non a *Sexto* profecta videntur, cum & ſententia omnibus numeris abſoluta quidquam deeſſe ſuſpicari vetet, & vix veriſimile ſit *Sextum* excerptum hoc mutilum ac imperfectum dare voluiſſe, ut duorum, vel ut plurimum trium, verſuum exſcribendorum laborem compendi faceret. Librario igitur verba illa imputanda exiſtimo, qui verbum ακουεται active ſumi forſan ignorabat. Ab eodem etiam, ut conſtructionem continuaret, το Ος additum puto in ſecundi verſus principio. His igitur rejectis, legendum puto, *Salmaſium* partim ſecutus,

Ος το παν το λεχθεν εν βροτοις ακουεται
Το δρωμενον τε παν ιδειν δυνησεται.

V. 22. Εαν τε συν σιγη τι βουλευης κακον] In formula illa συν σιγη non immerito *Fabricium* offendit præpoſitio addita, cum elegantius & uſitatius abſit. Legendum igitur puto Εαν περ συν σιγη.

24. Ενεστι. Τουσδε τοις λογοις αυτοις λεγων] Το αυτοις inſeritur ex *Grotii* conjectura ad ſupplendum metrum. *Normannus* conjicit Θεοις ενεστι, minus feliciter quia modo præceſſerat Θεοις. Mihi veriſimilius videtur Noſtrum ſcripſiſſe,

Αυτοις ενεστι. Τουσδε τοις λογοις λεγων.

27. 28. Ειναι δ' εφασκε τοις θεοις ενταυθ', ινα
Μαλιστα γ' εκπληξειεν ανθρωπους λεγων] Scripti codices habent ανει, non ειναι; hanc tamen conjecturam certiſſimam eſſe duco. Iidem codices habent etiam εξεπληξεν, non εκπληξειεν, & αγων, non λεγων, unde conjicere in proclivi eſt Noſtrum ſcripſiſſe,

ενταυθ' ινα
Μαλιστα γ' εκπληξ' αν ανθρωπους αγων.

Ut conſtructio ſit, εφασκε δε τοις θεοις ειναι ενταυθα ινα αγων τους ανθρωπους μαλιστα γε εξεπληξεν αν αυτους.

33. Βροντης' το τ' αστερωπον ουρανου δεμας] Pro δεμας apud Plutarchum de Placitis Philoſ. lib. 1. cap. 6. legitur σελας.

36. Εισπερωνται] Codices *Sexti* ſecutus lege εκπερωνται. *Adde*,

Χαιρω τε γ' ω βελτιστ' αρ' Αλκμηνης τεκος
* * * * * τον τε μιαρον εξολωλοτα. *Suidas* voce Χαιρω. Particulam αρα ad metrum explendum addidi. Hæc ita *Valckenarius* ad *Phæniſſ.* 711. reſtituit & ſupplevit,

Χαιρω μεν ω βελτιστον Αλκμηνης τεκος
Σ' ελθοντα, τον δε μιαρον εξολωλοτα.

For-

Forſan ſcripſerit Poeta,

Χαιρω σε γ᾽ ω βελτιστον Αλκμηνης τεκος
Ελθοντα, τον δε μιαρον εξολωλοτα.

In SCIRONEM.

Addend. Præmiſſ. Hic verſus apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. xc. citatur ex *Euripidis Scyriis*, & inter iſtius tragœdiæ fragmenta exſtat apud *Barneſium* v. 6.

Adde,

Και τας μεν αξη, πωλον αν διδως ενα,
Τας δε ξυνωριδ᾽, αἱ δε κἀπι τετ?αρων
Φερουσιν ἱππων αργυρων᾽ φιλουσι δε
Τας εξ Αθηνων παρθενους, ὁταν φερη
Πολλας. *Pollux* Onomaſt. lib. IX. §. 75. ubi vide Interpretes.

In SCYRIAS.

V. 1 — 5. Hæc cum apud *Stobæum Euripidi* in *Scyreo* tribuantur, *Grotius* pro *Scyreo* repoſuit *Scyriis* p. 435. *Gatakerus* vero Adverſar. Poſthum. p. 534. *Syleo* potius reponendum cenſet, quia hujus potius quam illius fabulæ argumento congruit horum verſuum ſententia.

7. 8. Hi verſus ita apud *Sextum* leguntur,

Η παις νοσει σου, κἀπικινδυνως εχει
Προς του; τις αυτην πημονη δαμαζεται;

Quæ ſcriptura ſi germana ſit (quod præſumendum, cum hæc fide codicum, *Barneſiana* vero nulla auctoritate nitatur) jam prior verſus non Lycomedi, ſed cuidam Lycomedem alloquenti, tribuendus erit, prout recte ad locum monet *Fabricius*.

10. Hunc verſum *Euripidi* tribuit Cicero, ſed nullam certam tragœdiam unde deſumptus ſit indicat.

In SYLEUM.

4. Ξυλῳ δραστηριος, *Clava ſtrenuus.* Ita recte ex codicum auctoritate edidit *Mangeyus* qui nuper Philonem recenſuit, cum antea repugnante metro legeretur ζηλῳ. *Grotius* minus feliciter repoſuerat μαλα.

7. Πας τις δεδοικεν] Sermonis Græci indoles poſtulare videtur ut legatur Πας τις δεδοικ᾽ αν.

10. Πιμπρα] *Pierſonus Batavus* reponit πιμπρη, recte ut puto. Vide *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 524.

V. 14. 15. Hi verſus inter *Auges* fragmenta leguntur, qua ex tragœdia eos citat *Stobæus* edit. *Grot.* tit. XLIX.

16. 17. — σου κατηγορου
Σιγωντος] Hæc ex ipſius Philonis verbis οὐ κατηγορει σιγωντος ita ſunt a *Grotio* immutata, ſed Poetæ neutiquam aſcribi debuerunt, quanquam cum *Grotio* ſenſiſſe nuperum etiam Editorem video.

Adde,

— ειτα δη φιλον ξυλον,
Εκτεινε μοι σεαυτο, και γενου θρασυ. *Euſtath.* ad Homer. p. 107.

Ad hanc etiam tragœdiam referendi v. 1. & 2. inter fragmenta *Oilei* a *Barneſio* editi.

In TELEPHUM.

2. 3. — ὁστε πετρον Αρκαδων δυσχειμερων
Τονδ᾽ εμβατευεις, ενθεν ευχομαι γενος] Verte; *Et tu qui rupem hanc Arcadum regionem frigidam habitantium calcas, a quo genus derivare glorior.* Non enim his verbis itineris ſocium, ut putaverunt Interpretes, quod frigidum omnino eſſet, ſed ipſum Jovem Lycæum compellat *Telephus*; & mons quem deus iſte calcare dicitur mons eſt Lycæus in Arcadia, a cujus ſupremo jugo omnis pene Peloponneſos proſpici poteſt, teſte Pauſania in Arcadic. p. 678. 679. Cum vero ex fragmentis ſequentibus manifeſtiſſimum ſit tragœdiæ hujus ſcenam, non in Arcadia, ſed in Græcorum ad Trojam caſtris, collocari, vix credibile eſt hæc ad illam pertinere poſſe. Dionyſius Halicarnaſſenſis, unde hæc petuntur, nullam certam fabulam indicat. Forte ad *Augen* referri debent.

7. 8. Ιθ᾽ ὁπου χρηζεις᾽ ουκ απολουμαι
Ελενης ἑνεκα] Exſtant apud *Scholiaſt.* ad Ariſtoph. Nub. v. 888. ubi rectius legitur ὁποι & οὕνεκα. Vitandi etiam hiatus gratia legi malim Ουκ απολουμαι γ᾽.

24. 25. Hoc fragmentum, & emendatius, & uno verſu auctius, ita apud *Sextum Empiricum* Adv. Mathemat. lib. XI. §. 56. legitur,

Τι γαρ με πλουτος αφιλει νοσουντα γε;
Μικρ᾽ αν θελοιμι, και καθ᾽ ἡμεραν εχων,
Αλυπον οικειν βιοτον, η πλουτων νοσειν.

Hanc lectionem plane ſtabilit altera illa *Stobæana* a *Barneſio* in notis memorata. Hinc nimirum oriri potuit diſcrepantia, quod Librarius male ſedulus propter καθ᾽ ἡμεραν in ſecundo verſo, τρεφων in ſequentis

quentis initio repoſuit, & deinde, ut expleret metrum, addidit ἐνεγκεῖν pro οἴκοι.

Adde,

Βέβηκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα. Zenob. Proverb. Cent. XI. Proverb. 85. & Append. *Vatican.* Cent. I. Prov. 29. Hunc etiam verſum in Ariſtophanis Ranis profert Bacchus v. 1447. At *Scholiaſtes* Ariſtoxenum adducit teſtem, falſo eum *Euripidi* tribui.

Ω Φοῖβ' Ἄπολλον Λύκιέ τι ποτέ μ' ἐργάσει. *Schol.* ad Ariſtoph. Equit. v. 1237.

Καλῶς ὄλοιτ' ἄν, ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι. *Schol.* ad Ariſtoph. Acharn. v. 8.

Καλῶς ἔχοιμι· Τηλέφῳ δ' ἁ 'γὼ φρονῶ *Schol.* ad Ariſtoph. Acharn. v. 445.

Τί δ', ὦ τάλας, σὺ τῷδε πείσεσθαι μέλλεις *Schol.* ad Ariſtoph. Acharn. v. 453.

— ἀλλ' ἄτιμος, καὶ γὰρ εἰμ' ἄγαν

Ὀχληρός, οὐ δοκῶν με κοιράνοις ψυχεῖν. Ariſtoph. Acharn. v. 470. & *Scholia* ibid. in quibus additur, quoſdam hæc ex *Oeneo Euripidis* παρῳδεῖσθαι tradidiſſe.

Εἶτ' εἴ τις οὐ χρῆν, ἀλλά τι χρῆν; εἰπάτω Ariſtoph. Acharn. v. 539. & ibid. *Scholia.*

Καθῆσθ' ἂν ἐν δόμοισιν; ἢ πολλοῦ γε δεῖ. Ariſtoph. Acharn. v. 542. & ibid. *Scholiaſt.*

Ταῦτ' οἶδ' ὅτι γ' ἂν ἐδρᾶτε· τὸν δὲ Τήλεφον

Οὐκ οἰόμεσθα; νοῦς ἄρ' ὑμῖν οὐκ ἔνι. Ariſtoph. Acharn. v. 554. 555. & ibid. *Scholiaſt.* particulam γε propter metrum addidi.

Ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος. Ariſtoph. Lyſiſt. v. 707. & ibid. *Schol.*

In TEMENUM *ſive* TEMENIDAS.

V. 1. Extat apud *Sext. Empiric.* Adv. Grammat. cap. 13.

4 — 9. Hæc leguntur in *Supplicibus* v. 912 — 917.

10. Καὶ ἀπτήν] Lege κάπτην.

12. Φιλεῖ τοι πόλεμος οὐ τὰ πάντα γ' εὐτυχεῖν] Lege prout extat apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. L. pede primo deſiderato,

φιλεῖ τοι πόλεμος οὐ πάντ' εὐτυχεῖν.

Barneſius dum verſum ex conjectura ſupplere inſtituit metrum prorſus perdidit.

Addend. Præfix. Ita hos verſus emendandos & conſtituendos cenſeo,

Ἦλθε δ' ἐπὶ χρυσόκερων ἔλαφον,

Μέγαλον ἆθλον δεῖσιν ὑποσχὰς

Κατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους, ἐπὶ

Λειμῶνας, ποιμνῖα τ' ἄλση Vide Ælian. de Nat. Animal. edit. *Gronov.* lib. VIII. cap. 29. Τὸ ἵνα quod poſt ἆθλον ibi legebatur, & τε ad finem verſus tertii, metri gratia eliminavi & in v. 4. pro ποίμνια repoſui ποιμνῖα.

Huc refer etiam v. 108. 109. inter fragmenta *Bellerophontis* editos, qui ex hac fabula citantur apud *Stobæum* tit. LIV. edit. *Grot.*

In TROAS.

Auctores qui *Troum Euripidis* mentionem faciunt tres ſoli ſunt *Stobæus*, *Ælianus* Var. Hiſt. lib. II. cap. 8. & *Etymologus* voce πλάνος. Quæ a *Stobæo* ex *Troibus* citantur in *Troadibus* omnia leguntur. Apud *Ælianum* pro Τρωσὶ legendum puto Τρωάσι· & ἀφροδίτη πλάνοι, quod e *Troibus* citare videtur *Etymologus*, in *Oreſte* reperies, v. 220.

V. 1. 2. Hi duo verſus leguntur in *Troadibus* v. 630. 631.

3. 4. Hi duo verſus leguntur in *Troadibus* v. 628. 629.

5. 6. Et hi duo verſus leguntur in *Troadibus* v. 604. 605.

In HYPSIPYLEN.

8. 9. 10. Hi verſus paullo aliter, & melius quidem meâ ſententiâ, apud Plutarch. Conſol. ad Apollon. p. 110. ita leguntur,

Ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν,

Θάπτει τε τέκνα, χ' ἅτερ' αὖ κτᾶται νέα,

Αὐτός τε θνήσκει, καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοί,

Clemens Alexandrinus Stromat. lib. IV. p. 588. pro κτᾶται habet σπείρει.

16. 17. 18. Hi verſus auctori incerto tribuuntur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XX.

Adde,

Οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν. *Schol.* ad Ariſtoph. Ran. v. 1355.

Περίβαλλ' ὦ τέκνον ὠλένας Ariſtoph. Ran. v. 1357. & ibid. *Schol.*

Ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄστρον *Schol.* ad Ariſtoph. Ran. v. 1363.

Ἰδοὺ πρὸς αὐτὴν ἐξαμιλλῶμαι κόρας

Γραπτοὺς οἶσι προσβλέπον τύπους. *Galen.* Commentar. III. ad Hippocrat. de Articulis edit. *Charter.* tom. XII. p. 376. Ultima adeo corrupta ſunt & mutila,

mutila, ut ſine codicum ope ea reſtituere conari, otio eſſet abutentis.

In PHAETHONTEM.

V. 2. 3. A. Αργειος η Θηβαιος. H. Ου γαρ ευχομαι
Μιας, απας μοι πυργος Ελληνων πατεις] Hoſce duos verſus integros ſolius Herculis perſonæ tribuendos eſſe conſtat ex Plutarch. de Exilio p. 600. neque inter duos Interlocutores diſpertitos, prout a *Barneſio* factum eſt, oportuit. Plutarchus loco citato ne Poetam quidem deſignat unde hæc deſumpta; & ſane quid commune Herculi cum Phaethonte eſſe poſſit, non video. Ex incerto etiam auctore citantur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. LX.

4. 5. 6. Ναυν τοι μι' αγκυρ' ουδαμως σωζειν φιλει,
Ως τρεις αφιντ'. προστατης δ' απλους πολει
Σφαλερος, υπων δε καλλος ου κακον πολει] Hæc ex incerto auctore laudat *Stobæus* ed. *Grot.* tit. XLIII. In excerptis tamen tradit *Grotius* a quibuſdam auctoribus huic tragœdiæ adſcripta. Pro αφιντ autem, quod repugnante conſtructione hîc legitur, reſcribi malim αφεινται, ut ſententia ſit, *ad tres uſque numero projici ſolent.*

10. Τυφλας εχουσι τας φρενας και της τυχης] Conſtructionis ratio omnino exigit ut pro της τυχης reponatur την τυχην, a:t τας τυχας. Ita το και eandem hîc poteſtatem habebit ac ὥσπερ.

12. Μηδε αναβης] Mallem hiatus vitandi gratiâ Μηδε γ' αναβης.

13. Apud Longinum legitur μητε, non μηδε.

15. Κατω διεισι] Omnino legendum eſt διησει cum *Fabro* ad Longin. cap. XV. §. 8.

16 — 22. Totum hunc locum expendit & explicat *Rutgerſius* Var. Lect. lib. I. cap. 10.

17. Τοιαυτ' ακουσας παις εμαρψεν ηνιας] Apud Longinum legitur, ειτ' εμαρψεν ηνιας.

18. Κρουσας δε πλευραν πτεροφορων οχηματων] Minus commode *Pearcius* diſtinctionem poſt πτεροφορων poni jubet, ut ſcilicet οχηματων regatur a præpoſitione μετα in verbo μεθηκεν. Nam ſi præpoſitio iſta in conſtructione hunc ad modum a verbo diſtrahatur, non niſi ſimplex verbum ηκεν relictum habebis quod hujus loci ſententiæ non admodum convenire arbitror. Quod vero poſt οχηματων ſtatim ſequitur αι δ' επταντ', id nemini negotium faceſſat oportet; ſchema enim eſt προς το σημαινομενον, frequentiſſime apud Poetas obvium. Addi poteſt, Poetam, ſi hac voce non *Equos*, ſed *Currum*, denotare voluiſſet, οχηματος potius numero ſingulari fuiſſe poſiturum, non οχηματων plurali; de uno enim curru, non de pluribus hîc agitur; neque ullus hîc amplificationi erat locus, ut Poeta numerum pluralem pro ſingulari, quod interdum laudante Longino fit, poneret. Locus vero iſte Virgilii,

— neque audit currus habenas,

quem velut exemplum adferunt viri docti, ut oſtendant per vocem οχηματα hîc equos denotari poſſe, non ſatis ei rei aſtruendæ idoneus videtur. Currus enim, dum ab equis abreptus violento curſu fertur, actionis quam deſcribit Poeta, non minus ac equi participat, adeo ut non inepte dici poſſit, vim currum ſiſtendi non amplius habere habenas. Non autem ideo, ſi exprimenda eſſet actio aurigæ latera equorum ſcuticâ percutientis, aut Virgilius dixiſſet, aut quiſquam, ut opinor, ſanus diceret, eum latera curruum ſcuticâ percuſſiſſe, quia iſta aurigæ actio in ſolis equis terminatur, neque quidquam commune cum curru habet. Adeoque, neque hoc in loco voce αρματων uſus eſt, nec niſi abſurde loqueretur uti potuit, *Euripides*, ſed voce οχηματων longe diverſâ. Cujus vocis, quatenus *Equum* deſignare poteſt, vera, ni fallor, hæc eſt analogia. Οχημα omne id eſt quo quis vehitur; magis proprie igitur ac præcipue *Currum* denotabit quo vehitur immediate auriga: cum vero ipſe currus non niſi equorum opera officio iſto vehendi fungatur, equi etiam currui juncti ſenſu remotiore ac tropico aurigam quodammodo vehere dici poſſunt, atque inde etiam nomen οχηματων, *vehentium* ſcilicet, in ſermone poetico ac figurato non injuria adipiſci. Sic Βαρκαιοι οχοι apud *Sophoclem Electr.* v. 723. *Barcæos Equos* deſignant. Sic *Scholiaſtes* ad *Æſchyli Prometh. Vinct.* v. 135. οχῳ πτερωτῳ. οχῳ] αρματι. πτερωτῳ] τοις πτεροις. οχημα γαρ ην αυτοις (leg. αυταις) τα πτερα, ὥσπερ τοις ιππευσιν οἱ ιπποι. Ita etiam in *Rheſo* v. 621. & 797. 798. ipſi equi nomine οχηματος πωλικου indicati reperiuntur. Vide quæ ibi notavimus. Ita denique apud Ariſtoph. Ειρην. 865. οχημα κανθαρου eſt ipſe κανθαρος. Poſtremo, ut finem tandem faciam, negotium plane conficit epitheton additum, πτεροφορων. Non enim, opinor, *Currus ſolaris alatus erat*, ſed *Equi*.

V. 19. Αι δ' επταντ' επ' αιθερος πτυχας] Apud Longinum legitur πτυχας.

20. 21. Πατηρ δ' οπισθε νωτα σειραιου βεβως
Ιππους σπουδα νουθετων] Omnino legendum cum *Rutgerſio* cenſeo σειραιου, non σειριου, quidquid con-

tra dicat *Faber*, & ita locum hunc vertendum; *Pater vero poſt terga funalis equi proficiſcens properabat admonens filium.* Cum enim jugales equi linea recta currum præcedebant, neceſſe erat ut equus funalis paullulum a latere progrederetur, adeo ut quiſquis eum a tergo ſequebatur ad latus aurigæ neceſſario erat, qui locus colloquenti & monenti erat commodiſſimus. Injucundum autem non erit virorum doctorum diſcrepantes de hoc loco ſententias recenſere, & paucis expendere. *Salmaſius* ad Solinum p. 630. b. vulgatam ſcripturam tuetur, & Σείριον interpretatur *Sirium*, eo ſcilicet nomine ſidus, quod Solem conſcendiſſe, & eo inſidentem a tergo filium fuiſſe ſecutum, putat. Sed quis unquam fando audivit aſtrum pro equo aut curru uſurpatum, aut deum quemcunque aſtrum conſcendiſſe, & in eo velut equo equitaſſe? Vide quæ notavimus ad Catulli poemation de Coma Berenices v. 54.

Obtulit Arſinoes Locridos ales equus,

ubi, quod Achilles Statius etiam, quanquam dubius & fluctuans, conjecerat, germanam ſcripturam eſſe *Aliſequus* fuſe oſtendimus. "At ſi funalis "equi (inquit *Salmaſius*) fingas eum (Solem) dorſo inſediſſe, quomodo ὄπισθεν ἱππεύειν, aut νουθετεῖν, "dici poterit? Neque enim equi pone currum." Recte quidem, ſi Solem dorſo funalis equi inſediſſe fingas; non ita, ſi eum a tergo pedibus ſecutum fuiſſe ſtatuas. Error, non *Salmaſii* ſolum, ſed & *Fabri*, omniumque, quotquot ſunt, doctorum virorum qui hunc locum adhuc expenderunt, inde ortus videtur, quod veram verbi ἱππεύειν hoc in loco ſignificationem minus ſunt aſſecuti. Primaria quidem hujus verbi ſignificatio eſt *equitare*; ſed quandoquidem qui equo vehitur celerius iter conficit quam qui pedibus ambulat, per metaphoram etiam transfertur ad ſignificationem *properandi*, in quo ſenſu etiam uſurpatur ab ipſo *Euripide Herc. Fur.* v. 1001.

Κἀνθένδε πρὸς γεραιὸν ἱππεύει φόνον.

Si igitur verbum ἵππευε hîc vertas *properabat*, ſtatim corruit hæc objectio. "At Σειραῖον (pergit vir "eruditiſſimus) vix Græci abſolute dicunt de funali equo, ſed ſemper ἵππον σειραῖον." Eſto; quanquam hoc verum eſſe non credo; ſed neque hîc abſolute ponitur, equorum enim mentio immediate præcedit,

αἱ δ' ἵπταντ' ἐπ' αἰθέρος πτύχας,

unde repetenda eſt vox ἵππου. *Faber*, & eum ſecutus noſter *Pearcius*, Σείριον adjective poſitum putant, & vertunt *Equum aſtricum* vel *cæleſtem*, quem Sol cum conſcendiſſet, a tergo filium inſequutus admonebat. Sed præter equos *rhedarios*, quorum etiam nomina a Poetis memorantur, nemo veterum, ut opinor, de equo inſuper *vectario* Soli proſpexit. Unde ergo equum hunc *cæleſtem* habere potuit Sol, niſi forte ab aliquo planetarum, quos omnes ſuos etiam habuiſſe equos nos docet *Faber*, mutuum acceperit? Sed hæc abſurdiora ſunt quam ut iis diutius refutandis immoremur. Adde, quod vocem ἵππου hic ſubaudiri certe non patitur Græcæ linguæ indoles, nec eſt unde ἀπὸ κοινοῦ repeti poſſit. *Boilavius* Solem non aſtro inequitaſſe, nec equum conſcendiſſe, putat, ſed ita hæc interpretatur quaſi "Sol ad locum quem in cœli plane centro ac parte altiſſima obtinet Sirius, aſcendiſſet, ut inde, velut ex ſpecula, filii iter diutius ſpectaret, ac monita ſua pro re nata ingereret. Sed hanc interpretationem funditus evertit verbum iſtud ἵππευε. Quomodo enim Sol ἱππεύειν dici poterat, qui filium non ſequebatur, ſed ipſe immotus iter ejus ſpectabat? præterquam quod ſi id Soli in animo fuiſſet, non poſt terga Sirii, ſed potius in anteriore ejus parte, ſe collocaturus fuiſſet. *Dacierius* per Σειρίου intelligit, non ſidus eo nomine appellatum, ſed aſtrum quodlibet, & ita locum vertit; *Pater vero, aſtri dorſo conſcenſo a tergo inequitabat.* Sed ut *Heſychii* auctoritati id concedamus, Σείριον pro aſtro generaliter ſumi; quis unquam veterum formam equinam aſtris tribuiſſe deprehendetur, ut aſtri dorſum conſcendere potuerit Sol, & eo inequitare?

O rem ridiculam, & nimis jocoſam.

Lepidum vero argumentum de ſuo ſubnectit *Dacierius* pro vulgata lectione, & contra *Rutgerſii* emendationem, quod ſcilicet pes hujus verſus penultimus iambus eſſe debet: quaſi vel pueris notum non eſſet, ſenarium iambicum in quinta ſede æque ſpondæum ac iambum admittere, & diphthongum ſequente vocali æque corripi poſſe ac produci. Quid quod & ipſe *Rutgerſius*, qui veram hujus loci ſcripturam primus ac prope ſolus vidit, veram tamen interpretationem non vidit. Nam & ipſe Solem equi funalis dorſum conſcendere facit (vide ejus Var. Lect. lib. 1. cap. 10.) quo quid poteſt fingi abſurdius? Sed illum nimirum æque ac cæteros in errorem induxit ignorata verbi ἱππεύειν hoc in loco ſignificatio, quâ patefactâ omnes hæ tenebræ ſtatim diſſipantur.

V. 21. 22. — ἔλα γ' ἔχει
Στρέφ' ἅρμα τῇδε] Apud Longinum edit. *Tollii* hæ ita leguntur,

ἐκεῖσ'

εχειϛ' ελα

Τη γα ςειφ' αιμα τεδ.

Salmaſius autem ad Solinum p. 360. b. ex neſcio quo vetuſtiſſimo codice hæc ita ſuppleri jubet,

Τη γα ςειφ' αιμα, τηδ' αρ' ου.

V. 24. 25. Και τα προσω μεν τα δ' εγγυς ευκρατα Εχει] Claudicat metrum cum ευκρατα penultimam neceſſario producat. Ita forſan ex ipſo *Vitruvio* lib. IX. cap. 4. reſtitui poteſt,

Και τα προσω, τηδ' εγγυς δ' ευκρατ' εχει.

Pro τα δ' repoſui τηδ', hæc de Ægypto, ubi proculdubio ponitur fabulæ hujus ſcena, dicta autumans, & ad fulciendum metrum poſt εγγυς addidi particulam δε.

33. Ita horum metra conſtitui debent,

ψυχηεια

Δενδρεα φιλαισιν ωλεναισι δεξεται.

Leguntur apud *Athenæum* p. 503. Verte autem, *Arbores opaci amicis ulnis eum amplectentur.*

37. Claudicat metrum, dactylo ſecundam ſedem occupante. Recte ediderat *Grotius* in *Stobæana* ſua editione tit. XLIII.

Οςις πατηρ ων παισι μη φρονουσιν ευ.

Addend. Præfix. Ita hi verſus conſtitui poſſunt,

μισω δε τουδ' ευαγκαλον

Τοξον κρανειας, γυμνασια δ' οιχοιτο μοι,

το τουδ' ad explendum metrum addidi.

Adde,

— φιλος δε μοι

Αλλ' ουτος εν φαραγξι σηπεται νεκυς. De Phaethonte a Clymena dictum apud Plutarch. Sympoſiac. lib. IV. probl. 2.

In PHILOCTETEM.

3. Οι τονδε χειρωνακτες ανθρωποι λογων] *Valckenar.* ad Ammon. περι ὁμοιων και διαφορων λεξεων verſum hunc corruptum eſſe contendit, & pro Οι τονδε reponendum conjicit Θνητων δε. Conjecturæ vero ſuæ explicationem nullam addidit, ut quid ſibi voluerit vir eruditus haud facile ſit expiſcari. Quid ſane ſit Θνητα φρονειν probe mihi videor intelligere, nempe τοιαυτα φρονειν οια θνητον φρονειν πρεπει, at quo ſenſu λογοι θνητοι dicuntur non ſatis aſſequor. Nullam autem aliam emendationem hic neceſſariam exiſtimo, niſi tantum quod interrogationis nota, quæ ad finem hujus verſus additur, inde ad finem verſus præcedentis migrare debeat; ut ſententia ſit, *Homines ipſi ſibi artifices harum ſententiarum exſtiterunt.*

V. 5. Ουδεν τι μαλλον οιδεν, η πειθει λεγων] Minime ferenda eſt *Grotiana* hujus loci verſio, *Nihil ille plus quam credulis perſuaſerit.* Ita enim conceſſiſſe videri poteſt Poeta, tantum quemque circa deorum naturam ſcire quantum aliis perſuadere potuerit, quo nihil a mente ejus alienius fingi poterat. Verte igitur, *Nihil amplius neque ipſe ſcit, neque aliis oratione perſuaſerit.*

9. Hoc effatum ab Ariſtotele laudatur Polit. lib. VII. cap. 7. auctoris nomine prætermiſſo; a Plutarcho autem lib. de Affect. Fratern. p. 480. *Euripidi* diſerte tribuitur, nulla tamen certa tragœdia indicata. Inter incerta igitur referatur.

10. Πατεις χαλως πειρασουσα τον τυχοντ' αει] Quartam ſedem occupat anapæſtus. Legendum videtur,

πειρασουσα γ' ευτυχουντ' αει,

ut ſubſtantivum, puta ανθρωπον, aut ſimile quoddam, in verſu præcedente locum habuiſſe ſupponatur.

14. 15. Hi verſus, nullius auctoris nomine conſignato, exſtant apud Ariſtotelem Polit. lib. VII. cap. 7. ſed accuratius ibidem ita leguntur,

Οι τοι περα στερξαντες, οἱ δε και περα Μισουσιν,

quæ ad hunc modum recte vertit *Lambinus*; *Qui valde amârunt odia gerunt acerrima.* Pro δε autem reponi malim δη.

16 — 19. Hæc ex *Euripidis Philoctete* citantur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. CXXI.

23. 24. Hæc inter *Archelai* fragmenta leguntur v. 71. 72. ſed cum apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XXIX. unde illuc tranſlata fuerunt, eorum auctor incertus dicatur, huc ea referre omnino licebit; præſertim cum ex *Dionis Chryſoſtomi* paraphraſi, de qua infra fuſius agemus, manifeſte pateat hos verſus ad hanc tragœdiam pertinere.

25. Ουτω δε μοχθων των πειν ευχεται χαριν] Ex eadem *Dionis* paraphraſi patet ſcribendum eſſe ουτων, non οντων.

26. Και τους πεσοντας ουκ αποδωσομαι πονους] Metri gratia legendum puto πιτνοντας.

30. Λαβειν a *Grotio* additur ex conjectura ad ſupplendum verſum.

31. Κερδος, παρον γε, κἀξομοιουσθαι θεοις] Omitti etiam poteſt diſtinctio poſt παρον γε, ut iſta παρον γε κἀξομοιουσθαι θεοις reddantur, *quippe cum ita liceat etiam diis ſimilem ſieri. Sylburgius.*

32. Hic verſus ab ipſo *Euripide* profectus cenſeri minime debet, cum revera ex *Dionis* paraphraſi ſupra memorata infeliciter ſatis a *Gatakero* ſit conſarcinatus.

V. 35.

V. 35. 36. Λεξω δ' εγω, καν μου διαφθειρας δοκει

Λογους ὑπερ αυτος ηδικηκεναι] Lege juxta Ariſtotelis editiones δοκῃ, & ita verte; *Ego vero dicam, quanquam meos evertiſſe ſermones iſte ſibi viſus ſit, cum ſe probaturum promiſerit me eum injuria affeciſſe.*

38. Εμφανιζη] Apud Ariſtotelem legitur εμφανιει, unde in promptu eſt reponere εμφανιζει.

Addend. Hæc apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit CXXI. citantur ex *Æſchylo*, a Maximo vero Tyrio edit. nuper. diſſert. XIII. e *Philoctete* fabula, ſed prætermiſſo auctoris nomine. Vide ibi *Daviſii* notas. Verſus autem quos *Æſchylo* tribuit *Barneſius* in notis ſuis ad hoc fragmentum, non illius ſunt, ſed cujuſdam qui eum imitatus eſt, quod diſertis verbis teſtatur Plutarchus de Conſolat. ad Apollon. p. 106. unde colligi poteſt, hos etiam verſus, non *Euripidi*, ſed *Æſchylo* revera aſcribi oportere.

Adde,

Αντιπνεουσιν αυγαι *Heſych.* voce Αιων.

Oratio (ut vulgo appellatur) *Dionis Chryſoſtomi* LIX. mera eſt principii hujus tragœdiæ paraphraſis proſa oratione expoſita. In ea continentur Ulyſſis prologum agentis oratio, ipſius cum *Philoctete* primus congreſſus, eorumque inter ſe mutui ſermones. Statim autem ab initio paraphraſin reperies ſex continuata ſerie verſuum, qui jn fragmentis a *Barneſio* editis ſunt 20 — 24. & 27. (ſed mutato paullulum ordine; verſus enim 27. inter v. 22. & 23. inſeritur) & deinde paucis interjectis verſuum etiam 25. & 26. In fine denique orationis paraphraſin habes verſuum 32. & 33. Cum vero hæc paraphraſis fragmenti *Euripidei* vice merito cenſeri debeat, quippe quæ metro ligatam ejus orationem ſoluta exponat, caſtigationes etiam ad eam nonnullas, quæ *Caſaubonum* fugerunt adjungere non gravabor.

P. 575. A. lin. 4. 5. Αλλα γαρ ισως χαλεπον ευρειν &c.] Nihil hic deeſſe, quod *Caſaubonus* putabat, manifeſtum eſt ex fragmentis a *Barneſio* collectis.

Ibid. lin. 5. 6. Ουτω μεγαλοφρονα και φιλοτιμον, ὁπον, ὁς ανηρ πεφυκε] Lege cum *Anonymo* in *Wolfii* Anecdot. Græc. tom. 1. p. 280. ουτω μεγαλοφρον ἁμα και φιλοτιμον ὁπον, ὡς ανηρ πεφυκεν. Vide *Barneſ.* fragment. v. 27.

Ibid. D. lin.7. Του προκειμενου αθλου] Aut legendum eſt το προκειμενον αθλον, quod veteri ſcripturæ propius adeoque veriſimilius, aut cum *Anonymo* ſupra laudato, poſita poſt τοξα plena diſtinctione, τουτου ουν, vel τουτου δη, vel τουδε δη προκειμενου αθλου.

P. 576. B. lin. 4. Ου χαριν αυτας με ἡκοντα] Legendum puto ου χαριν ὀν αυτα συ με ἡκοντα; Nam Ulyſſem hominis *Philoctetі* plane ignoti partes agentem dicere ſe ejus cauſa illuc veniſſe, quæ emendationis *Caſauboniana* ſententia eſt, neutiquam eſt veriſimile.

Ibid. B. lin. 1. Ου γαρ ειωθως] Rectius leges, ουδ' αρ' ειωθως.

Ibid. D. lin. ult. & p.577. A. lin. 1. 2. Πως δ' αν δικαιως γενοιτο, των υπ' εκεινου γινομενων ὁπουν, ῳ μηδενος αποφημενος των χαλεπωτατων; λογῳ τε και εργῳ &c.] Hæc ita perſonis diſtinguenda & corrigenda puto. *Ul.* Πως δ' αν δικαιως γινοιτο των υπ' εκεινου γεγενημενων ὁπουν, του μηδενος απεχομενου των χαλεπωτατων; *Philoct.* Ω λογῳ τε και εργῳ.

577. A. lin. 4.5. Ος ουδεν ἡττον ωφιλιμος ην τοις ξυμμαχοις] Retinendum eſt ουδεν, nec cum *Caſaubono* reponendum ουδενος, ut verſio ſit, *Qui haud minus utilis erat commilitonibus*, me ſcilicet. *Philoctetes* enim loquitur, utrorumque ſui & Palamedis, erga Græcos merita ſtatim exponens.

Ibid. B. lin. 8. 9. Σχεδον μεν ουν εγωγε, εν ὁση χρεια καθεστηκας αυτος] Nihil opus eſt ſubaudiri οιδα vel επισταμαι, Ulyſſes enim loqui pergit dicens, *Propemodum igitur & ego quidem in eadem neceſſitate nunc conſtitutus ſum, qualem tu tamdiu toleraſti.*

Ibid. lin. 10. Ξυμπροθυμηθεις] Legendum puto ξυμπροθυμηθης.

Ibid. C. lin. 6. Εξημμενον γλισχως, και μολις απο τουδε των τοξων προιζοντα] Diſtingue cum *Anonymo* ſupra laudato poſt εξημμενον, ut γλισχως cum προιζοντα jungatur.

Ibid. lin. 8. ἡ γαρ ην ἡμιν εσθης] Lege ἡ γαρ.

Ibid. D. lin. 3. Τελαμωνες τε αναπτειν] Τελαμωνες hic *Faſciæ* ſunt quibus ulcus ligabatur. Aliquid autem deeſſe poſt αναπτειν manifeſtum eſt.

Idem *Dio* Oratione LII. tres cognomines tragœdias ſummorum Poetarum, *Æſchyli*, *Euripidis*, & *Sophoclis*, *Philoctetis* e Lemno ad caſtra circa Trojam Græcorum cum ejus ſagittis abductionem narrantes inter ſe confert, & ſingularum proprias ac præcipuas virtutes exponit. Iſtius igitur orationis ea pars quæ de *Euripidis Philoctete* ſigillatim tractat, cum ejuſdem quodammodo argumenti ſit ac altera illa ſupra recenſita oratio, proinde etiam quaſi fragmentum quoddam hujus tragœdiæ exhibere cenſeri poteſt. Lege autem p. 551. A. lin. 6. πολιτικωτατη juxta editionem *Aldinam*; & B. lin. 10. 11. εφυ, pro εφυσε, ut conſtat ex paraphraſi ſæpius laudata p. 575. A. lin. 4 — 6.

In

In PHOENICEM.

V. 19. 20. Hæc ex *Euripide*, ſed tragœdiâ non indicatâ citantur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XXXIX.

21. Hic verſus non cum ſequentibus continuata ſerie connexus, ſed ſeorſim legitur apud *Stobæum* ed. *Grot.* tit. LXXI.

22. Μοχθηρον εστιν ανδρι πρεσβυτῃ τεκνα] Hunc etiam verſum ſeorſim, & a ſequentibus disjunctum legi oportere puto. Verte; *Homini ſeni moleſtiæ plurimum faceſſunt liberi.*

23. Διδωσιν, ὁστις ουκεθ᾽ ὡραιος γαμει] Διδωσιν manifeſte corruptum eſt, neque adeo in promptu emendatio; forſan ſcripſiſſe potuit Poeta,

Δειλαιος ὁστις ουκ εθ᾽ ωραιος γαμει.

Verte, *Infelix iſte quiſquis ætate non amplius integra nuptias contrahit.*

24. *Euripidi* tribuitur hic verſus ab Ariſtophane Theſmoph. v. 420.

Adde,

Δμωσιν δ᾽ ὁμοιοιν ειπον ὡς παντελεως
Πυρειδες και δωπετη κτειναι. *Erotian.* Lexic. Hippocrat. voce Δωπετες. Hæc autem aliis ingenio ſagaciori prædítis, aut ſcriptis codicibus inſtructis, ſananda relinquo.

In PHRIXUM.

2. Ηλθεν ες Θηβας πεδον] *Scholiaſtes* ad Ariſtoph. Ran. v. 1256. habet ἱκετ᾽ ες Θηβας πεδον, quod quare immutavit *Barneſius* conjicere haud poſſum, niſi forte tunc temporis oblitus fuerit primam του ἱκετο vi augmenti produci.

7 — 16. Hi verſus apud *Juſtin. Martyr.* de Monarch. edit. *Hutchin.* pag. 162. *Sextum Empiricum* Adv. Mathemat. lib. I. §. 274. & *Stobæum* in excerpt. edit. *Grot.* p. 120. tribuuntur *Euripidi*; at apud *Clem. Alexandr.* edit. *Potter.* p. 721. & *Euſeb.* Præp. Evang. p. 683. Diphilo comico diſerte aſcribuntur.

7. Ει τις δε θνητων οιεται τεφ᾽ ἡμεραν] *Juſtin. Martyr.* & *Stobæus* habent ὁστις, & τοὐφ᾽ ἡμεραν, *Sextus Empiricus* καθ᾽ ἡμεραν.

11. Apud *Juſtinum* non legitur, ut apud *Stobæum* exſtat.

16. Χρονῳ γαρ ουτος ὑστερῳ δωσει δικην] Apud *Juſtinum* legitur ὑστερον.

18. Lege φης.

V. 33. Ζευς μεταβληθεις εις ταυρον την Ευρωπην ἡρπασεν] Contra leges metri plus ſemel peccat hic trochaicus, quippe qui non ultra duos trochæos, quinque autem ſpondæos continet. Eum laudans *Bentleius* Epiſt. ad *Mill.* pag. 38. ad metri leges revocari poſſe deſperaſſe videtur.

Addend. V. 1. 2. Ita potius hos verſus conſtitui debere cenſeo,

Παιδες * * * ποτε γαρ οἱδ᾽ Αγηνορος
Κιλιξ, αφ᾽ οὗ χ᾽ ἡ Κιλικια κεκλησεται.

In CHRYSIPPUM.

4. Τικτει θνατους, *generat homines*; verbum enim τικτει a nominativo γαια unice pendet.

5. Poſt hunc verſum adduntur ſequentia apud *Sextum Empiricum* Adv. Mathemat. lib. VI. §. 17.

Οθεν ουκ αδικως
Μητηρ παντων νενομισται.

10. Διακρινομενον] Ita legitur apud *Philonem* tribus in locis ſcilicet tom. II. edit. *Mangey* pag. 488. 515. 612. & apud *Clement. Alexandr.* Stromat. VI. p. 750. *Valckenarius* tamen ad *Phæniſſ.* 838. ex Plutarcho de Placitis Philoſ. reponit μεταμειβομενον, idemque pro ιδιαν ex *Philonis* locis duobus & *Clemente* ſubſtituit ἑτεραν in v. 12. ſed utrobique lectionem a *Grotio Barneſio*que vulgatam veriorem eſſe exiſtimo. Non enim hîc agitur de una natura varias formas identidem induente, ſed de naturis duabus prorſus diverſis, ad tempus quidem unitis, deinde vero ſeparatis & propriam unicuique nativamque formam reſumentibus. Præterea quid ſit μεταμειβομενον προς αλλου non ſatis intelligo. Plutarchus ex memoriæ lapſu minus appoſite hunc Poetæ noſtri locum excitaſſe videtur.

11. Δ᾽ αλλο προς αλλο] Legendum omnino προς αλλου, requirente metri pariter ac conſtructionis ratione.

In FRAGMENTA incertarum TRAGOEDIARUM.

4. Ουτοι προσελθουσ᾽ ἡ Δικη σε πωποτε] Apud Plutarchum Opp. Moral. p. 549. ubi hæc pericope exſtat, non πωποτε, ſed μη σπευσης, legitur, rectius ut videtur.

7. Ita hic verſus apud Plutarchum ubi ſupra legitur, longe elegantius,

Στειχουσα, μαρψει τους κακους ὁταν τυχῃ.

V. 8 — 11. Hi verſus ex incerto auctore citantur apud *Stobæum* Eclog. edit. *Grot.* tit VII. ſed *Euripidi* a nonnullis aſcribi teſtatur *Grotius.*

17. Pro και τφ' lege κάφ', non κιφ'.

26. Apud *Euſtathium* ad Homer. p. 978. pro πιτνων legitur φυουσι.

27. Apud eundem *Euſtathium* ibid. pro ὅθιν legitur δἰ ὧν.

29. Ου σφαλλη ποτε] Rectius apud Apoſtol. Proverb. Cent. X. Prov. 12. legitur σφαλη.

31 — 41. Hi verſus Philemoni tribuuntur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. II. ſed in nonnullis libris *Euripidi* aſcribi teſtatur *Grotius.*

35. Δειλοι παλιν ἰξης] Anapæſtus in ſecunda ſede metrum deformat. Forſan legendum Δειλοι γ' αφ' ἰξης.

40. Anapæſtum in ſecunda ſede iterum habemus; quod ſi hi verſus Philemoni Poetæ comico tribuentur, tolerandum quidem; ſin vero *Euripidi* aſſerantur, ἐτ' αυ, non ἐτι και legendum cenſeo. *Salmaſius* malebat etiam τον αριθμον εσι σωματα, quo pacto verſus numeroſior evadit.

44. Legitur in *Bacchis* v. 480.

48. 49. Hæc e *Sophocle* citata apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. IV. eſſe qui *Euripidi* aſcribunt monet *Grotius.*

50. 51. Hæc Menandro tribuuntur apud *Stobæum* ubi ſupra, ſed quoſdam *Euripidi* aſcribere a *Grotio* docemur.

56. 57. Hæc incerto auctori tribuuntur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. V.

62. Τῳ μεν γαρ ετι κινδυνος, ὁ δ' αθωος μενει] Verſione hujus verſus *Grotiana* nihil, aut a Poetæ mente alienius, aut quod ipſi ſententiæ ſcopo magis repugnet, fingi poteſt. Ita proculdubio vertendus; *Huic enim* (reo ſcilicet) *obverſatur periculum, ille vero* (actor vel accuſator) *extra aleam ponitur.*

66 — 70. Et hæc ex incerto auctore citata apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. IX. a quibuſdam *Euripidi* tribuuntur, teſte *Grotio.*

73. Et hunc verſum Menandro, apud *Stobæum* aſcriptum tit. XII. edit. *Grot.* ſunt qui *Euripidis* eſſe volunt, ut teſtatur *Grotius.*

80. 81. Hæc ex incerto auctore apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XX. citata quoſdam *Euripidi* aſcribere a *Grotio* diſcimus.

82. 83. 84. Hæc etiam ex incerto auctore apud *Stobæum* ubi ſupra citata, eſſe qui *Euripidi* tribuunt teſtatur *Grotius.*

97. Αυτοι δ' ὁταν σφαλωμεν, ου γινωσκομεν] Apud *S. Maximum* edit. *Wechel.* p. 254. & edit. *Combefis.* tom. II. p. 581. pro σφαλωμεν legitur πταιωμεν, ſed minus, ut opinor, recte.

V. 98. Hic verſus Critiæ a *Stobæo* edit. *Grot.* tit. XXXIII tribuitur, quidam tamen *Euripidi* aſcribunt teſte *Grotio.*

101. 102. 103. His verſibus ſubjunguntur apud *Stobæum* Eclog. edit. *Grot.* tit. VII. tres ſequentes *Euripidi* pariter tributi,

Η παισιν αυθενταισι κοινωνη δομων.
Η τ' αρα θνητων εισιν ασυνετωτεροι,
Η τἀπεικη προνοιαν ἡγουνται δικης.

Horum autem verſuum primum, cum male a *Grotio* ſit redditus, ita verte; *Aut filios homicidas in domum receperit.* Apud veteres enim Græcos nefas habebatur quenquam humana cæde pollutum intra tecta recipere, priuſquam rite fuerat expiatus. Vide *Iphig. in Taur.* v. 947 — 960.

105. Συν μυριοις τα καλα γιγνεται πονοις] Καλος nunquam apud Atticos priorem producit; legendum igitur, ut conſtet metrum μυριοισι τα καλα.

106. Hunc verſum qui incerto auctore exſtat apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XXXIV quoſdam *Euripidi* tribuere teſtatur *Grotius.*

111. Et hunc verſum, licet incerto auctore apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XXXIX. legitur, quidam libri *Euripidi* tribuunt, teſte *Grotio.*

114. 115. Hæc ex *Electra Euripidis* citata apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XLIX. in ea tragœdia hodie non leguntur.

120. Ο τ' ολβος ἐξωθεν τις εσι πραγματων] Hic verſus ſenſu prorſus caret; forſan ſcripſerit Poeta,

Ο τ' ολβος ὡς ἐξω μεν εσι πραγματων.

Verte, *Opeſque quantum moleſtia omni expertes.* Hunc autem verſum cum præcedente non interrogative, ſed καταφατικως dici exiſtimo, & aſtipulantem habeo *Grotium* prout ex ejus interpretatione patet.

134. Δειων δε ποταμων] Alii malunt Δειων δε ποταμοι, quibus & ipſe aſſentior. In vulgatis ante *Grotium* legebatur Δεινα.

145. 146. Hos verſus apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. LXXVI. ſub Menandri nomine exſtantes auctores quoſdam *Euripidi* tribuere monet *Grotius.* Inter hos cenſendus *Euſtathius* ad Homer. p. 1412. apud quem pro οἱον legitur οντ'.

147. Hic verſus una cum alio qui proxime apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. LXXIX præcedit ex *Euripidis Heraclidis* ibi citantur, at in iſta tragœdia hodie non leguntur.

148. Αλλ' ις', εμοι μεν οὑτος ουκ εςαι νομος] Lege ἰϑ'.

157 — 164. Hæc ex *Euripidis Hecuba* citantur apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XCI. In ea tamen tragœdia

dia hodie non leguntur. In verſu autem 163. lege cum *Grotio* κἀγαθῷ, & in v. 164. μη 'χων, non μη ἐχων.

V. 166. Δειν δ' αυτον ορθων και πιστων ἐξιέναι απο] Hic verſus cum præcedente non optime cohæret; conjecturæ quippe *Grotii* vulgata lectio magnam partem debetur, cum ſcriptura codicum eſſet Δειν δ' αν χρονω τι, unde Δειν δ' αγχονων τι præclare reſtituit *Pierſonus* Batavus, teſte *Valcken.* ad *Euripid. Phæniſſ.* 335.

171. Ut conſtet grammaticæ ratio legendum puto,

Ιασατ' ηδη 'ν μαλλον η τεμων χερα

187. Ημεις δ' απολαυειν, ὧν ἐχουσιν οἱ νεοι] Cum in ſcriptis exſtaret απολαβειν, e *Scaligeri* & *Salmaſii* conjectura απολαυειν repoſuit *Grotius*, non ſine ſententiæ, ni fallor, detrimento. Ita enim verti debebat hic locus; *Aliis invigilare ſcimus quidem ſenes, nec non & ipſi retributionem accipere ex iis quæ præſto ſunt juvenibus.*

190. Κακοδαιμονος ταις συμφοραις ελοιδορουν] Cum in ſcriptis non κακοδαιμονος, quod ex conjectura *Grotii* ortum eſt, ſed α δαιμονων, exſtaret, *Salmaſius* propius ad veſtigia veteris ſcripturæ, repoſuit αδημονων; melius vero, &, ſi quid video, verius, ευδαιμονων, *Valckenar.* ad *Phæniſſ.* 841.

199. 200. Hæc apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. CXXII ex Apollodori Fidicine citantur; ſunt tamen libri, teſte *Grotio*, qui ea *Euripidi* tribuunt.

201. 202. Hæc in *Hecuba* leguntur edit. *King.* v. 376. 377.

204. Και μνημονευων ουδεν, ὧν ἐχρην, φιλου] Conſtructionis ratio poſtulare videtur ut pro φιλου reponatur φιλων.

205. 206. Σπανιον αρ' ην θανουσιν ασφαλεις φιλοι

Κἂν μη θανωσι] Cum in vulgatis ante *Grotium* legeretur Κἂν ὁμοθεν ωσι, *quamvis ſint etiam propinqui*, cui lectioni optime reſpondet της ευσεβειας in ſequenti verſu, *Grotius* ſententiam prorſus perdidit reponendo ex conjectura Κἂν μη θανωσι, unde vix ſenſum commodum elicere datur.

211. Αλλ' ἐστιν, ἐστι, κἄν τις ἐγγελα λογῳ] Apud Plutarchum Opp. Moral. p. 1040. legitur Εστι γαρ, ἐστι.

213. Α δυσδαιμων] *Grotius* addidit α, & expunxit quod apud *Clementem* interpretamenti vice ſubnectitur, αθλιος τε.

215. Μετεωρολογων δε καταρριπτει

Σκολιας απατας] *Grotius* repoſuit δε καταρριπτει pro δ' ἑκας ερριψεν quod antea legebatur, minime, ſi quid video, neceſſario. Metaphora a jaculatoribus tranſlata eſt, quæ continuatur etiam in verbo ſequenti εκβαλει.

V. 221. 222. 223. Hæc leguntur in *Supplicibus* v. 734. 735. 736.

224. 225. Hæc a Philemone citantur a *Juſtino Martyre* de Monarchia edit. *Hutchin.* p. 155. at *Euripidi* tribuuntur a *Clement. Alexandrin.* Cohort. ad Gent. ed. *Potter.* p. 59.

232 — 244. Hæc apud *Clement. Alexandr.* Stromat. lib. v. edit. *Potter.* p. 688. exſtant.

232. Diſtinguendum poſt μαθοντι.

234. 235. 236. — συ δε μοι

Θυσιαν απυρον παγκαρπιας

Δεξαι πληρη προχυτην τε] Ita hæc reſtitui debere exiſtimo,

συ δε μοι

Θυσιαν απυρον παγκαρπειας

Δεξαι πληρη προχυταιαν.

Verte, *Tu vero accipe ſacrificium ignis expers ex omni fructuum genere copioſum, larga manu effuſum.* Παγκαρπειας metri gratia reponendum jam monuerat *Grotius.* Θυσια απυρος eodem ſenſu dicitur ac απυρος τροφη, απυρα σιτα, & ſimilia, quod *igne ut coquatur non indiget, quod crudum eſtur.* Vide *H. Steph.* Theſaur. apud *Clementem* legitur προχυπαν vox nihili, quæ ſuggeſſit προχυταιαν.

245. 246. Exſtant apud *Theophilum* ad Autolyc. p. 74. edit. *Oxon.* *Grotius* autem addidit τινα ad explendum verſum.

247. 248. Hæc ita leguntur apud *Theophilum* p. 77.

Σπουδαζομεν δε πολλ' ὑπ' ελπιδων ματην

Πονους εχοντες, ουδεν ειδοτες.

Quod ſi cum *Grotio* interpolandum videatur βροτοι, omnino ad ſecundi verſus finem ſubnecti debet vox iſta, non, ubi ille collocavit, poni.

250. Hunc verſum apud *Dionem Pruſ.* orat. LXIV. præcedit alter cujus metrum ita *Gatakerus* Adverſar. Poſthum. p. 505. reſtituit,

Ποντου περωντες αμφι κυματ' ευριους.

255. Hunc verſum ex *Euripidis Medea* laudare videtur Cicero Epiſt. Famil. lib. VII. Epiſt. 6. Sed hunc memoria lapſum veriſimilius eſſe exiſtimo, quam duas olim ſcripſiſſe *Medeas Euripidem*, cum nulla niſi unius apud veteres alibi deprehendatur mentio; præſertim cum in *Medea* quam hodie habemus reperiatur ſententia non adeo diſſimilis verſibus 580 — 583. comprehenſa, quæ errori anſam dediſſe potuerit.

256. Παιδευμα δ' Ερως σοφιας κ' αρετης] Lege omnino σοφιας αρετης juxta editionem *Athenæi Aldinam*, omiſſa copula; nam in ſyllaba prima vulgata κ' αρετης fit craſis, propter quam neceſſario producitur.

264. Metri gratia lege νεων.

A a V. 267.

V. 267. Typographi, ut opinor, culpâ pro ἰλλωσι habemus ἰλλωσι.

269. Ψηφη τοι ἴδιον κἂν μυχῳ διαιρον γης] Pro ψηφη lege φημη prout apud *Suidam* exſtat voce φημη, ubi pro μυχῳ legitur etiam μυχοις.

270. Ακολαϛ' ὁμιλει γιγνεται, δουλων τεκνα] Apud Plutarchum Opp. Moral. pag. 526. pro ὁμιλει legitur πατη, non æque bene.

276. 277. Hæc ſupra leguntur v. 56. 57. ſed pro δρασι habetur ibi χρηται.

278. 279. Hæc inter Tragicorum incertorum fragmenta repoſuit *Grotius* in excerptis. Exſtant apud *Clement. Alexand.* Strom. lib. II. p. 462. ed. *Potter.* qui & a Laio prolata eſſe addit, ſed auctorem nullum laudat. *Gatakerus* Adverſar. Poſthum. p. 529. exiſtimat e Laio deperdita *Æſchyli* tragœdia eſſe deſumpta.

285. Νικων δε σωμα και μιμημα δαιμονων] Μιμημα corruptum videtur, primam enim longam habens per metrum hic ſtare nequit, nec plus quam ſatis ſententiæ convenit. Apud Plutarchum de Defect. Orac. pag. 416. hæc adhuc mendoſius ita leguntur,

Μικρον δε σωμα και μιμημα δαιμονων.

286. 287. 288. Hæc metra ita conſtituenda videntur,

Τιμαν τε παιδευ, ionicus a majore hemiholius
Πλουτῳ τ' αρεταν κατεργασαιδευ idem trimeter brachycatalectus
Δοκεις' τ' ιδιοις δε iambicus dimeter brachycatalectus
Καλησθ' ανολβοι antiſpaſticus hemiholius.

290. 291. Ει δ' ωνη ανθρωποισιν ωνητοι λογοι,
Ουδεις αν αυτον ευ λεγειν ἐβουλετο] Verte, *Si pretio autem compararentur hominibus verba, nemo ſe eſſe bene dicentem,* id eſt, oratoria facultate præſtantem, *vellet.*

293. Πως τις ἐδιτω λεγειν] Apud Plutarchum Opp. Moral. p. 539. rectius legitur λεγων.

295. Η φυσις ἐβουλεθ', ἡ νομων ουδεν μελει] Vox φυσις primam nunquam producit, nec circumflexum ut φημα patitur, neque utriuſque eadem eſt ratio. Vide *Clark.* ad Homer. Iliad. A. v. 314. φυσιζοος autem cum quadraſyllabum ſit, primam communem habet, ſaltem hanc producere licet. Vide eund. ad Homer. Iliad. v. 398. Quod vero ex Æliano affert *Grotius,*

Λαιω δε φυσις &c.

præterquam quod contra leges metricas peccat verſus (Λαιος enim per omnes caſus ιωτα corripit, nec circumflexum patitur, quod ut metrum quodammodo ſartum tectum præſtaret, perperam addidit *Grotius*) quiſquis ipſum Ælianum Hiſtor. Animal. l. IV. cap. 54. conſulere velit, is deprehendet verſum *Euripideum,* non qualem Poeta ipſe dederat, illum attuliſſe, ſed ita immutaſſe, quomodo quam aptiſſime orationis ſuæ ſcopo accommodari poſſet. Hiſtoriam autem, quam & hîc, & notis ad *Phœniſſ.* v. 396. & in vita *Euripidis* p. 21. protulit *Barneſius, Gyraldi,* ut videtur, auctoritatem ſecutus, de Anaxandride poeta ab Athenienſibus, propter hunc verſum δια παρῳδιας in eorum vituperationem inflexum, publico decreto adacto ut inediâ vitam finiret, vehemens mihi ſuboritur ſuſpicio nihil eſſe aliud quam merum commentarium & fabulam. Solus enim hujus rei auctor ac teſtis advocatur *Euſtratius.* Totum autem ejus commentarium in Ariſtotelis Ethic. ad Nicom. lib. VI. cap. 10. quo *Barneſius* nos remittit, diligenter perlegi. At ibi ne γρυ quidem de Anaxandride, nec de Athenienſibus. Verum eſt quidem Ariſtotelem Ethic. ad Nicomach. lib. VII. cap. 10. hunc verſum Anaxandridis laudare,

Η πολις ἐβουλεθ' ἡ νομων ουδεν μελει.

Aſpaſius vero in locum iſtum (nam *Euſtratius* quidem nihil in hunc librum reliquit) tantum abeſt ut huic fabulæ anſam dederit, ut ne nomen quidem urbis videatur noviſſe cui hæc exprobrabantur, πολιν τινα eam appellans, nec de Anaxandride præter nomen quidquam habet.

V. 299. Και χαιρον των σων ανοιων] Apud *Clement. Alexandr.* pro ανοιων melius legitur ονειων.

300. Πικρον ὁ παρα σου φερνων. δυσυχειν μετα των φιλων] Melius *Grotius* ουπερ σου φορνων, quanquam & verba hæc, & quod ſequitur δυσυχειν ex ingenio addita ſunt a *Grotio* ad explendum verſum. In erratis autem pro ουπερ *Grotius* legi jubet ὁ περι, non æque, ut opinor, feliciter.

302 — 305. Ita hæc metra conſtitui debent,

Αρκει μετρια βιοτα μοι σωφρονος τραπεζας.
Το δ' ακαιρον απαν ὑπερβαλλον τε μη προσιεμαι.

Verſus enim ſunt Archilochei aſynarteti ex hephthemimeri anapæſtica & ithyphallico. Leguntur autem apud *Athenæum* edit. *Caſaub.* p. 158.

315. Οσοι θελουσ' ιατρευειν καλως] Το θελουσ' addidit *Grotius.* Vide *Clement. Alexandrin.* edit. *Potter.* p. 749. qui hæc ita laudat, Ευριπιδης ει ἐξαμετρῳ τεθεικε φασιν, ubi legendum puto ει ἐξαμετρῳ τε ἐπει. Per ἐξαμετρον ἐπος intelligitur *dictum iambicis ſenariis comprehenſum,* Hippocratis orationi proſariæ, cujus præceſſerat mentio, oppoſitum. Vide *Fabric.* Bibl. Græc. tom. I. p. 649.

V. 320.

V. 320. Σωφρονειν ισταται] Legendum puto σωφρονειν τ' ισταται.

321. Κἀν αμορφος η ποσις] Rectius apud *Clementem Alexandrin.* ubi ſupra legitur Κἀν αμορφος η ποσις.

323. Ου γαρ οφθαλμος το μορφην κριτον εστιν, αλλ' ὁ νους] Apud *Clement. Alexandrin.* edit. *Potter.* p. 621. hæc mutila ſunt, & pro το μορφην κριτον quod ex ingenio repoſuit *Grotius* legitur tantum το κριτην. *Valckenarius* ad *Phœniſſ.* 557. reſcribi mavult,

Ου γαρ οφθαλμος το κριτον εστιν, αλλα νους, γυναι,

ſed de hujuſmodi fragmentis ſupplendis non niſi perquam incerte ſtatui poteſt.

324. Οτ' αναλεξη] Rectius *Valckenarius* ad *Phœniſſ.* 1642. ὅταν τι λεξῃ.

325. Κάπειτεν αν τῳ ξυνοντι ποιεις χαειν μαλλα λεγειν] Apud *Clement.* pro κάπειτεν rectius legitur κἄπειτεν, quod & ſe non rejicere ait *Grotius*, modo pro αν ponas ἵνα. Mihi potius arridet ἂ'ν, id eſt ἂ αν.

326. Εν πλησμονη τοι Κυπρις, εν πεινωσι δ' ου.] Apud *Euſtathium* in Homerum p. 1596. legitur εν πεινωντι δ' ου.

327. Hunc verſum elegantius, & propius ad *Clementis Alexandrini* ſcripturam, ita reſtituit *Caſaubonus* ad *Athenæum* lib. x. cap. 5.

Νικα δε χρεια μ', ἡ κακως τ' ολουμενη.

Vide *Potter.* ad *Clement.* 743.

332. Ει μοι το Νιοβειον ευγλωσσον μελι] Ingenioſâ ſatis conjecturâ μελι repoſuit *Barneſius*; cum tamen optimum ſenſum efficiat etiam μελος quod in ſcriptis exſtabat, loco non erat movendum.

337. Χρηστους δ' αποκτεινουσ' εν δε και σπουδαιους] Lege cum *Grotio* ει δε και σπουδαιοι, qui tamen in erratis ſeſe retractans ſcribi jubet ην δε και σπουδαιους, quali quidem conſtructione ipſe haud aſſequor; lectionis certe quam prius ediderat facillime conſtat conſtructio, Χρηστους δε ειναι αποκτεινουσ' ει δε και σπουδαιοι εισι, τυχω &c.

339. Τι τουτο δη το χρυσον] Retinenda omnino eſt ſcriptura quæ apud *Clementem Alexandrinum* exſtat, τι τουτο, metrum enim perdidit *Grotius* reponendo τι τουτι.

340. Ψυχην πολυειν, κἀπι ταδ' εχειν πονους] Cum pro πολυειν apud *Clementem Alexandrin.* legitur απολυειν, rectius, ut opinor, reſcribes απολαυειν, *unius vitæ fructus percipere.*

341. *Grotius* addidit Αλλ' ὡς ex conjectura ad ſupplendum verſum.

349. Οσις δ' αναγκη συγκεχωρηται βροτων] Apud Plutarch. Opp. Moral. p. 116. legitur συγκεχωρηκεν.

350. Αλλη μεν αλλο φαρμακον κειται νοσῳ] Apud Plutarch. Opp. Moral. p. 102. legitur Αλλ' επ' αλλῃ, quem ſequitur *Grotius*, niſi quod minus feliciter particulam και præfixit ad explendum verſum. Malim Ως αλλ' επ' αλλῃ.

V. 353. Αγαν δε μωραινουσι νουθετηματα] Plutarchus de Diſcrim. Adulat. & Amic. p. 69. habet μωραινοντι.

360. Θεος, τα μικρα δ' εις τυχην αφεις εα] Apud Plutarchum de Ira cohibend. p. 464. rectius legitur αφεις εα. Ea autem quæ *Pierſius* in nota ad hunc locum, Plutarchum de Audiend. Poet. auctorem citans, *Euripidi* aſcribit, nullo auctoris nomine memorato a Plutarcho laudantur.

361. Εἰθ' ην αφωνον σπερμα δυστηνων βροτων] Apud Plutarch. Opp. Moral. p. 802. legitur δυστηνων.

362. Παχων αναχου] Legitur apud Theophil. ad Autolyc. edit. *Wolf.* p. 252. metrum cum anapæſticum ſit reſcribendum omnino ανεχου.

367. 368. Hi verſus apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. III. Menandro tribuuntur, *Euripidi* autem a Plutarcho Opp. Moral. p. 20. & 431.

371. Ita hic verſus ex Plutarcho Opp. Moral. p. 632. ſuppleri poteſt,

Η γαρ σιωπη τοις σοφοις αποκρισις.

372. 373. Hæc leguntur in *Hippolyto Coronato* v. 298. 299.

376. 377. Ita hæc metra conſtitui debere exiſtimo,

Αρμοζεται. βαινομαι δ' ες periodus

Αιθερα πολυν αερθεις, Ζανι προσμιξων. Aſynartetus ex duabus penthemimeribus, anapæſtica & trochaica, quales ſunt etiam primi duo hujus fragmenti verſus, niſi quod in his præmittitur penthemimeris trochaica. Fit autem ſynizeſis in αερθεις.

380. Ut conſtet metrum legendum αριστον γ'.

384. 385. — ου γαρ ασφαλες,

Οιμαι περαιτερον καλλος, η 'ν μεσῳ λαβειν] Περαιτερον vox prorſus nihili. Ita hæc emendatius leguntur apud Galenum Propempt. edit. *Charter.* tom. II. p. 8.

ου γαρ οφελος ουδεν

Περαιτερω το καλλος η'ν μεσῳ λαβειν.

In verſu priori pro ειναι, quod apud Galenum legitur, *Barneſius* recte reſtituit ουδεν, & in altero, η 'ν μεσῳ.

393. Πη τε συνεστι, και ὅπη και ὅπως] Verte, *Et qua ratione conſtiterit, & ubi, & quomodo.* Lege autem χ' ὅπη χ' ὅπως.

398. Η φερειν ελασσον η δυναται μειζον] Cum proverbium hoc verbis metro ſolutis concipiatur, vix *Euripidi* tribui poſſe puto.

401. 402. Leguntur in *Bacchis* v. 266. 267.

403. 404. Hi duo verſus in Addendis edit. *Barneſ.*

præfixis ad *Thyeſtem* tragœdiam referuntur auctore Plutarcho περι φιλαδελφ. p. 481. apud quem tamen ne Poetæ quidem nomen cui hæc debentur memoratur; quanquam ex contextu veriſimiliter colligi poteſt, ex tragœdia quadam, cui Atrei & Thyeſtis inimicitiæ & facinora pro argumento erant, fuiſſe deſumpta.

V. 405. Inter *Antiopæ* fragmenta legitur v. 89.

406. Μη μοι τα κομψα λεγε συ, αλλ' ων δει πολει] Lege συ γ' hiatus vitandi gratia.

413. 414. Α δ' Ελλας Ασια τε καλλιςα τρεφει

Τηνδε γε δελεαρ εχοντες συνθηρευομεν] Ita hi verſus apud Plutarchum Opp. Moral. pag. 604. leguntur,

Α δε Ελλας Ασια τε τρεφει καλλιςα

Της γε δελεαρ εχοντες συνθηρευομεν

quos ita reſtitui poſſe puto,

Α δ' Ελλας Ασια τε τρεφει καλλιςα δη

Της δε γε δελεαρ εχοντες ου θηρευομεν.

Sane prout hæc a *Grotio Barneſio*que eduntur, neque metri ſatis conſtat ratio, neque ſententiæ.

418. Ηπειρον ὡς απειρον εκβαλλων χθονα] Pro ὡς legendum puto εις, prout apud *Suidam* voce Ηπειρος diſerte legitur, cum Apollonii *Scholiaſtes* eandem etiam lectionem ſuggerat, quanquam alteram repræſentat. Apud *Suidam* etiam pro χθονα perperam legitur ποδα. Verte, *Continentem per ſpatia interminata terrarum projiciens.*

421. Δυςοκον. *Difficulter parientem.*

422 — 425. Hos verſus tacito auctoris nomine citat *Clemens* edit. *Potter.* p. 181. *Sophocli* autem diſerte tribuit *Stobæus* edit. *Grot.* tit. XVIII.

431. 432. Hos verſus *Cyrillus* contra *Julian.* IV. p. 134. melius ac plenius ſcriptos ita dedit,

Η πρωτα μεν τα θεια προυμαντευσατο

Χρησμοισι σαφεσιν αςερων επ' αντολαις,

indicante *Valckenar.* ad *Phæniſſ.* 506. qui & pro προυμαντευσατο repoſuit προυματευσατο, ſed quid ſit πραγματευεσθαι τα θεια χρησμοις επ' αντολαις αςερων, juxta cum ignariſſimis ſcio. Retinendum igitur puto vulgatum προυμαντευσατο & reſcribendum αςερων επαντολαις, ut ſententia ſit, *Quæ primum quidem quæ ad rerum divinarum*, id eſt, *cæleſtium naturam ſpectant prænuntiavit per ſiderum ortus, manifeſta* ſcilicet & *certa oracula, edocta.* Hæc autem ex Noſtri *Melanippa* deſumpta eſſe oſtendit idem vir eruditus ibid.

433. Βοωντοι καλει] *Stephanus* habet καλειν.

435 Legitur in *Hippolyto Coronato* v. 317.

436. 437. Hæc nullius auctoris mentione facta laudat *Athenagoras* edit. *Dechair*, p. 106.

V. 438. Hunc etiam verſum, at e nullo certo auctore, profert *Tatianus* edit. *Worth.* p. 35.

440. Nulli auctori verſum hunc aſcribit nec Suetonius Neron. §. 38. nec Dio Caſſius lib. LVIII. p. 634. nec Seneca de Clement. lib. II. cap. 2.

442. 443. Belli hi trochaici, quos ex ingenio ſe reſtituiſſe jactat *Barneſius*, quinquies ſaltem contra leges metricas peccant. Mihi extra dubium eſſe videtur, Plutarchum ſoluta oratione expreſſiſſe ſententiam quæ verſibus 380. 381. 382. præcedentibus continetur.

444 445. Hi verſus leguntur in *Andromacha* v. 597. 598.

446. Χωραν κεκτημενῳ] Verba ſunt Plutarchi, neque enim conſtat metrum. Sequens autem verſus *Euripidis* eſt.

448. 449. Leguntur in *Heraclidis* v. 298. 299.

Addend. Præfix. Secundum fragmentum ex Etymol. Magn. citatum legitur in *Hippolyto Coronato* v. 1189.

Adde,

Οσ' οντιν' αυτος παντα συλλαβων εχει. De anno Achill. Statius ad Arati Phænomena edit. *Victor.* p. 91. ubi repugnante metro legitur, Οσ' οντιν' εν αυτῳ.

Παιζω, μεταβολας γαρ πονων αει φιλω. Ælian. Var. Hiſt. lib. XII. cap. 15.

Κυουσα τικτω γ' ηνικ' ηγουμην πολιν. *Ammonius* περι Διαφ. Λεξ. voce Κυειν.

Βεβαιον ουδεν εστιν εν θνητῳ γενει. *Anton. Mel.* edit. *Wechel.* cap. 246.

Βιω γαρ ουδεις εν περαιρεται τροπον. Hic verſus priori ſubjungitur apud *S. Maximum* edit. *Combefiſ.* tom. II. p. 684.

Γλαυκωπις τε ςρεφεται μηνη *Schol.* ad Apollon. Rhod. lib. I. v. 1281.

Βακχιου φιλανθεος

Αιθοπα πιπαιοντ' ορχατους οπωρινους

Εξ ου βροτοι καλουσιν οινον αιθοπα. *Athenæus* edit. *Caſaub.* p. 465. *Euſtath.* ad Homer. p. 883.

Ουκ εστιν ουδεν χωρις ανθρωποις θεου *Theophil.* ad Autolyc. p. 108. edit. *Wolf.*

ω

Βασιλευ χωρας της πολυβωλου

Κισσου, πεδιον περι μαρμαιρει. Dionyſ. Halicarn. edit. *Oxon.* tom. II. p. 54.

Κεχρημεναι

* * * αυτην εκ μεσης αρτηριδος. Etymol. Magn. voce Αρτηρις. p. 112.

Γλωσση διαψαιρουσα μυκτηρων τυπους [*Valckenarius* ad *Phæniſſ.* 1399. reponendum cenſet πορους] Idem voce Διαψαιρουσι p. 272.

Σμινη

Στιμην εορτην και τελος πεοσαξομεν. Idem voce Τελος

Αφεων αν τιιν ει τειφοιν τα των πελας. Idem voce Τρεφειν

Βουλης γαρ ουδεν εστι χειρον χαχης. *Stobæus* Floril. edit. *Grot*. tit. IV.

Ο δ' εσραδαζειν ουκ εχων απαλλαγας. *Schol.* ad *Sophocl. Ajac*. v. 846.

Ως εν δε πασι γνωμα ταυτον εμπρεπει. *Triclinii Scholia* ad *Sophocl. Antig*. v. 181. & ad *Trachin*. v. 602.

Η μεγα μοι τα θεων μελεδηματ', όταν φρενας ελθη,

Λυπας παραιρει *Schol.* ad *Æſchyl. Agamemn*. v. 171.

Οταν γ' ιδης προς ύψος ηρμενον τινα,

Λαμπρως τε πλουτῳ και γενει γαυρουμενον

Οφρυν τε μειζω της τυχης επηρκοτα,

Τουτου ταχειαν Νεμεσιν ευθυς προσδοκα·

Επαιρεται γαρ μειζον, ίνα μειζον πεση] Primi quatuor verſus exſtant ſub nomine Menandri apud *Stobæum* edit. *Grot*. tit. XXII. ſub nomine vero *Euripidis* in editionibus *Geſneriana* & *Wecheliana*. At apud *Antonium Meliſſam* ed. *Wechel*. tit. XLV. quinto etiam verſu addito, & in comparatione Menandri & Philiſtionis a *Rutgerſio* edita Var. Lect. lib. IV. cap. 12. Philiſtioni tribuuntur. Verſus autem primus apud *Antonium* & *Rutgerſium* ita legitur,

ταν vel όταν

Ιδης πονηρον εις ύψος αιρομενον vel φερομενον.

Unde *Rutgerſius* reponit φορουμενον; *Daniel Heinſius* vero totum verſum ita reformandum cenſet,

Οταν πονηρον εισιδης ύψουμενον.

Mihi ſcriptura *Stobæana* veriſſima videtur, & in hoc verſu & in ſequentibus. Nam ſecundus etiam verſus ita apud *Rutgerſium* legitur,

Καλως τε πλουτῳ και τυχη γαυρουμενον.

Antonius etiam τυχη habet, cætera cum *Stobæo* conſentit. In verſu quarto pro ευθυς apud *Rutgerſium* legitur εξειν; verſus integer apud *Antonium* ita ſe habet,

Τουτου ταχειαν εξειν μεταβολην προσδοκα.

Πολλοι πενηται αλλ' απιστοι Θετταλοι. *Suid.* voce Ανδραποδιζω. *Schol.* ad Noſtri *Phœniſſ*. edit. *King*. v. 1429.

Εγω γαρ όστις μη δικαιος ων ανηρ

Βωμον προσιζει, τον νομον χαιρειν εων,

Προς την δικην αγοιμ' αν ου τρεσας θεους·

Κακον γαρ ανδρα χρη κακον πασχειν αει. *Stobæus* edit. *Grot*. tit. XLVI.

αει ποτε σπερμα κηρυκων λαλον. *Scholiaſt*. ad Noſtri *Oreſt*. v. 893.

Οικοφθορον γαρ ανδρα κωλυει γυνη

Εσθλη παραζευχθεισα, και σωζει δομους. *Stobæus* edit. *Grot*. tit. LXVII.

Τουτου δε πατερα σωφρονουντ' επισταμαι

Χρηστοις θ' όμιλουντ', ευσεβειν τ' ησκηκοτα.

Πως ουν αν εκ τοιουδε σωματος κακος

Γενοιτ' αν; ουδεις τουτο μ' αν πεισει ποτε. *Stobæus* ed. *Grot*. tit. LXXXVIII.

Μικρου γαρ εκ λαμπτηρος Ιδαιον λεπας

Πρησειεν αν τις. *Schol.* ad Pindar. Pyth. Od. III. v. 66. λεπας repoſui pro σελας quod in editis perperam legitur.

Τον ευτυχουντα και φρονειν νομιζομεν. *Schol.* ad Pindar. Nem. Od. I. v. 13. Vide *Heraclid*. v. 746. 747. & *Alcmen*. v. 7.

Δουλοισι γαρ τοι ζωμεν οἱ γ' ελευθεροι. *Schol.* ad Pind. Pyth. Od. IV. v. 71.

ην δ' Εως στρατηλατης,

Οι μεν πατταξαι τονδε γ', οἱ δε τονδε. *Euſtath.* ad Homer. p. 236.

παλαι δε σ' εξερωτησαι θελων,

Σχολη μ' απειργε — Idem ibid. Vide ſupra in *Palamedis* fragmentis.

Αλλοισιν αλλος θεων τε κανθρωπων φιλος Idem ibid. p. 245.

Ματην τοδ' εικοσιν γαρ εκβαιη τελος Idem ibid. pag. 789. Τε γαρ propter verſum addidi.

Ελλην γαρ, ὡς λεγουσι, γιγνεται Διος·

Του δ' Αιολος παις, Αιολου δε Σισυφος,

Αθαμας τε, Κρηθευς θ', ὁς τ' επ' Αλφειου ροαις

Θεου μανεις ηρεψε Σαλμωνευς φλογα. Dicæarchus Βιος Ελλαδ. edit. *Hudſon*. p. 22.

Εγω ουκ ίπποτας εξελαμψεν αστηρ. Hephæſt. Enchirid. edit. *Pauw*. p. 55.

Οιμοι, δρακων μου γιγνεται το γ' ήμισυ·

Τεκνον, περιπλακηθι τῳ λοιπῳ πατρι. Hermog. de Invent. lib. IV. p. 202. edit. *Genev*. 1569.

Ουκ, αλλ' ετ' εμπνουν Αϊδης μ' εδεξατο. Lucian. Necyomant. §. 1.

Πειραν φιλων λαβειν γαρ ου σμικρον κακον Plutarchus in Fabio Maximo p. 184.

εισι μοι

Μητερες, τινες, μηδ' απολειποις. De Venere dictum apud Plutarch. Opp. Moral. p. 132.

Μη κτεινε τον ίκετην· ου γαρ θεμις κτανειν. Lucian. Piſcat vel. Reviviſc. §. 3. *Jenſius* Lection. Lucian. pag. 166. & *Reitzius* ad Lucianum, de ſpondæo quartam ſedem occupante ſecuri, ne quid tamen detrimenti res capiat metrica ſolliciti, contendunt diphthongum αι in voce κτειναι, ſequente etiam conſona, corripi, quod rite, & ad veterum Poetarum normam fieri, exemplis quamplurimis allatis probare conatur *Jenſius*. Quicquid autem de Poetis Heroico carmine ſcribentibus, de quibus hic diffic-

diſſerendi non eſt locus, ſtatuatur, certum eſt, ne unum quidem exemplum apud Atticos Poetas reperiri, ubi diphthongi iſtæ ſequente conſona corripiuntur. Levi igitur facta mutatione ita proculdubio verſus conſtitui debet,

Μη κτεινε τον ἱκετην, κτεινειν γαρ ου θεμις.

Ουκ εστι εὑρειν βιον αλυπον ουδενι *S. Maximus*. edit. *Combefiſ*. tom. II. p. 615.

Θρεψει μεν ουδεις ουδεπω, πονῳ δε και
Γενναιοτητι κἀπιεικεια ξενην
Εκτησατ'. Idem ibid. p. 634.

Αμφιπολος Αρτεος αντερου Plutarchus in M. Antonio p. 956.

Ο Ζευς κολαστης των αγαν ὑπερφρονων Apoſtol. Proverb. Cent. XIII. Prov. I.

Λιθου κλεωπαρας περιφερει λαβων *Pollux* Onomaſt. lib. VII. §. 31.

Και φοινιας εχει ξοας
Τα ζωα παντα. Porphyr. de Abſtinent. lib. III. cap. 25.

Ο της τυχης παις κληρος επι τουτῳ ταγεις. Plutarch. Opp. Moral. p. 965.

Αλλην θελουσιν ειπαγαγεμον λαβειν Idem ibid. p.713.

Πολλοις τε βροντης πνευμ' αναιμον ωλεσε Idem ibid. p. 666.

Εργατης αγαλμα φωσφορου γ' εστι κυων Idem ibid. p. 379.

τι στυγας; μων φονον τιν' ειργασω *Schol.* ad *Æſchyli Coeph.* v. 276.

Τι ποτ' ω τεκνα γαρ ταδε κηραινετε; *Schol.* ad *Soph. Trachin.* v. 29.

μη τελεσφορεις
Ευχας θεοι κραινοιεν *Tzetz.* in Heſiod. edit. *Heinſ.* p. 48.

Τηλου γαρ οικων βιοτον εξιδρυσαμην *Schol.* ad Ariſtoph. Nub. v. 138.

Ζευς γαρ κακον μεν Τρωσι, πημα δ' Ελλασι
Θελων γενεσθαι, ταδ' εβουλευσεν πατηρ Strabo edit. *Almelov.* p. 279.

Πολλην μεν αροτον, εκπονειν δ' ου ῥαδιον'
Κοιλη γαρ ορεσι περιδρομος, τραχεια τε,
Δυσεισβολος δε πολεμιοις — De terra Laconica dictum Strabo lib. VIII. p. 563.

Γαιης Λακαινης κρειττον φαυλου χθονος de Laconica Idem ibid.

καλλικαρπον * * *
Καταρρυτον τε μυριοισιν ἁρμασι
Και ποιμνεσιν και βουσιν ευβοτωτατην,
Rectius hæc conſtituit *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 248. ita,

Καταρρυτον τε μυριοισι ναμασι,
Και βουσι και ποιμναισιν ευβοτωτατην.
Ουτ' εν πνοαισι χειματος δυσχειμερον,
Ουτ' αυ τεθριπποις ἡλιου θερμην αγαν de Meſſeniaca Idem. ibid.

Αρετην εχουσης μειζον' η λογῳ φρασαι de Meſſeniaca Idem. ibid.

Περαν δε βαθυ ποταμον, Ηλις ἡ Διος
Γειτων, καθηται Strabo ibid.

Ευριπιδης τον Μαρσυαν φησι
τας διωνομασμενας
Ναιειν Κελαινας εσχατοις Ιδης τοποις Strabo lib. XIII.

Ου μη ποθ' ἀλω κακα πρασσων *Suidas* voce Αλωτον.

Το γαρ δικαιον ουκ εχει λογον δυοιν
Ερειζειν. *Suidas* voce Λογισμος.

Αλλ' αισχρον ειπειν και σιωπησαι βαρυ Ariſtoph. Lyſiſt. v. 714. & ibid. *Scholiaſtes.*

Τυμβῳ γαρ ουδεις πιστος ανθρωπων φιλος *Stobæus* edit. *Grot.* tit. CXXVII.

Ο βουλεται γαρ μονον ὁραν και προσδοκαν
Αλογιστος εστι της αληθειας κριτης. Hæc apud *Stobæum* edit. *Grot.* tit. XXIII. ex Menandri Aſpide citantur, ſed quoſdam ea *Euripidi* tribuere teſtatur *Grotius.*

Τι χρεος εβα δωμα *Schol.* ad Ariſtoph. Nub. v.30.

Ακυματος δε πορθμος εν φρενι γελα *Phrynichus* in Apparatu Sophiſtico MS. apud *Valckenar.* ad *Phœniſſ.* 216.

Ωφιλε δ' * * * ειπερ ες' εν ουρανῳ
Ζευς, μη τον αυτον δυστυχη καθισταναι Athenag. Legat. §. VI.

IN HYMNOS.

V. 2. Πτερυγας primam producit, non ob aſperam του ρ vim, ut putat *Barneſius*, ſed propter cauſam quam exponit *Clark.* ad Homer Iliad. Λ. v. 398.

NOTÆ

IN
EPISTOLAS EURIPIDI
Falſo aſcriptas.

Epiſt. II. lin. 15. Παραχρημα νηχομενον, Verte, *Statim nantem*, id eſt, In mare delapſum, naufragum ſcilicet.

Epiſt. III. lin. 10. Legendum puto ὁ γερων.

Epiſt. IV. lin. 25. Editiones *Aldina* & *Caldoriana* habent μεταμελεια και πολυωδινια.

Ibid. lin. 29. 30. Hæc perperam verſa melius a *Bentleio* reddita vide in ejus Diſſert. Anglic. de *Euripid.* Epiſt. p. 129.

Ibid. lin. 41. Lege μενεῖ.

Ibid. lin. 52. Επι γε μην και το τοις απαιτηχθη — μετακαλεισθαι σε] Hæc a verbo præcedente παρακελευομαι pendent.

Ibid. lin. 64. 65. 66. Pone coli notam poſt θεραπευεσθαι, comma poſt ὁμολογουντα, & tolle diſtinctionem poſt εστι, ut conſtructio ſit, μαλλον ομολογουντα (ὡσπερ εστι πειθαρεσθαι πολλακις) ὅτι μαλλον εστι επ' εκεινοις &c.

Epiſt. V. lin. 10. 11. 12. Ad mentem Interpretis pone comma poſt τα πολλα, coli notam poſt διαγωγη, & tolle diſtinctionem poſt τοις εργοις.

Ibid. lin. 73. Μενουσι] Edd. *Ald.* & *Cald.* habent μενουσι Αθηνησιν.

Ibid. lin. 75. Του μη αλλον] Conſtructio poſtulare videtur ὡστε μη αλλον.

Ibid. lin. 78. Επι τοις κακως βουλομενοις ἡμας λεγειν] In edd. *Ald.* & *Cald.* pro επι melius legitur ειπει.

Ibid. lin. 94. Αλλα φιλοτιμοτερον μεν τινα ειναι ποτε δοξας ὑπειδον] Verte, *Sed illum, cum aliquando gloriæ quidem cupidiorem crediderim, ſuſpicatus ſum.*

Ibid. lin. 99 — 102. Τοις δ' εμβαλλοντας ἡμιν πολλακις τας ὑπονοιας ειναι εκ του ἡμας απεχθανεσθαι, τον ἑτερον θεραπευοντες, αν τι πλειον εχωσι, διαβεβλημεθα] Diſtingue poſt ειναι, & ita totum locum verte; *Quod ſint vero qui ſæpe nobis ſuſpiciones ſuggerunt, ex inimicitiis quas inter nos intercedere putant anſam alterum noſtrûm colendi arripientes, ſi quidquam proficiant, fallimur.*

ABSOLUTIS tandem hiſce ad Poetam noſtrum annotationibus, in quibus id mihi imprimis ſtudio habui ut metrorum ratio quam accuratiſſima haberetur, non abs re forſan fuerit Lectorem monere, me pro virili operam ſedulo dediſſe, ut anapæſti ex ſenariorum iambicorum ſedibus paribus ubique niſi ubi nomen proprium licentiam excuſat, eliminarentur, ita tamen ut nequid detrimenti in ſententiam inde redundaret, neque a veſtigiis ſcripturæ prius vulgatæ nimis longe diſcederetur. Nec ſucceſſu caruit hic conatus noſter niſi quatuor tantum in locis, quos nulla ratione in ordinem cogere potuimus. Scilicet adhuc relinquitur in Oreſte 491.

Προς τουσδ' αγων τις αν σοφιας ἡκει περι —

In Phœniſſis 1665.

Και παρθενειον, την επιουσαν ἡμεραν —

In Medea 282.

Δεδοικα σ' · ουδεν δει παραμπισχειν λογους —

Et in Herc. Fur. 1256.

Προς νουθετειας τας σας' αναπτυξω δε σοι.

Ex horum autem locorum inter ſe collatione dum deprehendo tres in eadem prorſus ſyllaba ια, *quartum in ſyllaba quodammodo affini* ιω *peccare, ſuboritur ſane mihi ſuſpicio, vocales iſtas* ια, ιω, *apud veteres Atticos, non* διϲυλλαβως *ſed* μονοϲυλλαβως *tantum, ſicut* ya, yu, *in lingua noſtrate, forſan fuiſſe pronunciatas. Sed hoc viris eruditis & judicio præditis diſquirendum ulterius atque expendendum relinquo.*

INDEX

AD NOTAS IN EURIPIDEM.

A

Α *Dorice* pon. pro Η 147 b
Αβειζ' 97
Αγαλματα 58
Αγαν ult. ſæpe prod. 11 b
Αγκυρα ult. corr. pen. indiffer. habet 92
Αχαν 107
Αγων prim. corr. 150
Accuſativorum plur. ſecund. declin. paraſyl. finales corr. *Dorici* 57
Activa quædam verba interdum forma paſſiva adhiberi ſolent, ſignificatione tamen activa 124
Αδοκιμα prim. prod. poteſt 85
Αδυτα κτιστα 65
Αειρομαι prim. prod. poteſt 1 b
Αιτιαν ſecund. corr. 140
Αι diphthongus 135 b — 189 b
Αι, αι extra metrum 40
Αιδεισθαι 80
Αιδεισθαι φιλους 79 b
Αιολοχρως 175
Αιμα 11
Αϊσσειν 108
Αιπαν ult. prod. 115 b
Ακμη } prim. corr. 154 b
Ακμαιον }
Ακρας τειχας 9
Ακων penult. prod. 138 b
Αλαστορα 31 b
Αλαται *Dorice* penult. corr. 122 b
Αλλαξαντα prim. corr. 157 b
Αλλ' η 31 b — 52 94
Αλλως 76 — 144 b
Αμαλον 120 b
Αμεργειν prim. corr. 133
Αμος prim. prod. 153
Αμπλακων pen. corr. 55 b
Αμπτυχαι 158
Αμυνεσθαι 86
Αμφεπειν 24 b
Αμφηρεις 141
Αμφηρης δορυ 116
Αμφηρης 155 b
Αμφιβαλλεσθαι { τι / τινι / εις τι } 117
Αμφιβολον 66
Αν 156 — 175
Αναβακχευσει prim. prod. 149 b
Αναγκαι 6
Ανακαλεσομαι prim. prod. 30 b
Ανακεισθαι σοι 112 b
Αναστειεις } prim. prod. 2
Απαιτεισθαι }
Αποδωσομαι }
Αναυλοτατος κωμος 27 b
Αναφορα της συμφορας 12 b
Ανεκουφισθην δεμας 54 b
Ανεστειλατο' 111
Ανηρ prim. prod. 31 b
Ανθυπουργειν 52
Αντιτιμων 59 b
Αντλον 121
Ανυειν pen. non prod. 146
Ανωχθι 99 b — 144 b
Αξιωμα λεγειν 3
Απαγγελει 86
Απαγγελλειν χαρα 52
Απαραμυθον 78 b
Απαρισκειν 138 b
Απιστειου 141

I N D E X.

Απο δ' Αντομενου 98 b
Απολαιμοτομον 2 b
Απολλων med. corr. 160 b
Αποσφεγγιζεσθαι 16 b
Αποτμος prim. corr. 55 b
Απυρος θυσια }
—— τροφη } 185 b
Απυρα σιτα }
Απυρος χρυσος 161
Αρεσομαι }
Αρη } 160 b
Αραρε penult. corr. 20
Αραρω mediam corr. 158 b
Αρεσκειν 29
Αρχει 149 b
Αρματηλατης 150 b
Αρνυμαι prim. corr. 119
Αρπαζομαι cum paſſ. ſignif. 63 b
Αρτασας δεμας 53
Αρτιζυγια }
Αρτιπαρθενου } 75
Αρτιτοκου }
Αρυω penult. indiff. hab. 47
Αρχηγον κακων 51 b
Ασπις per omnes caſus ιωτα corripit 186
Ασπιστης penult. corr. 154 b
Attici augmentum nunquam rejiciunt 3 b — 4 — 156
Αυτοριζον 95 b
Αφαγνιζων 60 b
Αφανη πεδιης 53 b
Αφοριζομενος 55
Αφορμην παιειν 42 b
Αφερκτης 50
Αχαιιστον penult. cor. 32
Αχειοις 78

B

Βαλλοντα prim. poteſt corr. 174
Βασιλεια ult. prod. 157 b
Bacchius in ſenario &c. 70
Βλεψαι 70
Βοστρυχωδεος prim. corr. 30 b
Βραχυ δ' αναστενει 10 b

Γ

Γαιαν penult. corr. 78 b
Γαλακτοπατης ſecund. corr. 153
Γαμβρον 63
Γαμοι numero plurali apud poetas *Atticos* ſæpius occurrit 35
Γεγωνειν 50
Γενος 120
Γηρας ult. corr. 46
Γινεται ult. corr. 122 b
Γονος 91

Δ

Δακρυτος 160
Dativus quando pro genitivo pon. 63
εν Δελτου πτυχαις 75
Δεσμιος φυγων 111 b
Δευρο σωθηναι 35
Διακονειν ſecund. prod. 170
Διαειδομεν 108 b
Διαφερει 163
Διαφερειν 81
Διαφθειρειν γαμους 57
Διβολον 96
Διδασκειν 163 b
Διερχομαι 29
Διηρες 21
Διηρης 155 b
Διοισι καρποις 139
Διπαλτα 96
Δοκη 157 b
Δορικτητος }
Δοριληπτος } 4
Δοριπονος 155
Δορυ 116 — 130 b
Δορυ αιρουμεν 105 b
Δορυξενος 155
Δυσεξηνυτον 53
Δυσοχον 188

E

Εα, εα extra metrum 106. b
Εαι in unam ſyll. contract. 3 b
Εγξυση pen. prod. 167
Εγχος 157
Ectaticæ litteræ 93
Ειεν extra metrum 42 b. 136
Ειλιγμενας 102
Ειση λογον 94 b
Εισοψιν 159 b

Εις

INDEX.

Εις βωλον καθισαται 112
Εις εμπυρ᾽ ηλθε 84
Εις τερας 64
Εις φοβοις 68 b
Εκ βραχιονων 70
Εκθυομαι 11
Εκοιμισ᾽ 97 b
Εκπιση 7
Εκπληρων 9
Εκτα 167
Εκτεινας 141 b
Ελεγχες 143
Ελθων pro ελθοντας 89
Ελικα τ᾽ ανα χλοαν 125 b
Ελιασετε 82 b
Εμποδων 27
Εμπυροι ορθισαται 127 b
Ενδιαυοντα 149
Ενδυμα 145 b
Ενιαυσιος 128 b
Εν τελει 112 b
Εν τοις εμοις 88 b
Εξαγωγιμοι 169 b
Εξαννειν αιμα 93 b
Εξεδραισι 19
ατυφοις τις Εξει 70
Εξελεγχεται 52
Εξελκτεον antep. corr. 155
Εξελιασειν }
Εξελκειν } 155
Εξεντυσες 90
Εξεπλησα 140 b
Εξετοξευσε 62
Εξικμαζω 62
Εξεσον penult. corr. 76 b
Εξω ελαυνων του φρενα 112
Επαϊειν 146 b
Επακουσομεθα 100 b
Επιζεσειν 118 b
Επηει πολλοις δακρυα 37 b
Επιδρομας αξενοις 127
Επερρεβδην 148
Επφθενον 49
Επωνεισας 63
ει Επραξα 62 b
Ερειδου 138 b
Ερετμος ſecund. corr. 154 b
Εναγεις βαλαι 111
Εναγη 70 b
Ευηρης 155 b
Ευλειμος γαπη 113 b
Ευναζονται 86 b
Ευρισκω 56
Ευρωπον 87 b
Ευρωεσν 87 b
Ευτυχη παγον 64 b
Ευφραινοις 57
Ευχαριστως εχουσαν 121 b
Εχαυνωσαν 64
Εχθαιρειν 57

Η

Ηβη 119 b
Ηχω 1
Ηουν φιλες 144 b

Θ

Θαψαι 105
Θρεψασθαι εις τι 106
Θρεπτροφοι 107
Θνατοι 146
Θερομενον }
Θυομενον } 149

I

Ια, Ιου 191
Ιαχει } penult. } 104 — 123 b
Ιαχον } interdum prod. } 133 — 144 b
Ιαχιον ſecund prod. 159 b
Ιερον prim. prod. 18 b
Ιθυνων prim. & ſecund. prod. 16
Ινα 165 b
Ιππικων 180
Ιπποταν οχον 70 b
Ισω 140
Ιτεαι 106
Ιτεαν 71 — 135 b
Ιτυν 135 b
Ιτω δ᾽ ὁμως 109
Ιω, ιω extra metrum 106 b

K

Καλη ſubſtantive uſurp. 126
Καλα 147 b
Καλη prim. *Attici* non prod. 13 b — 184 b

B b 2

Καλλι-

Καλλινικος 29
Καλλιςωμα 20
Καμπη 156 b
Καρτερειν 82
Καρτερουντ' 94
Caſus rectus pro genitivo abſolute poſ. 101
Καταβαλειν πυλωνα 117 b
Καταγειν 10 b
Καταιβατης 115
Καταξανθεισα 103
Καταραι 160 b
Καταρχεσθαι 5
Καταρχομαι 25 b
Καταςελλειν 80
Καταφευδειν 109
Καταφθιμενον ſecund. corr. 96
Καταχαλκος 91 b
Κατανεφε 105
Κατεγναψε 106
Κατηρης 155 b
Κιδια πρaξειν 58
Κικτημεσθα 52 b
Κινοδεξοι 86 b
Κερας 139
Κερασα penult. corr. 116 b
Κηλις αφερεςος 51
Κληδετα 63
Κλυω 98 b
Κλωω πεπηχει 117
Κορυνθηση 57
Κουφιζειν 133 b
Κρανιον 68
Κτανειν ςεφανον 37
Κυνες θοαι λυσσης 112 b
Κυρειν 50 b
Κυειος 79
Κυριωτερος 110
Κωκυτον penult. prod. 30
Κωμος 116

Λ

Λαθρα ult. prod. 161
Λαιμοτομον 154 b
Λαμβανειν τινα 35
Λαοι 3 b
Λεπλος τοις 43
Λιιζομαι 127
Λογισμος 164
Λογος 25 b
Λοιμος 154
Λουθρον 134 b
Λυγρον αγαλμα 128 b
Λυχνα finalem corr. 119 b

M

M' pro μοι 40
Μαινομενα 78
Μακρον το μελλειν 108 b
Μελει }
Μελουσι } 146 b
εγω Μελησω }
συ Μελησεις } τινι 123
ταυτα Μελησει }
Μελλω τιμαν 123
Μεντοι 53
Μεταπεσθαι 11 b
Μηδεν ειναι 97 b
Μηδεν αν 118
Μηλοβατα 116 b
Μη τις 21
Μια ult. corr. 54 b. 169 b
Μιμημα prim. prod. 186
Μνηςευειν 153 b
Μοι, περιλκει 122 b
Μοναμπυκον 133 b
Μυεια fœminino genere poſ. ult. ſemper prod. 98 b

N

Ναιον penult. natura prod. interdum corr. 123 b — 152
Νεα caſu recto ult. natura longam habet 100 b
Νικιας 53 b
Νιβρος 112 b
Νεογονοις αρσενας 90 b
Νικατ' 94 b
Nominativus pro genitivo abſoluto 172 b
Nominativus pro vocativo 49 b — 146 b
Νομος των νερτερων 66 b
Νοτερον 89 b

Ξ

Ξυνοντοις ſecund. corr. 88 b
Ξιςων περγαμων 18 b
Ξυνωεις λογων 25

Oδοι

I N D E X.

O

Οδυ συμφορας 121 b
Οικοις pro εν οικοις 33 b
Ολκος 94 b
Ομηλικας χρονω 108 b
Ονειδη 17 b
Ονειδος 28
Ονησιν 57
Ορμιαν 134 b
Ορφεια ult. prod. 167 b
Οσιος χερος 102
Οτου 143 b
Ου μη 146 b
Ου πιθοιμ' αν 52 b
Οχημα πωλ. ἱππ. }
Οχημα ἁρμ. } 97 b
Οχημα κανθ. }
Οχηματων 179
Οψιν ult. cor. 1 b

Π

Παλιν 147
Παρα δ' ελπιδα 52 b
Παραλλασσοντες 52
Παραχορευομενω 137
Παρεδρος 103
Παρειασι penult. prod. 165
Παρον σπουδασαι 122
Participium maſcul. de fœmina uſurp. 44. 159
Πατρωας 160 b
Πεδοστιβης 95
Πεμψομαι 151 b
Πενθεια ult. prod. 112 b
Περιπτυγμα 142
Περιφερη 138 b
Πετρουμενη 140 b
Πιτυλοιν 103 b
Ποδα νεως 90
Πονοι 151 b
Πορσυνειν pen. prod. 156
Ποτε 8 b
Πρασσειν 59
Πρασσειν πολλα 70
Προβολαν θανατος 19 b
Προκωπον ξιφος 19 b
Προνωπες 55
Προυργου 86

Propria pro poſſeſſivis apud *Atticos* uſurp. 1 b
Προς γηρας 43
Προς ταυτα 6
Προς τινος 51 b
Προς το κρανθεν 51
Προσω 26
Προτελεια 79
Προχευμα 130
Πτεροφορων 179
Πτερυγα 106 b
Πτηξαντες 64
Πτησσειν 141 b
Πυλαι 145
Πυριγενης prim. prod. 190
Πυρσευειν 157

P

ρ littera ectatica 137 b
Ριπτειν pro ῥιπτεσθαι medii verbi poteſtate &c. 117 —
131 b
Ρομβος 132

Σ

Σ geminatum non eſt *Atticæ* dialecti 161
Σειραιος βροχος 149
Σειραιου 179 b
Σειρηνων 148 b
Σιγη 83
Σιφων 118 b
Σκηνωμα 122 b
Σκηψιν 84
Σπενδετε θεοισι 109
Σπευδω 68 — 141 b
Σπονδας καθειναι 75
Σπουδασομεν antep. corr. 87 b
Στασιωρον 116 b
Στατιζεται prim. corr. 55
Στεμματα 9
Στησουσι 79 b
Στολοι νεων 76
Στολος 90
Subſtantiva pro adjectivis uſurp. 1 b
Συγγενετειρα 157
Συγκεστον pen. corr. 63 b
Συμβουλευειν 2 b
Συναπτειν 123 b — 132 b

Συν-

I N D E X.

Συνεχες 114 b
Συνοχα adverbialiter poſ. 108
Συντεθραυσται 110 b
Συντονα 54 b
Συριγγος 10
Σφακελος 54
Σωθηθ' 18

Τ

Τ, littera liquida 38
Ταλαντιας 145
Τειναι φονον 71
Τελαμωνις 182 b
Τελευτην γενεσθαι 89
Τελη 73 b
Τελος 162
Terminationes optativæ ειητον — ειητην — αιητον — οιητον &c. 117
Τετραχθα 106 b
Τι nunquam producitur 1 b — 2 — 13
Τινος 92 b
Τμητων ιμαντων 53
Τοι ſequente vocali ſæpius apud *Atticos* eliditur 58 b
Τοὐπεκεινα τουδε γης 53
Τοτε 71 b
Τουτι ult. prod. 174
Τρωϊαδες 2
Τυφλων φεγγος 8
Τυχη 28 a — b
ὃν αν Τυχῃ 100
Τῳ pro τινι 58 — 100 b

Υ

Υβριζη 68 b
Υδειν ult. corr. 114 b
Υγραν χερα 37 b
Vocalis apud *Euripidem* ante ς necnon στ. corripitur 38 b
Vocalis indifferens ante μν corripi poteſt 114
Υπερ dativo nunquam jungitur 144 b
Υπερ μητρος 17
Υπο βλεφαροις 38
Υποπτερον 62 b
Υποπτερον λεοντα 161
Υπτιασεις 111
Υπωροφον 10 b

Φ

Φαρμακα 109
Φαρσαλον penult. prod. 79 b
Φατις 50
Φαυλως 97 b
Φευ extra metrum 1
Φευγει λογον 124
Φημα 50
Φθανειν 74 b
Φθινας ημερας 123 b
Φθιτων 149
Φιλος apud poet. *Atticos* primam nunquam producit 6 — 45 b
Φιλοτιμον 76 b
Φλαυρον 64
Φλοϊνας 166 b
Φοινικια 15
Φοιτωσι ſecund. corr. 29
Φοβερον 78 b
Φονια ult. prod. 6 b — 157
Φονια 6 b
Φρικῃ τρεμουσαι 104 b
Φρενων 70
Φρουδα 18
Φρουδος 55
Φυλακας εχων 64
Φυλαττειν 17 b
Φυσιζοος prim. comm. habet, vel prod. poteſt 186
Φυσις prim. nunq. prod. 186

Χ

Χαλινος prim. ſemper corr. penult. ſemp. prod. 75 b
Χειρος αθλιον βαρος 56
Χειλος 158
Χρεους 77
Χρεων εκατι 93 b
Χρηζει τουδ' 122
Χρυσα πραγματα 8 b

Ψ

Ψυχη extra compoſitionem penult. non corrip. 70 b

INDEX.

Ω

Ωι 31 b
Ωμοις 19 b
Ωπασας 160
Ως pro ὅπως 95 b
Ως 52 — 73 — 152
Ως ἐδάκρυσ' 52 b
Ωταις 111 b

FINIS.

ADDENDA & CORRIGENDA

In Notis ad *EURIPIDEM.*

Hecuba. p. 6. col. 1. l. 38. l. effecerant

p. 7. v. 1056. &c. l. 11. l. *adeo ut injiciam*

Oreſtes. v. 146. l. penult. l. imperitiſſime

In Scholiaſtem. Adde, v. 849. lin. 3. lege ἐν ῃ βραχυ το α, præeunte *Valcken*. ad *Phœn*. v. 462.

p. 17. col. 2. l. 10. lege ἐς οικους

p. 18. v. 1399. l. Antiſpaſticus eſt &c.

Phœniſſæ. v. 156. deletis duabus lineis ultimis reſcribe, Antiſpaſticus eſt dimeter acatalectus ex epitrito primo hexaſyllabo & antiſpaſto.

v. 168. lege δι' αιθερος.

p. 22. col. 2. l. 16. l. obtendit

ibid. 23. 24. ſequentia dele, "non tamen inde "jure colligi poteſt legem eandem apud "Græcos quoque obtinuiſſe" & eorum loco repone, "non tamen ex iis jure colligi poteſt, "Romanæ ſcenæ legem illam de Tragœdia "quinque actibus abſolvenda, apud Græcos "quoque obtinuiſſe."

p. 23. col. 1. l. 48. l. Aulide

col. 2. l. 15. l. ille rem

p. 25. v. 572. l. 5. l. *cognoſcenda*

p. 32. col. 1. l. 22. l. poſſet, ea

ibid. col. 2. l. 32. l. quantæ

p. 37. col. 2. v. 42. leg. v. 465.

Medea. v. 96. l. ult. l. varii generis

Hippolytus. v. 746. in notæ ad hunc locum linea quinta lege, "verbum κυρειν accentu a κυρῶν "diſtinctum."

v. 760. 761. 762. Poſt hæc verba, "niſi utra"que ad hunc modum conſtituas" deletis quæ impreſſa leguntur ſubſtitue

Επλατο κλεινας Αθηνας, trochaicus dimeter acatalectus

Μουνυχιου δ' επ' ακταις ithyphallicus

Πλεκτας εξεδησαντο pherecratius

Πεισματων αρχας dochmaicus;

& in antiſtropha,

Δαιμονα συγγον κατακλισ-

θεισα, ταν τ' ευδοξον

Ανθαιρουμενα φαμαν,

Απαλλασσουσα

Vox antiſtrophicorum ultima & primam hic producit, vide *Clark*. ad Homer. Iliad. Α. v. 398. & ſecundam corripit; vide notas ad Noſtri *Bacchas*. v. 606.

Alceſtis. v. 294. l. φιτυσαιν

402. pro amphib. lege amphibrachy.

737 &c. l. χρη με

Androm. v. 476. l. 6. l. ſunt, *qui ſe*

494. l. 5. l. ιστορω

753. l. *ſeſe occultantes*.

Supplices. v. 248. pro quarta lege ſecunda.

604. l. ſimilis v. 601.

Iphig. in A. v. 669. l. μητερος

929. poſt illa "in πεισομαι mutare" adde "tantum reſcribendum eſt πει"σομεθ'."

1589. l. 4. l. αἱματ'

p. 83. col. 2. l. antep. leg. quorum alter Noſtro antiquior,

Iphig. in Taur. v. 130. 131. Ita potius hi duo verſus conſtituendi,

Θρῃκους, ποδα παρ- baſis anapæſtica

θενιον, ὁσιον, ὁσιας penthemimeris anapæſtica ex proceleuſmaticis.

208. leg. ἀ μναστευθεισ'

725 &c. l. 7. leg. at illa

837 &c. leg. λογισαι,

883 &c. l. 14. leg. *iter ſcilicet*

1027. l. 13. leg. efferri

1356 &c. l. 11. leg. *& eam*

Rheſus. v. 41. dele '

547. in notæ linea 12. pro *liberorum interfectrix* lege *filii interfectrix*

686. l. 13. leg. e Trojanorum

Troad. p. 101. col. 1. l. 22. pro 218. leg. 217.

Bacch. v. 606. l. ult. leg. 1079.

748. l. ult. leg. iſta ſub monte

1205 &c. l. ult. lege, *comparare inutiliter neceſſe eſt?*

Cyclops. v. 14 &c. l. 6. lege, habebis

Heracl. v. 164. leg. niſi forſan in melicis deprehendi.

170. &c. l. 6. leg. ab Heraclidis

419. l. 3. leg. debuiſſent,

Heracl. v. 1010 &c. l. 3 leg. *interfectorem*
Helen. v. 1124 &c. l. ult. leg. πεδια
Ion. p. 137. l. 19. pro 552. leg. 532.
p. 138. v. 791 &c. lege
Το δ' εμον, απτιον, απτιον
v. 888 &c. l. ult. pro v. 218. leg. 217.
Herc. Fur. v. 133. leg. χαλκοτυχες
Adde, v. 967. Οὐς αρτι χανεις] Ut ſervetur temporum ratio legendum potius eſt,
Οὓς αρτ' εχανες.
977. l. 1. leg. *Ille vero*
Adde, v. 978. Τορευμα δεινον ποδος ευαντον σαθεις] Forſan Τοξευμα.
1178. Deleatur hæc nota & in ejus locum ſubſtitue ſequentia, Aſynartetus eſt ex baſi trochaica & baſi anapæſtica.
1304. Adde ad finem notæ "Vide autem quæ ad finem notarum in *Euripidem* monuimus de ſynizeſi vocalium, ια, ιου, non tamen eapropter ſententiam meam de hujus verſus vera ſcriptura muto.
Electra. v. 931. l. 2. leg. *Hic uxoris eſt maritus, non* &c.
p. 160. col. 2. l. ult. leg. φυλακτεον τημ.
Fragmenta — Notæ in *Alexandram.* Adde,
Αλλ' ω φιλτατοι Τρωες Longin. de Sublim. Edit. *Hudſ.* p. 54.
In *Erectheum.* v. 10. ad finem notæ adde "Re denuo perpenſa reſcribendum puto, aut,
Γνωμην σποναιον την εναντιαν μαθεις
aut
Γνωμην πεπρακτει την εναντιαν μαθεις.

In *Theſeum.* v. 26 &c. l. 2. leg. redditi
In *Ino.* v. 25. lege *accerſunt.*
47. l. 10. leg. ξυνουσ'
In *Oeneum* v. 22. l. 3. *Alceſt.* v. 802. deleantur hæc.
In *Palamedem.* p. 175. col. 1. l. 3. leg. voluiſſe, quod de
ibid. l. 10. leg. χολη
In *Siſyphum.* v. 20 &c. l. 21. leg. Οσ παν
27 &c. l. 8. leg. εξεπλαξ' αν
p. 177. col. 2. l. 10. leg. — εια δη
p. 180. col. 2. lin. ult. leg. hæc ita leguntur,
In *Philoctetem.* v. 5. l. 2. leg. *Nihil ſcit ille*
In *Phrixum.* v. 11. leg. at apud *Stobæum*
p. 185. col. 2. l. 3. leg. Hæc e Philemone
l. 49. leg. vulgatæ
186. col. 2. l. 17. leg. commentum
187. col. 2. lin. 44. leg. αυτη
Ad monitum notis ſubjunctum adde "*Contractionis ejuſdem exemplum ſuppeditat Chori in* Phœniſſis *parodus, ubi ſtrophæ verſus nonus,*
Υπερ ακαμπτων πεδιων
Antiſtrophico opponitur,
Επι δε Κασταλιας υδωρ
verſus ſcilicet uterque trochaicus eſt Euripideus, *& accuratiſſime ſibi mutuo reſpondebunt, ſi* πεδιων *pro voce diſſyllaba,* Κασταλιας *pro triſyllaba, habeatur. Eadem etiam videtur eſſe ratio vocis* Μονυχου *in* Hippolyt. v. 761.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

II.

In Lectionibus AESCHYLEIS.

Perſæ. v. 97. Φιλοφρων γαρ σαινου —] Claudicat metrum quod facile tamen ſanari poteſt, ſi ſcilicet ita reſcribas,

Φιλοφρων γαρ ἀδε σαινου —

Ita verſus erit αναπλωμενος ex pæone tertio & ditrochæo. ἀδε, id eſt, ἀδε απατα.

P. 126. c. 1. l. 32. pro v. 173. 183. l. v. 373. 383.
156. c. 2. l. 16. l. παρειαν

In Lectionibus SOPHOCLEIS.

Electra. v. 21. *Ad finem notæ adde*, Emendationem *Daweſianam* ab eruditiſſimo *Toupio* Emendat. in *Suid*. p. 87. velut ineptam traduci, & vocem ιμεν, quaſi ne Græca quidem eſſet, eſſurcillari, ſatis mirari nequeo; cum Græcæ ſaltem linguæ vocem iſtam abunde afferat Homeri & Heſiodi auctoritas, *Atticæ* vero dialecto exemplum ab ipſo *Daweſio* allatum, quod paullo infra v. 75. occurrit

Νω δ' εξιμεν

Contra vir Cl. nulla neque ratione neque auctoritate, præter ſuum ipſius αυτος εφα, effatum ſuum aſtruere dignatus eſt. Quod ad vocem vero εσμεν attinet, quam ille ſubſtitui oportere contendit, exemplis idoneis allatis, qualia nulla mihi unquam, præter unicum de quo mox videbimus, occurriſſe teſtor, oſtendere debuerat vocalem literas σμ præcedentem poſſe corripi. Eundem tamen in verſus principio pro Ξυναπτετον certiſſima ex conjectura Ξυνατ͂ον reſtituiſſe lubens agnoſco; nullos enim in proxime ſequentibus ſermones inter ſe miſcent Oreſtes & Pylades.

V. 1018. *Ultima bujus notæ periodus ita prorſus reformanda eſt*, idem verbum forma pariter media in notione etiam obſervandi reperitur in *Philoctet*. v. 48.

Trachiniæ. v. 296. Των μεν παροντων, των δε πιπυσμενη λογῳ.] Ut metro rite caveatur reponendum cenſeo

Των μεν παροντων, τα δε πεπυσμενη λογω.

nam vocalem ante literas σμ corripi poſſe vix perſuaderi mihi patiar, niſi prius exemplo aliquo allato edoctus præter illud ex Noſtri *Electra* v.21. excitatum, de quo ſaltem ambigere liceat, cum codices, quod ſciam, nulli το εσμεν agnoſcant. Vide quæ paullo ſupra ad verſum illum notavimus.

Philoctetes. v. 1371. Και των παρ' ἡμιν εντυχων Ασκληπιαδων] De metro non eſt ut ſis ſollicitus, vox enim quadriſyllaba hîc eſt Ασκληπιαδων, vocalibus iſtis ια apud veteres *Atticos* non διασυλλαβως ſed μονοσυλλαβως, ſicut *ya* in lingua noſtrate, haud raro pronunciari ſolitis. Vide quæ ad finem notarum in *Euripidem* hac de re ſubjunximus. Ita & Ιωνων diſſyllabum notavimus ad *Æſchyl. Perſ*. v. 954. Eadem etiam licentia obtinet in vocalibus υα, υι. Ita Βρια-λεων vox triſyllaba apud *Euripid. Phœniſſ*. v. 1599. γενυι diſſyllaba apud *Eurip. Ion*. v. 1427. Conjectura igitur Cl. *Toupii* Emend. in *Suid*. p. 130. reponentis Ασκληπιων facile carere poterimus; quæ ideo etiam minus admittenda videtur, quod nullo exemplo adducto oſtenditur, medicos olim *Æſculapiorum*, magis quam poetas *Apollinum*, nomine fuiſſe deſignatos. Proculdubio autem hoc in loco Ασκληπιαδων nomine denotantur *Podalirius* & *Machaon*, revera *Æſculapii* filii, qui tunc temporis ſub Ilio militabant.

V. 1386. Ω ϛυγνος αιων, τι με, τι δητ' εχεις ανω Βλεποντα,] Egregie, meâ quidem ſententiâ, reſtituit acutiſſimus *Toupius* Emend. in *Suid*. p.141.

τι μ' ετι δητ' εχεις ανω

Fragmenta in Addendis. p. 111. col. i. lin. 40. 41.

Γυνη γαρ οξυθυμος, ὡς δ' αυτως ανηρ
Ραων φυλασσειν η σιωπηλος ανηρ] Verſus hoſce non *Sophoclis* eſſe, ſed *Euripidis* in *Medea* v. 320. ubi in verſu altero recte legitur

η σιωπηλος σοφος

monuit doctiſſimus *Toupius* Emend. in *Suid*. p. 46.

Cc

In Lectionibus EURIPIDEIS.

Hecuba. Schol. ad v. 568. lin. penult. Lege, Αισχυλος Προμ. Verſus enim hic in *Prometheo Vincto* v. 626. legitur.

V. 907. Deleatur omnino hæc nota ex nimia feſtinatione & oſcitantia orta. Aliud certe agebam, nec ad verſum antitheticum attendebam cum iſta ſcripſerim.

Oreſtes. v. 1223. Quæ de ſignificatione apud *Atticos* verbi activi φυλασσειν *Daweſio* nimis credulus notavi indicta volo, meliora ſcilicet a *Dorvillio* edoctus, quem vide ad *Chariton.* p. 442.

Medea. v. 320. Totam hanc notam deletam velim. Vide *Dorvill.* ad *Chariton.* p. 442.

Iphigenia in Aulide. v. 394. 395. *Ad notæ finem adde,* Idem etiam verſus verſum 395. præcedit apud *Stobæum* Florileg. cap. xxviii. edit. *Grot.*

Rheſus. v. 442. Ξυν τοισδ' αυτοις οιδα τλας πορπημασιν] Scripturam hanc quam ex codice *Vaticano* ſuppeditavit *And. Schottus,* & edidit *Barneſius,* minime rejicio, præſertim cum præcedat

Ουδ' εν ζαχρυσοις δωμασιν κοιμωμενος

Conjecturam tamen acutiſſimi *Toupii* Emend. in *Suid.* p. 51.

Ξυν τοισδ' απλοισιν οιδα τλας πορπημασιν

minime ſpernendam exiſtimo. Eligat Lector.

Bacchæ. v. 1361. *Ad finem notæ adde,* & ex Noſtri *Hercul. Furent.* 692 — 694.

Κυκνος ὡς γερων αοιδος
Πολιαν εκ γενυων
Κελαδησω.

Fragmenta Ægei. v. 14. 15. — τις σε, ματερ, εν δυγατη τοκον δηγμασιν] Vide acutiſſimi *Toupii* Emendat. in *Suid.* p. 85. 86. Quanquam ita forſan hæc non incommode reſtitui poſſunt,

Τις σε γαρ ματερ εν δυγατη τοκου aſynartetus ex penthemimeribus trochaicis
δηγμασιν;

Vide *Sophocl. Oedip. Colon.* 202 — 204. 213. 214.

Palamedis v. 4. Diſtinguendi rationem quam in autographo meo indicaveram neglexit Typographus. Minus igitur plene diſtinguendum eſt poſt φωνουντα, itidemque poſt θεις. Recte autem φωνηντα pro φωνουντα repoſuiſſe videtur Cl. *Hemſterhuſius* ad Luciani Judic. Vocal. §. 5.

V. 10. *Hemſterhuſius* ubi ſupra pro χαλα reponit σαφα, conjecturam tamen meam non repudio. Judicet Lector.

Incertis ad finem adde;

Φθειρουσιν ηδη χρηςθ' ὁμιλιαι κακαι

indicante Cl. *Toupio* Emend. in *Suid.* p. 116. 117.

Χρη θεασωδειν Φοιβον ανθρωποις μονον] Plutarch. de Pyth. Orac. p. 407. Indicavit & metrum reſtituit *Schraderus* ad Muſæum p. 20.

Epiſtolæ III. lin. 12. Vocem κεκαρμενην peſſimo exemplo, uncinulis ſit licet incluſa, hic interpolavit *Barneſius;* abeſt certe ab editionibus & *Aldina* & *Caldoriana.* Ignorabat nimirum Græcorum morem a Plutarcho in Quæſtionibus Romanis Opp. p. 267. traditum. Και γαρ παρα Ελλησιν όταν δυστυχια τις γενηται, κειρονται μεν αἱ γυναικες, κομωσι δε οἱ ανδρες' ὁτι τοις μεν το κειρεσθαι, ταις δε το κομαν, συνηθες εστιν. Locum indicavit *H. Stephanus* in Theſauro, voce Κομαω.

F I N I S.

YA1
1554296

Google

111
K
13

7.10

Digitized by Google